3 1761 07974541 0

HANDBOUND
AT THE
UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operatextuadprae03suet

9524 a

# C. SUETONII TRANQUILLI

# OPERA.

TEXTU

AD PRAESTANTISSIMAS EDITIONES

RECOGNITO

CONTINUO COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

CLAVEM SUETONIANAM ADJECIT

DETLEV CAR. GUIL. BAUMGARTEN-CRUSIUS

GYMNASII DRESDENSIS AD AEDEM CRUCIS CONRECTOR

SOCIET. LAT. JENENSIS SODALIS.

VOL. III.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM JUN.

1818.

S9449B

# CLAVIS SUETONIANA

## TRIPLICEM CONTINENS INDICEM

PRIMUM NOMINUM PROPRIORUM

ALTERUM LATINITATIS CUM COROLLARIO DE GENERE DICENDI SUETONII ETC.

TERTIUM GRAECORUM, QUAE IN SUETONIO LEGUNTUR.

---

ADORNAVIT

DETLEV CAR. GUIL. BAUMGARTEN-CRUSIUS

GYMNASII DRESDENSIS AD AEDEM CRUCIS CONRECTOR

SOCIET. LAT. JENENSIS SODALIS.

---

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM JUN.

1818.

22455
23|3|92

# PRAEFATIO.

Quod accidere solet iis, qui longam viam emensi finem tandem laborum invenerunt, ut ex portu trajectum mare lubenter respiciant, aliisque narrare gestiant, cur iter instituerint, quibus discriminibus sint conflictati, et quid commodi sibi vel aliis diuturna molestia paraverint; id, quum exacto, indices Suetonianos adornandi, labore absolutam jam, qualem animo conceperamus, hujus auctoris editionem publicamus, sentire et facere nobis videmur. Accedit enim ad ingenitam humanae naturae, de finitis negotiis verba faciendi, voluptatem rationis reddendae operamque recognoscentibus de consilio modoque ejus respondendi necessitas, ne frustra stipendia meruisse judicemur, vel, utcunque desideratum otium placeat, ab aliis, qui censuram gerunt, vendere equum jubeamur. Quum autem nulla adhuc de ipsa editione, ante biennium vulgata, nisi privata paucorum, judicia ad nos pervenerint, neque tristi nota offensis, neque benigniore sententia laetis, libere prorsus, quid ipsi de labore nostro sentiamus, pronunciare licet. Et de prioribus quidem voluminibus suo tempore et loco praemonita repetere, non attinet; de hoc autem tertio, quod absolutam demum praestat editionem, justique de universo opere judicii facultatem facit, paucis adhuc admonendum.

Primum autem id mihi sumo, ut utilem et necessariam rem suscepisse videar, quum indices Suetonii diligentius adornandos existimarem. Constat enim uno virorum doctorum, qui in linguarum antiquarum studio, velut provincia demandata, versantur, consensu, haud melius perfectam totius apparatus cognitionem aperiri posse, quam congesta, quae in singulis scriptoribus exstat, materia, ut, continuato deinceps per omnes, quibus temporis injuria abstinuit, auctores eodem labore, tandem, quid reliquum nobis sit priscae Latinitatis, judicari, et in unum corpus, tanquam justum thesaurum, omnia redigi, et ex temporum, quae lingua sequitur, diversitate disponi queant. Igitur, quicunque ad edendos veteres scriptores accesserunt, fere polliciti sunt indices locupletissimos; sed, quum ad rem ipsam ventum esset, partim tergiversati sunt et laboris molestia absterriti, partim levius justoque velocius in eo negotio fidem praestare festinaverunt, vel etiam imperitis adolescentulis gravissimam operam demandarunt, ita ut, paucis exceptis, miras subinde rerum imagines, ut verba in libro non reperiunda vel falso derivata, et ineptas structuras, quas tirones secus conjunxerant, aliosque errores prostituerint, quorum viros ipsos, qui nomina sua inscripserunt, taedere et pigere oportebat; cujus rei exempla, qualia v. c. in Bernecceri et Pitisci indicibus passim deprehenduntur, eo magis afferre piget, quum pluribus locis ea notandi non occasio, sed necessitas se obtulerit. Sunt sane egregii indices, quibus, ut praestantissimos memorem, Freinshemius Florum, Ernestius Ciceronem, minor Ernestius et Schaeferus Livium ornatos illu-

stratosque dederunt, verum selectiori, quae dicitur, Latinitati destinati, vel singula aut pauca cujusque usus et formae exempla suppeditantes, vel ad uberiorem verborum, morum, aliarumque rerum notabilium explicationem instituti; ut prorsus diversi generis diversoque consilio facti suam laudem obtineant, universam orationis cujusque scriptoris materiam, qualis a lexicographis desideratur, ut quam dare noluissent, haud complectantur. Quae autem aliis editionibus annexa est, maxime quas Galli olim in usum Delphini procurarunt *), varia et multiplex vocabulorum farrago, parum illa subsidii ad linguae cognitionem suppeditat, plerumque etiam tam temere confusa est, ut, nisi Jupiter aliquis rudem molem in ordinem cogere voluerit, in quaerendis locis tempus, in dinoscendis exemplis operam perdere cogaris. Itaque, quam Celeb. Schuetzius longe graviorem et ampliorem operam Ciceroni promisit, ex parte jam praestitit, eam in Suetonium nostro studio collatam probaturos, speramus, aequos peritosque rei judices, praesertim quum, commentario historiae magis rebusque ipsis interpretandis destinato, uberior disputatio, quae in scriptoris usu dicendi versatur et exemplis ejusdem generis illustratur, huic volumini relicta fuisset.

At, quum de utilitate rei nemo facile dubitet, quaerendum, an nostra opera proposito consilio sa-

*) Quantum nostrates ex imitatione Gallorum profecerint, quam tamen hodieque sunt, qui commendent, et quam lepide nonnunquam eam instituerint, inde patet, quod umbraticus quidam praeceptor editionem vulgavit *in usum Delphinorum;* discipulos suos dixit, quos honorifico nomine appellare sperabat.

tisfecerit. Non ii profecto sumus, et omnes id agnoscent, qui Latine vel vernacula lingua a nobis scripta legerint, non ii sumus, qui juvenili arrogantia nimias indignasque laudes nobis arrogemus; imo indefessum, quod a pueris continuavimus, studium, et opera per plures annos aliorum institutioni data, aetatis maturitas, et quae crescere cum annis solet iis, qui meliora usque affectant, modestia, nec non judicia satis iniqua, quae ab iis etiam experti sumus, quibus viri artius nobiscum conjuncti vix eam potestatem concessissent, haec, ne ea memorem, quae animi sunt et pietatis, dudum diffidere nobismet ipsis et verecunde de nostris judicare nos docuerunt. Habemus autem, de qua nihil detractum patimur, diligentiae saltem et assiduitatis laudem, eamque, quicquid judiciorum huic etiam labori acciderit, obtinebimus. Hac igitur fiducia, quid praestare voluerimus, et quid praestitisse videamur, sine invidia enarrabimus.

Triplici indice instituto, *primo*, quae de locis, nominibus, gentibusque Romanis dicenda erant, ita conjunxi, ut ab aliis passim rectius exposita reciperem, errores, quos e Glandorpio plerique propagarant, emendarem, quae denique a Graecis scriptoribus illustrata notaveram, quanta fieri posset, brevitate repeterem; *altero*, quicquid ad Latinitatem Suetonii et illius aetatis pertinet, complexus sum, in qua re non acquiescendum duxi in exemplis post repetitam lectionem accurate recensendis, sed in eo maxime elaboravi, ut a propria singulorum verborum potestate, quae ex rationis legibus una eademque omnibus linguis esse debet, exorsus ad diligentiorem quaestionem de variis mutationibus descenderem, quas lingua

et partes linguae simul cum civitatis gentisque forma expertae essent, saepius etiam, ubi necessitas, notiones ab aliis disjunctas et confusas ad certum ordinem revocandi, id posceret, ab etymologiae principiis continuum interpretationis filum deducerem; adjuncto corollario, in quo de genere dicendi, quod Suetonio, ut grammatico, singulare, sed haud ineptum esse videtur, uberius exponeretur; *tertio* Graeca, quae in his scriptis leguntur, fere corrupta a librariis, saepe insulsis additamentis inquinata, uti nunc e libris vel virorum doctorum conjecturis restituta sunt, explicavi.

Sequitur, ut de orthographia dicam, quam in editione et indicibus servavi, partim, quod nonnulla defendenda, partim etiam, quod occupanda quaedam videntur, quae vel minus recte instituta nunc mihi ipsi improbantur, vel ab ea constantia scribendi recedunt, quae primam laudem meretur, quamcunque rationem custodire placuerit. Si quis autem leviorem rem existimet, is neque meminerit necesse est, quam aptae colligataeque inter se omnes partes grammatices sint, adeo ut ex minutis illis rebus gravissimi saepe errores nectantur, neque reputaverit difficultatem, quae constituenti et corrigenti ex concepta aliqua norma textum inde subnascitur, quod ad absurda etiam et ridicula deduci se videt, si in coepta ratione perseveraverit. Acutissime nuper de ea re egit Wolfius disputatione Analectorum Vol. II. inserta, qua de orthographicis quibusdam Graecis ita exposuit, ut pudorem simul et verecundiam plerisque editoribus injecisse videatur. Ante omnia id pro certo ponere licet, ipsos Romanos, dum lingua viventium ore usurparetur, de scribendi legibus admodum dubios, et

ipso usu inconstantes fuisse, id quod omnium linguarum historia, et iis, quae passim auctores de re profitentur, et codicum non minus, quam inscriptionum diversitate confirmatur, quamvis in his librariorum opificumque inscitiae vel incuriae multum tribueris. Sed nullo non tempore dubitatum est, utrum pronunciationem scriptura, an scripturam pronunciatio sequi debeat. Unde factum, ut v. c. *Claudium* et *Clodium*, *Plautium* et *Plotium* nomen promiscue scripserint, (v. ad Vesp. 22.) et in verbis compositis ultimam praepositionis literam modo in proximam mutaverint, modo eliserint, modo retinendam exprimendamque duxerint, sicut etiam fuere, qui antiquas formas contra morem aetatis suae revocarent, alii, qui nihil non novari posse existimarent. De pronunciatione autem Romanorum iidem apud nos errores obtinent, quos in Graeca dudum emendatos multi mordicus defendunt, ut quam, initio in singulis civitatibus diversam, ex barbaro idiomate, quam justis legibus, diverse scripta diverse ore exprimi jubentibus, et cognatarum linguarum, ut Germanicae Anglicaeque *) similitudine efferri malint. Maxime dolendum est, quod libris Caesaris *de analogia* tempus non pepercit. Quum enim auctoritas et eruditio viri plurima constituisse et ad leges revocasse videatur, ex illis longe accuratius de pristino et seriore usu judicare liceret. Tam incerti igitur validaque auctoritate destituti id relictum nobis videmus, ut normam nostram faciamus, quae cum

*) Lingua Angl. literae ϑ et diphthongi οι verum sonum servavit, consonas δ et τ, β et π diligentius distinguit, γ́ Orientalium Graecorumque more ad gutturales refert, ch, ubi Graecum est χ, ut nunc adhuc Graeci, recte pronunciat.

antiquissimis monumentis non minus, quam cum ipsius linguae earumque, quae proximam affinitatem vindicant, analogia maxime conveniat, eamque religiose persequamur.

Jam, ut exemplis utamur, perpetua in codicibus et editionibus est varietas in scribendis verbis compositis. Pleraque etiam lexica recentiorum *adfero*, *adtuli*, *adlatum* ut unice vera proposuerunt. In qua re mirari soleo inconstantiam eorum, qui in Hebraicis de verbis נפ exponunt, quae omnem anomaliam mutatae radicali in literam proxime insequentem debent, ut nemo אֶנְפֹל dicat, sed אֶפֹּל; qui Graece nunquam *ἐνλογος*, *ἐνλογέω* dicunt, sed *ἐλλογος* et *ἐλλογέω*, in Latinis etymologiam etiam usque ad pronunciationis difficultatem urgent. Sed, si scribendum *affero*, *attuli*, *allatum*, analogia elidi etiam jubet literam ante *s*, ita ut more Graecorum, qui *συσκευάζω* scribunt, non *συνσκευάζω*, *μησί*, non *μηνσί*, *ἐλπίσι*, non *ἐλπίδσι*, *ascribere*, *asciscere*, et *astare* praeferas etymologicis formis *adscribere* etc. (v. ind. sub v. *Adstare*), eodemque modo *succensere*, *summittere*, *summovere* et *summonere* probes pro *subcensere*, *submittere* rel.; quamquam in his dubitatio nonnunquam incidit, anne veteres diversas significationes pronunciando scribendoque distinxerint, ut v. c. *submittere* dixerint, ubi esset *ὑποπέμπειν*, nostr. *nachschicken*, at *summittere*, ubi *dejicere*, *demittere*, nostr. *herabsenken*, ut in *facie summissa*, qualia suspicatus sum de aliis etiam formis, ut quum antiquius *igni* in usitatis dictionibus: *ferro et igni*, *aqua et igni* durasse, alias *igne* frequentatum existimavi, inductus maxime lectionis in iisdem probatissimisque codicibus varietate. Plura de hac re possent disputari, quae

praefationis fines excederent; multa etiam passim occupavimus, retractatis subinde, quae in editione secus facta vel neglecta fuerant.

Alia est quaestio de nominibus, quae propriorum potestatem acceperunt, ut magistratuum, aedificiorum etc. an majoribus literis distinguenda sint. Exhibui sane: *Consul*, *Consules*, *Praetor*, *Tribunus*, *Campus*, *Septa* al. Jam vero roges, num *Praetorius* etiam et *Quaestorius*, vel, ubi haec rejeceris, ut adjectiva, num *Theatra*, *Amphitheatra*, *Templa*, quae ipso plurali numero appellativa significantur; et vere nescio quo loco monitum legi, eadem analogia *Lictores*, *Accensos*, *Aedituos* et quos non pari honore prosequendos. Nollem igitur factum, et restitui potuisse minora elementa vocibus illis cupiissem, praeter paucas, quae *κατ' ἐξοχὴν* dicuntur, ut *Campum*, *τὸ πεδίον*, quo facilius ab aliis campis, *Urbem*, *τὸ ἄστυ*, quo ab *urbibus* distinguatur, quod ad sensum gravioris subinde est momenti, ut loco A. 53. *non temere Urbe oppidove ullo egressus* sequ., ubi *Urbe* dedi, ne cum plerisque *urbe ulla* interpreteris. Ita in optimis editionibus scriptorum Anglicorum saepe *the Town* legi, non *the town*, atque dandum est aliquid Latinae linguae articulo destitutae, et perspicuitati, quae omnibus aliis rationibus scribenti semper prior esse debet.

Restat, ut conclamatam contentionem de literis *u* et *v*, et *i* atque *j* revocem, quae tamen gravissima esse videtur. Quum enim *j* et *v* positionem efficiant in metris, et Graecis diversa pronunciatio tam nova res fuerit, ut saltem *v* durius modo suo *β*, modo lenius diphthongo *ου* expresserint, de reddendo consonae *j* sono prorsus desperaverint; et quum eadem diversitas in

linguis omnibus obtineat, quae ex Latina fluxerunt, sine omni cunctatione literas in textu et indicibus forma atque ordine distinguendas curavi. Quod enim de litera ſ admonendum erat, id typothetarum injuria supervacuum esse voluit, quibus una forma s placere coepit, falso, ut mihi videtur, et contra correctionem textus, quam dederam, quum v. c. *abscidit* a v. *abscido* ita non differat ab alio, quo permutari solet in libris, *abſcidit* a v. *abſcindo*, quo contra primas orthographiae leges, quae primum perspicuitati consultum volunt, peccatur. Vide, quae de Graeco ς finali et σ Wolfius dixit in disputatione supra citata.

Ceterum, in quibus me ipsum culpandum fateor, qualis inconstantia est in voce *clipeus* diverse scripta, veniam expeto, praesertim quum ejusmodi maculas suis locis notaverim, reliquas a typothetis profectas extrema pagina emendarim.

Subsidiorum, quae novam scriptori lucem affudisse viderentur, praeter ea, quae alio loco memoravi, nihil admodum huic volumini accessit, nisi quod Celeb. *Boettigerus* mecum communicavit versionem Gallicam, quam *Henri Ophellot de la Pause* Parisiis anno 1771. sequ. emisit. Facta est ea licentia, quam interpretes Gallici permittere sibi solent; verbis non astricta neque sententiis modo paraphrasin exhibet, modo omittit plura, modo mutat emendatque scriptorem. Adjunctae sunt notae, ad res fere historicas et geographicas et mores institutaque Rom. spectantes, quales satis novimus, et *melanges philosophiques*, quibus de seculo illo, variis regnorum et civitatum formis et diversissimis rebus disputatur, quae hoc modo *philosophandi* materiam praebebant. Quod judicium,

uti nihil detrahere potest de viri, cui libri usum debeo, benignitate, ita omitti nequit ob arrogantiam, qua clarissimi viri, Oudendorpius, Salmasius, Casaubonus, et omnes literae antiquae, et qui diligentius iis consuluerunt, quavis pagina tractantur, pestem illam, cui maximae etiam clades tam parum mederi valuerunt, ut nuper diaria Parisiensia omnem eruditionis, artis ulliusque virtutis laudem, quae in terrarum orbe affectetur, a se unice expetendam clamaverint.

Concessit etiam *Schneideri*, Prof. Vratisl., amicitia, ut excerptam e duobus codd. Vratislav. varietatem lectionis, proximoque lectionum academicarum indici praemissam, quum in ipsa editione uti ea non licuisset, repetendam h. l. curarem. Subjuncta est praefationi. Quum lectiones exhibeat satis notabiles, maxime optandum, ut viro doctissimo collationem per reliquas vitas — haec enim ultra Caesarem non procedit — continuare et quam primum publicare placeat.

Atque haec quidem hactenus. Ceterum relinquere arenam non possum, quin, novo fortasse exemplo, de toto hoc negotio, quod per continuam multorum annorum seriem, maxima assiduitate, aliquo etiam valetudinis detrimento, tractavi, paucis eloquar. Quum, silentio vitam transegisse, a pueris turpissimum existimassem, partim antiquarum literarum amore excitatus, partim, ut solatium quaererem gravissimae, quae patriam opprimebat, calamitatis, qui fervor esse solet initio virilis aetatis et ingeniis otii impatientibus, celerius ad opus accessi, et in properando eo annos, quos revocare nefas, transegi. Erat enim tempus, quo, diem vitae vel labori adjecisse, lu-

cro sibi quisque apponeret. Nunc, postquam requiescere animi coeperunt — contemnimus enim, qui dormitant, non ardente quidem, sed gravius minante Vesevo —, tranquillius licet de iis judicare, quae publice privatimque ab aliis et a nobis ipsis gesta sunt. Quaerentibus autem, quid tandem magna moliti conatique profecerimus, vel potius, quum nobis nullo non labore multum proficiamus, quid aliis profuerimus, quid humano generi — nam quis sibi vivere et privatum laborem a communi utilitate sejungere cupiat? — vel eruditorum certe civitati nostris negotiis consuluerimus, tristis saepe succurrit cogitatio, longe satius fuisse, delitescere in dato otio et in proxima tantum provincia elaborare. Ita quum dudum sentire didicissem, coeptum laborem interrumpere, vel ultimam partem, difficillimam eam, fortasse etiam utilissimam abjicere, quae fuga molestiae poterat videri, non licuit; nunc absoluto jam, quod promiseram, valedicere edendi commentandique cupiditati, mecum constitui. Quam enim minorem Suetonii editionem multi postularunt, si vel maxime procurem, compendium illa majoris soli juventuti destinata ad hoc adhuc opus pertinebit. Viget per omnem Germaniam harum literarum studium, eminent praeclarissima ingenia, quorum et opera et auspiciis omnis eruditio ornatur et augetur. Bene agi posse, puto, cum tempore et re nostra, si adolescentes gnaviter exculti in posterum in singulis partibus doctrinae accuratius exponendis subsistere, quae notata et inventa habent, diariis literariis, quae a principibus in eo genere viris eduntur, inserere, exactoque demum universo studiorum curriculo, quod vix seriori aetate finiverint, maturo judi-

cio et virili severitate ad ipsas editiones, quarum multitudine nunc obruimur, accedere coeperint. Plurima restant in historia et omni scientia investiganda amplius, emendanda et diligentius explicanda. Exspectant sedulum probumque laborem alia, quae nondum tacta, si quis totam vitam iis impenderit, universae hominum vitae messem promittunt. Opus est, ut hoc stadium aperiatur, et decorum, sed amplum etiam ostendatur; iique juventuti optime prospexerint, qui inflammatos cupiditate et excitatos studio animos verecundia etiam implent, et, quantum disci oporteat, quantumque laborari, bene edoctos non deterrent a conando, sed fervori moderantur et sua tempora statuunt; ut tandem a levitate, quam ex superiori aetate traximus, ad pristinas gentis nostrae virtutes redeamus. Nos autem, quibus Deus hoc beneficii dedit, ut in urbe patria, literarum artiumque sede, jucundam utilemque publicae institutionis provinciam administrare, et literis, ad quas fertur ingenium, acquiescere liceat, ne ignari vel immemores eorum, quae conditio nostra moneat, et patria requirat, unquam videamur, et labore et otio, omni virium contentione facturos esse, non est, ut polliceamur. Scr. Dresdae, mense Decembri anni MDCCCXVII.

# Excerpta e duobus codd. bibliothecae Rhedigerianae, altero membraneo (A), altero chartaceo (B), lectionis varietas.

Caes. cap. 1. *Aemilium* omittit A.

c. 3. *propere Romam.* A.

c. 4. *et triumphalem* omitt. A. — *Moloni* om. B. — *tum dicendi magistro clarissimo.* B. — *obmiserat* pro *dimiserat.* B. — *quo praetenderat.* B. — *regis* omitt. A.

c. 5. *honos.* A. — *Lucii etiam Cinae, uxoris patri.* A.

c. 6. *quo nomine fuit matri.* A.

c. 7. *a se* omitt. B. — *matrem quam.* B.

c. 9. *Aedilis cogitaret.* A. — *Crassum praemio vel metu.* B. — *per Umbranes.* A.

c. 10. *aede in foro.* B.

c. 14. *quin tantum* (omisso *et*). B. — *quousque manus.* B. — *objecta protexerunt.* B.

c. 16. *ad eundem coetum.* A.

c. 20. *delargitus.* A. *elargitus.* B. — *ultro accideret* (omisso *sibi*). A. — *e compacto.* A.

c. 22. *populus ei hanc.* A. — *quod concupisset.* B.

c. 23. *et ad honorem.* B. — *singrapha.* B.

c. 24. *perfecitque utrimque ut in quinquennium imperium sibi.* A. *perfecitque per utrumque.* B. (v. ind. sub v. *Uterque.*) — *alauda enim appellatur.* A.

c. 25. *apud Gergoviam.* A.

c. 27. *libertos etiam servulosque.* B. — *palam plane.* A.

c. 28. ad voc. *superque* A. in margine a manu secunda habet: al. *simul et* pro *superque.* — *super quoque.* B. — *lege in aes incisa* (omisso *jam*). A.

c. 29. *et* ante *designatos* omittit A.

c. 30. *profugatosque.* A. — *hoc eum verbum* (omisso *ad*). A. *hoc eum ad v.* B. — *libro tertio.* A.

c. 32. *iniquitas vocant.* A.

c. 33. *discisa.* B.

c. 34. *successor nominatus* (omisso *ei*). B. — *et non reversurum.* B. — *summa frumentariae* (omisso *que*). A.

c. 35. *Syriam inde Pontum* (omisso *et*). B. — *quem affuerat.* A. — *laus militiae.* A.

c. 36. *classe in — exercitus amiserunt.* A. — *fortuna umquam.* B. — *pulsus et non instante.* A. — *ultimo proelio in Hispania.* B.

c. 37. *elephantes.* B.

c. 38. *centenos amplius.* A.

c. 39. *S. Calpenus.* B. *Q. Calphurnius.* A. — *Euripo edito.* B. — *campi decertaverunt.* A.

c. 42. *dimidia mulctavit* (omisso *parte*). A.
c. 43. *si qui custodes fefellissent manu apposita.* A.
c. 44. *nam in ornanda.* A.
c. 45. *valitudine prosperrima.* A. — *ut quidam exprobrarent calvitii deformitatem cum iniquissime.* B.
c. 46. *magno sumptu* (omisso *que*). A.
c. 48. *parvis et majoribus.* B. *parvis ac in majoribus.* A.
c. 50. *Crassi et Cn. Pompeji.* A. *Crassi, Cn. Pompeji.* B. — *tum quidem.* B.
c. 52. *recusasset. dominam denique.* B. — *appellari suo nomine.* A.
c. 54. *neque in magistratibus neque in imperio.* B.
c. 55. *eloquentia militari aut aequavit* (omiss. *qua re*). B. — *quis aut sententiis acutior.* B. — *quaedam fertur.* A. *quaedam ferunt.* B. — *male subsequenter verba dicentibus.* A. — *priori habita.* B.
c. 56. *nos autem quam.* B. — *ad paginam.* B. — *occultius proferenda.* A. — *elementorum* omittit B.
c. 57. *pedibus ambulabat.* B.
c. 58. *novissime* omittit A.
c. 59. *Religione quidem nulla* (omisso *ne*). B. — *Saluiton.* A. — *cognomine erat.* B.
c. 60. *ex destinato.* A. — *ita ut nullum spatium perterritis daret.* A. — *fugae* omittit B.
c. 64. *passus enavit ad.* B.
c. 65. *exactor gravissime.* B.
c. 66. *insuper ampliando.* A.
c. 67. *blandiore nomine.* A. B. — *in proelio* omitt. B.
c. 68. *tantopere perdurabant.* A. — *nec ostendi cuiquam.* B. — *puppim.* A. B.
c. 69. *non nisi exacta.* A.
c. 70. *summoque urbis* (omisso *etiam*). A. — *ardenti tunc.* B.
c. 73. *tam graves accepit.* A.
c. 74. *jussit, et tum suffigi.* B. — *subita poena interfecissent.* A. — *ostenderet sibi notas* (omisso *esse*). B.
c. 76. *Cimoni* A. pro *Rufioni.*
c. 77. *Titus Lamprius.* A.
c. 78. *Veneris Genitricis recepit.* B. — *cum conaretur exurgere.* A.
c. 79. *hominemque in vincula detrahi jussissent.* B. — *L. Cottam* omitt. B.
c. 80. *Quae summa causa.* B. — *ab universis acclamatum est.* B. — *conspiratum in eum est.* A.
c. 81. *aliquantulum vasculorum.* B. — *per quietem* omitt. A. — *alam cum Jove.* A. — *advenisse quidem.* A.
c. 82. *in speciem officii.* B. — *partes acceperat.* B. — *adversus vulnerat.* B. — *est tantummodo ad* (pro *uno modo*). A. — *desilientibus cunctis.* A. — *fuerat animus conjuratorum.* B. — c. 83. *proximis* om. A. — *Levicano.* B. — *in tutores filii.* A. — c. 84. *discisam.* B. — *praecipue Iud.* (omisso *que*). B. — c. 85. *longo tempore apud eam sacrificare.* B. — c. 86. *e diverso opinantem.* A. — c. 87. *fere constat.* A. — c. 88. *creditumque animam* (omisso *est*). B.

# INDEX I.

## NOMINUM PROPRIORUM.

# A.

*Aboriginum* rex Faunus. Vit. 1. De Aboriginum gente, cui postea a Latino rege *Latinorum* nomen adhaesit, v. *Dionys.* 1, 9. sequ. *Faunum* eorum regem prodit Id. 1, 31 et 42.

Cn. *Acerronius* Proculus, Consul A. U. 790. cum C. Pontio Nigrino. T. 73.

*Achaja.* Devicta a Romanis Graecia omnis in duas partes erat divisa, *Achajam* et *Macedoniam*, eoque sensu latiori, ubi apud scriptores Romanos occurrit, Achaja Graeciam proprie sic dictam et Peloponnesum cum insulis continet. v. *Pausan.* 7, 16. fin. — T. 4. 6. Vesp. 5. Isthmus in Achaja. Cal. 21. Ner. 19. — Achajam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat h. e. provincias Caesareas fecerat, Senatui reddidit Claudius. Cl. 25. cf. c. 42. Libertate donata Achaja a Domitio Nerone (*Plin.* 4, 6. *Pausan.* 7, 17. cf. Lips. ad *Tac.* 15, 36. Reimar. ad *Xiphil.* 63, 11.) denuo in provinciae formam redacta est a Vespasiano. Vesp. 4. *Philostr.* 5, 14.

*Achaica* peregrinatio Neronis. Ner. 19. 22. 51. Vesp. 4.

*Achaici* cognomen tulit L. Mummius (*Plin.* 35, 4. *Vell.* 1, 13.), cujus proneptis *Mummia Achaica.* Galb. 3.

*Achilles.* T. 70.

C. *Acilius*, miles Caesaris. C. 68. In libris *C. Attilius*, *Q. Attilius*, *Atilius* et *Accilius* scribitur. v. Oudend.

Man. *Acilius* Aviola, Consul A. U. 807. cum Asinio Marcello. Cl. 45.

*Acilius* Glabrio, Consul A. U. 844. cum Trajano (v. Reimar. ad *Xiphil.* 67, 12.) in exilio interfectus a Domitiano. Dom. 10. — *Acilius*, Aedilis. v. *Caerius.*

*Acte* liberta et concubina Neronis. Ner. 28. 50.

*Actium.* A. 17. 18. 96. bellum Actiacum. A. 9. Actiaca victoria. A. 18. Actiacae victoriae. Cal. 23. triumphus Actiacus Augusti. A. 22. T. 6. Actiaci ludi ab Augusto instituti. A. 18. T. 6. v. Fabric. ad *Dion.* 51, 1.

*Actius* comoedus. T. 47.

M. *Actorius* Naso, historicus Romanus. C. 9. 52.

*Adelphi*, comoedia Terentii. Ter. 2.

*Adminius*, Cynobellini, Britannorum regis, filius. Cal. 44. Sine dubio *Edwin.*

*Adriatici* maris sinus. T. 16.

*Adrumetum*, Africae urbs, metropolis provinciae Byzacenae. Vesp. 4.

*Aegisthus* Caesar dictus a Pompejo ob adulterium cum Mucia. C. 50.

*Aegyptus.* Tentavit per partem Tribunorum Caesar, ut sibi Aeg. provincia plebiscito daretur. C. 11. Idem postea victor

regnum Aegypti Cleopatrae fratrique ejus minori permisit, veritus provinciam facere. C. 35. sed in provinciae formam eam redegit Augustus. A. 18. (*Dio* 51, 17. *Tac.* A. 2, 59.) ad praefecturam provecto Cornelio Gallo. A. 66. — Aegypti praefectura. Ner. 47. procuratio Aegypti. Ner. 35. Tiberius Alexander, praefectus Aegypti. Vesp. 6. claustra Aegypti. Vesp. 7.

Caesar cum Cleopatra nave thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit. C. 52. eandem peragravit Augustus. A. 93. magnus obeliscus ex Aegypto advectus. Cl. 20.

*Aegyptii.* spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur. Cal. 57. Aegyptii ritus. T. 36. Aegyptiae classes. C. 39. polyphagus quidam Aegyptii generis. Ner. 37.

*Aelius Lamia.* Ejus uxorem Domitiam Domitianus in matrimonium abduxit. Dom. 1. a quo ipse ob suspiciosos jocos interfectus est. Dom. 10. *Juvenal.* 4, 154.

L. *Aelius* Lanuvinus, gener Qu. Aelii, duplici cognomine *Praeconinus* et *Stilo*, inter eos nominatur, qui Grammaticam ab omni parte instruxerunt et auxerunt. Gr. 2. 3.

L. *Aelius* Sejanus. v. *Sejanus.*

*Aelia Petina*, consulari patre. Cl. 26. secundum *Tac.* A. 12, 1. e familia Tuberonum, uxor Claudii, mox ex levibus offensis repudiata. v. not. ad l. c., post mortem Messalinae repetita. ibid.

*Aemilius Aelianus* Cordubensis. A. 51.

*Aemilius Lepidus.* v. *Lepidus*, quo nomine fere occurrunt, qui ad hanc familiam pertinent.

M. *Aemilius Mamercus*, Consul A. U. 676. cum D. Bruto, propinquus Caesaris, veniam ei a Sulla impetravit. C. 1. v. n.

L. *Aemilius Papus*, Praetor Siciliae bello Punico secundo. *Liv.* 28, 38. P. Scipione Africano et P. Licinio Crasso Css. A. 2. v. n.

L. *Aemilius Paulus*, Consul cum C. Marcello A. U. 704. a Caesare pecunia contra collegam conciliatur. C. 29. ubi v. n.

*Paulus* Censor, L. Aemilius M. filius, Lepidi Triumviri frater, proscriptus a Triumviris (A. 16. ubi v. n.) sed servatus, (v. Fabr. ad *Dion.* 47, 6.) et ad censuram postea cum L. Munatio Planco ab Augusto evectus. Cl. 16. v. *Glandorp.* Onomast. p. 30. et Oudend. ad A. 16.

L. *Aemilius* Paulus, Censoris filius, comes Augusti in bello Siculo. A. 16. ejusdem progener, ducta Julia, nepte Augusti A. 64. contra eum conjuravit. A. 19. De ejus liberis v. sub v. *Lepidus.*

*Aemiliana*, locus ad campum Martium. Cl. 18. v. Lips. ad *Tac.* 15, 40.

*Aenaria* insula, antea Pithecusae, qua data Augustus Capreas a Neapolitanis accepit. A. 92. v. *Cinaria.*

*Aënobarbus* v. *Domitius.* Aënobarbum nomen esse quinque syllabarum, monet Oudend. ad Ner. 1.

*Aënobarbum* post adoptionem a Britannico se appellatum, indigne fert Nero. Ner. 7. idem dolet, a Vindice pro Nerone Aënobarbum se appellatum. Ner. 41.

*Aeneas.* Ner. 39.

*Aequiculi*, Aequi, Aequicolae, Aequiculani. Vit. 1. *Cellar.* G. A. 2, 9. p. 782.

*Aesar* Etrusca lingua Deus. A. 97.

*Aesculapii* signum. A. 59. *Aesculapii* insula. Cl. 25. v. *Liv.* 2, 5. *Ovid.* Fast. 1, 291.
*Aeserninus*, nepos Asinii Pollionis. A. 43. v. Ern. ad *Tac.* A. 3, 11.
*Aethiopia.* C. 52. *Aethiopes.* Cal. 57.
*Aetnaeus* vertex. Cal. 51.
*Aetolia.* promontoria Peloponnesi atque Aetoliae. A. 17.
L. *Afranius*, dux Pompeji in Hispania. C. 34. a Caesare interficitur. C. 75.
*Afranius* poeta, quem togatis excelluisse dicit *Quinctil.* 10, 1. cf. *Cic.* Brut. 45. Fin. 1, 3. *Horat.* Ep. 2, 1, 57. v. *Glandorp.* p. 42. — Afranii togata, quae Incendium inscribitur. Ner. 11. Afranius in Compitalibus. Ter. 5.
*Africa.* C. 35. 36. 59. 70. A. 16. bellum Caesaris Africanum. C. 35. 70. triumphus Africanus. C. 37. A. 8. Africam provinciam Aug. non adiit. A. 47. legati ex Africa. T. 31. Africam Proconsule biennio obtinuit Galba. Galb. 7. proconsulatus Africae. Oth. 1. Vit. 5. Africam sortitus. Vesp. 4.
*Afri* pugiles. Cal. 18. nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coepto. Ter. 1. — *Africanarum* venatio. Cal. 18. Cl. 21. v. *Plin.* ep. 6, 34. fin.
*Africanus.* v. *Fabius* et *Scipio.*
*Agamemnon.* T. 61. — *Agathemer* v. *Agathemerus.* v. *Claudius Agath.*
L. *Agerinus*, libertus Agrippinae. Ner. 34. *Tac.* A. 14, 7.
M. *Agrippa* fugat apud Siciliam Sexti Pompeji naves. A. 16. post navalem victoriam coeruleo vexillo ab Aug. donatur. A. 25. complura et egregia opera exstruit. A. 29. cf. c. 42. adest Augusto in legendo Senatu. A. 35. ejus uxores, Caecilii Attici, Equ. Rom., filia. T. 7. Gr. 16. *Cornel.* Att. 12., Marcella, et Julia Augusti. A. 63. liberi ex Julia Cajus, Lucius, Agrippa, Julia, Agrippina. A. 64. Mytilenas secedit, quod Marcellus ei antefertur. A. 66. T. 10. a Theogeno mathematico magna ei praedicuntur. A. 94. Agrippae nepotem ob ignobilitatem generis dici se recusat Caligula. Cal. 25.
*Agrippa*, ejus filius, nepos Augusti, Postumus. A. 19. 64. Agr. juvenis. A. 51. adoptatur ab Augusto. A. 65. T. 15. abdicatur seponiturque Surrentum. ib. in insulam transportatur, septus custodia militum. A. 65. T. 15. Tiberii jussu interficitur. T. 22.
*Agrippina*, neptis Augusti (ex Julia et Agrippa) A. 64. collocatur Germanico. ib. Cal. 7. ejus ingenium ab Aug. laudatur. A. 86. succumbit odio Tiberii. T. 53.
*Agrippina*, filia M. Agrippae, neptis Caecilii Attici (v. *Agrippa*), uxor Tiberii. T. 7.
*Agrippina*, filia Germanici. Cal. 7. mater Neronis ex Domitio. Ner. 5. 28. post mortem Domitii Galbae nuptias expetit. Galb. 5. vidua Domitii nubit Claudio. Cl. 26. 29. 30. 43. interficiendum curat Claudium. Cl. 44. mortem ejus celat. Cl. 45. potens apud filium et defuncti quoque Narcissi amicos perosa. Ner. 9. Vesp. 4. a filio interficitur. Ner. 34.
*Agrippinensis* colonia. Vit. 10.
*Ajax*, tragoedia Augusti, ab eo deletur. A. 85.
*Alani* incursione Parthiam lacessunt. Dom. 2. *Joseph.* B. Jud. 7, 7, 4.
*Alauda*, nomen legionis, a Caesare ex Transpadanis conscriptae,

Gallicum. C. 24. *Quintam* appellatam fuisse, docet Oudend. l. c.
*Albanus* mons. Cl. 4. *Albanum.* Ner. 25. Dom. 4. Ter. 1. 5. secessus Albanus. Dom. 19. *Albanae* columnae. A. 72.
*Albia* Terentia, uxor L. Othonis, mater L. Titiani et M. Othonis Imperatoris. Oth. 1.
*Albis* fluvius. A. 21. ubi Germani dicuntur ultra Albim summoti. cf. Cl. 1.
*Albudinus* fons. Cl. 20. Al. *Albudignus.*
*Albulae* calidae. A. 82. balineae marinis et Albulis fluentes aquis. Ner. 31. *Martial.* 1, 3.
C. *Albutius* Silus. Rh. 6.
*Alexander* M. Animadversa apud Herculis Gaditani templum M. Alexandri imagine ingemit Caesar. C. 7. conditorium et corpus Alexandri veneratur Augustus. A. 18. imago Alexandri Augusto pro signo. A. 50. ostentum, quod Alexandro apud aras Liberi in Thracia provenit. A. 94. Alexandri thoracem, repetitum e conditorio, gestat Caligula. Cal. 52. legionem Nero M. Alexandri phalangem appellat. Ner. 19.
*Cornelius Alexander*, grammaticus Graecus. Gr. 20.
*Tiberius Alexander*, praefectus Aegypti. Vesp. 6.
*Alexandria.* C. 64. Cl. 16. Ner. 20. Gr. 17. fugientem Pompejum Caesar Alexandriam persecutus cum Ptolemaeo rege bellum gerit. C. 35. cf. T. 4. Gr. 20. tres legiones a Caesare Alexandriae relictae. C. 76. v. n. Alexandriam sedem imperii translaturus creditur Caesar. C. 79. (cf. Cal. 49. qui eodem commigrare proposuit.) Alex. post Cleopatrae et Antonii fugam obsessa brevi potitur Augustus. A. 17. 71. Alexandriam adit Germanicus. T. 52. vetus Alexandriae Museum. Cl. 42. Alex. transit Vespasianus, ut claustra Aegypti obtineat. Vesp. 7. Alex. petit Titus. Tit. 5. Alexandriam mittit Domitianus, qui exemplaria describant et emendent. Dom. 20. v. n.
*Alexandrinum* bellum. T. 4. *Alexandrinus* triumphus Caesaris. C. 37. Augusti. A. 22. 41. Alexandrina navis. A. 98. Ner. 45. Galb. 10.
Alexandrina Pharus. Cl. 20. Alii: *Alexandrinus.* merces Alexandrinae. A. 98. peregrinatio Neronis Alexandrina. Ner. 19.
*Alexandrini.* C. 11. Ner. 19. Vesp. 19.
*Alexandria*, nutrix Neronis. Ner. 50.
*Alliensis* dies. Vit. 11. dies funestus ob cladem ad Alliam. v. *Cic.* ad Att. 9, 4. coll. *Gell.* 4, 9.
*Allobroges* a Cn. Domitio superati. Ner. 2.
*Alpes.* C. 25. in transitu Alpium. C. 56. A. 79. in jugo Alpium urbem condere destinat Caligula. Cal. 21. Alpium juga. Cal. 51. proelio apud Alpes vincit Otho. Oth. 9. — Alpium (Cottiarum) regnum in provinciae formam redactum a Nerone. Ner. 18. cf. *Vopisc.* Aurelian. 21.
*Alpinae* gentes a Tiberio subactae. T. 9.
*Amazones.* magnam Asiae partem Amazonas tenuisse quondam, dicit Caesar. C. 22. secures peltaeque Amazonicae. Ner. 44.
*Ambiatinus* vicus in Treveris. Cal. 8. Al. legunt: *Ambitarinus.*
*Ambrones.* C. 9. v. n. — *Amphitheatrum.* v. ind. Latin.
T. *Ampius.* C. 77. v. n. Nomen contra corruptelas vindicat etiam Oudend. ad h. l.
*Ancharia*, prior conjux C. Octavii, patris Augusti. A. 4.
*Ancus Marcius.* Ab hoc rege Caesar matris genus deducit. C. 6.

*Andria*, comoedia Terentii. Ter. 2.
*Anicetus*, paedagogus Neronis. Ner. 35.
*Anien* fluvius. T. 1. rivus Anienis novi. Cl. 20. Al. *Anio*, Anionis. v. Oudend. ad T. 1.
*Annaeus*. Annaeus Cornutus. Pers. Ad *Annejos* refertur a *Glandorp*. p. 55. cf. Oudend. ad h. l. Locupletissimus de eo est Fabric. ad *Dion*. 62, 29. — Cf. *Lucanus* et *Seneca*.
*Annius Cimber*. A. 86. v. n.
*Anticatones*. v. ind. Latin.
*Anticyra*. Cal. 29. insula maris Aegaei, ellebori proventu celebrata.
*Antiochus* Commagenus. Cal. 16. ubi v. n. de regibus Commagenes.
*Antiochus* quidam furnariam exercens. Vit. 2. — *Antiochia*. T. 49. Cal. 1.
L. *Antistius*, Tr. pl., postulat Caesarem, functum consulatu. C. 23. v. Cl. Cicer.
*Antistius Labeo*. A. 54. v. n. *Glandorp*. Onomast. p. 63.
*Antistius* medicus. C. 82.
*Antium*, Volscorum urbs. A. 58. T. 38. Cal. 8. 49. Ner. 6. 9. 25. — *Fortunae Antiatinae*. Cal. 57. v. n.
C. *Antonius*, collega Ciceronis in consulatu A. U. 691. A. 5.
C. *Antonius*, legatus Caesaris, in Illyrico in adversariorum devenit potestatem. C. 36.
M. *Antonius*, Consul A. U. 710. diadema Caesaris capiti admovet. C. 79. ejus metu percussores Caesaris a contumeliis mortui desistunt. C. 82. funus Caesaris curat. C. 84. Octaviano adversatur, Dec. Brutum Mutinae obsidet, superatur. A. 9. 10. 11. post fugam a M. Lepido receptus A. 12. societate cum Octav. et Lepido facta bellum Philippense gerit. A. 13. inde Orientem ordinandum recipit. ib. post varia dissidia ad bellum conversus ad Actium vincitur, et Alexandriae cum Cleopatra mortem oppetit. A. 17. sepulturae tamen honorem accipit, liberi praeter natu maximum servantur. ib. — signa M. Antonio a Parthis ademta. A. 21. ejus privigna Claudia. A. 62. ejus nepos ex filia Selene, Ptolemaeus, Jubae filius. Cal. 26. Antonii calumniae de Augusti origine. A. 2. 4. ejus epistolae citantur. A. 7. alia ejus in Augustum convicia. A. 11. 16. 63. 68. 69. 70. cf. C. 52. — declamare consuetus. Rh. 1. discipulus Epidii Rh. 4. et amicus Sexti Clodii Rh. 5. ejus scribendi genus. A. 86. grata memoria colitur a Claudio Imperatore. Cl. 11. — Memoratur adhuc A. 20. 28. 49. T. 4. Ner. 3. — Bononienses antiquitus in Antoniorum clientela. A. 17.
L. *Antonius*, Triumviri frater, Consul cum Servilio Isaurico A. U. 713. (*Dio* 58, 4.) A. 9. T. 4. 5. ab Augusto Perusiae obsidetur. A. 14. 15. ejus convicia in Augustum. A. 68.
*Antonius* juvenis, major Triumviri filius de duobus e Fulvia genitis, ab Aug. interficitur. A. 17.
*Julus Antonius*, minor Triumviri ex Fulvia filius, Consul A. U. 744. Cl. 2. ubi v. n. postea ob adulterium cum Julia et insidias Augusto structas ab Aug. interemtus. v. ad Aug. 17. fin., ubi de reliquis Antonii liberis exposui. — Magistro usus est L. Crassitio. Gr. 18.

Filiae Antonii Triumviri ex Octavia, sorore Augusti,

*Antonia* major, uxor Domitii Aënobarbi, avi Neronis. Ner. 5.

ubi v. n. cf. Lips. ad *Tac.* A. 12, 64. v. etiam infra sub nom. *Domitia Lepida.*
*Antonia* minor, uxor Drusi, mater Germanici, Claudii et Livillae. Cl. 1. 3. 4. Cal. 1. educat nepotem Caligulam. Cal. 10. 24. a quo iisdem honoribus cumulatur, quibus antea Livia Augusta. Cal. 15. mox ad mortem cogitur. Cal. 23. cf. c. 29. mortuae carpentum et cognomen Augustae decernit Claudius. Cl. 11. ejus liberta Caenis memoratur Vesp. 3.
*Antonia*, Claudii filia ex Petina. Cl. 27. a patre Cn. Pompejo Magno, deinde Fausto Sullae collocata ib. recusat post Poppaeae mortem Neronis nuptias et ab eo novarum rerum crimine interficitur. Ner. 35.
M. *Antonius Gnipho.* Gr. 7. 8. 10. cf. *Macrob.* Saturn. 3, 12. *Quinctil.* 1, 6. De eo v. Schütz. praefat. ad edit. Cicer. Vol. 1. p. LVIII. sequ., ubi libros rhetoricorum ad Herennium ei tribuit.
M. *Antonius Liberalis.* v. ind. rhetorum, libro de cl. rhet. praemissum. Vixit sub Claudio. Burm. hunc auctorem putat Μεταμορφώσεων συναγωγῆς, quam adhuc habemus.
*Antonius Musa*, medicus Augusti. A. 59. 81.
*Antonius Primus* opprimit Vitellium. Vit. 18. *Tac.* H. 2, 86.
L. *Antonius Saturninus* (*Martial.* 4, 11. 9, 85.) superioris Germaniae praeses, bellum civile movet sub Domitiano. Dom. 6. 7. sed a militibus interficitur. ib.
*Anulariae Scalae*, locus urbis Romae juxta Forum Romanum. A. 72. v. n. cf. *Nardin.* Rom. vet. 5, 16.
*Apelles* tragoedus. Cal. 33.
*Apennini* dorsum. C. 44. in Apennini jugis. Vit. 10. Al. *Appeninus.* Sed v. Oudend. ad c. 44.
*Aphrodisius.* v. *Scribonius.*
*Apis.* A. 93. ubi accusat. *Apin.* v. interpr., ut ablat. *Api* Tit. 5. ubi al. *Apide.*
*Apollinaris* tragoedus. Vesp. 19.
*Apollo.* Apollinis vetus templum Actiacum. A. 18. (*Thuc.* 1, 29. *Polyb.* 4, 63.) unde *Leucadius Deus Ovid.* Trist. 3, 1, 42. 5, 2, 46. templum Apollinis in Palatio cum porticibus et bibliotheca. A. 29. ubi v. n., unde Apollo Palatinus. A. 31. 52. et Palatinus atriensis. Cal. 57. v. n. Palatium et Apollinem petiit h. e. templum Apollinis Palatini. Ner. 25. — Ap. Sandaliarius. A. 57. v. n. Tortor. A. 70. Temenites. T. 74. consultus Delphis Apollo a Nerone. Ner. 49. Paean, ἑκατηβελέτης, in versu jocoso. Ner. 39. — Apollinis filius habitus Augustus. A. 94.
*Apollodorus* Pergamenus. A. 89. v. *Strabon.* 13, 4, 3. *Quinctil.* 3, 1, 17.
*Apollonia*, urbs Macedoniae (sensu Romano) ad mare Adriaticum. A. 8. 10. 89. 94. 95.
*Apollonius* Molo. C. 4. v. n.
*Apollophanes*, praefectus Sexti Pompeji. A. 16.
*Aponi* fons. T. 14. *Martial.* 6, 42, 4. Aponi fontes, ἄπονοι.
*Aponius Saturninus.* Cal. 39.
*Appius.* v. *Claudius* et *Silanus.* — *Appii Forum.* v. *Forum.*
*Appia* sc. via. T. 72. Addito vocab. *via.* Cal. 19. Cl. 1. Ter. 5. Pers. — in viae Appiae vico. Ner. 5.
Sext. *Appulejus*, Consul cum Sexto Pompejo A. U. 767. A. 100. *Appulejum* scribendum, non *Apul.*, docent lapides et monumentum Ancyranum.

L. *Appulejus.* Gr. 3.
*Aprilis* mensis Neroneus dictus. Ner. 55.
*Apulia.* Vit. 1.
*Aquarius.* Dom. 16. — *Aquila* v. *Pontius.*
*Aquileja*, urbs regionis Transpadanae in Venetis. A. 20. T. 7. Vesp. 6.
*Aquilius Niger* historicus. A. 11.
*Aquitania.* A. 21. Galb. 6. legatus Aquitaniae. Galb. 9.
*Arcadia.* Vesp. 7.
*Archelaus*, rex Cappadociae, a Tiberio juvene, Augusto cognoscente. defenditur. T. 8. ab eodem Imperatore Romam evocatus ibi moritur, regno in provinciam redacto. T. 37.
*Laelius Archelaus.* Gr. 2.
*Arelate*, colonia Galliae Narbonensis, a patre Tiberii deducta. T. 4.
*Areus* philosophus. A. 89. v. n. Gr. 'Αρειος. v. Fabric. ad *Dion.* 51, 16.
*Argius*, dispensator Galbae. Galb. 20.
*Aricia*, oppidum Latii sub monte Albano, propinquo nemore Dianae et Egeriae fonte celebre. A. 4. v. *Cellar.* p. 799. — *Aricinus* ibid.
*Ariminum*, oppidum Umbriae ad ostium amnis Arimini. A. 30.
*Aristarchus.* Gr. 2. 14. — Petronius *Aristocrates* Magnes. Pers.
*Armenia* minor. C. 44. ab Armenia rediens. T. 11. — Armeniam vindicanti Augusto cedunt Parthi. A. 21. regnum Armeniae Tiberius Tigrani restituit. T. 9. *Tac.* 2, 3. Armen. regem devincit Germanicus. Cal. 1. v. n. Armen. Parthi occupant. T. 41. legiones in Arm. sub jugum missae. Ner. 39. v. n. cf. 40. — Armeniae rex Tiridates. Ner. 13. — Armenii sedentes in Senatu. Cl. 25.
*Arpocras* h. e. Harpocrates, libertus Claudii. Cl. 28.
*Arretinus Clemens*, Consul A. U. 847. cum L. Nonnio Asprenate, a Domitiano capitis condemnatus. Dom. 11.
*Arria*, uxor Caecinae Paeti, quae se ante virum occidit. Pers.
*Arricidia Tertulla*, uxor Titi. Tit. 4.
*Arruntius Camillus* v. Camillus.
*Artabanus*, Parthorum rex, Tiberium literis lacerat. T. 66. Caligulae amicitiam ultro petit, ad L. Vitelli, Syriae praepositi, colloquium venit, et transgressus Euphratem aquilas et signa Rom., Caesarumque imagines adorat. Cal. 14. v. n. coll. Vit. 2.
*Arverni*, Galliae Aquitanicae populus, cum Allobrogibus a Cn. Domitio, atavo Neronis, superati. Ner. 2.
*Asclepiades* Mendes h. e. e nomo Aegypti Mendesio. A. 94.
*Ascletarion* mathematicus. Dom. 15. — *Asdrubal* v. *Hasdrubal.*
*Asellius Sabinus.* T. 42. Fortasse idem Asellius Cal. 8.
*Asia* h. e. proprie sic dicta, quae postea *Asia minor* dici coepit. v. *Cellar.* T. 2. p. 5 sequ.
Asiae partem tenuisse dicuntur Amazones. C. 22. stipendia prima in Asia fecit Caesar. C. 2. Asiae potentissimae urbes a Caesare praecipuis operibus exornatae. C. 28. Asiae Bithyniaeque principum liberi. C. 39. pueri nobiles ex Asia. Cal. 58. Q. Cicero parum secunda fama proconsulatum Asiae administrat. A. 3. Aug. Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit. A. 17. in Asia quartum consulatum init A. U. 724. A. 26.

Asiae civitates terrae motu disjectae a Tiberio sublevantur. T. 48. Rut. Rufum in Asiam secutus. Gr. 6.
*Asiaticus* libertus. Vit. 12. Asiatici oratores. A. 86. v. *Plutarch.* Anton. 2. ubi ζῆλος Ἀσιανός. v. int. ad *Plin.* ep. 5, 20, 4.
*Asinius Epicadus*, ex gente Parthina, hybrida. A. 19. v. n.
*Asinius Pollio.* C. 30. v. n. 33. 55. 56. A. 29. 43. Gr. 10. Ejus filius
C. *Asinius Gallus*, Consul A. U. 746. (Horat. fin.), duxit Agrippinam a Tiberio dimissam, *Tac.* A. 1, 12. uti notavimus ad T. 7. Contra hujus libros defensionem Ciceronis scripsit Claudius. Cl. 41. cf. Gr. 22. Hujus filius, Pollionis nepos, fuit
*Asinius Gallus*, qui A. U. 799. contra Claudium Imperatorem conspiravit. Cl. 13. ubi v. n. cf. Lips. ad *Tac.* A. 3, 75.
*Asinius Gallus*, Consul A. U. 815. sub Nerone. Pers.
*Asinius Marcellus*, Consul A. U. 807. Cl. 45. — *Asprenas Nonius* v. *Nonius.*
*Assyria* C. 22. sec. nonnullos. Nos edidimus: *in Syria.* v. n.
*Astura*, insula cum oppido in ejusdem nominis flumine in Volscis. v. *Cellar.* p. 809. A. 97. T. 72.
*Asturco*, equus Asturicae stirpis. Ner. 46. v. *Plin.* 8, 42.
*Atalanta.* T. 44.
*Atella*, municipium inter Capuam et Neapolin. T. 75. *Atellanicum* exodium. T. 45. v. n. *Atellanae* sc. fabulae poeta. Cal. 27. *Atellanarum* histrio. Ner. 39. *Atellani* Galb. 13. v. Manut. ad *Cic.* ep. 9, 6.
*Athenae.* Gr. 10. Lucan. — aedes Jovis Olympii Athenis antiquitus inchoata. A. 60. Aug. Athenis initiatus. A. 93. — *Attica.* Cl. 25.
*Athenodorus.* Cl. 4. v. Perizon. ad *Aelian.* V. H. 12, 25.
M. *Atius Balbus*, praetorius inter XX. viros agro Campano dividendo, conjux Juliae, sororis Caesaris. A. 4.
*Atia*, ejus filia, altera uxor C. Octavii, mater Augusti et Octaviae minoris. A. 4. 94.
*Atratinus.* Rh. 2.
*Atta Clausus* s. Claudius, princeps gentis Claudiae. T. 1.
*Attalus* rex. Gr. 2.
*Attejus Capito.* Gr. 10. 22. *Attejus Philologus.* Gr. 7. 10. — *Attejus Praetextatus.* Gr. 10.
*Caecilius Atticus*, Eques Romanus. T. 7. Gr. 16. ubi ineptum *Satrii* nomen ortum ex *Equ. Romani.*
*Atticus Vestinus*, Consul A. U. 819. cum Silio v. Silano, maritus Statiliae Messalinae, a Nerone trucidatus. Ner. 35.
*Attilius*, poeta tragicus. Ejus Electra memoratur C. 84. v. n. Volcatius Sedigitus eum Terentio praeposuit. Ter. 5. *Gell.* 15, 24.
L. *Audasius*, falsarum tabularum reus contra Augustum conspiravit. A. 19.
*Aufidius Lurco*, maternus avus Liviae Augustae. Cal. 23. v. n. cf. *Glandorp.* p. 138.
*Augustus*, C. *Octavius*, et post adoptionem Caesaris *C. Julius Caesar Octavianus.* De gente Octaviorum v. sub v. *Octavius.* H. l. de solo Augusto agimus, quo nomine imperium adeptus a Nostro ceterisque scriptoribus appellari solet. Suetonius de Octaviis exponit A. 1—4. ac de patre quidem Augusti, C. Octavio. c. 3. 4. de matre Atia. c. 4. quae Augustus ipse de familia sua prodidit, Antonii aliorumque dictis opponun-

tur. A. 2. — Natales Augusti. A. 5. nutrimentorum locus. 6. cognomina Thurini, Caesaris, Augusti. 7. summa vitae. 8. Virili toga sumta, Caesaris in ultimis expeditionibus comes, receptis Hispaniis, ad Parthicum bellum Apolloniam praemittitur. Occiso Caesare, ubi ab eo heredem se ex dodrante (C. 83.) institutum, et in ejus familiam nomenque adoptatum comperit, ad adeundam hereditatem Romam repetit. ibid. bella ejus civilia quinque. 9. quorum primum, Mutinense, percussores Caesaris legibus persecutus, ludisque, quos Caesar ob victorias consecraverat, editis, (C. 88. A. 10.), contra M. Antonium, conatibus suis adversantem, cum Hirtio et Pansa gerit. A. 10. 11. sed victor causa optimatium deserta cum Antonio et Lepido se conjungit. 12. alterum Philippense contra Caesaris percussores. 13. tertium Perusinum contra L. Antonium. 14. 15. quartum Siculum contra Sext. Pompejum. 16. quintum Actiacum contra M. Antonium. 17. 18. conjurationes contra Augustum. 19. bella ejus externa, quorum duo per se, reliqua per legatos gessit. 20. 21. Janum Quirinum ter claudit, bis ovat, ter triumphat. 22. clades Lolliana et Variana. 23. in re militari multa commutat et instituit. 24. 25. ejus magistratus et honores. 26. 27. de reddenda Rep. bis cogitat. 28. publica ejus opera. 29. 30. Pontifex max. 31. pleraque pessimi exempli corrigit. 32. jurisdictioni assidue praeest. 33. leges partim retractat, partim ex integro sancit. 34. Senatum ad pristinum splendorem et modum redigit. 35. de magistratibus alia constituit. 36. nova officia excogitat. 37. bellicam virtutem honorat, Equitum turmas frequenter recognoscit. 38. 39. Tribunus pl. ex Equitibus etiam creat, alioque modo Equitum splendori prospicit, populi recensum vicatim agit, comitiorum pristino jure reducto, ſinceritatem et dignitatem populi Rom. servare studet. 40. liberalis erga omnes ordines. 41. salubris tamen magis, quam ambitiosus Princeps. 42. spectacula assidue edit, eaque varia et magnifica. 43. (ludos seculares. A. 31. cf. Cl. 21. Dom. 4. v. n.) spectandi confusissimum et solutissimum morem corrigit et ordinat. 44. ipse frequentissime adest spectaculis, maximo spectaculorum ejusque generis artificum studio. 45. Italiam coloniis frequentat, easque auget et ornat. 46. provincias ordinat. 47. regna regesque curat. 48. militares copias novo instituto distribuit, et praemia aliaque ad militiam pertinentia ordinat. 49. ejus signum. 50. clementia et civilitas. 51—56. unde maximus omnium in eum amor variique honores. 57—60. interior ac familiaris ejus vita, mors matris et sororis. 61. matrimonia. 62. liberi. 63. nepotes neptesque. 64. familiae ejus clades et opprobria. 65. amicitiae. 66. patronus dominusque non minus severus, quam facilis et clemens. 67. impudicitiae crimina. 68. adulteria. 69. coenae secretioris infamia, Corinthiorum cupiditas. 70. lubidines, aleae studium. 71. habitatio. 72. instrumenti, supellectilis, vestitus parsimonia. 73. convivia. 74. festorum dierum oblectamenta. 75. cibus. 76. vini temperantia. 77. somnus. 78. forma. 79. corporis labes. 80. valetudines. 81. infirmitatis varia cura. 82. corporis varia exercitatio. 83. eloquentia. 84. cf. Rh. 1. scripta. 85. genus loquendi. 86. cf. Rh. 1 et 4. quotidianus sermo. 87. orthographia. 88. varia eruditio utriusque linguae. 89. tonitrua, somnia, auspicia et omina timide ob-

servat. 90—92. peregrinarum cerimoniarum veteres reverentissime colit, ceteras contemtui habet. 93. (Druidarum religionem civibus interdicit Cl. 25.) futura ejus magnitudo et perpetua felicitas variis somniis et ostentis portenditur. 94. 95. etiam bellorum semper eventus. 96. ipsaque mors. 97. ultima ejus valetudo. 98. 99. mors et funus. 100. testamentum. 101. (cf. T. 23. 48. 50.) judicia ejus de Tiberio. T. 21. 51. 68. de Claudio. Cl. 4. praesagium de Galba. Galb. 4. sententia de orationibus Caesaris. C. 55. epistolae Augusti. A. 71. 76. T. 21. 51. Cal. 8. Cl. 4. Horat.

Drusum privignum non modo non suspectum habuisse, sed praecipue eum dilexisse, auctor dicit. Cl. 1. prodidit tamen Tiberius epistolam, qua Drusus secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat. T. 50. filii infantis Germanici effigiem in cubiculo suo positam Augustus exosculari solitus. Cal. 7. Caligula matrem suam Agrippinam ex incesto Augusti cum Julia filia procreatam praedicat. Cal. 23. Verrium Flaccum Augustus nepotibus praeceptorem eligit. Gr. 17. declamare ipse consuetus. Rh. 1. discipulus Epidii. Rh. 4. rationes imperii ab Aug. propositae, sed a Tiberio intermissae. Cal. 16.

Augusti templum Nolae a Tiberio dedicatur. T. 40. aliud Romae inceptum Tiberius imperfectum relinquit. T. 47. absolvit Caligula. Cal. 21. idem super templum D. Augusti ponte transmisso Palatium Capitoliumque conjungit. Cal. 22. statua Augusti. T. 53. 58. simulacrum Augusti. T. 58. per Augustum jurare solitus Claudius. Cl. 11. D. Augustus. Cal. 22. 38. Vit. 1. Augusti nomen hereditarium. T. 26. cognomen Augusti a Vitellio dilatum. Vit. 8. Augustus Nero appellatur. Ner. 46.

*Augusta.* Julia Augusta h. e. Livia. Cal. 16. v. Oudend. ad A. 101. Livia Augusta. Cal. 10. 15. 23. Galb. 5. Oth. 1. Simplic. Augusta. Cl. 3. cognomen Augustae aviae Antoniae decernit Caligula. *Dio* 59, 3. v. ad Cal. 15. sed a viva recusatum mortuae dat Claudius. Cl. 11. v. n. Claudia Augusta. Ner. 35. Domitiam uxorem ut Augustam consalutat Domitianus. Dom. 3. Augustarum ornamenta. Ner. 26. — De cognomine Augustae v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 84, 6. Ceterum cf. *Livia.*

*Augustales* sodales. Cl. 6. Galb. 8. — *Augustiani.* Ner. 25. — *Augustinus* currus. Cl. 11. h. e. currus Augusti.

*Aurea domus* Neronis. v. *Aureus.*

*Aurelius Cotta.* C. 1. *Aurelius Opilius.* Gr. 6. *Aurelia*, mater Caesaris. C. 74. *Aurelia* via. Galb. 28.

*Aurunculejus*, legatus Caesaris. C. 25. v. *L. Cotta.*

*P. Autronius* post designationem consulatus ambitus condemnatus conspirat cum P. Sulla et M. Crasso. C. 9. v. n.

*Aventinus* v. *Aventinum.* Vit. 16.

*Avernus* lacus. A. 16. piscinam a Miseno ad Avernum lacum inchoavit Nero, idem fossam ab Averno Ostiam usque. Ner. 31.

*Axius.* Cic. epistola ad Axium. C. 9. v. n. cf. *Gell.* 7, 3.

## B.

*Babilus* astrologus. Ner. 36.
*Bajae*, locus Campaniae ob thermas situsque amoenitatem a Romanis maxime frequentatus. A. 64. T. 6. Ner. 34. quicquid totis Bajis calidarum esset. Ner. 31. Bajarum medium intervallum Puteolanas ad moles. Cal. 19. sinus Bajanus. ib. Ner. 27. portus Julius apud Bajas. A. 16.
*Baleares insulae.* Singul. e proxima Baleari insula. Galb. 10. Al. *Baliaris.*
*Basilides*, libertus Vespasiani. Vesp. 7. sec. *Tac.* H. 4, 82. unus e primoribus Aegyptiorum. v. n. ad l. c.
*Batavi*, gens Germanica ad ostia Rheni et Oceanum. Cal. 43.
*Bato*, dux Pannoniorum. T. 20. v. n.
*Bauli*, villa, quae promontorium Misenum inter et Bajanum lacum flexo mari adluitur, ut *Tac.* Ann. 14, 4. Ner. 34. v. *Martial.* 4, 63. — *Bebriacum* v. *Betriacum.*
*Beccus*, Gallicum cognomen Antonii Primi. Vit. 18.
*Beneventum*, urbs in Samnitibus. A. 97. Ner. 36. Gr. 9. ubi *Capitolium Beneventi.* — *Beneventanus.* Gr. 9.
*Berenice*, filia Agrippae majoris, Judaeorum regis, nupta primum Herodi Chalcidis regi patruo suo, postea Polemoni Ciliciae regi, suspecta incesti cum fratre Agrippa, praecipuo amore expetita a Tito Caesare. Tit. 7. v. n. cf. quae de ea collegit et quos citavit Reimar. ad *Xiphil.* 66, 15.
*Berytus*, urbs Phoenices, coloniis sub Augusto frequentata. *Berytius.* Gr. 24.
*Bessi*, natio Thraciae ad montem Haemum, *Bessi ac Thraces* junguntur A. 3. v. n.
*Betriacum*, *Bedriacum* et *Bebriacum*, vicus inter Veronam Cremonamque. *Tac.* H. 2, 23. Oth. 9. v. n.
*Betriacensis* victoria. Vit. 10. acie Betriacensi. Vesp. 5. Betriacenses copiae et duces. Vit. 15.
*Furius Bibaculus.* Gr. 4. versus Bibaculi. Gr. 9. 11. Bibaculi nomen Calvo substituit Heusinger. apud *Plin.* ep. 1, 16, 5.
*Biberius* in castris dictus Tiberius. T. 42.
M. *Bibulus*, Aedilis cum Caesare. C. 10. cum eodem Consul A. U. 695. C. 19. a collega armis Foro expulsus et in Senatu conquestus in eam coactus desperationem, ut, quoad potestate abiret, nihil aliud quam per edicta obnunciaret. C. 20. versus in ejus consulatum. ib. ejus edicta citantur. C. 9. 49.
*Bithynia.* C. 2. 49. Asiae Bithyniaeque principum liberi. C. 39.
*Bithynicus fornix*, *Bithynica regina* dictus per contumeliam Caesar. C. 49.
*Bogud* v. *Bogudes*, rex Mauritaniae. C. 52.
*Bononia*, urbs Galliae Cispadanae. A. 96. *Bononienses* antiquitus in Antoniorum clientela. A. 17. pro Bononiensibus Latine verba facit Nero. Ner. 7. *Tac.* 12, 58.
*Boter*, Claudii libertus. Cl. 27. v. n.
*Bovillae*, oppidum prope Albanum lacum. A. 100.
*Breuci*, gens Pannoniae. T. 9. v. *Strabo* 7, 5, 3. *Plin.* 3, 25.
*Britannia.* Britannos, ignotos antea, primus aggressus est Caesar. C. 25. 47. 58. Britanniae imminebat Caligula. Cal. 19. Brit. in deditionem recepta et triumphata a Claudio. Cl. 17. 21. (Britannicus triumphus. 23.) cf. Galb. 7. Vit. 2. praecipuâ operâ Vespasiani. Vesp. 4. ubi v. n. — Nero exercitum ex

Britannia deducere cogitat. Ner. 17. sub eodem maxima clades Britannica. Ner. 39. 40.
*Britannicus*, filius Claudii. Cl. 27. 43. Ner. 6. 7. veneno necatus a Nerone Locustae opera. Ner. 33. cum Britannico simul in aula educatus et institutus Titus. Tit. 2. statuae ab eodem ei positae. ibid.
*Brixellum*, Galliae Cispadanae oppidum. Oth. 9.
*Bructeri*, Germaniae gens, quae septentrionalem Vestphaliae nostrae partem tenebat. v. *Mannert* P. III. p. 205. sequ. — Bructerus quidam vitae Tiberii insidiatur. T. 19. v. n.
*Brundisium*, urbs Calabriae cum portu nobilissimo. C. 34. 58. A. 17. Rh. 1.
L. *Brutus*, primus Consul Rom. Ejus statua. C. 80.
M. *Brutus*, filius Serviliae, cum qua Caesar rem habuit. C. 50. unde filius Caesaris creditus est. v. ad C. 82. inter principes conspirationis contra Caesarem. C. 80. et inter percussores. C. 82. plebs statim a funere Caes. ad domum Bruti et Cassii cum facibus tendit. C. 85. vi et legibus aggredi eum statuit Octavianus. A. 10. cf. Ner. 3. ad Philippos vincitur, caput ejus Romam mittitur, statuae Caesaris subjiciendum. A. 13. ut M. Brutus refert (libro ignoto). C. 49. discipulus Staberii. Gr. 13. M. Brutus imperator. Horat. M. Bruti statua. Rh. 6. historicus Brutum et Cassium ultimos Romanorum dixit. T. 61.
Dec. *Brutus* inter principes conspirationis contra Caesarem. C. 80. hortatus Caesarem, ut Senatum adeat. C. 81. in secundis Caesaris haeredibus. C. 83. Mutinae obsesso a M. Antonio Octavianus opem ferre jubetur cum Hirtio et Pansa. A. 10.
*Burrus*, praefectus Praetorio, toxico interemtus a Nerone. Ner. 35. — *Bursenus* quidam. Gr. 11.
*Byzantium* libertate ademta in provinciae formam redigit Vespasianus. Vesp. 8.

## C.

*Caecilius*. v. *Atticus* et *Metellus*.
Q. *Caecilius Epirota*, libertus Attici, Equitis Romani. Gr. 16.
*Caecilius* comicus. Ter. 5. A *Cicer.* ad Att. 7, 3. malus auctor Latinitatis dicitur. cf. Orat. 2, 10. Sed *Horat.* Epist. 2, 1, 59. „dicitur Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.“
A. *Caecina* Volaterranus. Criminosissimus ejus liber contra Caesarem memoratur C. 76. ubi v. n. cf. Cl. Cicer.
A. *Caecina*, dux Vitellii, qui ad Flavianos descivit, postea Titi jussu interemtus. Tit. 6. v. n.
*Caenis*, Antoniae liberta, pellex Vespasiani. Vesp. 3. 21. Dom. 12.
*Caepio*. v. *Fannius*, *Ruscus*, *Servilius*.
*Caerius*. Terentius jussus Andriam Caerio recitare. Ter. 2. Muret. et Dan. Heins. reposuere *Caecilio*. al. *Acilio*, qui tunc Aedilis curulis. v. Oudend.
*Caeruleus* fons aquae Claudiae. Cl. 20.
*Caesar Strabo*, orator, quem Jul. Caesar adolescens imitatus dicitur C. 55. v. n.
*C. Julius Caesar*. Adolescens Sullae odio vexatur. C. 1. prima

stipendia in Asia; in Bithyniam missus apud Nicomedem regem desidet non sine impudicitiae infamia. 2. 49. post Sullae mortem Romam redit, spe concepta ex M. Lepidi motu. 3. Cornel. Dolabellam repetundarum postulat; Rhodum trajiciens a praedonibus capitur, quos pecunia liberatus persequitur suppliciœque afficit. 4. Tribunus mil. 5. Quaestor Juliam amitam et uxorem Corneliam defunctas pro Rostris laudat. Pompejam alteram uxorem ducit. 6. ulteriorem Hispaniam Quaestor sortitus ad majora erigitur. 7. Romam repetens colonias Latinas tentat. 8. conspirationis cum Crasso, Sulla et Autronio suspectus. 9. aedilitatem cum Bibulo splendide gerit. 10. Aegyptum provinciam frustra petit, Marii tropaea restituit. 11. C. Rabirium perduellionis crimine persequitur. 12. Pontifex max. 13. Praetor creatus sociis Catilinae cum maximo discrimine consulere studet. 14. Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocat. 15. Caecilium Metellum, turbulentissimum Tribunum pl., adjuvat. 16. inter socios Catilinae nominatur. 17. ex praetura ulteriorem Hispaniam sortitur. 18. cum Bibulo Consul creatus societatem init cum Pompejo et Crasso. 19. ejus consulatus. 20. Calpurniam, Pisonis filiam, ducit, Juliam Pompejo collocat. 21. lege Vatinia Galliam Cisalpinam cum Illyrico, et per Senatum Comatam accipit. 22. ob inimicos quovis beneficio homines sibi adjungit. 23. amicos Lucam ad colloquium evocat. bella feliciter gerit. 24. res in Gallia gestae. 25. absens alterum consulatum petit. variae largitiones. 26. Pompeji affinitatem novis vinculis firmare studet; reos, obaeratos, prodigos beneficiis sibi conciliat. 27. neque minus reges et provincias. M. Marcellus Consul ei adversatur. 28. contentiones cum M. et C. Marcellis reliquisque adversariis. 29. inde in citeriorem Galliam transgressus Ravennae subsistit. variae de belli civilis causis sententiae. 30. ad Rubiconem pergit. 31. laetum ostentum. 32. milites oratione appellat. 33. rebus in Italia et Hispania feliciter gestis 34. Pompejum in Graecia, reliquos hostes Alexandriae, in Ponto, Africa et Hispania superat. 35. clades bellorum civilium. 36. quinquies triumphat. 37. ejus liberalitas erga milites et populum. 38. spectacula. 39. fastos corrigit. 40. cf. A. 31. Senatu suppleto patricios alligit, magistratuum numerum auget, comitia cum populo partitur, judicia Senatorio equestrique ordini attribuit, exclusa plebe, recensum populi novo more agit. 41. frequentiae et securitati Urbis consulit. 42. jus laboriosissime ac severissime dicit. 43. alia multo majora meditantem mors opprimit. 44. cf. A. 8. forma ejus, habitus, cultus. 45. habitatio, munditiarum et lautitiarum studium. 46. 47. domestica disciplina. 48. impudicitia. 49. cf. A. 68. libidines et adulteria. 50—53. sobrietas. 53. avaritia et rapinae. 54. eloquentia. 55. scripta. 56. armorum et equitandi peritia, laboris patientia. 57. prudentia et audacia in expeditionibus. 58. religionum contemtus. 59. varia bellum gerendi ratio. 60. equus insignis. 61. constantia in variis discriminibus. 62—64. severitas atque indulgentia erga milites. 65. timori militum singulari modo occurrit. 66. mitissimus erga milites. 67. unde maximus eorum amor et fortitudo. 68. seditiones. 69. 70. studium et fides erga clientes. 71. facilitas erga amicos. 72. mansuetudo erga inimicos. 73. lenitas in ulciscendo. 74. moderatio et clementia in bello civili. 75. idem abutitur dominatione. 76. ejus

arrogantia. 77—79. conjuratur contra Caesarem. 80. prodigia. 81. interficitur in Senatu. 82. ejus testamentum. 83. funus. 84. plebis amor. 85. Caesaris de morte sua judicium. 86. 87. in Deorum numerum refertur. 88. percussorum tristis exitus. 89. — *pater Caesar* dicitur, ut distinguatur a juvene Caesare Octaviano. A. 17. 45. C. Caesar. A. 94. T. 4. D. Caesar. A. 96. ejus poemation. Ter. 5. — *Caesar* de Augusto. A. 70. de Caligula. Cl. 9. de Galba. Oth. 5.

*Caesarum* potestas. T. 14. *Caesarum* imagines. Cal. 14. 23. *Caesarum* aedes. Galb. 1. v. n. Claudius *primus Caesarum* fidem militis etiam praemio pigneratur. Cl. 10. post mortem Caligulae quidam, abolendam *Caesarum* memoriam, censent. Cal. 60. *Caesarum* domus. Galb. 2. progenies Caesarum in Nerone defecit. Galb. 1. suscipit Galba *Caesaris appellationem*. Galb. 11. cf. Oth. 5. *Caesaris cognomen* Vitellius in perpetuu recusat. Vit. 8.

*Caesarianae* necis conscii. Ner. 3.

L. *Caesar* juvenis a Caesare Dictatore interficitur. C. 75. v. n.

*Cajus* et *Lucius Caesares*, Augusti nepotes ex Julia et Agrippa. A. 29. 64. ab Aug. adoptantur. A. 64. tirocinii die ab Aug. Consule in Forum deducuntur. A. 26. in duodeviginti mensium spatio, Cajus in Lycia, Lucius Massiliae, moriuntur. A. 65. cf. T. 15. ubi v. n. T. 23. Tiber. aemulationis cum Cajo Lucioque suspicionem devitasse se dicit. T. 11. Cajum privignum, Orienti praepositum, alieniorem sibi sentit. T. 12. 13. — *Cajus* filius Aug. dicitur A. 67. et nepos A. 93. C. Caesar juvenis. Ner. 5. conquestio de L. Caesaris morte, carmen Tiberii. T. 70. — *Caesarum*, h. e. Caji et Lucii, nemus. A. 43. — De *C. Caesare*, Germanici filio, v. sub v. *Caligula*.

*Caesarion* filius Caesaris creditur de Cleopatra. C. 52. post cladem Antonii et Cleopatrae retractus e fuga supplicio ab Augusto afficitur. A. 17.

*Caesareae* urbes. A. 60. v. n.

*Caesetius Flavus*, Trib. pl. C. 79. 80.

*Caesius Bassus* poeta, amicus Persii. Pers. Inscripta ei est Persii satira sexta. Vide etiam *Quinctil.* 10, 1. 96.

T. *Caesonius Priscus*, Eques Rom. T. 42.

*Caesonia*, amica Caligulae, quam enixam uxorio nomine dignatus est. Cal. 25. 33. 38. amatorium medicamentum dedisse Caligulae credita, quod in furorem vertit. Cal. 50. cum eo interfecta. Cal. 59.

L. *Caestius Pius*. ind. rhet., Smyrnaeus, Latine Romae docuit *Euseb.* chron. num. MMIV.

*Calagurritani*, Hispani, quorum manus, custodia corporis Aug., ab eo dimissa. A. 49. cf. C. 58.

*Caldius*, Tiberius dictus castrensi joco pro *Claudio*. T. 42.

*Caligula*, *Cajus Caesar*, Germanici et Agrippinae filius. Cal. 7. cf. T. 54. ubi aeque ac T. 76. nepos Tiberii dicitur ob adoptionem Germanici a Tiberio jussu Augusti institutam. v. *Germanicus*. — locus, ubi natus est, incertus. Cal. 8. Caligulae cognomen castrensi joco accipit. 9. ejus adolescentia. 10. qua naturam jam prodit saevam atque probrosam. 11. suspectum eum habet Tiberius. T. 62. uxor Junia Claudilla, qua amissa Enniam, Macronis uxorem, ad stuprum sollicitat, perque eam Macroni insinuatus Tiberium veneno aggreditur. Cal. 12. coll.

T. 73. imperium adeptus maxima omnium laetitia et exspectatione Cal. 13. 14. heres Tiberii aequis partibus cum Tiberio, Drusi filio, T. 76. testamentum irritum facit. Cal. 14. popularitate grataque suorum memoria hominum studia incendit 15. multisque egregie institutis variis honoribus ornatur. 16. consulatus. 17. munera et ludi. 18. pons Bajano sinui superstructus. 19. spectacula peregre edita. 20. opera. 21. insana superbia. 22. furor erga proximos. 23. stuprum, mox odium sororum. 24. matrimoniorum turpitudo. 25. superbia et violentia erga amicos omnesque ordines. 26. saevitiae exempla. 27. 28. atrocitas verborum immanissimis factis addita. 29. 30. publicarum calamitatum desiderium. 31. crudelitas in ludis, epulis jocisque. 32. 33. livor atque malignitas erga laudes vivorum mortuorumque. 34. 35. impudicitia. 36. insani sumtus. 37. rapinarum commenta per calumnias, auctiones, vectigalia. 38—41. lucrum etiam aleae lusu quaesitum. 41. pecunia emendicata. 42. expeditio Germanica. 43—49. ejus forma et valetudo corporis et animi. 50. mens insana diversissimis vitiis conspicua. 51. habitus. 52. eloquentia. 53. aliarum artium studium. 54. favor erga artifices fere insanus. 55. occidendi ejus consilia. 56. futurae caedis prodigia. 57. caedes. 58. funus. 59. reip. post ejus mortem suspensa conditio. 60.

juveni Domitio, postea Neroni, Claudii dat nomen, mox coheres ejusdem integram hereditatem capit. Ner. 6. laudatur ob profusionem a Nerone. Ner. 30. Gaetulico Galbam substituit. Galb. 6. primus ut Deum adorare eum instituit L. Vitellius. Vit. 2. ejus gratiam ambit Vespasianus. Vesp. 2. quem Aedilem luto oppleri jubet. Vesp. 5. — v. adhuc Cl. 7. 9. 38. Oth. 6. al.

observatum, Caesares omnes, quibus Caji praenomen, ferro perisse. Cal. 60. annus Cajana nece insignis. Tit. 2.

*Callippides* per jocum vocatus Tiberius. T. 38. v. n.

Q. *Calpenus*, Senator et actor causarum, munere in Foro depugnat. C. 39.

*Calpurnius Sura*, amicus Persii. Pers. — Cf. *Piso*.

*Calpurnia*, L. Pisonis filia, tertia uxor Caesaris. C. 21. ejus somnium de morte mariti. C. 81.

*Calvinus* v. *Domitius* et *Eficius*. — *Calvinorum* familia gentis Domitiae. Ner. 1.

*Junia Calvina* e gente Augusti, soror Junii Silani. Vesp. 23. ubi vulgo male: *Juliam*. v. n.

*Calvus* v. *Licinius*. — *Camerinus* v. *Sulpicius*.

*Camillus*, M. Furius. aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum, nec, ut fama est, extortum a Camillo. T. 3. Dictator Camillus. Cl. 26.

*Furius Camillus Scribonianus*, Dalmatiae legatus, bellum civile movit sub Claudio, intra quintum diem oppressus. Cl. 13. 35. motu Camilli. Oth. 1. — Idem esse videtur *Camillus Arruntius*, qui Oth. 2. memoratur, Consul A. U. 785. cum Domitio Aenobarbo. Cognomen enim *Arruntium* suspectum est. v. n.

*Camilla*, cognomen Liviae Medullinae, e genere antiquo Dictat. Camilli, sponsae Claudii. Cl. 26.

*Campania*. ora Campaniae proximisque insulis circuitis. A. 98. oram Campaniae legens. T. 11. quibus litora Campaniae peragraret. Cal. 37. ex secessibus Aug. praecipue frequentavit maritima insulasque Campaniae. A. 72. quum in proximas Cam-

paniae insulas trajecisset. Cal. 14. secessum Campaniae petiit. T. 39. peragrata Campania. T. 40. rediens Campaniam (sine praepos.) T. 72. v. Oudend. ad h. l. quum transcucurrisset Campaniam. Cal. 24. in Campaniae secessu delitescens. Cl. 5. ut inde in Campaniam fugeret. Vit. 16. tentatus in Campania (morbo.) Vesp. 24. — clades Campaniae. Plin. h. e. conflagratio Vesevi montis in Campania. Tit. 8. curatores restituendae Campaniae. ibid.

*Campanus* ager. agrum Campanum, ad subsidia Reip. vectigalem relictum, Caeaar Consul extra sortem ad viginti millibus civium divisit. C. 20. v. n. cf. A. 4. ubi: Balbus inter Vingitiviros agrum Campanum plebi Julia lege divisit. — *Campana via*. A. 94. — *Campani pugiles*. Cal. 18.

*Campus Martius*. C. 39. 84. A. 43. 97. Cal. 34. Cl. 1. 21. Ner. 12. 26. 50. Vit. 11. et simpl. *campus* C. 80. A. 100.

*campus Esquilinus*. Cl. 25. — *campus Stellas* s. *Stellatis*, majoribus h. e. a majoribus consecratus, usibus publicis destinatus, a Caeſare Consule divisus cum agro Campano. C. 20. v. n. — *campus Leontinus* in Sicilia. Rh. 5.

*Canace* parturiens, tragoedia a Nerone cantata. Ner. 21.

*Caninius Rebilus*, uno die Consul. v. ad C. 76. coll. Ner. 15.

*Cantabria*, regio Hispaniae septentrionalis. Cantabriam partim ductu, partim auspiciis suis domuit Augustus. A. 20. 81. Cantabriae lacus. Galb. 8.

*Cantabricum* bellum. A. 20. 85. Cantabrica expeditio. A. 29. T. 9.

*Canus* choraula. Galb. 12.

C. *Canutius*. Rh. 4.

*Capella* v. *Statilius*. — *Capito* v. *Attejus* et *Fontejus*.

*Capita bubula*, locus Romae. A. 5.

*Capitolium*. obsidio Capitolii per Senones. T. 3. Caesar Aedilis Capitolium ornat porticibus ad tempus exstructis. C. 10. refectio Capitolii per Q. Catulum (postquam per Sullanas seditiones conflagraverat) C. 15. v. n. et dedicatio. A. 94. Palatium Capitoliumque Caligula conjungit. Cal. 22. compellitur in Cap. Sabinus cum reliquis Flavianis, succensoque templo Jovis O. M. opprimuntur. Vit. 15. cf. Dom. 1. restitutionem Capit. Vespasianus aggreditur. Vesp. 8. Domitianus absolvit. Dom. 5. Capitolium de coelo tactum. Dom. 15. — aedes Tonantis Jovis in Capitolio. A. 29. 91. v. *Jupiter*.

Caesar in primo consulatu tria millia pondo auri e Capit. furatus. C. 54. v. n. idem Dictator oblatum diadema in Capit. Jovi O. M. mittit. C. 79. strena in Capitolio oblata. A. 57. victimae praelato titulo in Capit. ductae. A. 59. passim cum luminibus et victimis in Capit. concursum. Cal. 6. clypeus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capit. ferrent. Cal. 16. votorum nuncupatione vix repertae Capitolii claves. Ner. 46.

Claudia virgo Vest. fratrem injussu populi triumphantem usque in Capit. prosecuta. T. 2.

priusquam in Capitolium flectebat (triumphans) T. 20. laurea in Capit. lata (sine justo triumpho) Ner. 13. cf. Dom. 6. Saepe *Capitolium* dicitur pro *Jove Capitolino*. v. *Jupiter*.

Atta Clausus locum ad sepulturam sub Capitolio sibi et genti suae publice accipit. T. 1. Claudius togae virilis die lectica in Capit. latus. Cl. 2. Senatus in Capit. covocatus. Cal

60. Consules cum Senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occupant. Cl. 10.

Capitolium Capuae. T. 40. Cal. 57. Beneventi. Gr. 9.

*Capitolinus* v. *Jupiter*. area Capitolina. Cal. 22. 34. certamen Capitolinum. Dom. 13.

*Cappadocia*, sub Tiberio A. U. 771. in provinciae formam redacta per Germanicum, perducto Romam rege Archelao. Cal. 1. coll. T. 37. Vespas. propter assiduos barbarorum (Parthorum) incursus legiones Cappadociae addidit, consularemque rectorem imposuit pro Equite Romano. Vesp. 8.

*Capreae*, insula, quam Aug. cum republica Neapolitanorum permutavit, Aenaria data. A. 92. cf. A. 72. 98. Tiberius A. U. 779. Capreas se contulit, neque Romam amplius rediit. T. 39. 40. 60. 62. 73. ante paucos, quam obiret, dies turris Phari terrae motu Capreis concidit. T. 74. v. adhuc Cal. 10. Vit. 3. — *Capreensis* secessus. T. 43. — *Caprineum*, nomen insulae ob Tiberii libidines inditum. T. 43.

*Capricorni* sidus. A. 94.

*Capua*. in colonia Capua deducti lege Julia coloni. C. 81. *Capitolium Capuae* v. *Capitolium*.

*Capys*, conditor Capuae. C. 81. v. n.

*Carinae*, locus Urbis inter Coelium et Esquilinum montem, ubi Pompejana domus. T. 15. Gr. 15.

*Carmeli* Dei oraculum. Vesp. 5. v. not. et Graev. ad h. l.

*Carnulius*. T. 61. — *Carpathium* mare Vit. 13. vitiose pro *Parthia*.

*Carthago*, Terentii patria. Ter. 1. *Carthago nova*. Galb. 9.

*Cascae* fratres inter percussores Caesario. v. not. ad C. 82. ubi vulgo vitiose: *alter e Cassiis* pro: *e Cascis*.

*Caspiae* portae inter Mediam Parthiamque. Ner. 19. v. n.

*Cassiope*, urbs et promontorium insulae Corcyrae. Ner. 22. v. Oudend.

*Cassius Jupiter* v. *Jupiter*.

C. *Cassius* Longinus se cum classe Caesari dedit. C. 63. v. n. e principibus conspirationis. C. 80. 82. domum ejus a funere Caesaris plebs petit. C. 85. Octav. vi et legibus eum persequitur. A. 10. Ner. 3. magistro usus est Staberio. Gr. 13. Memoratur adhuc Ner. 37. Galb. 3. Oth. 10. cf. *Brutus*.

L. *Cassius* Longinus, consularis, cui collocatam sororem Drusillam Caligula abduxit. Cal. 24. v. n. Proconsulem Asiae Caligula occidi jubet. Cal. 57.

C. *Cassius* Longinus, Jurisconsultus, luminibus orbatus. Objectum ei est a Nerone, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii, percussoris Caesaris, retinuisset imagines. Ner. 37. ubi vide, quos citavi.

*Cassius Scaeva*, Centurio Caesaris. C. 68.

*Cassius* Parmensis, unus ex percussoribus Caesaris. Ejus epistola memoratur A. 4. v. n.

*Cassius* Patavinus, homo e plebe, leve exsilio ab Aug. punitus. A. 51.

*Cassius Severus*, homo sordidae originis et vitae maleficae, sed celebris orator, uti *Glandorp*. p. 209., quem vide. Saepius apud Suetonium et ipse et scripta ejus occurrunt. A. 56. Cal. 16. Vit. 2. Gr. 22. Iis, quae variis locis de eo exposuimus adde Ern. ad *Plin*. epist. 4, 28, 1.

*Cassius Chaerea*, Tribunus Cohortis praetoriae, percussor Caligulae. Cal. 56. 57. 58.
*Cassius* quidam. Cal. 57.
*Castor*. Castoris aedes in Foro. C. 10. Castoris et Pollucis aedes (τὸ Διοςκούρειον *Dio* 55, 27.) a Tiberio dedicata T. 20. v. *Ovid.* Fast. 1, 707. et a Caligula in vestibulum Palatii transfigurata. Cal. 22. ad Castoris. Oth. 9. ubi Oudend. conjicit: *ad Castores* v. *Castoras.*
*Castricius* conjnrationem Murenae Augusto prodit. A. 56.
*Catilina.* Cat. conjuratio detecta. C. 14. quum de Cat. conjuratione ageretur in Curia. A. 94. Caesar inter socios Catil. nominatur. C. 17. residua Catilinae manus. A. 3. in atrio Catilinae domus, quae pars Palatii tunc erat. Gr. 17.
*Cato* major. Origines Catonis. A. 86. prisca Catonis verba. Gr. 15.
M. *Porcius Cato.* ejus oratio labantem Senatum contra Catilinae socios confirmat. C. 14. largitionem Reip. salutarem dicit, qua Bibulus collega Caesaris in consulatu fiebat. C. 19. interpellantem Caesar Consul extrahi Curia per lictorem ducique in carcerem jubet. C. 20. Catonis minae in Caesarem. C. 30. verbum Catonis de Caesare. C. 53. Catonis aemulus M. Favonius. A. 13. contenti simus hoc Catone (dictum Augusti.) A. 87.
*Valerius Cato*, poeta simul et Grammaticus. Gr. 2. 4. 11.
*Catti*, Germaniae gens. expeditio Domitiani in Cattos et triumphus. Dom. 6. Catta mulier vaticina. Vit. 14.
Q. *Lutatius Catulus* in petitione pontificatus maximi a Caesare superatur. v. not. ad C. 13. ab eodem Praetore de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocatur. C. 15. duplex ejus somnium de Augusto. A. 94. Q. Catuli Capitolini pronepotem in statuarum titulis scribere se solitus Galba. Galb. 2. Lutatius Daphnis ducentis millibus nummûm Q. Catulo emtus ac brevi manumissus. Gr. 3.
*Valerius Catullus.* Ejus versus de Mamurra. C. 73.
*Valerius Catullus*, consulari familia juvenis. Cal. 36.
*Censorinus* v. *Marcius.*
*Ceraunii* montes s. *Acroceraunia*, promontorium Epiri. A. 17. v. *Cellar.* p. 1083.
*Cercopithecus* fenerator, ut vulgo legitur Ner. 30. Nobis legendum videtur: *Cercop. feneratione — locupletatum.* v. n.
*Ceres.* privilegium sacerdotum Atticae Cereris. A. 93. Olympiae spectare Cereris sacerdotibus concessum. Ner. 12.
*Cerialis Civica*, vel, ut nos malimus, *Civicus.* Dom. 10. Al. scribunt *Cerealis.*
*Cerulus* v. *Cerylus*, libertus Vespasiani. Vesp. 23. v. n. Κήρυλος apud *Gruter.* p. 779, 6.
*Chaldaei*, mathematici. Vit. 14. Dom. 14.
*Charicles* medicus. T. 72.
*Chauci*, vel, ut alii, *Cauci* et *Cauchi*, quod adoptavit Oudend. Cl. 24. gens Germaniae inter Amisiam et Visurgim. *Nobilissimum inter Germanos populum* dicit *Tac.* Germ. 35. v. Dithmar. ad h. l., *Cluver.* Germ. ant. 3, 18., *Cellar.* p. 469. — Iis superatis *Chaucius* cognominatus Gabinius Secundus. Cl. 24.
*Chii* terrae motu afflicti. T. 7.
*Chrestus.* Iudaei impulsore Chresto assidue tumultuantes. Cl. 25. v. n.

*Christiani*, genus hominum superstitionis novae ac maleficae, afflicti suppliciis a Nerone. Ner. 16.

M. *Tullius Cicero*, Consul A. U. 691., quo anno natus est Augustus. A. 5. Consule Cicerone. Gr. 9. Ciceronis testimonium implorat Caesar in quaestione de Catilinae sociis. C. 17. in judicio quodam (in oratione pro C. Antonio) deplorat temporum statum, ideoque eodem die P. Clodius a Caesare Consule ad plebem transducitur. C. 20. cf. T. 2. *Cic.* pro domo c. 16. Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros scripsit Claudius. Cl. 41. Praetor adhuc frequentat scholam M. Antonii Gniphonis. Gr. 7. familiaris Curtii Niciae. Gr. 14. ad praeturam usque Graece declamavit, Latine vero senior quoque, et quidem Consulibus Hirtio et Pansa. Rh. 1. — Ciceronis somnium de Augusto. A. 94. judicia ejus de Caesare in quibusdam epistolis et in Senatu. C. 49. facete ab eo dictum. C. 50. Cicero in quadam ad Axium epistola. C. 9. v. n. Cic. libro ad Brutum. C. 55. 56. ep. ad Qu. fratrem. A. 3. ad Atticum. T. 7. Gr. 14. ad Dolabellam. Gr. 14. ad M. Titinium. Rh. 2. ad Cornelium Nepotem. C. 55. in Philippicis. Rh. 5. in Limone. Ter. 5. tertius ejus liber de officiis citatur. C. 30. ut Cicero scribit. C. 42. v. n. Caesaris epistolae ad Ciceronem. C. 56.

Q. *Cicero*, frater Consulis, ad sententiam Caesaris de conjuratis transit. C. 14. proconsulatum Asiae parum secunda fama administrat. A. 3.

*Cilicia*. C. 3. 8. in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8.

*Cimber Annius*. v. *Annius*.

*Cimber Tillius* primus e percussoribus Caesarem aggreditur. C. 82. De scriptura nominis v. n.

*Cimbri*. tropaea Marii de Cimbris. C. 11. si victores Alpium juga, ut Cimbri, occuparent. Cal. 51. Cimbricum bellum. A. 24.

*Cinaria*, Cinara, Cynara, ex insulis Sporadibus. T. 56. ubi al. suaserunt *Aenariam*.

*Cincinnatus*. Crinem Cincinnato ademit Caligula. Cal. 35.

L. *Cinna*, quater Consul, pater Corneliae, primae uxoris Caesaris. C. 1. *Cinnana* tempora. Cal. 60.

L. *Cinna*, uxoris Caesaris frater, cui, quum post Lepidi necem ad Sertorium confugisset, Caesar reditum in civitatem rogatione Plotia confecit. C. 5.

*Cornelius Cinna*, Praetor, affinis Caefaris (οἰκεῖος ἐξ ἐπιγαμίας τῷ Καίσαρι) graviter de Caesare modo occiso concionatur. C. 85. cf. *Appian*. Civ. 2, 121. ibi excit. *Plutarch*. Brut. 18.

*Helvius Cinna*, Trib. pl. C. 52. per errorem nominis a plebe occiditur. C. 85. Hunc poetam esse, Gr. 11. memoratum, auctorem laboriosissimi carminis de Myrrhae amore, de quo v. Burm. ad Anthol. Lat. 2, 250., Voss. ad *Virgil*. Ecl. 9, 35., Spalding. ad *Quinctil*. Inst. 10, 4., et quod docto commentario illustravit L. Crassitius (Gr. 18., ad quem locum de urbe Smyrna cogitasse me pudet), hunc, inquam, eundem esse, praeter alios censet *Glandorp*. p. 393. auctore *Plutarcho* Brut. 20., ubi ποιητικὸς ἀνὴρ hic Cinna dicitur. Sunt autem alii, qui πολιτικὸς ibi legant, et dubitat etiam Reiskius, ut mihi videtur, injuria. v. Oudend. ad C. 85. et Gr. 11.

*Cinobellinus* v. *Cynobellinus*.

*Circeji*, oppidum in promontorio, antiquo Latinorum termino. A. 16. T. 72.
*Circius*, vehemens ventus Narbonensis provinciae. Cl. 17., ubi, vide, quos laudavi.
*Circus*, *Circenses*. v. ind. Latin.
*Cisalpina* provincia. C. 29. — *Civica Cerialis* v. *Cerialis*.
*Claudia* gens et *patricia*, de qua Suetonius exponit T. 1. et 2., et *plebeja* Marcellorum, de quibus suo loco vide. *Cic.* orat. 1, 39. „Quid, qua de re inter Claudios, *Marcellos et patricios* Centumviri judicarunt, quum Marcelli ab liberti filio *stirpe*, patricii ejusdem nominis heriditatem *gente* ad se rediisse dicerent.“ ubi v. Schütz. in edit. majore. — *Patricia gens Claudia*, orta ex Regillis, oppido Sabinorum, Romam recens conditam cum magna clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio, gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a Patribus in patricias cooptata. sequ. T. 1. — Lacedaemonii in Claudiorum tutela. T. 6.
*Atta Claudius* v. *Clausus*, gentis princeps. T. 1. *Liv.* 2, 16. *Dionys.* 5, 40.
*Appius Claudius Regillanus*, Decemvir. T. 2.
*Appius Claudius Caecus* Censor, libertinorum filios in Senatum allegit. Cl. 24. societatem cum rege Pyrrho ut parum salubrem iniri dissuadet. T. 2. E quatuor filiis, quos praeter quinque filias habuit (*Valer. Max.* 13, 5.), Noster Tiberium Neronem et Appium Pulcrum memorat T. 3.
*Appius Claudius Caudex*, Caeci frater (*Gell.* 17, 21.), primus, freto classe trajecto, Poenos Sicilia expulit. T. 2.
*Claudius Pulcer*, Caeci filius, contra auspicia et infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnat, Dictatorem dicere jussus Gliciam viatorem suum dicit. T. 2. De ejus sorore v. infra.
*Tiberius Claudius Nero* Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, opprimit. T. 2. cf. *Nero* et *Tiberius*.
*Claudius Drusus* Italiam per clientelas occupare tentat. T. 2. cf. *Drusus* et *Livius*.
*Appius* et *Pulcer Claudii* fratres, discipuli Atteji Philologi, qui comes iis in provincia fuit. Gr. 10. Hic est App. Claud. Pulcer, collega Ciceronis in auguratu. Ad eundem plures Ciceronis sunt epistolae. — Ceterum cf. *Clodius*.
*Tiberius Claudius Drusus Caesar*, brevius *Claudius Caesar*. Drusi filius ex Antonia minore. Cl. 1. ejus natales. 2. Germanici cognomen, pueritia atque adolescentia ibid. ab omnibus contemta. 3. Augusti de eo judicia. 4. a Tiberio consularia fert ornamenta, ceterum a Rep. removetur. 5. variis honoribus et legato Tiberii augetur. 6. Consul primum cum Caligula. 7. cf. Cal. 15. qui alias ludibrio eum habet. 8. cf. Cal. 23. Ner. 6. varia vitae discrimina. 9. mirabili casu post Calig. necem imperium nanciscitur. 10. ἀμνηστίαν sancit, pietatis officiis suos colit 11. ipse in semet augendo parcus et civilis. 12. insidiis et Camilli bello civili petitur. 13. consulatus super pristinum quatuor. 14. in cognoscendo et decernendo mira varietas. 15. censura. 16. expeditio Britannica. 17. Vesp. 4. urbis et annonae cura. 18. 19. opera. 20. spectacula. 21. instituta circa cerimonias, civilem militaremque morem, omniumque ordinum statum, domi forisque. 22—25. sponsae et uxores. 26. liberi. 27. liberti. 28. quibus, ut uxoribus, plane deditus. 29.

forma. 30. valetudo. 31. convivia. 32. mores circa victum, somnum ludumque. 33. naturae saevitia. 34. timiditas et diffidentia. 35. 36. quavis suspicione ad ulciscendum promtus 37. iracundiam et stultitiam ipse excusat. 38. oblivio ejus et inconsiderantia. 39. sermonis et rerum negligentia. 40. ejus scripta. 41. eruditio Graeca. 42. poenitentem matrimonii Agrippinae et adoptionis Neronis. 43. praevenit veneno Agrippina. 44. (conscio Nerone Ner. 33.) sed celat mortem. 45. funus et honores. ibid. Ner. 9. mortis praesagia. 46. — Memoratur adhuc Cal. 21. Oth. 1. Vit. 2. et 4. Galb. 14. D. Claudii templum Vesp. 9. cf. *Tiberius.*

*Claudius Agathemer*, v. potius *Agathemeros*, uti legitur in Inscript. Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος. v. *Reines.* Inscr. p. 610. medicus Lacedaemonius. Pers.

*Claudia*, virgo Vestalis, fratrem injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosequitur. T. 2.

*Claudia*, insignis pudicitiae mulier, haerentem Matris Deûm navem vado extrahit. T. 2.

*Claudia*, soror Claudii Pulcri, novo more judicium majestatis apud populum mulier subit. T. 2.

*Claudia*, Fulviae ex P. Clodio filia, M. Antonii privigna, vixdum nubilis ab Augusto uxor ducitur, mox intacta dimittitur. A. 62.

*Claudia*, Claudii ex Urgulanilla filia, sed a Claudio, quum ex liberto Botere conceptam comperisset, exposita ad matris januam, nudaque abjecta. Cl. 27.

*Claudia Augusta*, filia Neronis ex Poppaea, infans adhuc mortua. Ner. 35.

*Claudia* aqua. Cl. 20. v. n.

*Clemens*, servus Agrippae juvenis, non contemnendam manum in ultionem domini comparat. T. 25. sed fraude deceptus in Tiberii potestatem venit. ibid.

*Arretinus Clemens* et *Flavius Clemens* v. sub voc. *Arretinus* et *Flavius.*

*Cleopatra.* Cleopatrae fratrique ejus minori Caesar regnum Aegypti permittit. C. 35. et maximo amore, honoribus, praemiis eam prosequitur. 52. cf. *Caesarion.* — Antonius liberos suos de Cleopatra testamento inter heredes nuncupat. A. 17. post proelium Actiacum Cleopatra Alexandriam fugit, ubi morsu aspidis perisse credunt. Augustus servatam triumpho cupiens Psyllos frustra ei admovet, communem cum Antonio sepulturae honorem tribuit, liberos ejus de Antonio (de quibus v. not.) servat. A. 17.

*Clitumnus*, fluvius Umbriae, nemore et templo celeber. Cal. 43. v. Gesner. ad *Plin.* ep. 8, 8, 5.

P. *Clodius*, Appii Claudii filius, Pompejae, uxoris Caesaris, adulter. C. 6. cf. c. 74. ob expellendum Urbe Ciceronem plebejo homini atque etiam natu minori se dat in adoptionem. T. 2. et a Caesare, Ciceronis odio, ad plebem transducitur. C. 20. v. n. P. Clodii caedes. C. 26. ejus filia. A. 62.

*Clodius Macer*, legatus Africae, a Galba oppressus. Galb. 11.

*Clodius Pollio*, vir praetorius. Dom. 1. fortasse *Claudius* ille *Pollio* apud *Plin.* ep. 7, 31. ubi v. Schaefer.

*Servius Clodius*, Equ. Rom., instruxit auxitque grammaticam. Gr. 2. 3.

*Sext. Clodius*, e Sicilia, Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor, male oculatus et dicax. Rh. 5.
P. *Clodius Quirinalis*. ind. rhet. Arelatensis, Romae insignissime docuit. *Hieronym*. num. MMLX.
*Clodia* s. *Claudia* lex. Dom. 9. v. not.
*Clodianus* cornicularius. Dom. 17.
*Clunia*, urbs Hispaniae in Arevacis, colonia Romana et conventus. v. *Cellar*. p. 119. sequ. — sacerdos Jovis Cluniae ex penetrali eadem illa carmina eruerat. Galb. 9. v. n.
*Cluvius Rufus* consularis (Consul suffectus fuit A. U. 798.) praeconem agit Neronis. Ner. 21. v. Reimar. ad *Xiphil*. 63, 14.
*Coccejanus* v. *Salvius*.
*Codeta*, ager trans Tiberin, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem. *Festus*. in minore Codeta defosso lacu. C. 39.
M. *Coelius* in oratione, quam pro se de vi habuit. Rh. 2. v. Cl. Cicer.
*Coelius mons*. quibusdam dominis insularum, quae in monte Coelio deflagrarant, Tiber. pretium restituit. T. 48. et propterea montem Coelium, appellatione mutata, vocari Augustum jubet. ibid. D. Claudii templum in Coelio monte absolvit Vespasianus. Vesp. 9.
*Colosseros* ob egregiam corporis amplitudinem et speciem dictus Esius Proculus. Cal. 35.
*Colossus* centum viginti pedum Neronis effigie. Ner. 31. refectorem hujus Colossi magna mercede donat Vespasianus. Vesp. 18. statua colossea. Vesp. 23.
*Columbus* mirmillo. Cal. 55.
*Comitium*, locus in Foro Romano. C. 10. A. 43. Dom. 8.
*Commagene*, regio Syriae inter Amanum montem, Euphratem, montemque Taurum, in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8. v. Oudend. Antiochus Commagenus. Cal. 16. v. n.
*Compitales Lares*, h. e. statuas Larium in compitis, Augustus ornari bis anno instituit, vernis floribus et aestivis. A. 31. v. n. — *Compitalicii* ludi, auctore *Dionys*. 4, 14. paucis diebus post Saturnalia agi soliti, ab Augusto restituti. ibid. cf. Gierig. ad *Ovid*. Fast. 2, 615.
*Concordiae* aedes (*Dio* 55, 8. τὸ Ὁμονόειον) a Tiberio dedicata. T. 20. *Ovid*. Fast. 1, 639. sequ. Concordiae cognomen recipit Vitellius. Vit. 15.
*Confluentes* Mosellae et Rheni, hodie *Coblenz*. Cal. 8.
Q. *Consentius*. Ter. 5. sec. lect. vulg. Melius *Q. Cosconius*.
*Cordubensis*, ex urbe Hispaniae Corduba. A. 51. quae patria etiam Lucani. Luc.
*Cordus Cremutius* historicus. A. 35. coll. T. 61. ubi v. n. Scripta ejus, Senatusconsultis abolita, requiri, et esse in manibus lectitarique permittit Caligula. Cal. 16. v. Oudend. ad A. 35.
*Corfinium*, municipium in Pelignis, occupatur a Caesare, L. Domitio in deditionem redacto. C. 34. Ner. 2.
*Corinthus* a L. Mummio excisa. Galb. 3. — *Corinthia vasa* v. simpl. *Corinthia*. A. 70. v. *Plin*. 34, 2. et 4, 1. 35, 5. Corinthiorum vasorum immensa pretia. T. 34. — *Corinthiarius* dictus Augustus ob Corinthiorum cupiditatem. A. 70.
*Corneliorum* genus. C. 59. ubi: despectissimum quendam ex Cor-

nel. genere, cui ad opprobrium vitae Salutioni cognomen erat, in castris secum habuit. v. n.

*Cornelius Alexander*, Grammaticus Graecus. Gr. 20.

*Cornelius Balbus*, familiarissimus Caesaris. C. 81. retinuisse dicunt Caesarem, assurgere Patribus conantem. C. 78. exstruit theatrum. A. 29. ubi v. n.

*Cornelius Cinna* v. *Cinna*. — *Cornel. Dolabella* v. *Dolabella*.

*Cornelius Epicadus*, L. Cornelii Sullae Dictatoris libertus. Gr. 12.

*Cornelius Fuscus*, Praefectus cohortium praetorianarum, sub Domitiano a Dacis victus. Dom. 6. v. n.

*Cornelius Gallus* ex infima fortuna ad praefecturam Aegypti ab Augusto provectus, ab eodem ad necem compulsus. A. 66. v. n. cf. Gr. 16. Poeta illius aevi insignis saepius aliorum carminibus celebratur. v. *Ovid.* Trist. 2, 445. coll. 3, 5, 45. sequ. cf. Oudend. ad A. 66.

*Cornelius Laco*, sub Galba ex assessore Praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis. Galb. 14. mox Othonis jussu confossus. *Tac.* H. 1, 46.

*Cornelius Nepos* citatur. A. 77. Gr. 4. Rh. 3. Ter. 1. 3. Cicero ad Cornel. Nepotem. C. 55.

*Cornelius Phagita*, a Sulla ad occidendum Caesarem missus, pecunia accepta vitae ejus parcit. C. 1. v. n. Caesar nunquam ei nocere sustinet. C. 74.

*Cornelius Sabinus*, Trib. mil., e percussoribus Caligulae. Cal. 58.

*Cornelius*, Centurio, princeps legationis Octaviani ad Senatum. A. 26. — Ceterum cf. *Dolabella*, *Pompejus*, *Scipio*, *Sulla* al.

*Cornelia*, Cinnae filia, prima Caesaris uxor. Cl. 1. defuncta a Caesare laudatur. C. 6.

*Cornelia*, virgo Vestalis maxima, Domitiani jussu defossa. Dom. 8.

*Corneliae* leges L. Sullae Dictatoris, de sicariis. C. 11. testamentaria s. de falso. A. 33.

L. *Cornificius* templum Dianae exstruit. A. 29. v. n. Huic Cornificio multi tribuerunt libros ad Herennium. v. praef. Burmanni (Op. Cicer. ed. Schütz. praef. Tom. I. p. XXXII. sequ.) ipsumque Schütz. ibid. §. IV. p. LV. huic opinioni repugnantem.

*Corvinus* v. *Messala* et *Statilius*.

*Cosana* praedia h. e. ad urbem Cosam v. Cosas in Etruria. Vesp. 2. v. n.

*Cosmus*, servus Augusti, gravissime de eo opinatus, et compedibus coercitus. A. 67.

*Cossutia*, familia equestri, Caesari praetextato desponsata, et ante nuptias ab eo dimissa. C. 1.

*Cotiso*, Getarum rex. A. 63. v. int. ad *Horat.* Od. 3, 8, 18.

L. *Cotta* Quindecimvir. C. 79.

L. *Cotta*, Consul A. U. 689. cum L. Torquato. Horat. fin. Hic bello Gallico legatus Caesaris periit cum Titurio Sabino. C. 25. ubi gentili nomine *Auruncalejus* dicitur. v. *Caes.* B. G. 5, 37.

L. *Cotta*, pleno nomine *L. Aurelius Cotta Messalinus*. Gr. 1. ubi v. Burm. Hunc celebrat *Ovidius* ep. ex P. 4, 16, 41. cf. *Glandorp.* p. 145.

*Cottius*, Alpium rex. T. 37. Regnum eo defuncto a Nerone in provinciae formam redactum. Ner. 18.
L. *Crassitius* Tarentinus, Grammaticus. Gr. 18.
L. *Licinius Crassus* orator. Ner. 2. Censor cum Cn. Domitio Aenobarbo. Rh. 1. v. *Glandorp.* p. 525. et Clav. Cicer.
M. *Licinius Crassus* consularis conspirat cum P. Sulla, Autronio et Caesare. C. 9. per Caesarem reconciliatus Pompejo, veteri inimico ex consulatu, cum utroque se conjungit. C. 19. cum Pompejo Lucam ad Caesarem venit. C. 24. Tertulla ejus uxor. C. 50. signa militaria, M. Crasso a Parthis ademta. A. 21. T. 9.
M. *Licinius Crassus Frugi*, Consul sub Tiberio A. 780., bello Claudii Britannico triumphalia ornamenta adeptus currum ejus sequitur equo phalerato et in veste palmata. Cl. 17. v. *Glandorp.* p. 529.
*Crates Mallotes*, Aristarchi aequalis, missus ad Senatum ab Attalo rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, primus studium grammaticae in Urbem intulit. Gr. 2. jecur Cratetis. Gr. 11. Instituit Panaetium. v. *Strabon.* 14, 4, 16. cf. *Diogen. Laert.* 4, 4, 6. et *Suidas.*
*Cremona*, urbs regionis Transpadanae, apud quam fusae sunt Vitellii copiae. Vesp. 7.
*Cremutius Cordus* v. *Cordus.*
*Creta* insula cum Cyrenis una provincia sub eodem Proconsule. v. not. ad Vesp. 2.
*Crispinus* v. *Rufius.* — *Crispus* v. *Passienus*, *Sallustius* et *Vibius.*
*Cumae*, urbs Campaniae. Gr. 8.
*Cupido.* habitu Cupidinis. Cal. 7.
*Curiones*, pater et filius. C. 50. De utroque v. Clav. Ciceron.
C. *Curio* pater. orationes ejus citantur. C. 9. actiones h. e. orationes in Senatu habitae. C. 49. v. n. Curio pater quadam oratione. C. 52.
C. *Curio* filius, violentissimus Tribunorum, a Caesare ingenti mercede defensor paratur. C. 29. v. n. promtissimus juvenis, causam Caesaris defendens. Rh. 1. in Africa perit. C. 36.
Q. *Curius*, e conjuratis Catilinae, Caesarem ut socium in Senatu prodit. C. 17.
*Curtius Nicia*, Grammaticus. Gr. 14.
Q. *Curtius Rufus.* ind. rhet.
*Curtii lacus.* A. 57. Galb. 20. De eo v. Gronov. ad *Plaut.* Curc. 4, 1, 16. — *Curtius fons.* Cl. 20.
*Cutiliae*, urbs Sabinorum, septuagesimo a Reate stadio. Vesp. 24. v. Oudend.
*Cybiosacten* Alexandrini Vespasianum vocare soliti, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Vesp. 19.
*Cynaegirus*, fortissimus Atheniensis. C. 68. v. *Herodot.* 6, 114.
*Cynobellinus* v. *Cinobellinus*, Britannorum rex. Cal. 44.
*Cyrenae*, civitas Africae, una cum Creta insula provincia. Vesp. 2.
*Cyrus* Xenophonteus ultima valetudine mandat quaedam de funere suo. C. 87.
*Cyziceni*, incolae *Cyzici*, urbis Asiae, libertate ab Augusto restituta a Tiberio privantur. v. not. ad T. 37. coll. not. ad Aug. 47.

## D.

*Daci.* Dacos, qui se in Pontum et Thraciam effuderant, coercere constituit Caesar. C. 44. cf. A. 8. „Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos et inde in Parthos destinante.“ Augustus coercet Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia caesis. A. 21. v. n. Tiberius negligit Moesiam a Dacis Sarmatisque vastari. T. 41. Domitianus duas in Dacos expeditiones suscipit satis infelices, duobus legatis oppressis; tamen de iis triumphat. Dom. 6.

*Dalmatia.* Aug. domat Dalmatiam cum Illyrico omni. A. 21. per Tiberium, qui subegisse dicitur Breucos et Dalmatas. T. 9. Camillus, Dalmatiae legatus. Cl. 13. copiae e Dalmatia, Pannoniaque et Moesia. Oth. 9.

*Dalmaticum* bellum Augusti. A. 20. *Dalmaticus* triumphus. A. 22.

*Danubius* flumen. T. 16.

*Lutatius Daphnis*, libertus Q. Lutatii Catuli, Grammaticus. Gr. 3.

*Darius* puer, Arsacides, ex Parthorum obsidibus. Cal. 19.

*Datus*, Atellanarum histrio. Ner. 39.

*December.* solitae agi Novembri ac Decembri mense res. A. 32. Decembri mense aleam ludere solitus Augustus. A. 71. per festos Decembris mensis dies. Cal. 6.

*Decimus.* Drusus pater Claudii Caesaris, olim Decimus, mox Nero praenomine. Cl. 1. Reliquos, quibus idem praenomen, vide suis locis.

*Delphi.* consulto Delphis Apolline. Ner. 40.

*Demetrius* Cynicus. Vesp. 13. v. Reimar. ad *Xiphil.* 66, 13.

*Demochares*, praefectus classis Sexti Pompeji. A. 16.

*Dertosa*, urbs Ilercaonum, Hispaniae gentis, ad Iberum. Galb. 10. v. *Cellar.* p. 139.

*Dialis* v. *Flamen.* Dialis sacerdos. Dom. 4.

*Dianae* aedes a L. Cornificio exstructa. A. 29. Diana, carmen Valerii Catonis. Gr. 11.

*Dido.* thesauros, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset. Ner. 31.

*Didymeum* i. e. templum Apollinis Didymei, Mileti peragere destinat Caligula. Cal. 21.

*Diodorus* citharoedus. Vesp. 19.

*Diogenes* Grammaticus. T. 32.

*Diomedes*, dispensator Augusti. A. 67.

*Dionysius*, filius Arei philosophi, frater Nicanoris. A. 89.

*Dionysius Scytobrachion*, non *Scythobrachion*, ut vulgo. Gr. 7.

*Dionysius* Horat. Libertus vel servus Augusti fuisse videtur.

*Dioscorides*, arte sculptoria insignis tempore Augusti, cujus imaginem, qua postea Principes signaverunt, expressit. A. 50. coll. *Plin.* 37, 1.

*Dis pater* i. e. Pluto. victima Diti patri caesa litavit, quum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Oth. 8.

*Cn. Cornelius Dolabella*, Consul A. U. 596. cum M. Fulvio Nobiliore. Ter. 5.

*Cn. Cornelius Dolabella*, Consul A. U. 673. cum M. Tullio Decula, e consulatu Macedoniae praefectus, triumphavit de Thracibus, unde vir consularis et triumphalis dicitur C. 4. ubi v.

n. — a Caesare adolescente repetundarum postulatur, sed absolvitur. C. 4. 55. ejus actiones. C. 49.
P. *Dolabella* partium Caesaris in Illyrico ab Octavio et Libone victus classem amittit. C. 36. v. n.
P. *Dolabella*, gener Ciceronis. Epistola Cic. ad Dolabellam citatur Gr. 14. Est ad Div. 9, 10.
*Cn. Dolabella*, propinquus Galbae, Vitellii jussu postea occisus. Galb. 12. v. n.
*Domitianus*, filius Vespasiani. Vesp. 1. 3. ejus natales et adolescentia, periculum bello Vitelliano, post victoriam praetura urbana cum maxima licentia gesta. Dom. 1. vita sub patris fratrisque principatu varia et inquieta. 2. insidianti sibi parcit frater Titus. Tit. 9. imperii initium aeque varium. 3. spectacula. 4. opera. 5. expeditiones. 6. nove instituta. 7. jurisdictionis industria et severitas. 8. animus initio alienus a cupiditate et saevitia, abstinentia adeo et liberalitas. 9. mox maxima saevitia. 10. eaque callida et inopinata. 11. rapinae. 12. arrogantia et superbia. 13. unde terribilis cunctis insidias et exitum pavide timet. 14. praesagia mortis. 15. historia temporis morti proximi 16. et insidiarum caedisque. 17. statura ejus et forma. 18. laboris impatientia, sagittarum studium. 19. liberalium studiorum negligentia, sermonis tamen elegantia et sales. 20. oblectationes. 21. libido. 22. mors ejus ordinum animos varie afficit. 23.
*Domitianus*, parvulus filius Flavii Clementis, eo nomine ab Imperatore Domitiano appellatus et successor destinatus. Dom. 15.
*Domitianus* mensis v. *October*.
*Flavia Domitilla*, uxor Vespasiani. Vesp. 3. cf. *Flavius*.
*Domitilla*, filia ejus ex Vespasiano. Vesp. 3. v. n. Ejus filia
*Domitilla*, nupta Flavio Clementi. Dom. 17. v. ad Vesp. 3. et Dom. 15.
*Domitia Longina*, Corbulonis filia, Aelio Lamiae nupta, a Domitiano in matrimonium abducitur. Dom. 1. ab eo repudiata et intra breve tempus reducta. Dom. 3. 22. consuetudinis cum Tito suspecta. Tit. 10.
*Domitiae* gentis duae familiae, *Aenobarborum*, qui patricii, et *Calvinorum*, qui plebeji fuerunt. Ner. 1. gentile Domitiorum monumentum. Ner. 50. De honoribus et praenominibus Aenobarborum v. Ner. 1.
L. *Domitius*, auctor originis et cognominis Aenobarborum. Ner. 1. *Plutarch.* Aemil. 25.
*Cn. Domitius*, atavus Neronis, jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transfert. Ner. 2. coll. not. ad C. 13. Hunc etiam in consulatu, Allobrogibus Arvernisque superatis, elephanto per provinciam vectum dicit Suetonius Ner. 2., sed per errorem, de quo monitum in nota, confudit patrem, Consulem A. U. 632., Allobrogum victorem, filiumque, qui Tribunus legem tulit de sacerdotiis, Censorem cum L. Licinio Crasso oratore, cujus edictum legitur. Rh. 1. Hujus filius
L. *Domitius*, abavus Neronis, Praetor C. Caesarem abeuntem consulatu ad disquisitionem Senatus vocat. C. 23. Ner. 2. consulatus candidatus palam minatur, Consulem se effecturum, quod Praetor nequiverit. C. 24. ideoque, Caesare impellente, a Pompejo et Crasso consulatu detruditur. C. 24. *Dio* 39, 31.

sed sequente anno, U. C. 700. (*Dio* 39, 60.) Consul Caesarem ab exercitibus Gallicis retrahere tentat. Ner. 2. successor ei per factionem nominatus principio civilis belli (A. U. 705.) ad Corfinium capitur, quum mortem veneno appetitam mox expavisset Ner. 2. et a Caesare dimissus C. 34. Massilienses ad bellum excitat et destituit, acieque demum Pharsalica perit. Ner. 2. idem neutram partem sequentes hostium numero habendos censet. ibid. cf. C. 75. Ejus filius

*Cn. Domitius*, proavus Neronis, inter conscios Caesarianae necis lege Pedia damnatus, classi Bruti Cassiique praeest, iis superatis Antonio se dedit, cujus legatus ad Augustum transit. Ner. 3. A. 17. ubi v. n. Filius

*L. Domitius*, avus Neronis, Germanico bello ornamentis triumphalibus honoratus, Consul A. U. 738. Ner. 4.

*Cn. Domitius*, filius superioris ex Antonia majore, ex Agrippina Germanici filia pater Neronis, omni parte vitae detestabilis, Pyrgis, Etruriae oppido, mortuus. Ner. 5. 9. 28. Galb. 5. 6. Consul A. U. 785. Oth. 2. Vit. 2. Reliqua v. sub v. *Nero.* Ejus sorores quaere sub voc. *Lepidus.*

*Cn. Domitius Calvinus* in Ponto cum Pharnace congressus exercitum amittit. C. 36.

*Domitius Marsus*, poeta, cujus carmen in edit. Tibulli 4, 15. v. *Quinctil.* 6, 3. *Ovid.* ex Ponto 4, 16, 5. *Martial.* 2, 71, 3. et 77, 5. l. 5, 5, 6. l. 7, 29, 8. al. Versiculi ejus citantur Gr. 9. et 16.

*Doris* dialectus. T. 56. v. n.

*Doryphorus*, libertus Neronis, cui illud monstrum ut femina denupsit. Ner. 29. v. n.

*Drausus*, dux barbarorum, quo cominus trucidato Drusus sibi posterisque suis cognomen invenit. T. 3.

*Druidarum* religio apud Gallos, dirae immanitatis, sub Augusto civibus interdicta, a Claudio penitus abolita. Cl. 25. v. n.

*Drusi* ad *Liviam* gentem pertinent, quam vide.

*Drusus*, auctor cognominis, (v. *Drausus*) Propraetore traditur ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolii datum. T. 3. Ejus abnepos

M. *Livius Drusus*, C. F., ob eximiam adversus Gracchos operam patronus Senatus dictus. T. 3. v. Cl. Cic.

M. *Livius Drusus*, superioris filius, avunculus M. Catonis, in simili dissensione multa varie moliens a diversa factione per fraudem interemtus. T. 3. v. Cl. Cicer. et not.

L. *Livius Drusus*, pater Liviae, avus Tiberii, qui in ejus memoriam munus gladiatorium dedit. T. 7. *Vell.* 2, 71. post proelium Philippense eum in tabernaculo se ipsum interemisse scribit.

*Claudius Drusus*, Liviae filius, frater Tiberii (A. 94. C. *Drusus,* ubi legendum videtur: *Caes. Dr.*), Drusus Nero. T. 4., sec. Cl. 1. olim Decimus, mox Nero praenomine, a Livia, quum Augusto gravida nupsisset, intra mensem tertium editus. Ejus honores, res gestae, bella Raeticum et Germanicum, mors in castris aestivis, honores post mortem. Cl. 1. cf. T. 7. Liberi ex Antonia minore Germanicus, Livilla, Claudius. Cl. 1. Cal. 1. Drusi filia. A. 99. odio fratris Tiberii vexatur. T. 50. victoria ejus Vindelica jussu Augusti ab

Horatio celebrata. Horat. monumentum ejus de coelo tactum. Cl. 46.

*Drusus*, Tiberii filius ex Agrippina. T. 7. A. 100. a patre in Forum deducitur. T. 15. secundus haeres Augusti ex triente. A. 101. laudat mortuum Augustum pro Rostris veteribus. A. 100. perlegendam ei orationem in Senatu tradit pater. T. 23. Consul cum Norbano Flacco A. U. 768. Vit. 3. a Tiberio haud patria caritate dilectus ob fluxiorem animum et remissiorem vitam. T. 52. veneno interemtus fraude Livillae uxoris atque Sejani. T. 62. cf. c. 39. ejus morte pater haud nimium afficitur. T. 52. ejus filius Tiberius. T. 54.

*Drusus*, Germanici filius ex Agrippina. Cal. 7. Otho, pater Imperatoris, filiam vixdum nubilem ei despondet. Oth. 1. nepos Tiberii ob Germanici adoptionem, ab avo Patribus commendatur, dies tirocinii congiario plebi dato celebratur, mox varie vexatus criminante Tiberio à Senatu hostis judicatur. T. 54. Cal. 7. Sejani metu Tiberius vinculis, quibus Romae continetur, eum solvi ducemque constitui jubet. T. 65. mox fame in ima parte Palatii necat. T. 54.

*Drusus*, Claudii filius ex Urgulanilla, impubis moritur Pompejis, piro per lusum in sublime jacto et hiatu oris excepto strangulatus. Cl. 27.

*Drusinae* fossae trans Rhenum, a Druso, Tiberii fratre, actae. Cl. 1. v. n.

*Drusilla*. v. *Livia*.

*Drusilla*, filia Germanici. Cal. 7. virgo a fratre Caligula vitiatur, L. Cassio Longino consulari collocata abducitur et in modum justae uxoris habetur, defuncta insano dolore lugetur. Cal. 24.

*Julia Drusilla*, Caligulae filia ex Caesonia. Cal. 25.

*Dyrrhachium*, urbs orae Illyricianae, ad quam victus est Caesar. C. 36. 58. adversum apud Dyrrhachium proelium. C. 68. — *Dyrrhachina* munitio. C. 68.

E.

*Ecloge*, nutrix Neronis. Ner. 50.

*Eficius Calvinus*, Eques Romanus. Gr. 3. ubi al. *Efficio* et *Aefisio*. Oudend. conjicit *L. Sextio*.

M. *Egnatius Rufus* conjurat contra Augustum. A. 19. v. n.

*Electra* Attilii, tragoedia Sophoclis Latio data ab Attilio. C. 84. v. n.

*Elephantis*, poetria Graeca, quae carmina scripsit obscoeni argumenti. T. 43. *Martial.* 12, 43, 4.

*Eleusinia* sacra ex Attica Romam transferre conatus Claudius. Cl. 25. Eleusiniis sacris Nero interesse non ausus. Ner. 34. Rectius scribi *Eleusinia* sacra, quam *Eleusina*, Oudend. disputat ad Cl. 25.

*Licinius Enceladus*, Augusti libertus. A. 67. ubi al. nomina disjungunt vel diverse scribunt. Oudend. *Licinum*, *Eunum*, *Celadum aliosque.*

*Ennia Naevia*, Macronis uxor, v. potius Ennia, Naevii Macronis uxor, qua ad stuprum sollicitata, matrimonium etiam

pollicitus, Caligula insinuatur Macroni. Cal. 12. ingratissimus postea et mortis ei auctor. Cal. 26.

*Ennius.* Versus ejus citatur. A. 7. nisi et ipse, ut alia scripta, de quibus proxime, Ennii posterioris est. Utraque lingua domi forisque docuit, poeta simul et orator semigraecus. Gr. 1. Annales Ennii a Q. Varguntejo certis diebus in magna frequentia pronunciati. Gr. 2. inter secundum ac tertium bellum Punicum sub ipsam Ennii mortem. ibid. annalium Ennii elenchos scripsit M. Pompilius Andronicus. Gr. 8.

*Ennius posterior.* „Quod nonnulli tradunt, duos libros *de literis syllabisque*, item *de metris*, ab eodem Ennio editos, jure arguit L. Cotta, non poetae, sed posterioris Ennii esse, cujus etiam *de augurandi disciplina* volumina feruntur.“ Gr. 1.

*Epaphroditus*, Neroni a libellis, in morte consciscenda ei adjutor. Ner. 49. propterea a Domitiano capitali poena condemnatus. Dom. 14.

*Epicadus* v. *Asinius* et *Cornelius.*

*Epicureus* quidam. Gr. 6. Epicurea secta. Gr. 8.

*Epidius Marullus*, Trib. pl. C. 79. 80.

*Epidius* rhetor, docuit inter ceteros M. Antonium et Augustum. Ortum se praedicavit ab *Epidio Nunciono* (fort. *Nursino* v. *Nucerino*), in Deorum fluviorum numero habito. Rh. 4.

*Epirota* v. Q. *Caecilius.*

*Eratosthenes*, multiplici variaque doctrina, primus *Philologi* cognomen sibi vindicavit. Gr. 10.

*Erycina Venus* v. *Venus.* — *Esius* v. *Proculus.*

*Esquiliae.* Esquilias in hortos Maecenatianos Tiberius transmigrat. T. 15. [Horatius humatus] et conditus extremis Esquiliis juxta Maecenatis tumulum. Horat. fin. Nero domum auream a Palatio Esquilias usque fecit. Ner. 31. *Tac.* 15, 39. Palatium et Maecenatis hortos eum continuasse dicit. — *Esquilinus campus*, suppliciorum locus. Claudius civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Cl. 25.

*Etruria.* Caesar Etruriam occupat. C. 34. majores Othonis ex principibus Etruriae. Oth. 1. Etrusca lingua Aesar Deum significat. A. 97.

Q. *Eulogii* ad Q. Vitellium, D. Augusti Quaestorem, libellus. Vit. 1. v. interpr.

*Eunoe* Maura, Bogudis regis uxor, a Caesare dilecta. C. 52.

*Euphorion* Chalcidensis, poeta tragicus tempore Ptolemaei Euergetae, quem imitatus est Tiberius. T. 70. v. n.

*Euphrates.* Cal. 14.

*Euripidis* versus e Phoenissis, ex Ciceronis (Off. 3, 21.) versione citantur. C. 30.

*Euripus.* v. ind. Latin.

*Eutychus* asinarius. A. 96. — *Eutychus* agitator. Cal. 55.

## F.

*Fabiani*, tribules Augusti. A. 40. Gens enim Julia, in quam Augustus per adoptionem venerat, pertinebat ad tribum Fabiam. cf. *Scaptienses.*

Q. *Fabius Africanus*, Consul A. U. 744. cum Julo Antonio.

Cognomen Africani, quod multi ei detractum voluerunt, assertum vide in not. ad Cl. 2.
Q. *Fabius Labeo* consularis (Consul A. U. 571. cum M. Marcello), poeta. Ter. 4. cf. *Cic.* Brut. 21.
M. *Fabius Quintilianus*. ind. rhet.
C. *Fannius Strabo*, Consul cum M. Valerio Messala A. U. 593. Senatusconsultum hoc anno contra rhetores factum memoratur Rh. 1. coll. *Gell.* 15, 11.
*Fannius Caepio* cum L. Varrone Murena conjurat contra Augusti vitam A. U. 732. A. 19. a Tiberio majestatis reus factus condemnatur. T. 8.
*Faunus*, Aboriginum rex. Vit. 1. v. *Aborigines*.
M. *Favonius*, aemulus Catonis, captus proelio Philippensi, Imperatore Antonio honorifice salutato, Augustum foedissimo convicio coram proscindit. A. 13. v. n.
*Favor* archimimus. Vesp. 19. al. *Favo*.
*Fecialium* vetus praefatio. Cl. 25.
*Felicitatis* simulacrum ex Senatusconsulto Fundis publicatum. T. 5.
M. *Antonius Felix*, libertus Claudii, cohortibus et alis provinciaeque Judaeae praepositus, trium reginarum maritus. Cl. 28. v. n. cf. *Glandorp.* p. 92.
*Fenestella*. Ter. 1. Obiit hic historicus novissimo Tiberii Caesaris principatu, ut *Plin.* 33, 11.
*Ferentinum*, oppidum Etruriae inter Fesulas et Fescennium. Hoc intelligendum esse Oth. 1., in nota ostendi. Idem *Ferentinum* v. *Ferentum* dici videtur Vesp. 3. v. Burmann.
*Fidenae*, oppidum Sabinorum. ruina amphitheatri apud Fidenas. T. 40. Cal. 31.
*Flamen Dialis* destinatus Caesar adhuc puer, sed exutus eo sacerdotio Sullae odio. C. 1. v. n. Flamen Julius s. Caesaris. C. 76. — Tiberius Flamines decerni sibi prohibuit. T. 26. Diale flaminium, quod ex Cornel. Merulae morte defecerat, duobus et septuaginta annis post restituit Augustus. A. 31. coll. *Tac.* A. 3, 58. v. ad C. 1. Lips. ad Tac. l. c. — Dialis sacerdos. Dom. 4.
*Flaminia via* Arimino tenus ab Augusto munita. A. 30. Mausoleum inter Flaminiam viam ripamque Tiberis. A. 100.
*Flavia* gens, obscura ac sine ullis majorum imaginibus. Vesp. 1. origo Flavii generis. Vesp. 12. suburbanum Flaviorum. Vesp. 5. domus, ubi natus est Domitianus, postea in *templum gentis Flaviae* conversa. Dom. 1. 5. 15. 17. *collegium Flavialium*, ad ministerium hujus templi institutum. Dom. 4. — *Flaviani*, qui partes Flavii Vespasiani susceperant contra Vitellium. Vit. 15.
*T. Flavius Petro*, municeps Reatinus, bello civili Pompejanarum partium Centurio an Evocatus, ex Pharsalica acie domum reversus, venia et missione impetrata, coactiones argentarias factitat. Vesp. 1. Vulgo male *Petronius* dicitur. v. Oudend.
*Flavius Sabinus*, ejus filius, expers militiae, publicum h. e. vectigal quadragesimae in Asia agit, postea fenus apud Helvetios exercet, ibique moritur. Vesp. 1. 5. Ex uxore Vespasia Polla filii ejus
*Flavius Sabinus*, Praefectus Urbi Vesp. 1., a Vitellianis in Capitolium compulsus et cum reliquis Flavianis succenso templo

Jovis oppressus. Vit. 15., et *Vespasianus*, de quo suo loco vide. Hujus filii

*Flavius Sabinus*, quem Domitianus patruelis ob errorem praeconis occidit. Dom. 10. et

*Flavius Clemens*, Christianorum sacris addictus, ut Suet. Dom. 15., contemtissimae inertiae, a Domitiano ex tenuissima suspicione tantum non in ipso consulatu interemtus. Dom. l. c.

*Flavius Liberalis*, Ferenti genitus, scriba quaestorius. Vesp. 3. Ejus filia

*Flavia Domitilla*, uxor Vespasiani. ibid. v. n.

*Flavus* v. *Caesetius*, *Sulpicius* et *Virginius*.

*Florales* ludi in extremos Aprilis primosque Maji dies incidebant. Galb. 6. v. *Ovid.* Fast. 4, 946. et l. 5, 183. sequ. v. Gierig. in not. ad h. l. et ind.

*Mestrius Florus* Consularis. Vesp. 22. Quod ad jocum Vespasiani attinet, qui illo loco narratur, eadem varietas scribendi et loquendi in nominibus *Claudius* et *Clodius*, *Plautius* et *Plotius* al. v. n.

C. *Fontejus Capito*, Consul cum Caesare Germanico A. U. 765., quo anno natus est Caligula. Cal. 8.

L. *Fontejus Capito*, Consul A. U. 812., praeses Germaniae, sub Galba ob novas res oppressus. Galb. 11. v. n.

*Formiae*, oppidum Latii haud procul a Cajetano litore. Incolae *Formiani*. Vit. 7.

*Fortunae Antiatinae*. Cal. 57. duae Fortunae, quae Antii oracula edebant. Al. *sortes*. — *Fortunae* simulacrum aeneum, a Galba ob somnium Tusculum avectum et in parte aedium consecratum. Galb. 4. Dicitur inde *Fortuna Tusculana*. Galb. 18. — *Praenestina Fortuna* Dom. 15. i. q. Praenestinae sortes. T. 63.

*Forum Romanum*. A. 72. simpl. *Forum* C. 10. 20. 84. 85. A. 43. T. 7. 15. Cal. 22. 44. Cl. 10. 18. Ner. 25. Galb. 19. Vesp. 9. al. Forum a Caesare Aedile ornatum. C. 10. templa Fori. Ner. 13. aedes Castoris et Pollucis in Foro constituta. C. 10. munera in Foro. C. 39. A. 43. T. 7. — deducere in Forum v. ind. Latin. sub voc. *deducere* et *tirocinium*. — delatores sub Tito in Foro flagellis ac fustibus caesi. Tit. 8.

*Forum Julii Caesaris*, de manubiis belli Gallici inchoatum C. 26. et post bellum civile absolutum. v. not. ad l. c. — *Forum Augusti*. A. 29. 31. 56. Cl. 33. Hinc plur. *fora*. Cal. 41. — *Forum*, a Domitiano inchoatum, a Nerva absolutum, inde *Forum Nervae* dictum. Dom. 5. v. n. — Forum urbis Praenestis. Gr. 17.

*Forum Appii*, oppidum Latii prope tres Tabernas. T. 2. (Act. Ap. 28, 15.) Incolae *Foroappii* Plin. 3, 4.

*Fucinus* lacus, (correpta media. *Virgil.* Aen. 7, 759. „vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus.“) in Marsis. Hunc emittere destinaverat Jul. Caesar C. 44. h. e. in Tiberin fluvium ob navigationem ejus aquas deducere, fundo siccato et agriculturae reddito; sed Caesare morte praevento, opus aggressus est Claudius, non minus compendii spe, quam gloriae. Cl. 20. eumque *perfecisse emissarium Fucini lacus*, dicit auctor cap. cit., idque verum esse, sed neglectum a Nerone, instaurasse Nervam, absolvisse Hadrianum, docuere, quos ad Cl. l. c. laudavi, Fabric. ad *Dion.* 60, 11. et *Fabretti* libro singulari. cf. Cl. 21. 32. *Spartian.* Hadrian. 22.

M. *Fulvius Nobilior*, Consul cum Cn. Cornelio Dolabella A. U. 596. Ter. 5.
*Fulvia*, uxor M. Antonii. A. 17. v. *M. Antonius*, ubi de ejus liberis e Fulvia dictum. Rh. 5. — Ex priore marito P. Clodio filia ei fuit Claudia, quam sibi desponsatam ductamque, Augustus, exorta simultate cum Fulvia socru, intactam dimisit. A. 62.
*Fulvia Sisennia*, mater poetae Persii. Pers.
*Fundi*, oppidum inter Terracinam et Formias in via Appia. T. 5. in oppido Fundis. Galb. 8. prope Terracinam, sinistrorsus Fundos petentibus. Galb. 4. Decurio Fundanus. Cal. 23. *Galeria Fundana* Vit. 6. v. *Galeria.*
*Furiarum* verbera. Ner. 34.
*Furius*. Ter. 1. — *Furius Bibaculus*, *Furius Camillus* v. *Bibaculus* et *Camillus*.
*Furius Leptinus*, stirpe praetoria, munere Caesaris in Foro depugnat. (*Dio* 43, 23. *Fulvium Setinum* appellat.) C. 39. Burm. *Leptinum* cognomen a re contra Leptinos in Africa gesta, vel certe ab urbe illa quacunque de causa nobis ignota impositum putat.
*Marcia Furnilla*. v. *Marcia*. — *Cornelius Fuscus* v. *Cornelius.*
*Fusius*, Eques Romanus. Pers. De scriptura nominis, quod *Fufius*, *Furius* et *Fusius* exhibetur, disputat Heusinger. ad *Cic.* de Off. 2, 14, 9., qui tamen ibi retinuit *L. Fufii*, atque ita etiam Gernhard.

## G.

A. *Gabinii*, de quo v. Cl. Cicer., uxor Lollia. C. 50.
P. *Gabinius Secundus*, Chaucis superatis, *Chaucius* cognominatus. Cl. 24.
*Theodorus Gadareus*, rhetoricae praeceptor, T. 57. Patria ei fuit *Gadara*, urbs Syriae trans Jordanem sita, de qua v. *Cellar.* 3, 13. Vol. II. p. 640. sequ.
*Gades*, insula Hispaniae cum celebri emporio, Gr. Γάδειρα, ubi templum Herculis. C. 7.
*Gaetulicus* v. *Lentulus*. — *Gaetuli*, populus Africae. Ter. 1.
*Servius Galba*, Consul A. U. 610. cum L. Aurelio Cotta, temporum suorum eloquentissimus (*Cic.* de Orat. 1, 9. *divinus homo in dicendo*), causa belli Viriathini. Galb. 3. v. n. Ejus nepos
*Servius Galba*, proavus Imperatoris, legatus Jul. Caesaris in Gallia, ei infensus ob repulsam consulatus, conspirat cum Cassio et Bruto, damnatus lege Pedia. Galb. 3. *Cic.* Phil. 13, 16.
*Servius Galba*, avus Imperatoris, clarior studiis, quam dignitate; non enim egressus praeturae gradum multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Galb. 3.
C. *Sulpicius Galba*, pater Imperatoris, Consul A. U. 775. cum Haterio Agrippa, brevi corpore atque etiam gibber, modicae in dicendo facultatis, causas industrie actitat. Uxores ei Mummia Achaica et Livia Ocellina. Galb. 3. Ex Achaica liberi
C. *Sulp. Galba*, attritis facultatibus Urbe cedit, prohibitusque

a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum voluntaria morte perit A. U. 789. Galb. 3. *Tac.* A. 6, 40., et

*Serv. Sulpicius Galba* Imperator. De praenomine *Servio*, non *Sergio*, v. not. ad Galb. 1. — nullo gradu contingens Caesarum domum, sed nobilissimus, magnaque et vetere prosapia. Galb. 2. cognominis origo, familiae laudes. 3. natales, pueritia; puero varia praesagia obveniunt. 4. adolescentia, matrimonium, post mortem Lepidae coelibatus. 5. honores; post consulatum a Caligula Germaniae praeficitur in locum Lentuli Gaetulici. 6. sub Claudio Africae praeest. 7. triumphalibus aliisque honoribus ornatus post diuturnum secessum a Nerone in Hispaniam Tarracon. mittitur. 8. varie et inaequabiliter provinciam regit; ex desidia excitatur motu literisque Vindicis. 9. omnia ad defectionem parat, haud sine magnis discriminibus. 10. cf. Ner. 40. 42. maxime morte Vindicis; sed audita morte Neronis iter ad Urbem instituit. 11. saevitia ejus et avaritia. 12. quare non perinde gratus ejus adventus. 13. regitur a T. Vinio, Cornelio Lacone et liberto Icelo. 14. unde morum imperiique ejus inaequabilitas. 15. ita omnibus, maxime militi invisus. 16. Pisonem adoptat. 17. varia exitus ejus portenta. 18. Otho castra occupat; Galba tandem ex Palatio extractus ab equitibus trucidatur. 19. Oth. 12. Vit. 9. 10. diversae narrationes de ejus nece; funus. 20. statura et forma. 21. cibi et libidinis intemperantia. 22. statuae honor a Senatu decretus a Vespasiano aboletur. 23. — simulacra Deorum Penatium a Nerone conflata, a Galba restituta. Ner. 32.

*Galeria* Fundana, uxor Vitellii. Vit. 6. *Tac.* H. 2, 60. 64. *Xiphil.* 65, 4.

*Galliae*, Cisalpina et Comata. C. 22. Transalpina et Cisalpina. C. 29. Haec *citerior* dicitur C. 30. 56. Comata. T. 9. Togata. Gr. 3. provincia Gallia. T. 3.

ex omni provinciarum copia Gallias eligit Caesar. C. 22. omnem Galliam, quae saltu Pyrenaeo Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano continetur, in provinciae formam redigit. 25. 49. 54. 56. 69. Ubios et Sygambros se dedentes Augustus in Galliam traducit, atque in proximis Rheno agris collocat. A. 21. Tiberius Comatam Galliam anno fere regit, et barbarorum incursionibus et principum discordia inquietam. T. 9. Princeps Gallias a Germanis vastari negligit. 41. in Gallia auctiones habet Caligula. Cal. 39. motus Galliarum sub Nerone, duce Julio Vindice. Ner. 40. Nero, Gallias exercitibus diripiendas permittere, statuit. Ner. 43. expeditionem in Galliam Domitianus inchoat invito patre. Dom. 2. — quidam e primoribus Galliarum. A. 79. Galliarum principes. T. 49. Galliarum procerissimus quisque. Cal. 47. Galliarum civitates. Cl. 1. Galb. 12.

*Gallica* bella. Ner. 38. commentarii Caesaris belli Gallici. C. 56. Gallici belli novissimus imperfectusque liber. ibid. triumphus Gallicus Caesaris. C. 37. legio Caesaris ex Transalpinis conscripta, vocabulo Gallico Alauda appellata. C. 24. — *Gallica provincia* Quaestorum i. e. ager Gallicus circa Padum, cujus caput sedesque Quaestoris Ariminum. Cl. 24.

*Gallicanus* homo. Vit. 18. quicquid in Urbe hominum Gallicanorum esset. Ner. 43.

*villa ad Gallinas* Galb. 1. v. n.

Q. *Gallius* Praetor ab Octaviano crudelissime interfectus. A. 27.

M. *Gallius* Senator, adversarum antea Augusto partium, postea adoptat Tiberium. T. 6. v. n.
*Gallograeciam* subegisse se gloriatur Caligula, Gallis Graecisque aliquot uno tempore condemnatis. Cal. 29.
*Galli* quidam, semibarbari, civitate donati in Curiam recipiuntur a Caesare. C. 76. coll. c. 41. et 80. tributarius quidam Gallus. A. 40. Galli cantando excitasse dicuntur Neronem. Ner. 45. v. n.
*Gallus* matris Deûm tympanizans. A. 68.
*Asinius Gallus*, *Cornelius Gallus* v. *Asinius* et *Cornelius*.
*Sestius Gallus* v. *Sextius*, libidinosus ac prodigus senex. T. 42.
*Gallus Terrinius* Senator. A. 53.
*Gamala*, urbs Judaeae, a Tito expugnata. Tit. 4.
*Gebenna* mons, v. *Cevenna*, jugum quod inter Garumnam et Rhodanum per Galliam protenditur, hodie *les Cevennes*. C. 25. v. *Cellar.* p. 174.
*Gelotiana* sc. domus. Cal. 18. v. *Turneb.* Advers. 22. 30.
*Gemoniae* sc. *scalae*, v. *Gemonii gradus*, locus editior in monte Aventino, quo uncis trahi solebant sceleratorum cadavera. — imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit. T. 53. nemo punitorum non et in Gemonias abjectus uncoque tractus. T. 61. hos custodes strangulaverunt abjeceruntque in Gemonias. T. 75. uncum et Gemonias cadaveri Tiberii populus minatur. ibid. Vitellius apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, et inde unco tractus in Tiberim. Vit. 17.
*Genio Augusti* aedem Jovis Olympii dedicare destinant reges amici atque socii. A. 60. condemnati multi a Caligula, quod nunquam per Genium suum dejerassent. Cal. 27. v. *Minuc. Fel.* Octav. c. 29.
*Gergovia*, urbs Galliae in Arvernis, in cujus oppugnatione fusa legio Caesaris. C. 25.
*Germania*. obsessio castrorum in Germania C. 58. i. q. in Germanorum finibus c. 25. Drusus in Germania mortuus. T. 7. Cl. 1. Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania perit. T. 17. coll. Aug. 23. ubi: „graves ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam et Varianam.“ Tiberio delegatus pacandae Germaniae status. T. 16. idem A. U. 763. repetit Germaniam. T. 18. a Germania in Urbem post biennium revertitur. T. 20. seditio militum in Germania post Augusti mortem. T. 25. cf. Cal. 1. 4. et 9. imminet Germaniae Caligula. Cal. 19. 43. sequ. Vespasianus Claudio Principe Legatus legionis in Germaniam missus. Vesp. 4. Titus Tribunus mil. in Germania meruit. Tit. 4. expeditio Domitiani in Galliam Germaniasque. Dom. 2. superioris Germaniae praeses. Dom. 6. haruspex ex Germania. Dom. 16. superioris Germaniae exercitus. Galb. 16. i. q. superioris provinciae exercitus. Vit. 8. inferior Germania. Vit. 7.
*Germani*. Caesar primus Romanorum Germanos aggressus maximis afficit cladibus. C. 25. ultra Albim fluvium summovet Augustus A. 21. duce Druso. Cl. 1. post clades Lollianam et Varianam (v. A. 23.) victores Germani juncturi se Pannoniis creduntur. T. 17. Gallias vastant. T. 41. a Galba coercentur. Galb. 6. 8. duces Germanornm. Cl. 1. Germanorum legatis in orchestra sedere permittit Claudius. Cl. 25. Germanorum manum, quam usque ad cladem Varianam inter armigeros circa se habuerat, dimittit Augustus. A. 49. Germani corporis cu-

stodes. Cal. 45. 55. 58. Ner. 34. Germanorum cohortem, a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam, dissolvit Galba, ac sine ullo commodo remittit in patriam. Galb. 12.

*Germanica* bella. A. 20. T. 9. Cl. 1. Ner. 4. clades Augusti in Germania. A. 23. expeditio Germanica Caligulae. Cal. 43. seqn. cf. Vesp. 2. rebellio Germaniae. Cal. 51. compositis Germanicis rebus. Vit. 9. bella omnia, quae unquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit C. Plinius. Plin. — sermo Germanicus. Cal. 47.

*Germaniciani* i. e. legiones in Germania militantes. T. 25. v. n. Germanicianorum vexillatio. Galb. 20. v. n. Germaniciani exercitus in verba Vitellii jurant. Oth. 8. Vesp. 6.

*Germanicus*, filius Drusi et Antoniae minoris. A. 101. Cal. 1. Cl. 1. unde nepos dicitur sororis Augusti h. e. Octaviae, matris Antoniae. A. 64. ducit Agrippinam, neptem Augusti. A. 64. ex qua liberi praeter unum, qui infans obiit, Nero, Drusus, C. Caesar, Agrippina, Drusilla, Livilla. Cal. 7. cf. A. 34. adoptatur a Tiberio. Tib. 15. coll. c. 52. Cal. 1. inter heredes Augusti. A. 101. de vita, honoribus, rebus gestis et morte ejus exponitur Cal. 1. 2. corporis animique egregiae virtutes, earumque praemia vivo et mortuo exhibita. Cal. 3. 4. 5. 6. post Augusti mortem urgent eum milites ad capessendam Rempublicam. T. 25. Cal. 1. 9. 48. ejus mors in Syria. T. 39. Cal. 1. quae odio Tiberii tribuitur. T. 52. Cal. 2. ejus uxor et filii a Tiberio ad mortem adacti. T. 53. 54.

*Germanici* cognomen Druso ejusque posteris a Senatu decretum. Cl. 1. a Claudio assumtum. Cl. 2. receptum a Vitellio. Vit. 8. et Domitiano, qui et Septembrem mensem Germanicum transnominat. Dom. 13. v. *Martial.* 9, 2. exemplo Caligulae. Cal. 15. — Germanicus, Claudii filius, qui mox Britannicus. Cl. 27.

*Geryonis* oraculum juxta Patavium. T. 14.

*Gesoriacum*, urbs Galliae in Morinis, unde trajectus in Britanniam. Cl. 17. *Plin.* 4, 30.

*Getarum* rex Cotiso. A. 63. — *Getuli* v. *Gaetuli.*

*Gigantum* ossa. A. 72. — *Glabrio* v. *Acilius.*

*Glicia*, viator Claudii Pulcri, Dictator ab eo dicitur. T. 2.

*Glyco*, medicus Pansae, veneni vulneri ejus inditi suspectus. A. 11.

*Gnipho.* v. *Antonius Gnipho.*

*Gracchi.* T. 3.

*Graecia.* Graecia v. Graeciae terra ultima. in carmine Porcii. Terent. 1. Graeciae provinciae, (h. e. Achajae sensu Romano,) princeps. Cl. 16. Graeciae principes. T. 49. Graecus cliens Tiberii. A. 40. pugiles Latini cum Graecis commissi. A. 45. Graecos solos scire audire, dicit Nero. Ner. 22. — Kalendae Graecae. A. 87. Graecus habitus et sermo. A. 98. sermo Graecus. T. 71. al. Graeca facundia. Cal. 20. Graecae disciplinae. A. 89. Graeca carmina fecit Tiberius. T. 70. Graecas historias scripsit Claudius. Cl. 42. vox Graeca. Cl. 43. versibus Graecis usus Vespasianus. Vesp. 23. idem primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Vesp. 18. Graeca studia. Cl. 42. literae Graecae. Gr. 10. Graecae exercitationes. Rh. 2. Graecorum instituta moresque. Ter. 4. Cicero ad praeturam usque Graece declamavit. Rh. 1. fatidici libri Graeci Latinique generis. A. 31.

*Graeculi.* T. 11. convictores Graeculi. T. 56. litigator Graeculus. Cl. 15.

*Graecanica* toga. Dom. 4. Al. *Germanica.* v. n.

# H.

*Halotus* spado, praegustator Claudii, quem veneno necasse creditus est. Cl. 44. v. n. Galb. 15.

*Hannibal.* T. 2. — Metio Pomposiano crimini datum, quod servis nomina Magonis et Hannibalis indidisset. Dom. 10.

*Harpocras* i. e. *Harpocrates* v. *Arpocras.*

*Hasdrubal* adveniens ex Hispania cum ingentibus copiis a Claudio Nerone oppressus. T. 2.

Q. *Haterius.* T. 29. Idem est *consularis* T. 27., quem per genua orantem Tiberius ita suffugit, ut supinus caderet. cf. *Tac.* A. 1, 13. 4, 61.

*Hector.* T. 52. Ner. 22. — *Hecuba.* T. 70.

*Helius,* Ἥλιος, libertus Neronis. Ner. 23. *Tac.* A. 13, 1. Hist. 1, 37. Male al. *Aelius.*

*Hellespontus.* angustiae Hellesponti. C. 63. Hellesp. a Xerxe contabulatus. Cal. 19.

*Helvetii.* Vesp. 1.

*Helvidius Priscus* ob insolentiam, diu toleratam, a Vesp. interfectus. Vesp. 15. Helvidii Prisci laudes a Junio Rustico editae. Dom. 10. v. *Tac.* H. 4, 5. *Plin.* ep. 7, 19.

*Helvidius* filius a Domitiano occisus. Dom. 10. *Tac.* Agric. 45. *Plin.* ep. 7, 30. 9, 13.

*Helvius Cinna* v. *Cinna.*

*Herculis* templum Gaditanum. C. 7. aedes *Herculis Musarum* (Musagetae) a Marcio Philippo exstructa. A. 29. *Ovid.* Fast. 6, 799. sequ. templum *Herculis Tiburtinum* A. 72. unde Tibur urbs Herculi sacra. Cal. 8. — *laudes Herculis* adolescentulus scripsit Caesar. C. 56. *Hercules insanus*, tragoedia a Nerone cantata. Ner. 21. Herculis facta imitari constituit Nero. Ner. 53. comes Herculis, cujus monumentum in via Salaria. Vesp. 12.

*Hermaeum.* diaeta, cui nomen Hermaeum. Cl. 10.

*Hermas.* v. *Laelius.*

*Hermogenes* Tarsensis, propter quasdam in historia figuras a Domitiano occisus. Dom. 10.

*Heroum* arma. A. 72. — Heroum Deorumque, item Heroidum ac Dearum personae. Ner. 21.

*Hiempsal,* rex Numidiae, pater Jubae, qui bello contra Caesarem periit. C. 71.

*Staberius Hiera* Gr. 13. sec. vulg. Lege *Staberius Eros.*

*Hierosolyma.* collaudatus ab Augusto nepos Cajus, quod Judaeam praetervehens apud *Hierosolymam* non supplicasset. A. 93. ubi v. Oudend., cum Burmanno formam *Hierosolyma* in nostro aliisque scriptoribus praeferentem. Ita Noster Ner. 40. regnum *Hierosolymorum*, et Tit. 5. novissima *Hierosolymorum* oppugnatione. Nam quod sequitur h. l. cepitque *eam*, parum refert, quum suppleri possit *urbem* sollemni usu. Cod. tamen Salmas. habet *ea.*

*Hilario*, libertus Augusti. A. 101. Ita etiam legitur nomen apud *Gruter*. Inscr. p. DCXIV. n. 4.

*Hipparchus*, dives reus. Vesp. 13. nisi nomen est fictum a causae patrono.

A. *Hirtius*. Hunc multi auctorem belli Alexandrini, Africi et Hispaniensis, bellique Gallici crediderunt novissimum et imperfectum librum supplevisse. C. 56. Hirtius et Pansa Consules opem ferunt Dec. Bruto, Mutinae a M. Antonio obsesso. A. 10. Hirtius perit in acie. A. 11. Hirtii ac Pansae consulatu (A. U. 711.). T. 5. Consulibus Hirtio et Pansa. Rh. 1. L. Antonius insectatus Augustum, quasi A. Hirtio in Hispania pudicitiam CCC millibus nummûm substraverit. A. 68.

*Hispania*. adveniens ex Hispania Hasdrubal. T. 2.

*Hispania ulterior* Caesari Quaestori obvenit. C. 7. provincia Hispania (*citerior Sallust*. Cat. 19.) ultro extra ordinem data Cn. Pisoni. C. 9. Caesar ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam. C. 18. M. Petrejus, L. Afranius et M. Varro, legati Pompeji in Hispania, a Caesare victi. C. 34. item Pompeji liberi. C. 35. 36. ex praetura proficiscens in Hispaniam. C. 71. in Hispania Proconsule. C. 54. (nam *Proconsules* saepe dicuntur *Propraetores*. v. n.) *apud milites in Hispania*, oratio Caesari ab Augusto abjudicata. C. 55. Caesar novissimo bello ab Urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et vicesimo die pervenit. C. 56. — Hispaniam Tiberius sine consularibus legatis relinquit. T. 41. Erat enim provincia Caesarea. v. n. — oppidum Hispaniae ab eo, qui primus Sulpiciorum Galbae cognomen tulit, illitis galbano facibus succensum. Galb. 3. Serv. Galba, Hispaniam ex praetura obtinens, Viriathini belli causa. Galb. 3. Galbae, postea Imperatori, *Hispania Tarraconensis* (post novam Augusti divisionem, i. q. antea *citerior*. v. *Cellar*. p. 65.) oblata. Galb. 8. oraculum de Principe dominoque rerum ex Hispania. Galb. 9. displicet Germanicianis Imperator in Hispania factus. Galb. 16.

*Hispaniae* (*ulterior* et *citerior*). Hispaniarum potentissimae urbes. C. 28. profectus in Hispanias (Caesar). A. 8. post receptas Hispanias. ibid. Hispaniarum principes. T. 49. Hispaniae desciscunt a Nerone duce Galba. Ner. 42.

*Hispaniensis* victoria Caesaris. C. 38. ejusdem triumphus Hispaniensis. C. 37. bellum Hispaniense, h. e. liber de bello Hisp., Oppio vel Hirtio tribuitur. C. 56. Hispaniensis exercitus. Vesp. 6.

*Hispanicum* fretum i. e. Gaditanum. Vit. 13.

*Hispanorum* custodiae, cum gladiis Caesarem sectantes, ab eo removentur. C. 86. v. *Calagurritani*. Hispanus natione. Gr. 20.

*Histria* v. *Istria*.

*Homeri* carmina abolere constituit Caligula. Cal. 34. versus Homericus. T. 21. multum Homericis versibus pro tribunali etiam locutus Claudius. Cl. 42. duo scyphi a caelatura carminum Homeri a Nerone Homerii appellati. Ner. 47.

*Horatius*. Gr. 9. cf. vita Horatii.

M. *Hortalus*, Q. Hortensii oratoris nepos, permodica re familiari. T. 47. *Tac*. A. 2, 37.

Q. *Hortensius* orator. T. 47. Hortensianae aedes in Palatio. A. 72.
*Hyginus* v. *Julius.*
*Hylas* pantomimus. A. 45. v. n.

# I.

## a) *I vocalis.*

*Iacchus*, Ἴακχος. v. *Siscennius Iacchus.*
*Icarus* h. e. qui Icarum in ludis Neronis exhibebat. Ner. 12.
*Icelus*, Galbae libertus. Ner. 49. anulis aureis et Marciani cognomine a Galba ornatus, mox summae equestris gradus h. e. praefecturae praetorii candidatus. Galb. 14. v. n. concubinus Galbae. Galb. 22.
*Idaea Deûm mater* i. e. Cybele. T. 2.
*Ilerda*, urbs Ilergetum in Hispania ad amnem Sicorim. C. 75. v. *Cellar.* p. 147.
*Ilium* sedem imperii facturus Caesar creditus est. C. 79. ἅλωσις Ilii, carmen Neronis. Ner. 38. v. n. *Iliensium* legati. T. 52. Iliensibus, quasi Rom. gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit Claudius. Cl. 25. idem Ilienses consanguineos suos dicit. ibid. pro Iliensibus Graece verba fecit Nero apud patrem Claudium Consulem. Ner. 7.
*Illyricum* cum Gallia Cisalpina lege Vatinia datum Caesari. C. 22. unam legionem cum Illyrico usque ad consulatum concedi sibi postulat. C. 29. C. Antonii et P. Dolabellae clades in Illyrico. C. 36. domita ab Augusto Dalmatia cum Illyrico omni. A. 21. maxime per Tiberium, qui *totum Illyricum, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danubium flumen et sinum maris Adriatici patet*, perdomuit et in ditionem redegit. T. 16. cf. c. 14. et denuo in Illyricum profectus morte Augusti revocatus est. A. 97. T. 21. seditio militum in Illyrico post mortem Augusti. T. 25. praesidium coloniarum Illyricum contingentium. A. 25. motus Camilli in Dalmatia et Illyrico. Claud. 13. Oth. 1. cf. *Dalmatia.* — Illyricus exercitus. A. 19.
*Ilicia* v. *Ilycia* T. 2. in vulg. vitiose legitur pro *Glicia.*
*Inalpinae* gentes, Salassi. A. 21. v. n.
*Incitatus*, equus Caligulae. Cal. 55.
*Indi* amicitiam Augusti populique Rom. ultro per legatos petunt. A. 21.
*Isauricus* v. Servilius.
*Isidis* sacra. Oth. 12. *Isiaci* sc. sacerdotis habitus, vestis lintea. Dom. 1. v. n.
*Isidorus* Cynicus. Ner. 39.
*Isthmus.* perfodere Isthmum (additur *in Achaja* Cal. 21. Ner. 19.) conati Caesar, C. 44. Caligula, Cal. 21. et Nero. Ner. 19. 37. v. *Plin.* H. N. 4, 5. — *Isthmiorum* die. Ner. 24.
*Istria* s. *Histria*, pars prius Illyrici, sub Caesaribus Italiae addita. Dom. 12.
*Italia* sensu strictiori. Italiam per clientelas occupare tentat Claudius Drusus. T. 2. per Italiam provinciasque. C. 54. sensu la-

tiori. cunctis in Italiam redire permisit. C. 75. exhausta Italia dilectibus, Caesar Alexandriam vel Ilium creditus commigraturus. C. 79. magnae Italiae clades. C. 81. Aug. veteranos in Italiam reducendos et municipalibus agris collocandos recipit. A. 13. tota Italia pro partibus Augusti contra M. Antonium conjurat. A. 17. Augustus Italiam duodetriginta coloniarum numero frequentat, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruit. A. 46. notati a Claudio, qui sine commeatu Italia excessissent. Cl 16. Urbe et Italia summoveri. Cl. 23. Ner. 39. quaedam Italiae civitates. A. 59.

*Italici* tirones. Ner. 19. honestissimus quisque Italicorum ac provincialium. Vesp. 9. nullum commercium inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coeptum. Ter. 1.

*Julus*, Aeneae filius. C. 81. ubi al. *Ilo.*

## b) *J consonans.*

*Janiculum.* via Vitellia ab Janiculo ad mare usque. Vit. 1.

*Janus Quirinus*, ante Augustum semel atque iterum a condita Urbe, ab Augusto ter clausus. A. 22. v. n.

Janus geminus clausus a Nerone. Ner. 13. — *Janus* i. q. fornix pervius. marmoreus Janus. A. 31.

Janos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones Urbis plurimos exstruxit Domitianus. Dom. 13.

*Josephus*, e nobilibus captivis Judaeis, Vespasiano imperium praedicit. Vesp. 5.

*Juba*, Numidiae rex, Hiempsalis filius, (C. 71.) a Caesare in Africa vincitur. C. 55. 59. 66. Ejus filius

*Juba* rex. Cal. 26. Viro eruditissimo bellorumque socio Augustus regnum restituerat. v. ad A. 17. fin. E Cleopatra, M. Antonii et Cleopatrae reginae filia, natus ei est *Ptolemaeus*, de quo suo loco vide

*Judaea.* Cajus Judaeam praetervehens. A. 93. percussores Vespasiano a Galba ex Hispania in Judaeam summissi. Galb. fin. Felix a Claudio Judaeae praepositus. Cl. 28. fama per Orientem de rerum dominis Judaea profectis. Vesp. 4. Vespas. missus ad comprimendum Judaeorum motum. ibid. apud Judaeam Carmeli Dei oraculum. Vesp. 5. Titus ad perdomandam Judaeam relictus. Tit. 5.

*Judaei* noctibus continuis bustum Caesaris frequentant. C. 84. Judaeorum juventus, per speciem sacramenti, a Tiberio in provincias gravioris coeli distribuitur, reliqui gentis ejusdem, vel similia sectantes, Urbe summoventur, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. T. 36. Judaei, impulsore Chresto assidue tumultuantes, a Claudio Roma expelluntur. Cl. 25. v. n.

Judaei oraculum, de quo supra, ad se trahentes rebellant, caesoque Praeposito Gessio Floro (v. n.), Legatum Syriae, rapta aquila, fugant, a Vespasiano compescuntur. Vesp. 4. triumphum agit de Judaeis Vespasianus Vesp. 8. cum Tito. Tit. 6. — ne Judaeus quidem tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi. August. in epist. A. 76. v. n.

*Judaici* ritus a Tiberio coerciti. T. 36. *Judaicus exercitus* h. e. bellum gerens in Judaea, in verba Vespasiani jurat. Vit. 15. Vesp. 6. Domitianus *triumphum* patris fratrisque *Judaicum* equo albo comitatus. Dom. 2. *Judaicus fiscus* a Domitiano acerbissime actus, ad quem deferebantur, qui vel improfessi Judaicam viverent vitam, vel, dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent. Dom. 12.

*Jugurtha.* tropaea C. Marii de Jugurtha, olim a Sulla disjecta, restituit Caesar. C. 11.

*Julia* familia. Cl. 2. v. de gente Julia quae diximus ad C. 1. Julii a Venere deducuntur. C. 6.

*Julius Caesar.* v. *Caesar. D. Julius* dicitur A. 2. 15. 17. 31. 94. 100. Cal. 38. Cl. 17. 20. Vit. 8. Vesp. 5. Gr. 7.

*Julia*, amita Caesaris, defuncta pro Rostris ab eo laudatur. C. 6.

*Julia*, soror Caesaris. C. 74. uxor M. Atii Balbi, mater Atiae, ex qua Octavia minor et Augustus. A. 4. defuncta a nepote pro concione laudatur. A. 8.

*Julia*, filia Caesaris e Cornelia. C. 1. repudiato priore sponso Servilio Caepione Cn. Pompejo collocatur. C. 21. ejus mors. C. 26. tumulus in campo Martio. C. 84. monumentum. A. 95.

*Julia*, filia Augusti. A. 19. ex Scribonia. A. 63. collocatur Marcello, Octaviae filio, deinde M. Agrippae, denique Tiberio. A. 63. T. 7. ejus liberi ex Agrippa, Cajus, Lucius, Agrippa, Julia et Agrippina. A. 64. filius e Tiberio Aquilejae natus infans exstinctus est. T. 7. ab Augusto ob dedecora relegatur. A. 65. T. 11. Aug. testamento, eam sepulcro suo inferri, vetat. A. 101. a marito Tiberio durissime habetur. T. 50. ubi v. n. De ejus morte v. *Tac.* A. 1, 53.

*Julia*, neptis Augusti ex Agrippa. A. 64. L. Paulo, Censoris filio, collocatur. ibid. relegatur. A. 65. cf. *Tac.* A. 4, 71. infantem post damnationem ab ea editum agnosci alique vetat Augustus. A. 65. itemque testamento, eam sepulcro suo inferri. A. 101. De ejus morte v. *Tac.* A. 4, 71.

*Julia Augusta* i. e. *Livia* v. *Augusta* et *Livia.*

*Julia Drusilla*, Caligulae filia. v. *Drusilla.*

*Juliae*, altera Drusi, (filii Tiberii) altera Germanici filia, a Claudio occiduntur. Cl. 29. v. n. cf. *Livilla.*

*Julia Calvina.* v. *Junia.*

*Julia*, Titi filia, a Domitiano, patre adhuc vivo, corrumpitur. Dom. 22. ejus cineribus reliquiae Domitiani a Phyllide hujus nutrice, quae et ipsam educarat, commiscentur. Dom. 17.

*Julia lex* de colonia Capuam deducenda. C. 20. 81. A. 4. Julia lex de veneficiis. Ner. 33. Juliae leges Augusti. A. 34. (maximam partem Caesaris repetitae et confirmatae.)

*Julia basilica.* Cal. 37. *Julia Curia.* Cal. 60. v. n.

*Julius* mensis a Caesare appellatus. C. 76. cf. not. ad C. 1. — Kal. Juliis novas aedes conducere solebant Romani. v. ad T. 36. cf. *Martial.* 12, 32.

*Julius portus* apud Bajas ab Augusto factus, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari. A. 16.

*Sex. Julius Gabinianus.* ind. rhet. Imperatore Vespasiano in Gallia docuit. *Hieronym.* num. MMXCII.

C. *Julius Hyginus*, Augusti libertus. Gr. 20.
*Julius Marathus*, libertus Augusti. A. 79. 94.
*Julius Modestus*, libertus Julii Hygini, in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus. Gr. 20.
*Julius Tiro*. ind. rhet., nisi legendum *Tullius Tiro*, Ciceronis nempe libertus. v. Burm. praef. ad libros ad Herennium. (edit. Oper. Cicer. Schütz. praef. T. I. p. XXXVIII.)
*Julius Vindex* v. *Vindex*. — *Julus Antonius* v. *Antonius*.
*Junius Juvenalis*. vit. Juven.
*Junius Novatus*, asperrima de Augusto epistola Agrippae juvenis nomine edita, pecunia multatus. A. 51.
T. *Junius Philopoemen*. v. *Vinius*. Ita *Junius* vitiose etiam legitur Galb. 14. et Vit. 7. v. Oudend.
*Junius Rusticus*, integro nomine *L. Junius Arulenus Rusticus*, ob laudes Paeti Thraseae et Helvidii Prisci editas a Domitiano interemtus. Dom. 10. *Tac.* Agric. 2.
*Junius Saturninus*, scriptor tempore Hadriani, aequalis Suetonii, citatur A. 27.
*Junius Silanus*. v. *Silanus*.
*Junia Claudilla*, filia M. Silani, uxor Caligulae, quam ex partu amisit. Cal. 12.
*Junia Calvina* e gente Augusti (unde vitiose vulgo scr. *Julia*), soror Junii Silani, cui desponsata Octavia, Claudii Caesaris filia. Vesp. 23. v. n.
*Junonis* effigies. Dom. 4.
*Jupiter Capitolinus*. aedes s. templum Jovis Capitol. A. 26. 91. Dom. 8. cella Jovis Capit. C. 84. A. 30. gremium Capitolini Jovis. A. 94. Caligula cum Jove Capit. interdiu fabulatur. Cal. 22. donum ex auro Jovi Cap. sacratum. T. 53. pars carminum aureis literis Jovi Cap. dicata. Ner. 10. barbam primam, conditam in auream pyxidem, et pretiosissimis margaritis adornatam, Nero *Capitolio* consecrat (i. e. *Jovi Capitolino*, quod alii substituerunt). Ner. 12. Ita: spolia Oceani *Capitolio Palatioque* debita. Cal. 46. cf. laurea *in Capitolium* lata Ner. 13. quod Dom. 6. de Sarmatis lauream *Capitolino Jovi* retulit. — Domitianus Capitolino Jovi quinquennale certamen instituit. Dom. 4.

*Jupiter Optimus Maximus*. diadema in Capitolium Jovi Opt. Max. missum. C. 79. Augustus magnos ludos Jovi Opt. Max. vovet. A. 23. Jupiter Opt. Max. Octavianum e reliquis pueris seligit in somnio Q. Catuli. A. 94. templum Jovis Opt. Max. succensum. Vit. 15. v. *Capitolium*.

*Jovis Tonantis* aedes in Capitolio ab Augusto exstructa. A. 29. 91.

*Jovi Custodi* novam aedem in Capitolio excitat Domitianus. Dom. 5. Tac. H. 3, 74.

*Jovis Olympii* aedem, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu et Genio Augusti dedicare, reges amici atque socii destinant. A. 60. Jovis Olympii simulacrum apportari e Graecia, demtoque capite suum imponi jubet Caligula. Cal. 22. quod tamen cachinno edito moveri non potest. Cal. 57.

*Jupiter Tragoedus*. A. 57. — *Jupiter Latiaris* v. *Latialis* consalutatur Caligula. Cal. 22.

*Jovis Cassii* v. *Casii* ara in urbe Cassiope insulae Corcyrae. Ner. 22. v. Oudend.

villa, quae vocatur *Jovis*. T. 65. — sacerdos Jovis in urbe Hispaniae *Clunia*. Galb. 9.
solium Jovis in coelo. Cal. 57. — Jupiter pro signo militari. Cal. 58.
*Juvenalis* dies additus Saturnalibus. Cal. 17. — *Juvenales ludi*. Ner. 11. *Tac.* 14, 15.

## L.

*Labeo* v. *Antistius*.
*Dec. Laberius*, Eques Romanus, ludis Caesaris mimum suum egit, amplissimo praemio. C. 39. v. n. — *Laberius Hiera* leg. *Staberius Eros*. Gr. 13.
T. *Labieni* scripta, Senatusconsultis abolita, requiri et lectitari Caligula permittit. Cal. 16.
*Lacedaemonii* in tutela Claudiorum. T. 6.
*Laches*, nomen, quod Cerulus, libertus Vespas., sibi imposuit. Vesp. 23.
*Cornelius Laco* v. *Cornelius*.
C. *Laelius*, Sapiens dictus. Ter. 1. 2. 3. 4. Adjuvisse credunt Terentium in scribendis comoediis.
*Laelius Archelaus* retractavit Lucilii satiras. Gr. 1. — *Laelius Hermas*. Gr. 10.
C. *Laetorius*. A. 5. Al. *Lectorius*. v. de varia scriptura nominis Casaub. ad *Capitol.* Anton. Phil. 10. De *lege Laetoria* de circumscriptionibus adolescentum v. ad Vesp. 11. cf. interpr. ad *Plaut.* Pseud. 1, 3, 69.
*Lambrani*. C. 9. v. *Ambrones*.
*Lamia* v. *Aelius*. — *Lamiani horti* juxta Maecenatianos. Cal. 59.
*Lanuvium*, oppidum Latii in via Appia prope Ariciam. A. 72. — *Lanuvinus* v. *Aelius*.
*Laodiceni*, (incolae urbis *Laodiceae Phrygiae*, quae Λαοδίκεια ἐπὶ Λύκῳ, ad flumen Lycum, dici solet, ut distinguatur a *Laodicea Syriae* ad mare sita. v. *Cellar.* T. II. p. 151.) terrae motu afflicti opem Senatus implorant, deprecante Tiberio adolescente. T. 8. Denuo tremore terrae prolapsam A. U. 814. imperante Nerone, narrat *Tac.* A. 14, 27.
*Lares Compitales*. v. *Compitales*. Lares familiares a quibusdam in publicum abjecti in publico luctu de morte Germanici. Cal. 5. Narcissi et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit Vitellius. Vit. 2. quod confirmat conjecturam Lipsii A. 7. *inter cubiculi Lares* pro: *inter cubiculares*. Ita etiam Dom. 17. puer arae v. curae Larium cubiculi assistens. — Kal. Januariis exornati Lares. Ner. 46.
*Latium*. Vitellii olim toto Latio imperasse dicuntur. Vit. 1. — *Latiaris* v. *Latialis Jupiter* v. *Jupiter*. — *Latinas colonias* h. e. Cisalpinos Transpadanos, qui jus Latii jam acceperant, de petenda civitate agitantes, adit Caesar novarum rerum studio. C. 8. *Latino* h. e. ei, qui jus Latii habebat, jus Quiritium a Claudio praemii loco promissum. Cl. 19. *Latinae conditionis* mulier h. e. Latina Juniana ex manumissione minus justa. Vesp. 3. v. n. urbes ob merita erga populum Romanum *Latinitate* vel civitate donatae h. e. jure Latii vel Quiritium. A. 47.

*Latinae feriae.* sacrificio Latinarum. C. 79. v. n. Latinarum diebus. Cl. 4. sacro Latinarum. Ner. 7. — pugiles Latini. A. 45. — *Latina* via. Dom. 17. — de *Latino sermone* duo volumina scripsit Antonius Gnipho. Gr. 7. — *Latine* formare, componere e. s. p. vide in ind. Lat. suis locis. — Latini rhetores. Rh. 1.

*Latinus*, mimus (nomen enim est hominis *Juvenal.* 1, 36.) Dom. 15.

*Laureolus mimus.* Cal. 57. (fabulae titulus, non hominis nomen). v. *Martial.* de spect. 7, 4. *Juven.* 8, 187.

*Lavicanum*, villa Caesaris ad *Lavicum*, *Labicum* s. *Lavicos*, *Labicos*, Latii oppidum. C. 83.

*Lenaeus Pompejus.* Gr. 2. 15. Pompeji M. libertus et paene omnium expeditionum comes. v. *Plin.* H. N. 25, 2. qui Grammaticae artis doctissimum dicit.

*Lenaeus Melissus.* Gr. 3. fortasse idem cum *C. Melisso* Gr. 21., liberto Maecenatis, qui delegante Augusto curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. v. *Plin.* 28, 6. med., ubi tamen lectio dubia, *Ovid.* ep. ex P. 4, 16, 30. *Donat.* vita Virgil. 6. — Graev. post Heinsium suadet: *Cilnius Melissus.*

*Cn. Lentulus Augur*, vir ditissimus (*Senec.* de benef. 2, 27.), ad fastidium vitae actus a Tiberio. T. 49. v. n.

*Cn. Lentulus Gaetulicus*, filius (patris mortem refert *Tac.* A. 4, 44.), Consul A. U. 779., historias scripsit et poemata. v. Lips. ad *Tac.* l. c. Illas excitat Sueton. Cal. 8. Germaniae praeses conjuravit contra Caligulam, a quo interfectus est. Cl. 9. v. n., substituto in ejus locum Galba. Galb. 6.

*Cn. Lentulus* (qui *L. Lentulus*, *L. fil.* dicitur in Fastis et elencho Consulum ante Dionis l. 55.) Consul A. U. 751. cum M. Valerio Messala. Galb. 4.

*Leontinus* campus juxta Leontium, Siciliae urbem, publicus populi Romani. Rh. 5. *Cic.* Phil. 2, 17.

M. *Aemilius Lepidus*, Triumviri pater, post Sullae mortem novas turbas ciet, sed pulsus a collega Catulo et Pompejo in Sardiniam abit, ubi mortuus est. C. 3. v. n. et 5.

M. *Aemil. Lepidus*, Magister Equ. Caesare Dictatore. C. 82. coena excipit Caesarem pridie Idus Martias. C. 87. Consul A. U. 712. cum L. Munatio Planco. T. 5. Antonium post fugam Mutinensem recipit. A. 12. initaque cum Anton. et Octav. societate Remp. simul tenet. A. 8. 13. ab Octav. ex Africa in auxilium contra Sext. Pompejum evocatus viginti legionibus, quarum fiducia superbit, privatur, et supplex, concessa vita, Circejos in perpetuum relegatur. A. 16. pontificatum tamen maximum usque ad mortem obtinet. A. 31. ab Antistio Labeone in Senatum legitur. A. 54. v. n. — peracta proscriptione in Senatu praeterita excusat. A. 27.

M. *Aemil. Lepidus* juvenis, Triumviri e Junia Bruti sorore filius, conjurat contra Augustum, sed a Maecenate opprimitur. A. 19. *Vell.* 2, 88.

M. *Aemil. Lepidus*, filius L. Aemilii Pauli (de quo v. sub voc. *Aemilius*) ex Julia, nepte Augusti (v. ad A. 64.), maritus Drusillae, sororis Caligulae, eique familiarissimus, conjuratione contra eum facta, occiditur. Cal. 24. 36. Cl. 9. *Dio* 59, 22. Ejus soror

*Aemilia Lepida*, Augusti proneptis, sponsa Claudii, ob parentum

offensas virgo adhuc ab eo repudiata. Cl. 26. v. n. Nupsit postea Appio Junio Silano. v. ad Cl. 4. et sub v. *Silanus*.

*Lepida*, generosissima femina (*Tac.* A. 3, 22. „cui super Aemiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompejus proavi erant") a marito Quirino dimissa et post vicesimum annum veneficii accusata, a Tiberio condemnatur. T. 49

*Domitia Lepida* (*Tac.* 12, 64. „*minore Antonia genita, avunculo Augusto*") ob Octaviam, Augusti sororem, Antoniae matrem („*Agrippinae sobrina prior, ac Cnei, mariti ejus, soror*"), soror, ut modo Tacitus, Cn. Domitii, patris Neronis, filia sec. *Tac.* l. c. et l. 4, 44. Antoniae minoris, sec. Nostrum Ner. 5. Antoniae majoris, (v. Lips. ad *Tac.* l. c.) incesti cum fratre suspecta Ner. 5. educavit fratris filium Neronem. Ner. 6. qui ream, gratificans matri Agrippinae, a qua illa premebatur, testimonio coram afflixit, Ner. 7. ita ut a Claudio, multum adversante Narcisso, morti daretur. *Tac.* c. 65. — Ejus soror, *Domitia*, a Nerone post parricidium matris interfecta est. Ner. 34. *Tac.* 13, 19. v. Lips. ad *Tac.* 12, 64., Reimar. ad fragm. apud *Xiphil.* 61, 17.

*Lepida*, incerti patris, uxor Galbae, ante ejus principatum mortua aeque ac duo filii. Galb. 5. ejus mater Agrippinam, quae Galbam nondum coelibem sollicitaverat, in conventu matronarum jurgio corripuisse et manu etiam pulsasse dicitur ibid.

*Leucadia*, Acarnaniae peninsula, ubi mortuum plures tradiderunt Terentium. Ter. 5.

*Liberi* patris lucus in Thracia. A. 94.

*Liberalis* v. *Flavius* et *Salvius*.

*Libertatis* atrium. A. 29. v. n. cf. *Ovid.* Fast. 4, 622. Trist. 5, 1. 71.

*Libitina*, Venus, in cujus aerarium numi pro defunctis deferebantur. *Dionys.* 4, 15. Ner. 39.

*Libo*. v. *Scribonius*.

*Liburnica*, levior biremis, a Liburnis, Illyrica natione, sic dicta. *Appian.* Illyr. 3. — parte Liburnicarum demersa. A. 17. deceres Liburnicae. Cal. 37. v. n. Liburnica. Ner. 34. Plin.

*Licinius*. cf. *Crassus*.

C. *Licinius Calvus*, filius Licinii Macri historici, orationibus et carminibus aeque illustris. v. Cl. Cic. — Citantur ejus versus. C. 49. 73. *Calvus orator* dicitur A. 72. — Memoratur adhuc *C. Licinius* consularis, historicus. Gr. 20. et *Licinius* Ter. 5., quem Volcatius Terentio praeposuit, de quibus certi quid pronunciare non licet. v. *Voss.* de hist. Lat. 1, 8. et Oudend. ad Gr. 20.

*Licinius Enceladus*. A. 67. v. *Enceladus*.

*Licinius Mucianus*, Syriae praeses, deposita simultate, Vespasiano exercitum Syriacum promittit. Vesp. 6. meritorum fiducia arrogantior leniter a Vespas. taxatur. Vesp. 13. v. n.

*Licinianus*. v. *Piso*.

*Liguria*. Claudius prope Liguriam paene demersus. Cl. 17.

*Aufidius Lingo* vulg. Cal. 23. pro quo e Mss. scribendum *Aufidius Lurco*, maternus avus Liviae Augustae, Romae honoribus functus. v. n., *Clandorp.* p. 138., Clav. Cic. sub v. *M. Lurco*.

*Liviorum* familia, quamquam plebeja, honoribus tamen et insignibus viris inclaruit. T. 3.

*Livius Salinator*, Censor A. U. 549. universas tribus ob levitatem notat. T. 3. v. n. cf. Cl. Cicer.
*Livius Drusus*, novi cognominis auctor; superioris abnepos, hujusque filius. T. 3. v. *Drusus*.
T. *Livius*, historicus, a Caligula *verbosus in historia et negligens* dicitur; idem scripta ejus et imagines ex omnibus bibliothecis amovere conatur. Cal. 34. T. Livio hortante Claudius adolescens historiam scribere aggressus. Cl. 41. conciones regum ac ducum ex T. Livio. Dom. 10.
*Livius* poeta; *L. Livius Andronicus*, libertus Salinatoris, primus Romae fabulas conscripsit. Gr. 1. semigraecus dicitur, et utraque lingua domi forisque docuisse. v. Cl. Cicer.
*Livium* nomen a Galba assumtum. Galb. 4. — *Liviorum* familiae insertus Tiberius, adoptato in eam materno avo. T. 3. idem intercessit, quo minus October Livius vocaretur. T. 26.
*Livia Drusilla*, filia L. Livii Drusi Claudiani, qui post Philippense proelium se ipsum interemit (*Vell.* 2, 71. cf. T. 7.), per adoptionem familiae Liviorum inserti, (T. 3.) materno avo Aufidio Lurcone (Cal. 23.), nupta prius Tiberio Claudio Neroni T. 4., ex quo filium edidit Tiberium, postea Principem, T. 4. 14. post bellum Perusinum cum marito parvuloque filio non sine maximis periculis fugit, T. 6. reconciliata pace Romam redit, et praegnans a marito petenti Augusto conceditur. T. 4. A. 62. cf. c. 69. et intra mensem tertium post Augusti nuptias alterum filium edit Drusum. Cl. 1. ab Augusto unice ac perseveranter diligitur. A. 62. nihil tamen liberorum ex eo prodit, infante, qui conceptus erat, immaturo edito. A. 63. rogat pro tributario quodam Gallo. A. 40. effigiem parvuli filii Germanici habitu Cupidinis in aede Veneris Capitolinae dedicat. Cal. 7. in ejus osculis deficit Augustus. A. 99. a quo heres ex parte tertia instituitur. A. 101. mors Agrippae Postumi ei imputatur. T. 22. a Tiberio contemtui prius, dein odio habetur. T. 50. 51. aegra etiam et mortua negligitur, testamento irrito habito, afflictis amicis. ibid. cf. Cal. 16. ubi v. n. Galb. 5. pro Rostris laudatur a pronepote Caligula, qui in ejus contubernio manserat. Cal. 10. a quo Principe Ulyxes stolatus appellatur, ignobilitatis etiam arguitur. Cal. 23.

omina ei facta de progenie. T. 14. Galb. 1. — honores divini a Claudio ei tributi. Cl. 11.

*Drusilla* dicitur. A. 69. *Livia Augusta*. Cal. 10. 25. 23. Galb. 5. Oth. 1. v. Oudend. ad Aug. 101. simpl. *Augusta*. Cl. 3. *Julia Augusta*. Cal. 16. cf. *Ovid*. Fast. 1, 536., Lips. ad *Tac*. A. 1, 8.

epistolae Augusti ad Liviam. T. 15. Cl. 4.
*Livilla*, filia Drusi ex Antonia minore, soror Claudii et Germanici. Cl. 1. 3. nupta prius C. Caesari, Augusti nepoti, dein Druso, Tiberii filio, quem conjunctâ cum Sejano fraude veneno interemit. T. 62. *Tac*. A. 4, 8. sequ. *Dio* 57, 22. Ex Druso mater fuit *Tiberii* et *Juliae*, quae uxor Neronis, filii Germanici (*Tac*. 3, 29.), eoque interemto Rubellii Blandi, Equitis Romani (*Tac*. 6, 27. 45.), Claudii saevitia periit. Cl. 29. *Dio* 60, 18. Haec *Livilla* autem a *Tac*. 4, 3. *Plin*. 29, 1. *Zonara* 11, 2. al. *Livia* dicitur, subinde etiam *Julia*. v. Oudend. ad T. 62.
*Livilla*, filia Germanici ex Agrippina. Cal. 7., quae et ipsa aliis

codd., et *Tac.* 2, 54. l. 6, 15. *Dion.* 60, 4 et 8. *Zonar.* 11, 8. *Julia*, interdum *Livia* dicitur, (v. Oudend. ad Cal. 7), nupta M. Vinicio (*Tac.* 6, 15.), stuprata a fratre Caligula, mox relegata. Cal. 24. 29. *Dio* 59, 3., a Claudio revocata (*Dio* 60. 4. v. not. ad Cal. 59.) et Messalinae fraude ab eodem interemta. Cl. 29. (ubi aeque *Julia* nominatur.) *Dio* 60, 8.

*Livia Orestilla* (*Dioni* 59, 8. *Cornelia Orestina*) a Caligula C. Pisoni in ipsis nuptiis rapta, intra paucos dies repudiata et biennio post relegata. Cal. 25.

*Livia Medullina*, cui et cognomen Camillae, e genere antiquo Dictatoris Camilli, sponsa Claudii, die nuptiia destinato valetudine exstincta. Cl. 26.

*Livia Ocellina*, dives admodum et pulcra, uxor patris Galbae. Galb. 3. adoptavit privignum Servium Galbam, postea Principem, qui Livium nomen et Ocellae v. Ocellare cognomen inde assumsit. Galb. 4.

*Locri* Epizephyrii, urbs Italiae in Bruttiis. A. 16. v. *Cellar.* p. 919.

*Locusta*, venefica Neronis jussu Britannicum necat. Ner. 33. ipsum Neronem veneno armat. Ner. 47.

M. *Lollius*, comes et rector C. Caesaris, Orienti praepositi, criminationibus Cajum contra vitricum Tiberium incendit. T. 12. 13. Victus a Germanis nomen dedit *Lollianae cladi*, de qua Noster A. 23. *Vell.* 2, 97. De ejus morte v. *Vell.* 2, 102. *Plin.* 9, 35.

*Lollia*, uxor A. Gabinii, adultera Caesaris. C. 50.

*Lollina Paulina*, filia M. Lollii Consularis (*Tac.* 12, 1.) neptis M. Lollii, de quo supra, nupta C. Memmio consulari, exercitus regenti, a Caligula subito ex provincia evocatur, et perducta a marito Principique conjuncta brevi dimittitur, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Cal. 25. Quum post Messalinae mortem Claudii nuptias ambiisset Cl. 26. *Tac.* l. c., Agrippinae odio periit. *Tac.* 12, 22.

*Longinus*. v. *Cassius*. — *Longina*. v. *Domitia Longina*.

*Luca*, oppidum Etruriae. C. 24. v. n. *Liv.* 21, 59.

M. *Annaeus Lucanus*, Cordubensis, conjurationis Pisonianae socius ac paene signifer, a Nerone condemnatus, brachia ad secandas venas medico praebet. vit. Lucan. aequalis Persii. Pers.

L. *Luccejus* cum Julio Caesare et M. Bibulo consulatum petit, Caesari praeoptatus. C. 19.

C. *Lucilius* poeta. Satirae ejus memorantur Gr. 2. et in vita Persii, qui lecto libro Lucilii decimo ad Satiras componendas excitatus esse dicitur. De Lucilio scripsit Curtius Nicia. Gr. 14.

*Lucius* (incerta lectione; alii enim *Licius*, *Litius*, unde conjecerunt *L. Itius* et *Lycius*) adolescentulus honeste natus„ bipedali major, librarum septemdecim ac vocis immensae. A. 43.

*Lucrinus* lacus prope Bajas. portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit. A. 16. v. n. *Virgil.* Georg. 2, 161. „an memorem portus Lucrinoque addita claustra?" ubi v. Voss. annot. ad vers. German

L. *Lucullus* liberius Caesari Consuli resistit, sed injecto calumniarum metu ad genua ultro ei accidit. C. 20. — *Lucullana villa* apud Misenum, ubi Tiberius mortuus est. T. 73.

*Sallustius Lucullus*, Britanniae legatus, a Domitiano interfectus. Dom. 10.

*Lugdunum*, urbs Galliae, quae ex Augusti provinciarum distri-

butione Lugdunensi provinciae, antea Celticae, nomen dedit Lugduni Caligula ludos edidit miscellos, et certamen Graecae Latinaeque facundiae Cal. 20. tertium etiam consulatum ibi iniit. Cal. 17. Claudius natus est Lugduni, eo ipso die, quo primum ara ibi Augusti dedicata est. Cl. 2.

*Lunensis* ara h. e. e marmore Lunensi, a *Luna*, Etruriae urbe. Ner. 50. v. n. *Juvenal.* 1, 43.

*Luperci*, sacerdotes Panis. *Lupercis Fabianis* et *Quintilianis* additi in honorem Caesaris *Juliani.* C. 76. v. n. — *Lupercalia* a. d. XV. Kal. Mart. celebrari solita. v. *Ovid.* Fast. 2, 269. sequ.

Lupercalibus Caesari diadema ab Antonio oblatum. C. 79. sacrum Lupercale, paulatim abolitum, restituit Augustus, vetuitque Lupercalibus currere imberbes. A. 31.

*Luscio*, poema Neronis. Dom. 1.

*Lusitani.* triginta Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Serv. Galba Viriathini belli causa exstitit. Galb. 3. v. n. Lusitanorum quaedam oppida a Caesare, quum Propraetor Hispaniae ulterioris bellum ibi gereret, (C. 18.) hostiliter direpta. C. 54.

*Lusitania.* Otho per causam legationis in Lusitaniam sepositus. Oth. 3. Fuit autem Lusitania ab Augusti temporibus singularis provincia, eaque Caesaris, quum antea ad Hispaniam ulteriorem pertinuisset. Itaque Otho Legatus Caesaris i. e. praeses illius provinciae dictus est.

*Lutatius* v. *Catulus.* — *Lutatius Daphnis* Grammaticus, libertus Q. Lutatii Catuli. Gr. 3.

*Lycia*, regio Asiae minoris cis Taurum, in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8. defunctus in Lycia (*Vell.* 2, 102. „in urbe Lyciae, Limyra nominant.") C. Caesar. A. 65.

*Lyciis* ob exitiabiles inter se discordias (v. *Dio* 60, 17.) Claudius ademit libertatem bello piratico iis concessam (v. *Strabo* 14, 2, 3.). Cl. 25. eosque Pamphyliae provinciae adjecit. *Dio* l. c. Id tamen haud diu valuisse, saltem ante Vespasianum mutatum esse videtur. Vesp. l. c.

*Lydia*, poema Valerii Catonis. Gr. 11.

## M.

*Macedonia* sensu Romano, quo septentrionalem, ut Achaja meridionalem, Graeciae provinciam efficit. v. *Achaja.* — Caesar in Macedoniam transgressus. C. 35. v. n. C. Octavius, pater Augusti, ex praetura Macedoniam sortitus. A. 3. 4. Tiber. per Macedoniam exercitum ducit in Syriam. T. 14. Macedonia Illyrico confinis. T. 16. Macedonia provincia, sub Tiberio Caesari data (*Tac.* 1, 76. *Dio* 58, 25.), a Claudio Senatui reddita est. Cl. 25. *Dio* 60, 24.

*Macro*, Naevius Sertorius Macro (*Dio* 58, 9.) post oppressum Sejanum praefectus praetorianis, conciliatus Caligulae per uxorem Enniam Naeviam operam ei praestat in nece Tiberii. Cal. 12. (cf. not. ad T. 73.) obtinet potentiam sub Cajo. 23. mox cruenta morte necatur. Cal. 26.

*Maecenas*, amicus Augusti, prodit secretum de comperta Murenae conjuratione uxori Terentiae. A. 66. Horatio familiaris.

Horat. et C. Melisso. Gr. 21. Augustus aeger in domo Maecenatis cubare solitus. A. 72. Maecenatis μυροβρεχεῖς cincinni ab Aug. per jocum irrisi. A. 86. horti Maecenatiani in monte Esquilino. T. 15. turris Maecenatiana. Ner. 38. (v. Meibom. Maecen. p. 175.) Maecenatis tumulus in extremis Esquiliis. Horat. fin.

*Maecius Rufus*, a Domitiano Aegypto praefectus. Dom. 4. Al. *Metius* al. v. Oudend. cf. *Metius*.

*Maeniana*, aedificia a Maenio appellata. Cal. 18. v. Burm. Alii, qui a voc. *moenus* deducunt, scribunt *Moeniana*. v. Oudend.

*Magnes*, ex Magnesia Macedoniae ortus. Pers. v. *Aristocrates*.

*Magonis* nomen servis inditum. Dom. 10.

*Mallia*. A. 70. Domus Augusti ita appellata videtur.

*Mallonia*, a Tiberio ob negatum ejus libidini obsequium ad mortem compulsa. T. 45.

*Mallotes*, ex urbe Ciliciae *Mallo* oriundus, de qua v. *Strabo* 14, 4, 16. v. *Crates*.

*Malum Punicum*, vicus in sexta regione urbis Romae. Dom. 1. v. n.

*Mamurra*, praefectus fabrum Caesaris, ob turpem amorem ingentibus divitiis ab eo auctus, ideoque carmine notatus a Catullo. C. 73. v. n. v. *Plin.* 36, 7. cf. Cl. Cicer.

*Dii Manes*. T. 75. inferias dare Manibus. Cal. 3. Manes Galbae propitiare tentat Otho. Oth. 7.

*Marathus*. v. *Julius*.

*Marcelli*, gentis Claudiae familia, eaque plebeja. v. *Claudia gens*.

*M. Claudius Marcellus*, Consul cum Serv. Sulpicio Rufo A. U. 703., gravissimus Caesaris adversarius, refert ad Senatum, ut erepto privilegio ante tempus ei succedatur. C. 28. v. n. cf. Cl. Cic.

*C. Claudius Marcellus*. Hunc Ruperti in tabulis genealog. p. 51. fratrem Marci scribit. A Suetonio C. 29. *frater* ejus *patruelis* dicitur, a *Dione* 40, 59. Μάρκου ἀνεψιὸς ἢ καὶ ἀδελφός (λέγεται γὰρ ἑκάτερον). Successit Marco in consulatu A. U. 704. cum Aemilio Paulo, et ipse Caesari inimicissimus, quamvis *affinitate propinquus* (*Dio*: καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων). Huic nuptam puto Octaviam, Augusti sororem, neptem sororis Caesaris. C. 27. Aliter statuit *Glandorp.* p. 232., qui C. Marcellum, de quo proxime, intelligit.

C. *Claudius Marcellus*, Consul A. U. 705. cum L. Cornelio Lentulo (aeque ac superiores *e parte diversa*, ut Suet. C. 29.), Caesaris adventu Urbe expulsus. *Caes.* B. C. 1, 14. Hic frater germanus fuit M. Marcelli, de quo supra, biennio ante Consulis, ut recte *Manut.* ad *Cic.* ep. 15, 7. et *Glandorp.* p. c. Ruperti l. c. nescio qua ratione ejus filium facit.

*M. Claudius Marcellus*, filius C. Marcelli ex Octavia, sorore Augusti, A. 63. T. 6. maritus Juliae, filiae Augusti, A. 63. juvenis egregiae spei, quem Augustus etiam Agrippae praeferebat, A. 66. T. 10. triumpho Actiaco A. U. 725. currum Augusti dexteriore funali equo comitatus, T. 6. mortuus A. U. 731. v. ad A. 63. In ejus memoriam Aug. exstruxit *theatrum Marcelli* A. 29. et dedicationem ludis celebravit. A. 43. scena Marcelliani theatri restituta ludisque dedicata a Vespasiano. Vesp. 19.

*M. Pomponius Marcellus*. v. *Pomponius*.

*Marcellae*, filiae C. Marcelli ex Octavia. Alteram Agrippa habuit et ex ea liberos A. 63., postea dimissam, ut Juliam Augusti duceret post M. Marcelli mortem, concessit Julo Antonio. *Plutarch.* Anton. 87. v. ad Aug. 17. fin. et 63.

*Marciani* cognomen a Galba datum liberto Icelo. Galb. 14.

*Marcii Reges* ab Anco Marcio genus deduxerunt. C. 6. Eo nomine fuit mater amitae Caesaris, Marcia, avo Caesaris nupta.

*Marcius Philippus*, vitricus Augusti, multum ei dissuadit aditionem hereditatis Caesaris. A. 8. exstruxit aedem Herculis Musarum. A. 29. Alium, materterae Augusti maritum, intelligit *Masson.* vit. Ovid. ad A. 767. v. not. ad A. 29.

*C. Marcius Censorinus*, Consul A. U. 746. cum C. Asinio Gallo. Horat. fin.

*Marcia Furnilla* splendidi generis, altera uxor Titi, cum qua, sublata filia, divortium fecit. Tit. 4. Al. *Furvillam* exhibent et *Fulviam* v. *Fulvillam* v. n.

*C. Marii* tropaea de Jugurtha deque Cimbris ac Teutonis, olim a Sulla disjecta, Caesar restituit. C. 11. et Marium, si vis, aspice, sed reducem i. e. crudelissimum. versic. cit. T. 59. — Caesari multos Marios inesse, Sulla dixit. C. 1.

*P. Marius*, Consul A. U. 815. cum Asinio Gallo. Pers.

*Marŏboduus*, rex Marcomannorum, quem e patria extractum Tiberius Ravennae detinuit. T. 37. v. n.

*Mars.* Martis templum, quantum nusquam esset, Caesar destinat. C. 44. res divina Marti facta ab Octavio. A. 1. exta Marti reddita. ibid. locus castrorum apud Actium Neptuno ac Marti ab Augusto consecratus. A. 18. aedes Martis Ultoris, bello Philippensi ab Aug. vota et postea cum Foro Aug. exstructa. A. 29. barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare cogit Aug., mansuros se in fide ac pace. A. 21. tres gladios in necem suam praeparatos Caligula Marti Ultori consecrat, addito elogio. Cal. 24. literae de victoria Caligulae in aede Martis Consulibus traditae. Cal. 44. sacrificantem apud Martis aedem. Cl. 13. prandium, quod in proxima (Foro Augusti) Martis aede Saliis apparabatur. Cl. 33. cf. de hac aede *Ovid.* Fast. 5, 550. sequ.

delubrum Martis in colonia Agrippinensi. Vit. 8. cui Vitellius gladium, quo Otho se occiderat, dedicat. Vit. 10. — *Martis* villa in via Appia. Ter. 5. — quercus Marti sacra. Vesp. 5.

*Martius campus* v. *Campus.* — *Idus Martiae* ob Caesaris caedem *parricidium* nominatae. C. 88.

*Martiales ludi*, Kal. Aug., ob dedicationem, puto, aedis Martis Ultoris. Cl. 4. *Dio*, qui bis eos memorat, 56, 27. et 46. τὰ Ἄρεια v. Ἀρήεια dicit.

*Marsi*, populus Latii, Cl. 20. de quibus bellum sociale dictum *bellum Marsicum*. A. 23.

*Marullus* v. *Epidius.*

*Masgaba*, unus e dilectis Augusti. A. 98.

*Masintha*, nobilis juvenis Numida, a Caesare contra Hiempsalem regem defensus. C. 71.

*Massilia* Caesari in itinere portas claudit et diu obsidetur. C. 34. navali ad Massiliam proelio. C. 68. L. Caesar Massiliae defunctus. A. 65. a Massilia. Cl. 17. — *Massilienses* obsidione laborantes. Ner. 2.

*C. Matius*, familiaris Caesaris. C. 52. v. n. Ab eo nomen accepit *malum Matianum*. Dom. 21. v. n.

*Mauritania*. Cal. 55. *Mauri* pueri Augusto praecipue probati. A. 83.

*Mausoleum* Augusti. A. 100. 101. Cal. 15. de Mausoleo, sponte foribus patefactis, exaudita vox. Ner. 46. cf. Vesp. 23. ubi vulg. additur *Caesarum*. dignus eo Mausoleo. Vit. 10.

*Q. Fabius Maximus*, Consul in tres menses a Caesare suffectus, v. ad C. 76. unde trimestris Consul dicitur C. 80. cf. *Dio* 43, 46.

*Maximus*, Parthenii libertus, inter percussores Domitiani. Dom. 17.

*Maximi ludi* Neronis, pro aeternitate imperii suscepti. Ner. 11.

*Mazaces*, Mauritaniae populus. *Ammian*. 29, 25, 26. 27. *Mazices* vocat. Mazacum turba atque cursorum in comitatu Neronis. Ner. 30.

*Mediolanum*, caput Insubrium, a Gallis conditum. v. *Liv*. 5, 34. — A. 20. Rh. 6.

*Megistanes*, οἱ μεγιστᾶνες, proceres Parthorum. rex Parthorum in luctu convictu Megistanum abstinet. Cal. 5.

*Meleager*. T. 44. — *Melissus* v. *Lenaeus*.

*C. Memmius* Praetor de actis Caesaris Consulis ad Senatum refert. C. 23. asperrimae ejus orationes in Caesarem. C. 73. cf. c. 49. codicilli Memmii ad Pompeji uxorem de stupro. Gr. 14. cf. *Ovid*. Trist. 2, 433. „Quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos Rebus abest omnis nominibusque pudor." v. Manut. ad *Cicer*. ep. 13, 1., Cl. Cicer.

*C. Memmius* consularis (Consul A. 784.), cui Macedoniae et Achajae praefecto Caligula uxorem Lolliam Paulinam abduxit. Cal. 25. v. n.

*Q. Memmius* in oratione pro se. Ter. 3. Hunc *Glandorp*. p. 596. legatum putat ad Antiochum Eupatorem, qui Maccab. l. 2, 11. memoratur.

*Memphis*, Aegypti urbs. in conserando apud Memphim bove Api. Tit. 5.

*Menander*, poeta comicus Graecus, cujus fabulas convertit Terentius. Ter. 1. 5.

*Menas* i. q. *Menodorus*, (ut *Lucas* i. q. *Lucius*, *Arpocras* i. q. *Harpocrates*.) dux Sexti Pompeji. A. 74. v. n.

*Mendes* h. e. e pago s. nomo Aegypti Mendesio. v. *Asclepiades*.

*Menecrates* citharoedus. Ner. 30.

*Mero* castrensi joco pro *Nerone*. T. 42.

*M. Valerius Messala*, Consul A. U. 593. cum C. Fannio Strabone. Senatusconsultum his Consulibus contra rhetores factum v. Rh. 1. coll. *Gell*. 15, 11.

*M. Valerius Corvinus Messala*, clarissimus orator, quem *Cic*. ep. ad Brut. 15. collaudat, Consul A. U. 723., mandantibus Patribus, Augusto Patris Patriae cognomen in Curia obtulit. A. 58. citatur A. 74. in oratione Latina secutus eum Tiberius, qui adolescens senem observaverat. T. 70. Nescio an ejusdem epistola excitetur Gr. 4. — Hujus Messalae oratoris nepos fuit *Statilius Corvinus*, qui contra Claudium conspiravit. Cl. 13. v. *Statilius*.

*M. Valerius Messala Barbatus*, Consul A. U. 742. cum P. Sulpicio Quirino (*Glandorp*. p. 867. hujus filium a Suetonio

dici existimat), consobrinus Claudii, (v. Lips. ad *Tac.* II, 57. a quo tamen alii discedunt. v. Ern. ad Tac. et quae ad Claudii locum notavimus) pater Messalinae, uxoris Claudii. Cl. 26.

*M. Valerius Messala*, Consul A. U. 751. cum Cn. Lentulo, Galb. 4.

*Valeria Messalina*, Barbati Messalae filia, uxor Claudii. Cl. 17. 26. mater Octaviae et Britannici. Cl. 27. propter cetera flagitia atque dedecora et nuptias tandem cum C. Silio initas a Claudio supplicio affecta. Cl. 26. cf. c. 29. 36. 37. 39. Ner. 6. Vit. 2.

*Statilia Messalina*, uxor Neronis. Ner. 35. Messalina Neronis. Oth. 10. v. *Statilius*.

*Messana*, urbs Siciliae. repente a Messana noctu profugit. Cal. 51.

*Mestrius Florus* consularis, quem Vespas. per jocum *Flaurum* dixit. Vesp. 22.

*Q. Caecilius Metellus Numidicus*. Gr. 3. L. Aelius Grammaticus in exsilium eum comitatus est.

*Q. Caecilius Metellus (Macedonicus)*. Orationes ejus de prole augenda. A. 89. *Liv.* epit. 59.

*Gellius* 1, 6. Numidico eas tribuit. Sed vide viros doctos, qui errorem arguerunt, excitatos in nota ad A. 89.

*Q. Caecilius Metellus Nepos*, Tribunus pl., turbulentissimas leges adversus collegarum (maxime Catonis) intercessionem ferens, a Caesare adjuvatur. C. 16. v. n. oratio Caesaris pro Q. Metello. C. 55. — cf. *Scipio*.

*Metius Pomposianus*. Vesp. 14. a Domitiano relegatus et occisus. Dom. 10. Idem fortasse intelligendus Dom. 20.

*Metius Rufus* Dom. 4. rectius scribitur *Maecius*. v. Oudend.

*Mevania*, oppidum Umbriae cis Appennium prope fontem Clitumnum. Cal. 43. v. *Cellar*. p. 748.

*Mida* rex. Pers.

*Miletus*, urbs Ioniae. Cal. 21. Mileti Didymeum peragere Caligula destinavit. v. n.

*Milliarium aureum* in Foro Rom. sub aede Saturni. Oth. 6. v. n.

*Milo* circumpositis armatis causam apud judices dixit. C. 30.

*Minerva*. Minervae gremio Caligula infantem imponit. Cal. 25. Quinquatria Minervae. Dom. 4. Min. superstitiose culta a Domitiano. Dom. 15. clypeus Minervae πολιούχου leg. πολυούχου, ingens patina a Vitellio dedicata. Vit. 13.

*Minos*. Tiber. Minois exemplo thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit, ut ille olim in morte filii. T. 70. Pasiphae Minois uxor. Galb. 2.

*Misenum*, oppidum cum portu in promontorio Campaniae. classem Miseni et alteram Ravennae ad tutelam superi et inferi maris collocat Augustus. A. 49. Obiit Miseni Tiberius. T. 72. 74. 75. Cal. 13. piscina a Miseno ad Avernum lacum a Nerone inchoata. Ner. 31.

*Misenensis* classis. Plin.

*Mithridates* Magnus. C. 35. vastat regiones Rhodo proximas. C. 4. Pompejus offensus Patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius acta sua confirmarentur. C. 19. Mithr. decemjugi vectus. Ner. 24. — *Mithridaticum bellum*. T. 37.

*Mitylenae* v. *Mytilenae*.

*Mnester* pantomimus, a Caligula turpiter dilectus. Cal. 36. 55. 57.

*Moesia*, ex oriente Pannoniae finitima. Tiberio Imperatore a Dacis et Sarmatis occupatur. T. 41. copiae e Dalmatia, Pannonia et Moesia. Oth. 9. exercitus Moesiarum a Vitellio desciscit. Vit. 15. Moesiacus exercitus. Vesp. 6. legio tertia, quae sub exitu Neronis translata ex Syria in Moesiam fuerat. ibid.
*Morbonia*. abire Morboniam. Vesp. 14. Conjeci εἰς κόρακας.
*Mucia*, Cn. Pompeji uxor, a Caesare corrupta. C. 50. — *Mucianus* v. *Licinius*.
*L. Mummius Achaicus*, qui Corinthum excidit. Galb. 3. Ejus proneptis, neptis Catuli, *Mummia Achaica*, uxor Servii Galbae, mater Imperatoris Galbae. Galb. 3.
*L. Munatius Plancus*, Consul A. U. 712. cum M. Aemilio Lepido. T. 5. ultimus Censor privatae conditionis cum L. Aemilio Paulo A. U. 732. Cl. 16. Ner. 4., cujus sententia Octavianus Augusti cognomen assumsit. A. 7. aedem Saturni exstruxit. A. 29. Plancus orator dicitur Rh. 6.
*L. Munatius Plancus*, Consul cum C. Silio A. U. 766. A. 101. Censoris filius videtur.
*Munda*, oppidum Hispaniae Baeticae, ubi Caesar filios Pompeji devicit. A. 94.
*Mundense* proelium. C. 56.
*Murena*. v. *Varro*.
*Mutina*, oppidum Galliae Cispadanae, hod. *Modena*, ubi M. Antonius Dec. Brutum obsidens devictus est ab Octaviano, et Hirtio et Pansa Consulibus. A. 10. De die v. *Ovid*. Fast. 4, 603. ibique Gierig. — in castris apud Mutinam. A. 77.
*Mutinensis* acies. A. 12. *Mutinense* bellum. A. 9. 10. 84. Rh. 1.
*Mylae*, Siciliae oppidum. Inter Mylas et Naulochum superatus est Sext. Pompejus. A. 16.
*Mytilenae* (hanc enim rectiorem scripturam esse pro Mityl., probarunt viri docti. v. n. ad C. 2.) urbs insulae Lesbi. expugnatio Mytilenarum. C. 2. Mytilenas M. Agrippa secessit, M. Marcello ad munera publica admoto. A. 66. T. 10.

## N.

*Naevius*, vetus poeta comicus, „quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit.“ *Gell.* 17, 21. — C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum, divisit in septem libros. Gr. 2.
*Ennia Naevia*, Macronis uxor, a Caligula ad stuprum sollicitata, adjutrix imperii Cal. 12. a Principe cruenta morte afflicta. Cal 26. Probabilis est emendatio Casaub. *Ennia*, *Naevii Macronis uxor*. coll. *Dion*. 58, 9. et 28.
*Nais* v. *Servilia Nais*.
*Narbo* s. *Narbo Martius*, urbs Galliae provinciae, quae *Narbonensis* inde dicta. Deduxit eo coloniam decumanorum Claudius Nero, pater Tiberii. T. 4. v. *Cellar*. p. 226.
*Narcissus*, libertus Claudii et ab epistolis, praemiis ingentibus, et quaestoriis praetoriisque ornamentis honoratus. Cl. 28. 37. Tit. 2. Narcissi imago aurea inter Lares culta a L. Vitellio,

Vit. 2. ejusdem gratia Vespasianus Legatus legionis in Germaniam missus. Vesp. 4. Ad mortem eum adegit Agrippina A. U. 807. (*Tac.* 13, 1. *Dio* 60, 34.), defuncti quoque amicos perosa. Vesp. 4.

*Naso* v. *Actorius*.

*Naulochus*, statio navium cum oppido prope Pelorum, Siciliae promontorium. Inter Mylas et Naulochum victus est Sext. Pompejus. A. 16.

*Nauplius*, pater Palamedis. *Nauplii mala* cantitabat Nero. Ner. 39. Saepius citatur Sophoclis Ναύπλιος, Ναύπλιος καταπλέων et Ναύπλιος πυρκαεύς, diversaene fabulae, an unius varii tituli, incertum (*Fabric.* Bibl. Gr. 2, 17. ed. Harles. p. 210.).

*Neapolis*, urbs Campaniae, antiquo nomine *Parthenope*. A. 98. T. 4. 6. Neapoli primum Nero prodiit. Ner. 20. coll. 25. 40. — *Neapolitanorum* respublica. A. 92. *Neapolitanum* certamen. Cl. 11.

*Nemausenses*, incolae urbis Nemausi Galliae Narbonensis. T. 13. Gronov. dedit *Resaenenses*. v. n.

*Nemorensis* rex, sacerdos Dianae Aricinae v. Nemorensis, a nemore Aricino sic appellatae. Cal. 35. v. *Ovid.* Fast. 3, 271. *Martial.* 13, 19. Nemoralis Aricia. — villa Caesaris in Nemorensi sc. agro. C. 46.

*Neoptolemus* tragoedus. Cal. 57. — *Nepos* v. *Cornelius*.

*Neptunus*. A. 16. locus castrorum ad Actium Neptuno ac Marti consecratus. A. 18.

*Neronis* cognomen, quo lingua Sabina fortis ac strenuus significatur (*Gell.* 13, 22.) assumtum a gente Claudia. T. 1. — *Claudius Nero*, victor Hasdrubalis. v. *Claudius*. — *Tiberius Claudius Nero*, maritus Liviae, pater Tiberii et Drusi. v. *Tiberius*.

*Nero* Imperator. Ejus majores. Ner. 1 — 5. v. *Domitius*. filius Cn. Domitii et Agrippinae Germanico genitae. Ner. 5. ejus pueritia et adolescentia. 6. 7. undecimo aetatis anno a Claudio vitrico adoptatus et in nomen familiae Claudiae ascitus (Ner. 7. Cl. 27. 39.) Annaeo Senecae in disciplinam traditur. Ner. 7. ducit Octaviam, Claudii filiam. Cl. 27. Ner. 7. Imperator salutatus. 8. suos honoribus prosequitur. 9. liberalitatem, clementiam et comitatem omnibus ostendit. 10. spectacula edit. 11. 12. inter quae Tiridatis, Armeniae regis, introitus in Urbem. 13. ejus consulatus. 14. jurisdictio, instituta et leges. 15 — 17. rerum bellicarum neglectus. 18. peregrinationes. 19. studium artis musicae. 20. 21. equorum et Circensium. 22. omniumque certaminum domi forisque. 23 — 25. petulantia juvenilis. 26. luxuria. 27. libidines et impudicitia. 28. 29. profusio. 30. maxime in aedificando. 31. inde rapinae. 32. parricidia Claudii, Britannici. 33. matris Agrippinae et amitae Domitiae. 34. caedes uxorum, propinquorum et amicorum. 35. exterorum, maxime post duas conjurationes, Pisonianam et Vinicianam. 36. promiscua in omnes saevitia. 37. Urbis incendium. 38. calamitates publicae. 39. Nero conviciorum et maledictorum patientissimus. 39. motus Galliarum sub Julio Vindice. 40. quem maxima levitate excipit. 41. defectio Hispaniarum duce Galba. 42. varia Neronis consilia. 43. apparatus bellicus fere ridiculus. 44. contumeliis petitur. 45. portenta, somnia, auspicia, omina. 46. fugam trepide instituit. 47. tandem Phaontis liberti suburbanum petit. 48. et post magnam trepidationem sua manu

perit. 49. ejus funus. 50. statura, valetudo, cultus. 51. liberalium disciplinarum studium. 52. (cf. Rh. 1. Dom. 1. Lucan.) aliarumque artium. 53. 54. inconsulta perpetuae famae cupido. 55. religionum contemtus. 56. morte ejus populus gaudet, a multis tamen desideratur. 57. inferiae Neroni datae a Vitellio. Vit. 11. progenies Caesarum in Nerone exstincta. Galb. 1.

liberalitates Neronis a Galba revocatae. Galb. 15. Otho summum locum inter amicos Neronis obtinet. Oth. 2. 3. Vitellius Neroni acceptus. Vit. 4. Vespasianus ei comes in peregrinatione Achaica. Vesp. 4. somnium Neronis. Vesp. 5. Titus ante principatum alius Nero habitus. Tit. 7.

*Nero*, filius Germanici Cal. 7. Cl. 9. a Tiberio fame necatus. T. 54. De ejus uxore *Julia* v. sub v. *Livilla*.

*Nero*, praenomen Drusi, patris Claudii Caesaris. Cl. 1. Neronis cognomen Othoni a plebe datum et ambitiose ab eo acceptum. Oth. 7.

*Neronia* Ner. 12. Gr. Νερώνεια i. q. *Neroneus agon* Ner. 21. et *certamen Neroneum*. Vit. 4. cantica *Neroniana*. Vit. 11. — *Neroneus* mensis Aprilis a Nerone appellatus. Ner. 55.

*Neropolin* urbem Romam appellare Nero destinaverat. Ner. 55.

*Nerulonensis* mensarius avus Augusti dictus a Cassio Parmensi. A. 4., ut mihi videtur, a *Nerulo*, Lucaniae oppido prope Thurios. Emendaverunt alii: *Nemorensis*.

*Nerva* corrupisse dicitur Domitianum. Dom. 1. *Forum Nervae*. Dom. 5. cf. *Forum*.

*Nicanor*, filius Arei philosophi. A. 89. — *Saevius Nicanor* v. *Saevius*. — *Nicia* v. *Curtius*.

*Nicomedes* IIII., rex Bithyniae, apud quem desedit Caesar non sine impudicitiae fama. C. 2. cf. c. 49.

*Nicon*, nomen asini. A. 96.

*Nicopolis*, urbs apud Actium ab Augusto condita. A. 18. v. n.

*P. Nigidius Figulus* Senator. A. 94. v. Cl. Cicer.

*Nilus*. fossas, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, Augustus militari opere detergit. A. 18.

*Niobe* cantata a Nerone. Ner. 21.

*Nola*, urbs Campaniae, ubi Augustus decessit. A. 98. 100. templum Augusti Nolae a Tiberio dedicatum. T. 40.

*Nomentana* via, dicta a Nomento, oppido Sabinorum. inter Salariam et Nomentanam viam. Ner. 48.

*C. Nonius Asprenas*, in Trojae lusu lapsu debilitatus, torquem aureum et Torquati cognomen ab Augusto accipit. A 43. Asprenas Nonius, artius Augusto junctus, causam dicit veneficii, accusante Cassio Severo. A. 56. v. n.

*Norbanus Flaccus*, Consul cum Druso Caesare A. U. 768. Vit. 3.

*Noricum regnum* Illyrico confine. T. 16. Ita dicitur etiam *Vell.* 2, 109. v. *Cellar.* p. 536.

*Novaria*, regionis Transpadanae oppidum. Rh. 6. *Novariensis* ibid.

*November*. Aug. vix concessit, ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur. A. 32.

*Novius Niger* Quaestor (quaesitor fuisse videtur extra ordinem ob conjurationem Catilinariam constitutus. v. not.). Apud hunc delatus Caesar inter socios Catilinae a L. Vettio Judice, Vettium Noviumque in carcerem conjecit ob neglectam praeturae, quam gerebat, dignitatem. C. 17.

*Novumcomum*, municipium regionis Transpadanae, antea *Comum*, colonis auctum a Caesare rogatione Vatinia. Colonis civitatem adimi voluit Consul M. Marcellus odio Caesaris. C. 28. v. n. cf. *Cellar.* p. 680. — *Novocomensis* dicitur Plinius Secundus. Plin. Sed quum major Plinius, de quo ibi sermo, Veronensis, junior Novocomensis fuerit, vocem uncis inclusit Wolfius.

*Nuceria*, urbs Apuliae. Vit. 1. domo Nuceria. Vit. 2.

*Numidae.* Ter. 1. *Numidicae* (aves). Cal. 23. *Numidicus* lapis. C. 85. *Numidicus* v. *Metellus.*

*Nursia*, oppidum Sabinorum. Vesp. 1. *Nursini* ab Augusto pecunia multati et extorres acti. A. 12. v. n.

*Nymphae.* Paniscorum et Nympharum habitu. T. 44.

*Nymphidius Sabinus*, Praefectus praetorii, imperium sibi moliens Romae oppressus. Galb. 11. 16. v. n.

*Nysa*, regis Nicomedis filia. C. 49. Nomen est suspectum. v. Oudend.

## O.

*Oceanus.* Cal. 46. 47. Oceanum septentrionalem Drusus primus Romanorum ducum navigavit. Cl. 1. trajecti et quasi domiti Oceani insigne. Cl. 17.

*Ocella* v. *Livius.* — *Ocellatae* sorores a Domitiano ad mortem adactae. Dom. 8.

*Octavia* gens Velitris olim praecipua, ubi celeberrima parte oppidi *vicus Octavius.* A. 1. a Tarquinius Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox a Serv. Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per D. Julium in patriciatum rediit. A. 2. *duplex Octaviorum familia a Cneo et Cajo*, filiis *C. Rufi*, conditione diversa, quum Cneus et deinceps ab eo reliqui omnes honoribus summis functi fuerint, Cajus ejusque posteri in equestri ordine constiterint, usque ad Augusti patrem. ibid. — De *Cneis Octaviis* v. *Glandorp.* p. 634.

*Octavius*, dux Velitrensium. A. 1. ara Octavio consecrata h. e. ab Octavio. ibid.

*C. Octavius*, proavus Augusti, Trib. mil. secundo Punico bello in Sicilia, Aemilio Papo imperatore. A. 2.

*C. Octavius*, avus Augusti, municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. A. 2. cf. c. 4.

*C. Octavius*, pater Augusti, ex praetura Macedoniam sortitus, residuam Spartaci et Catilinae manum in itinere delet, provinciae egregie praeest, Bessis ac Thracibus magno proelio fusis, sociis optime tractatis. A. 3. decedens Macedonia moritur. A. 4. uxores *Ancharia*, ex qua Octavia major, et *Atia*, ex qua Octavia minor et Augustus. ibid. ostentum, quod ei in Thracia obtigit, et somnia de filio. A. 94. Ejus filius

*C. Octavius*, post Caesaris adoptionem *C. Julius Caesar Octavianus.* v. *Augustus.*

*Octavius* quidam, valetudine mentis liberius dicax. C. 49.

*C. Octavius Lampadio* Grammaticus Naevii Punicum bellum in septem libros divisit. Gr. 2. v. *Gell.* 18, 5.

*Octavius Teucer* in Gallia Togata docuit. Gr. 3.

*Octavia* major, filia C. Octavii ex Ancharia. A. 4. Huic Lipsius in stemmate Augustae domus per errorem, quem cum *Plutarcho* Anton. 31. aliisque errat, tribuit, quae ad Octaviam minorem pertinent. v. *Glandorp.* p. 86. sequ. et 433., et quae notavimus ad A. 61.

*Octavia* minor, filia C. Octavii ex Atia, soror Augusti; sororis Caesaris Juliae, quae M. Atio Balbo nupta erat, neptis (A. 4.), collocata primum C. Marcello. C. 27. (v. *C. Marcellus. Cic.* Phil. 3, 6. ubi *L. Philippum Aricinam uxorem habere* dicit h. e. Atiam, cujus pater stirpe Aricinus fuit, A. 4., et *C. Marcellum Aricinae filiam* h. e. Octaviam minorem, Atiae filiam. Adde, quod C. Marcellus a *Dione* 40, 59. Caesari dicitur ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων, ducta nepte sororis, Octavia ergo minore; nam cum Octavia majore nulla Caesari affinitas. v. *Glandorp.* l. c.) ex quo mater extitit M. Marcelli (A. 63.) duarumque Marcellarum (*Plutarch.* Anton. 88.), et oblata a Caesare Cn. Pompejo C. 27. post bellum Perusinum data M. Antonio concordiae causa, e quo matrimonio prodierunt duae filiae, Antoniae, major et minor. (v. ad A. 17.) mortua A. U. 743. A. 61. v. n.

porticus Octaviae cum bibliothecis. A. 29. Gr. 21.

*Octavia*, Claudii filia ex Messalina. Cl. 27. ab eodem privigno Neroni collocata Cl. 27. Ner. 7. a marito Nerone adulterii crimine relegata, mox occisa. Ner. 35. 46. 57.

*October.* intercessit Tiber., quo minus October Livius vocaretur. T. 26. mensem Octobrem Domitianum transnominavit Domitianus. Dom. 13. v. n. Septembri Octobrive mense. A. 35.

*Odeum* Domitiani. Dom. 5. v. n.

*Oedipus*, tragoedia Caesaris. C. 56. Oed. excoecatus. Ner. 21. Oed. exsul. Ner. 46.

*Oenone.* scenico exodio persona Paridis et Oenones. Dom. 10.

*Olympia* in agro Pisaeo juxta Alpheum fluvium (v. *Cellar.* p. 1184.) — Olympiae simulacrum Jovis. Cal. 57. *Olympius* Jupiter Cal. 22. Al. *Olympicus.* Olympiae Cereris sacerdotibus spectare conceditur. Ner. 12. Olympiae Nero praeter consuetudinem musicum agona committit. Ner. 23.

*Olympia* (τὰ Ὀλύμπια). Olympiis decemjugem aurigat Nero. Ner. 24. exiit opinio, descensurum eum ad Olympia inter athletas. Ner. 53.

*Olympiaca* corona, oleagina. Ner. 25. Xiphil. κότινος.

*Aurelius Opilius.* Gr. 6.

*C. Oppius*, amicus Caesaris. C. 72. scripta ejus citantur. C. 52. 53. auctorem multi putarunt belli Alexandrini, Africi et Hispaniensis, novissimique libri de bello Gallico. C. 56.

*Oppius Sabinus*, al. *Appius*, consularis, a Dacis oppressus. Dom. 6.

*Oppius Chares* in Gallia Togata ad ultimam aetatem docuit. Gr. 3.

*Orbilius Pupillus* Beneventanus, praeceptor Horatii. Gr. 4. 8. 9. Ejus filius

*Orbilius*, et ipse Grammaticus professor. Gr. 9. Orbilii servus atque discipulus, Scribonius Aphrodisius. Gr. 19.

*Orcus*, i. q. Pluto. Ner. 39. v. n. — *Orcini* Senatores, post necem Caesaris per gratiam et praemium allecti. A. 35. *Plutarch.* Anton. 15. Χαρωνίτας dicit.

*Orestes* matricida. Ner. 21. cf. c. 39. Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι.
*Oriens.* Orientem ordinandum recipit Antonius. A. 13. C. Caesar, Orienti praepositus. T. 12. Ner. 5. ducto ad Orientem exercitu. T. 9. ad componendum Orientis statum expulsus Germanicus. Cal. 1. ignominia ad Orientem, legionibus in Armenia sub jugum missis. Ner. 39. Orientis dominationem quidam spondent Neroni. Ner. 40. coll. Vesp. 4. ubi fama per totum Orientem de rerum dominis Judaea profectis. statua D. Julii ad Orientem sponte conversa. Vesp. 5. Orientis regnum vindicaturus sibi Titus creditur. Tit. 5. alii Orientis reges (praeter regem Parthorum). Dom. 2.
*Ostia* urbs in ore Tiberis. T. 10. 11. Cal. 15. 55. Cl. 12. Ner. 27. 47. Rh. 1. ab Ostia. T. 11. Cl. 17. Vesp. 8. cohors Ostiae ad arcendos incendiorum casus collocata. Cl. 25. Ostia tenus moenia Urbis promovere statuit Nero. Ner. 16. fossa ab Averno Ostiam usque a Nerone inchoata. Ner. 31.
*Ostiensis* portus. Cl. 20. v. n. *Ostiensis provincia* Quaestorum. Cl. 24. v. n. — *Ostienses.* Cl. 38. 40.
*L. Otacilius Pilitus.* Rh. 3. — cf. *Pitholaus.*
*M. Salvius Otho*, avus Imperatoris, patre Equite Rom., per gratiam Liviae Senator factus, praeturae gradum non excessit. Oth. 1. Majores Othonis oppido Ferentino orti. ibid. De nomine *Salvio* v. ad Oth. 1.
*L. Salvius Otho*, pater Imperatoris, Consul post Galbam. Galb. 6. proconsul Africae, et ob res domi forisque bene gestas a Claudio inter patricios allectus. Oth. 1. Ex uxore Albia Terentia duo ei nati sunt filii.
*L. Titianus*, (quem *Sylvium* facit, ut totam gentem, Glandorp. p. 826., et a *Salvio Titiano* apud *Tac.* Agric. 6. falso distinguit p. 760.) post cladem a fratre dimissus Oth. 10. *Tac.* H. 2, 44. 60., et
*M. Salvius Otho* Imperator, ejus majores. Oth. 1. natales, prima adolescentia. 2. amicissimus Neroni, ob Poppaeam Sabinam tamen in Lusitaniam ablegatur. 3. conatibus Galbae primus accedit; mox hominum gratiam omni officio ambit. 4. Pisone sibi praelato, milites contra Galbam excitat. 5. per quos imperium invadit. 6. 7. Vitellio a Germanicianis electo, pace frustra oblata, bellum praepropere inchoat. 8. eadem temeritate bellum gerit et vincitur. 9. mortem parat. 10. et ipse sibi infert. 11. corpus ejus et habitus. maximus de ejus morte dolor. 12. lapis Memoriae Othonis inscriptus. Vit. 10.
*Salvius Coccejanus*, filius Salv. Titiani, fratris Othonis, ab Othone post cladem dimissus Oth. 10. et a Vitellio servatus, a Domitiano occiditur. Dom. 10.
*Ovidio* poëtae familiarissimus Julius Hyginus. Gr. 20.

## P.

*Pacis* templum Foro proximum exstructum a Vespasiano. Vesp. 9. De *ara Pacis* v. Ovid. Fast. 1, 709.
*M. Paconius* majestatis reus sub Tiberio periit. T. 61. De ejus filio v. Lips. ad *Tac.* 16, 28.

*Pacuvius*, poeta tragicus, aequalis Ennii. Tragoedia ejus, *Armorum judicium*. C. 84.
*Paean*, nomen Apollinis. Ner. 39. de Nerone citharoedo, ut ἑκατηβελέτης de Partho.
*Paetus Thrasea* ob tristiorem vultum (fuit enim Stoicus) a Nerone mori jussus. Ner. 37. Familiarissime usus est Persio poeta. Pers. laudes Paeti Thraseae a Junio Rustico editae. Dom. 10. v. Reimar. ad *Xiphil.* 61, 15.
*Palaemon* v. *Remmius*.
*Palatium*, mons Palatinus. Aug. natus regione Palatii. A. 5. Tiberius natus in Palatio. T. 5. statua in Palatio. Oth. 1. Tit. 2. Augustus habitavit in Palatio. A. 72. (unde *Palatium* i. q. *domus Caesarum*.) Nero, Germanici filius, necatus in ima parte Palatii. T. 54. cf. Cal. 14. Cl. 18. Ner. 34. pro Palatii gradibus. Ner. 8. Vit. 15. partem Palatii Calig. ad Forum usque promovit. Cal. 22. et Palatium Capitoliumque conjunxit. ibid. domum a Palatio Esquilias usque Nero fecit. Ner. 31. *Palatina domus*. A. 29. Palat. domus incendio absumta. A. 57. fastigium Palat. domus navali corona juxta civicam a Claudio ornatum. Cl. 17. (de *civica* in vestibulo Palatii v. ad T. 26.) in media parte vestibuli Palatinae domus. Vesp. 25. domus Palatina de coelo tacta. Dom. 15.
templum Apollinis in Palatio. A. 29. Palatium et Apollo. Ner. 25. Apollo Palatinus. A. 31. 52. atriensis. Cal. 57. Palatina bibliotheca (in porticu Apollinis). Gr. 20.
*Palatini* ludi. Cal. 56. (a Livia post mortem Augusti instituti. v. *Dion.* 56, 46.)
*Palfurius Sura*, de oratoribus coronatus. Dom. 13. Schol. ad *Juvenal.* 4, 53.
*Palilia* v. *Parilia*.
*Pallas*, libertus Claudii et a rationibus, cum Narcisso plurimum valuit. Cl. 28. (v. *Plin.* ep. 7, 29. 8, 6.) Pallantis imago aurea a L. Vitellio inter Lares culta. Vit. 2.
*Palumbus* gladiator, cujus nomine Claudius ad jocum abusus. Cl. 21.
*Pandateria* s., ut alii, *Pandataria*, insula prope Italiam, quo Tiberius Agrippinam, Germanici viduam, relegavit. T. 53. Cal. 15.
*Paneros* fenerator, a Nerone regie elatus. Ner. 30. v. n.
*Panisci*, Πανίσκοι. Paniscorum habitu. T. 44.
*Pannonia* ab Augusto domita. A. 21. copiae e Dalmatia, Panniaque et Moesia. Oth. 9. exercitus Moesiarum atque Pannoniae. Vit. 15. — *Pannonica* bella. A. 20. T. 9. cf. 16. 17. *Pannonici* cognomen Tiberio decretum. T. 17. — *Pannonii*. nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. T. 17. Pannonius dux Bato. T. 20.
*Pansa*, Consul cum Hirtio. (v. *Hirtius*.) A. 10. T. 5. Rh. 1. Paulo post proelium Mutinense ex vulnere periit, Glycone medico veneni inditi suspecto. A. 11.
*Paphia Venus*. Tit. 5. v. *Venus*.
*Papia Poppaea* lex, de maritandis ordinibus, lata A. U. 762. post priorem ejusdem argumenti A. 736. v. ad A. 34. vacatio legis Papiae Poppaeae. Cl. 19. capiti hujus legis de sexagenariis, a Tiberio addito, Claudius obrogavit. Cl. 23. v. n.
*Pappus* v. *Aemilius Pappus*.

*Parilia* s. *Palilia* (ut *Latiaris* Jupiter et *Latialis*), festum XI. Kal. Maj., quo primordia Urbis celebrabantur. Decretum, ut dies, quo Caligula imperium cepisset, Parilia vocaretur, ut argumentum rursus conditae Urbis. Cal. 16.
*Paris* histrio, a Nerone, ut creditum, occisus. Ner. 54. Alius Paris pantomimus. Dom. 3. et 10. *Juvenal.* 6, 87. et 7, 87.
*Parrhasius*, celeberrimus pictor, de quo v. *Plin.* 35, 10. tabula Parrhasii obscoena. T. 44.
*Parthenius*, Nicaeensis, poeta eroticus, sec. Suidam a bello Mithridatico usque ad Tiberium Caesarem vixit. Imitatus eum est Tiberius. T. 70.
*Parthenius*, praepositus cubiculo Domitiani. Dom. 16. Maximus, Parthenii libertus. Dom. 17.
*Parthi.* Caesar Parthis bellum minatur. C. 44. A. 8. C. 79. Parthi Augusto Armeniam vindicanti cedunt, signa M. Crasso et Antonio ademta reposcenti reddunt, obsides insuper offerunt, regem ab ipso electum comprobant. A. 21. 43. coll. T. 9. 16. sub Tiberio Armeniam occupant. T. 41. Parthorum legati in Senatu h. e. ludis inter Senatores sedentes. Cl. 25. justitium apud Parthos. Cal. 5. Parthorum rex capillatus. Vesp. 23. Ceterum cf. *Artabanus* et *Vologesus* et *Vonones.* — *Parthia.* Vit. 13. ubi al. *a Carpathio.* v. n.
*Parthini* s. *Partheni*, populus Illyriae. Asinius Epicadus ex gente Parthina. A. 19.
*Pasieles*, cognomen L. Crassitii. Gr. 18.
*Pasiphae* Minois uxor. Galb. 2. coitus tauri cum Pasiphae exhibitus in ludis Neronis. Ner. 12. *Martial.* Spect. 5. — De forma Latina *Pasiphaa*, *Pasiphaae* v. Oudend. ad Ner. 12. et Galb. 2.
*Passienus Crispus*, maritus Agrippinae Germanici post Domitii mortem, vitricus Neronis, quem heredem scripsit. Ner. 6. v. Lips. ad *Tac.* 12, 6.
*Patavium*, opulentissima urbs regionis Transpadanae in Venetis. Geryonis oraculum juxta Patavium. T. 14. — *Cassius Patavinus* v. *Cassius.*
*Patrobius* Neronianus h. e. libertus Neronis. Galb. 20. Galbae jussu interemtus. *Plutarch.* Galb. 17. *Xiphil.* 63, 3. et 64, 3. *Tac.* H. 1, 49.
*Paulus* Censor. v. sub v. *Aemilius.* — *Paulina* v. *Lollia Paulina.*
*Q. Pedius*, heres Caesaris ex quadrante. C. 83. v. n. — *Pedia lex* contra percussores Caesaris. Ner. 3. Galb. 3.
*Peloponnesus.* promontoria Peloponnesi. A. 17.
*Penates.* compluvium Deorum Penatium. A. 92. simulacra Penatium Deorum. Ner. 32.
*Perialogos*, libri Orbilii titulus. Gr. 9. Scribendum puto περὶ ἀλόγων v. περὶ ἀλογίας.
*A. Persius Flaccus.* vit. Pers.
*Fabius Persicus*, Consul A. U. 787. cum L. Vitellio. Pers. *Dio* 58, 24.
*Perusia*, urbs Etruriae ad lacum Trasimenum, qua inclusum L. Antonium Augustus fame ad deditionem compulit. A. 14. 15. 96. T. 4. — *Perusinus* murus. A. 14. *Perusinum* bellum. A. 9.
*Petina* v. *Aelia Petina.*
*M. Petrejus*, dux Pompeji in Hispania. C. 34. 75.
*Petro.* v. *Flavius Petro.*

*Petronia*, filia P. Petronii Turpiliani, Consulis A. U. 814., uxor A. Vitellii. Vit. 6. v. n.
*Petronianus*, filius Vitellii ex Petronia, captus altero oculo, a patre interemtus. Vit. 6.
*Petronius Aristocrates* Magnes. Pers.
*Phaethon*. se Phaethontem orbi terrarum educare, Tiberius dixit de Caligula. Cal. 11.
*Phagita*. v. *Cornelius Phagita*.
*Phalacrine*, vicus in Sabinis ultra Reate. Vesp. 2.
*Phaon*, libertus Neronis, in cujus suburbano Nero periit. Ner. 48. 49.
*Pharmacusa*, insula ad litus Asiae supra Miletum. C. 4. v. n.
*Pharnaces*, filius Mithridatis, a Caesare victus. C. 35.
*Pharsalicum* proelium, ad Pharsalum s. Palaepharsalum, urbem Thessaliae, quo Pompejus a Caesare superatus est. C. 35. *Pharsalica* acies. C. 30. 63. 75. Ner. 2. Vesp. 1.
*Pharus*. altissima turris in exemplum Alexandrinae Phari. Cl. 20. ubi vulg. *Alexandrini*. v. Oudend. turris Phari terrae motu Capreis concidit. T. 74. altissimam turrem excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. Cal. 46.
*Philemon*, Caesaris a manu servus, ob venenum domino paratum morte punitus. C. 74.
*Philippus*, Macedonum rex. Cal. 57.
*Marcius Philippus*. v. *Marcius*.
*Philippi*, urbs Macedoniae, ubi Brutus et Cassius victi perierunt. — in Philippis. A. 96. v. ind. Lat. sub v. *in*. apud Philippos. T. 14. — *Philippense* bellum. A. 9. 13. 22. 29. T. 5. Horat. — *Philippensi* acie. A. 91.
*Q. Philocomus* Lucilii, familiaris sui, satiras explicuit. Gr. 2. — *Philologus* v. *Attejus*.
*Phoebe*, liberta et conscia Juliae, suspendio vitam finivit. A. 65. De genit. Latine formato *Phoebae* v. Oudend. cf. *Pasiphae*.
*Phyllis*, nutrix Domitiani. Dom. 17.
*Picenum* s. *ager Picenus*, regio Italiae. C. 34.
*L. Pinarius* cum Q. Pedio heres Caesaris ex quadrante. C. 83. Eundem quidam putant *Pinarium*, Equitem Romanum, Octaviani jussu confossum. A. 27.
*Cn. Calpurnius Piso* adolescens ob suspicionem urbanae conjurationis extra ordinem in Hispaniam missus in itinere occiditur. C. 9. *Sallust*. B. Cat. 19.
*L. Calpurnius Piso* Caesoninus, successor Caesaris in consulatu A. U. 696. et ejusdem socer, data ei Calpurnia (v. *Calpurnia*). C. 21. eo postulante testamentum Caesaris apertum. C. 83. Hujus filius
*L. Piso*, qui Consul fuit A. U. 739. et Bessos devicit (*Vell*. 2, 98. *Flor*. 4, 12, 17. *Dio* 54, 34.) memoratur T. 42. inter compotores Tiberii. v. not. ad h. l. Nescio, an idem Proconsul regionis Transpadanae dicatur Rh. 6. Tempus optime convenit, quum aequalem hunc videamus oratoris Planci, qui in contubernium receperat C. Albutium, de quo ibi sermo.
*Cn. Calp. Piso*, legatus Syriae, qui Germanicum vivum pessime vexavit, mortisque causa ei fuisse creditus est. T. 52. Cal. 2. 3. a P. Vitellio accusatus Vit. 2.
*C. Calp. Piso*, cui Caligula in ipsis nuptiis sponsam, Liviam Orestillam, abduxit. Cal. 25. Cum Fabricio ad *Dion*. 59, 8.

hunc eundem C. Pisonem existimo, qui postea contra Neronem conspiravit, nomenque fecit *Pisonianae conjurationi*, de qua Ner. 36. Lucan.

*L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus*, M. Crasso et Scribonia genitus Tac. H. 1, 14. (Lips. M. Crassum Frugi, Consulem A. U. 817., Ryckius M. Licinium Crassum, Consulem A. U. 780., a Claudio interfectum, intelligit, et hunc rectius sequuntur Ern. ad *Tac.* l. c., Reimar. ad *Xiphil.* 64, 5.) adoptatus a C. Calpurnio Pisone in Calpurniam gentem transiit. Hic a Galba jam antea in bona et nomen testamento ascitus pro concione adoptatus est. Galb. 17. Oth. 5. simulque cum Galba Othonis jussu trucidatus. Oth. 6. *Tac.* H. 1, 43.

*Pitholaus*, pleno nomine *M. Otacilius Pitholaus* (*Macrob.* 2, 2.) maledicentissimis carminibus Caesaris existimationem laceravit. C. 75. Hunc *Glandorp.* p. 649. eundem putat cum *L. Otacilio Pilito*, quem Sueton. Rh. 3. initio servum, mox manumissum et Cn. Pompeji M. magistrum historias scripsisse dicit. Mihi Suetonius, si vere auctor est libri de claris rhetoribus, vix duo cognomina dedisse videtur eidem homini adeo diversa. Praeterea discrimen est in praenominibus. Ceterum Bentlejus *Pitholeontem* apud *Horat.* Sat. 1, 10, 21. et ipsum eundem cum Pitholao nostro censet. v. Burm. ad Caes. l. c. Plurima sane nomina huic viro data fuerint necesse est, si recte statuunt viri docti, qui omnia conjungere et ad unum revocare satagunt.

*Pius*. Hoc cognomen a nonnullis decretum Tiberio, sed recusatum. T. 17. et assumtum a Caligula. Cal. 22.

*Placentia*, colonia regionis Cispadanae Punici belli secundi initio condita. v. *Cellar.* p. 666. Compressit *apud Placentiam* Caesar seditionem nonae legionis post reditum ex Hispania. C. 69. v. n. vicit *circa Placentiam* Othonis exercitus. Oth. 9.

*Plancus* v. *Munatius Plancus*.

*Plato* e civitate, quam constituit, Homerum ejecit. Cal. 34.

*Plautius* s. *Plotius*. Idem enim est nomen, ut *Claudius* et *Clodius*, solum discrimen scripturae et pronunciationis, quae saepe scripturam etiam mutavit.

*L. Plotius Gallus* primus Latine docere coepit, puero Cicerone. Rh. 2. v. *Glandorp.* p. 687.

*Plotia* rogatio (*Gell.* 13, 3. *Plautia* rogatio) de reducendo L. Cinna exsule. C. 5. v. n.

*Plautius Rufus*, homo obscurus (v. Fabric. ad *Dion.* 55, 27.) conjuravit contra Augustum. A. 19.

*A. Plautius* bello in Britannia feliciter gesto (v. ad Cl. 17.) ovationem habuit. Cl. 24. cf. Vesp. 4.

*A. Plautius* juvenis, propinquitate conjunctus Neroni, a quo interemtus est. Ner. 35. Sunt, qui eundem putent cum *Rubellio Plauto*, quem *Tac.* 13, 19. *per maternam originem pari ac Neronem gradu a Divo Augusto* dicit, nato scilicet ex Julia Drusi filia et C. Rubellio Blando, (cf. *Tac.* 14, 22, 57, 59. 16, 10.) sunt, qui diversum. His accedo, gravissimis ductus argumentis Lipsii ad *Tac.* 14, 59., et cum Reinesio filium habeo A. Plautii, Britannorum victoris, de quo proxime dictum.

*Plautia Urgulanilla*, patre triumphali, uxor Claudii, ob libidinum probra et homicidii suspicionem dimissa. Cl. 26. Filia videtur *M. Plautii Silvani*, Septemviri epulonum, cui ob res in Illyrico bene gestas Senatus triumphalia ornamenta decrevit, (de quo

v. *Vell.* 2, 112. *Dion.* 55, 34. et 56, 12.) cf. inscriptio apud *Gruter.* p. 452, 6., ex priore uxore *Urgulania*, de qua filius etiam fuit A. Plautius Urgulanius, in eadem inscriptione memoratus. v. Burm. et Oudend. ad Cl. l. c. Urgulanilla peperit Claudio Drusum et Claudiam. Cl. 27.

*Plautus* comicus. Volcatius Terentium Plauto postposuit. Ter. 5.

*C. Plinius Secundus.* Cal. 8. vit. Plin.

*Poeni* a Claudio Caudice primum Sicilia expulsi. T. 2.

*Polemo*, rex Ponti, quo concedente Pontum, Polemoniacum ab eo dictum, Nero in provinciae formam redegit. Ner. 18. v. n.

*Pollentia*, v. *Polentia.* v. Oudend. municipium Liguriae juxta Alpes. *Pollentina* plebs. T. 37. — *Pollio* v. *Asinius* et *Vespasius.*

*Pollux.* De aede Castocis et Pollucis, vulgo Castoris modo dicta, v. sub voc. *Castor.*

*Polybius*, libertus Augusti. A. 101. ubi v. Oudend. de inscriptione apud *Gruter.* p. 75, 9.

*Polybius*, libertus Claudii et a studiis. Cl. 18. v. *Dio* 60, 29. et 31.

*Polycratis* regiam Sami restituere destinat Caligula. Cal. 21.

*Q. Pompejus Rufus*, interfectus a P. Sulpicio Tr. pl., (*Vell.* 2, 18.) pater Pompejae, uxoris Caesaris. C. 6.

*Cn. Pompejus Magnus*, offensus Patribus cum Caesare et Crasso se conjungit. C. 19. de inferenda Pompejo nece sollicitatum se a quibusdam profitetur Vettius. C. 20. v. n. Pomp. ducit Juliam, filiam Caesaris, et ab eo tempore primus sententiam rogatur in Senatu. C. 21. heres scribi solitus a Caesare usque ad initium belli civilis. C. 83. suffragante Pompejo genero, Caesari Galliae decernuntur. C. 22. Pomp. Lucam ad Caesarem venit. C. 24. Senatus unum Consulem, nominatimque Cn. Pompejum, fieri censet; Tribuni pl. Caesarem ei collegam destinant. C. 26. post mortem Juliae (C. 26.) Caesar ei Octaviam, sororis neptem, conditionem defert. C. 27. Pompejus plebiscito (de concedenda Caesari absenti petitione consulatus) obrogat. C. 28. v. n. sententia Pompeji de Caesaris motibus. C. 30. orto bello civili, Brundisio solvit, frustra prohibente Caesare. C. 34. in Macedonia per quatuor paene menses maximis operibus a Caesare obsessus, ad extremum Pharsalico proelio fusus, in Aegypto occiditur. C. 35. — ad Dyrrhachium victoria uti nescit. C. 36. ejus felicitas a Caesare praedicatur ob militiae laudem ex imbelli genere hostium partam. C. 35. rex appellatur a quodam Octavio. C. 49. ejus uxor Mucia a Caesare corrupta. C. 50. judicium ejus de militibus Caesaris in Dyrrhachina munitione. C. 68. medios pro hostibus se habiturum denunciat. C. 75. Ner. 2. *statuae Pompeji* a plebe disjectae, a Caesare repositae. C. 75. Senatus Idibus Martiis in *Pompeji Curiam* edictus. C. 80. ea Curia ob caedem Caesaris Senatus decreto obstruitur. C. 88. statua Pompeji, ex eadem Curia translata, ab Aug. marmoreo Jano superponitur. A. 31. Magnus Pompejus. A. 4. Ceterum v. Gr. 14. 15. Rh. 1. 3. Pompejanum bellum. C. 56. Pompejanae partes. Vesp. 1. Pompejanus. T. 57. — *Curia Pompeji* v. supra. — *theatrum Pompeji.* A. 31. ubi *regia* i. q. basilica hujus theatri. restitutio Pompejani theatri a Tiberio incepta. T. 47. absoluta a Caligula. Cal. 21. dedicatio per Claudium. Cl. 21. v. n. marmoreus arcus Tiberii juxta Pompeji theatrum. Cl. 11. si-

mulacra gentium ad Pompeji theatrum dedicatarum. Ner. 46. — *Pompejanae domus* in Carinis. T. 15. v. n. Gr. 15.

*Pompeji* liberi, Cnejus et Sextus, in Hispania a Caesare superati. C. 35. A. 8. triumphati. C. 37.

*Sext. Pompejus*, Cn. Pompeji M. filius minor, bellum gerit cum Augusto. A. 9. 16. post varias belli vicissitudines inter Mylas et Naulochum superatur. A. 16. cf. 47. Menas s. Menodorus classem ejus prodit. A. 74. Demochares et Apollophanes, praefecti Pompeji. A. 16. convicia ejus in Augustum. A. 68. pater Tiberii post bellum Perusinum in Siciliam fugit, nec statim in conspectum Sext. Pompeji admissus ad Antonium in Achajam transjicit. T. 4.

biremes Pompejanae. A. 16. — cf. *Siculum bellum.*

*Pompejus Macer*, cui ordinandas bibliothecas Augustus demandavit. C. 56. v. n.

*Sext. Pompejus*, Consul cum Sext. Appulejo A. U. 767. quo Augustus decessit. A. 100. Ad hunc sunt epistolae *Ovidii* ex Ponto libri 4, 1. 4. et 15. Eundem amicum suum praedicat *Valer. Max.* 2, 6, 8. et 4, 7, ext. 2., dicique a *Seneca* de benef. 4, 30., existimat *Glandorp.* p. 698.

*Pompejus* quidam, Eques Romanus. T. 57.

*Cn. Pompejus Magnus Crassus*, filius M. Licinii Crassi, Consulus A. U. 780. ex Scribonia, nepte Sexti Pompeji Magni ex filia Pompeja, frater Pisonis Liciniani, de quo suo loco dictum. v. Reimar. ad *Xiphil.* 64, 5. Hunc Caligula Magni cognomine privavit. Cal. 35. Claudius reddito cognomine generum elegit Cl. 27. mox occidit Cl. 29. v. n.

*Pompejus Lenaeus*, Pompeji M. libertus. Gr. 2. 15. v. *Lenaeus.*

*Pompeja*, filia Q. Pompeji Rufi. uxor Caesaris, qui divortium postea cum ea fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio. C. 6. 74.

*Pompeja*, soror Sexti Pompeji. T. 6.

*M. Pompilius Andronicus*, natione Syrus, Epicureae sectae addictus. Gr. 8.

*M. Pomponius*, Praetor A. U. 593. Rh. 1.

*L. Pomponius Flaccus*, Consul A. U. 770., qui Moesiae praefectus Rhascupolim cepit. T. 42. v. n.

*M. Pomponius Marcellus*, Grammaticus tempore Tiberii. Gr. 22.

*Pomposianus.* v. *Metius Pomposianus.*

*Pomptinae paludes*, in Volscis. Siccare eas suscepit Caesar. C. 44. v. *Juvenal.* 3, 307. ibique Ruperti.

*Pontia*, insula Italiae ad Pandateriam, T. 54. *Pontiae* Cal. 15., ut Graecis etiam modo Ποντία, modo Ποντίαι νῆσοι. (v. *Cellar.* p. 950.) Necatus ibi est exsul Nero, Germanici filius. T. 54. cineres inde in Urbem transtulit Caligula imperio potitus. Cal. 15.

*Pontius Aquila*, Trib. pl., Caesari triumphanti non assurgit. C. 78. postea inter ejus percussores. v. n.

*C. Pontius Nigrinus*, (male vulgo *Niger*) Consul A. U. 790., quo Tiberius obiit. T. 73

*Pontus.* Caesar ab Alexandria in Pontum transgressus Pharnacem vincit. C. 35. Domitius in Ponto caesus. C. 36. Daci in Pontum se effundunt. C. 44. Ponti regnum, concedente

Polemone, in provinciae formam redactum. Ner. 18. cf. *Vopisc.* Aurel. c. 21. — *Ponticus* triumphus Caesaris. C. 37.

*M. Popillius* v. *Popilius* consularis, poeta. Ter. 4. Intelligo cum *Glandorp.* p. 711. eum, qui Consul fuit A. U. 581.

*C. Poppaeus Sabinus*, Consul A. U. 762. cum Q. Sulpicio Camerino, quo anno natus Vespasianus. Vesp. 2.

*Poppaea Sabina* quaestorio patre (T. Ollio, sed nomen avi materni sumserat. *Tac.* 13, 45.), nupta Rufio Crispino, Equiti Rom., abducta est ab Othone et nuptiarum specie recepta, mox aegre concessa Neroni, Oth. 3. Ner. 35. qui ictu calcis eam occidit. ibid.

*Porcius.* Versiculi ejus de Terentio. Ter. 1. Hic est *Porcius Licinius* apud *Gell.* 17, 21. et 19, 9. v. Gronov.

*M. Porcius Latro.* ind. rhet. v. *Hieronym.* num. MMXIII., qui taedio duplicis quartanae semet interfecisse eum dicit. — *Porcius Cato* v. *Cato.*

*Porius* essedarius. Cal. 35.

*Porphyreticum* marmor (*Plin.* 36, 7. *porphyrites.*) Ner. 50. v. n.

*Posides* spado, libertus Claudii. Cl. 28. *Juvenal.* 14, 91. „ut spado vincebat Capitolio nostra Posides."

*Saevius Postumius*, libertus M. Postumii, idem Saevius Nicanor. Gr. 5.

*Postumia*, uxor Servii Sulpicii, a Caesare corrupta. C. 50.

*Praeneste*, oppidum Latii. inter secessus Augusti. A. 72. 82. pater Tiberii Perusia primo Praeneste, inde Neapolin evasit. T. 4. statuam habet Praeneste (Verrius Flaccus.) Gr. 17.

*Praenestinae sortes* T. 63. i. q. *Praenestina Fortuna* Dom. 15.

*Priamus.* T. 62.

*Priapus.* custodis videt hortulos Priapi. Gr. 11. — Priapus pro signo datus. Cal. 56.

*Primus* v. *Antonius.* — *Priscus* v. *Caesonius*, *Helvidius*, *Tarquinius.* — *Probus* v. *Valerius.*

*Proculus*, libertus Augusti, ob adulteria ab eo mori coactus. A. 67.

*Acerronius Proculus.* v. *Acerronius.*

*Esius Proculus*, patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem Colosseros dictus, crudeliter interfectus a Caligula. Cal. 35.

*Proserpinae raptus* gemmae insculptus. Ner. 46.

*Ptolemaeus.* De *Ptolemaeo Alexandro* v. not. ad C. 11. — *Ptolemaeo Auletae* Caesar ingentem pecuniam extorquet. C. 54. v. n. cf. Cl. 16. *Ptolemaeus Dionysius*, Auletae filius, Pompejum fugientem occidit. C. 35. a Caesare vincitur. ibid. — *Ptolemaeum* conditorium. A. 18.

*Ptolemaeus*, rex Mauritaniae. Cal. 55. a Caligula Romam arcessitus et interfectus. Cal. 26. 35. Fuit is filius regis Jubae ex Selene s. Cleopatra, M. Antonii filia. v. *Juba.*

*Punica bella.* T. 16. Ner. 38. secundo Punico bello. A. 2. inter secundum ac tertium bellum Punicum. Gr. 2. inter finem secundi belli Punici et initium tertii. Ter. 1. — Naevii Punicum bellum. Gr. 2.

*Puteoli*, urbs in litore Campaniae. ludi Puteolis habiti. A. 4.

*Puteolanus sinus*. A. 98. Bajarum medium intervallum *Puteolanas* ad *moles* Caligula ponte conjunxit. Cal. 19. cf. c. 32. Puteolis, dedicatione pontis. Puteolis cohors a Claudio collocata ad arcendos incendiorum casus. Cl. 25. quum Rhegium, dein Puteolos appulisset. Tit. 5. a Puteolis. Vesp. 8. Puteolis poscam vendens. Vit. 12. — *Puteolanum* C. Laelii. Ter. 3.

*Pylades* histrio Urbe atque Italia summotus ab Augusto. A. 45.

*Pyrallis* prostituta, quam amavit Caligula. Cal. 36.

*Pyrenaeus saltus*. C. 25.

*Pyrgi*, Etruriae oppidum. Ner. 5. v. *Cellar*. p. 735.

*Pyrrhus*, rex Epiri. societatem cum Pyrrho dissuadet Appius Caecus. T. 2.

*Pythia* corona, laurea. Ner. 25. Πυθικὴ δάφνη. Xiphil. 63, 20.

## Q.

*Quinctilius* v. *Varus*.

*Quindecimviri* (libris Sibyllinis custodiendis). Galb. 8. *Quindecimvir*. C. 79.

*Quinquatrus*, festum Minervae mense Martio. A. 71. sollemnia Quinquatruum. Ner. 34. *Quinquatria* Minervae. Dom. 4. v. *Ovid*. Fast. 3, 809. et 6, 651.

*Quinquennales* ludi Actiaci. A. 18. — *Quinquennale* certamen primus Romae instituit Nero. Ner. 12. Lucan. — Quinqu. certamen Capitolino Jovi instituit Domitianus. Dom. 4. cf. *Plin*. ep. 10, 79.

*Quirinus* consularis. T. 49. Intellige *P. Sulpicium Quirinum*, Consulem A. U. 742.

*Quirinus Janus*. v. *Janus*.

*Quirites*. Quirites pro militibus appellans, Caesar seditiosos flectit. C. 70. Vejos migrate, Quirites. Ner. 39. — *jus Quiritium*. Cl. 19. differt a jure civitatis. v. *Heinecc*. Ant. Rom. append. l. 1. §. 23.

## R.

*C. Rabirius* ob interfectum Saturninum perduellionis postulatur a Labieno Tr. pl., a Caesare subornato. C. 12. v. n.

*Rabirius Postumus*, Ptolemaeum Alexandriam crediti servandi causa secutu, majestatis accusatur. Cl. 16. Idem est, quem Cicero in causa repetundarum defendit.

*Raetia* (ita scribendum, non *Rhaetia*. v. Oudend. ad A. 21.) ab Augusto domita. A. 21. ducibus Tiberio et Druso. T. 9. Cl. 1. — *Raeticum* vinum. A. 77. *Plin*. 14, 6.

*Ravenna*, urbs maritima regionis Cispadanae. C. 30. A. 20. T. 20. classis Ravennae ad tutelam superi maris ab Augusto constituta. A. 49.

*Reate*, oppidum. Sabinorum. Vesp. 2. *Reatinum* oppidum. Vesp. 1. municeps *Reatinus*. ibid. conditores Reatini. Vesp. 12. Reatina rura. Vesp. 24.
*Rebilus*. v. *Caninius Rebilus*.
*Regilli*, oppidum Sabinorum. T. 1. Frequentior forma *Regillum*.
*Remmius Palaemon*, Grammaticus. Gr. 23. Pers. v. *Martial*. 2, 86, 11.
*Rhascupolis* (v. *Rhascuporis*, *Rhescyporis* al. v. interpr.) rex Thraciae, a Romanis Romam tractus, inde Alexandriam transvectus et ibi interemtus. T. 37. v. n.
*Rhegium*, urbs in Bruttiis. A. 16. Tit. 5.
*Rhenus* cum Rhodano fines Galliae. C. 25. Germani, qui trans Rhenum incolunt. ibid. in proximis Rheno agris Ubios et Sygambros in Galliam transductos collocat Augustus. A. 21. coll. T. 9. Aug. libertino milite utitur ad tutelam ripae Rheni fluminis. A. 25. Tiberius transgreditur Rhenum. T. 18. item Caligula. Cal. 51. Drusus trans Rhenum fossas immensi operis facit. Cl. 1. resolutus repente Rhenus. Dom. 6.
*Rhianus*, Bene, Cretae urbe, oriundus, aequalis Eratosthenis, Heracliada scripsit quatuor libris. Ita Suidas. Imitatus eum est Tiberius in poematibus Graecis. T. 70. (ἀφ' ἡδύπνοιο Ῥιανοῦ. *Meleager* Anthol. Jacobs. 1, 1.)
*Rhodanus* cum Rheno finis Galliae. C. 25.
*Rhodus*. Rhodum Caesar secedit. C. 4. eodem Tiberius, et octavo demum anno in Urbem redit. T. 11. 12. 13. 14. 32. 59. Rhodum abiturum se simulat Nero ad matris invidiam. Ner. 34. *Rhodiorum* magistratus. T. 32. *Rhodiensis* hospes. T. 62. — Rhodiis ob poenitentiam veterum delictorum libertas reddita a Claudio. Cl. 21. patrono Nerone. Ner. 7. Rhodus in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8.
Rhodii Dorice loquuntur. T. 56. v. n. — *Rhodia* classis. Cl. 21.
*Roma*. Aug. templa in nulla provincia nisi communi suo Romaeque nomine recipit. A. 52. Romam neque pro majestate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obnoxiam Aug. excolit et ornat. A. 29. Roma a Nerone incensa. Ner. 38. aliud incendium Romae sub Tito. Tit. 8. deformis incendiis ac ruinis a Vespasiano ornatur. Vesp. 8.
*Forum Romanum*. v. *Forum*. — *civitas Romana*. v. *civitas*. — Romani, rerum domini. A. 40. — Romana nomina usurpare homines peregrinae conditionis vetat Claudius. Cl. 25.
*Romulus*. T. 59. Cal. 25. augurium Romuli. A. 95. Tatius consors Romuli. T. 1. Romulum appellandum Octavium, quidam in Senatu censent. A. 7.
*Rubico* flumen, finis Galliae Cisalpinae. C. 31.
*Rubria*, virgo Vestalis, a Nerone stuprata. Ner. 28. Filiam putant *Rubrii Galli*, de quo v. *Xiphil*. 63, 27. *Tac*. H. 2, 51. 99. *Joseph*. B. Jud. 7, 4, 3.
*Rufilla*. A. 29. inter adulteras Augusti.
*Rufio*, filius liberti Caesaris, tribus legionibus Alexandriae praefectus. C. 76. v. Oudendorp.
*Rufius Crispinus*, filius Rufii Crispini, Equitis Rom., ex Poppaea, privignus Neronis, hujus jussu mari mersus. Ner. 35. Al. *Rufinus*. v. Ern. ad *Tac*. A. 12, 42 et 13, 45.

*C. Rufus* primus ex gente Octavia magistratum populi suffragio cepit. A. 2. Reliquos Rufos suis locis quaere.
*Ruscus Caepio* (al. *Ruscius* v. *Rustius.*) Dom. 9. — *Rusticus* v. *Junius.*
*Rutilius*, fortasse *P. Rutilius Rufus*, de quo v. Cl. Cicer. Oratio ejus de modo aedificiorum. A. 89. Is equitum injuria damnatus Smyrnae in exsilio vixit. Gr. 6. v. Lips. ad *Tac.* A. 4, 43.

## S.

*Sabini.* T. 1. Vit. 1. Vesp. 1. 2. Tit. 10. lingua Sabina. T. 1. secessus ruris Sabini. Horat.
*Sabinus* v. *Asellius*, *Cornelius*, *Flavius* e. s. p.
*Sabratensis* h. e. oriundus ex urbe *Sabrata* v. *Sabratha* Africae ad Syrtim minorem. Vesp. 3. Torrent. conjecit *Tabracensis*, a *Tabraca*, oppido Africae civium Romanorum.
*Saevius Nicanor*, idem *Saevius Postumius.* Gr. 5.
*Salaria via* in Sabinis. inter Salariam et Nomentanam viam. Ner. 48. Vesp. 12. Nomen accepit a vicinis salinis Ostiensibus.
*Salassi*, gens Inalpina, ab Augusto perdomiti. A. 21.
*Salii.* convivium Saliorum in aede Martis. Cl. 33.
*C. Sallustius Crispus* v. potius *Crispus Sallustius*, verba excerpsit ex Originibus Catonis. A. 86. ejus scripta reprehensa ab Asinio Pollione, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita. Gr. 10. familiarissime cultus est ab Attejo Philologo. ibid. acerbissime laceratus a Lenaeo, dictusque fur ineruditissimus priscorum Catonisque verborum. Gr. 15.
*Sallustius Lucullus* v. *Lucullus.*
*Salutis* augurium, antiqua cerimonia ab Augusto restituta. A. 31. v. n.
*Salutio*, despectissimus homo ex Corneliorum genere, ad opprobrium vitae ita cognominatus. C. 59.
*Salvia Titiscenia*, matrona ab Augusto corrupta. A. 69.
*Salvidienus Orfitus.* Objectum ei sub Nerone, quod tabernas tres de domo sua circa Forum civitatibus ad stationem locasset. Ner. 37.
*Salvidienus Orfitus*, in exsilio quasi molitor novarum rerum a Domitiano afflictus. Dom. 10.
*Salvidienus Rufus*, ab Augusto ex infima fortuna ad consulatum usque provectus, ob nefaria erga eum consilia mori coactus. A. 66. v. n.
*Salvius Coccejanus*, et *Salvius Otho* v. *Otho.*
*Salvius Liberalis.* Vesp. 13.
*Samniticum* bellum. Vit. 1.
*Samus*, insula prope litus Asiae, Epheso urbi objecta. Pertinebat ad provinciam Asiam. ab Actio Augustus Samum in hiberna se recipit. A. 17. quintum consulatum init in insula Samo. A. 27. Tiberius privignum Cajum visendi gratia Samum trajicit (Rhodo.) T. 12. Sami regiam Polycratis restituere destinat Caligula. Cal. 21. Samos in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8.

*Sandaliarius Apollo*, a vico Sandaliario sic dictus, ab Augusto dedicatus. A. 57. Ern. suadet *Sandaliatus* ex aliis libris; sed una voce *vicatim* arguitur. v. Oudend.
*Santra* de vitis illustrium virorum scripsit. Ter. 4. v. *Voss.* de histor. Lat. 3. p. 719.
*Sardinia*, sola provincia cum Africa, quam Aug. non adiit. A. 47. Obiisse ibi dicitur Saevius Grammaticus. Gr. 5. — oratio Strabonis Caesaris *pro Sardis.* C. 55.
*Sarmatae.* Moesia a Dacis Sarmatisque vastata. T. 41. expeditio in Sarmatas suscepta a Domitiano post cladem legionis Dom. 6. v. n.
*Sarnus*, fluvius Campaniae. Rh. 4.
*Saturius* (nomen est dubium), Decurio cubiculariorum, inter percussores Domitiani. Dom. 17.
*L. Saturninus*, seditiosus Tribunus, Rabirii opera oppressus. C. 12. — v. *Aponius* et *Junius.*
*Saturnus.* aurea Saturni secula. T. 59. aedes Saturni a Munatio Planco exstructa. A. 29. in Foro sub aede Saturni ad Milliarium aureum. Oth. 6. — *aerarium Saturni.* Cl. 24. v. n. et Gesner. ad *Plin.* ep. 10, 20.
*Saturnalia.* A. 75. Cl. 5. Vesp. 19. diem adjicit Saturnalibus Caligula. Cal. 17.
*Scantinia* v. *Scatinia* lex de nefanda Venere. Dom. 8. v. n.
*Scaptienses*, tribules Augusti; nam gens Octavia pertinebat ad tribum Scaptiam. A. 40.
*Scelerata castra* dicta, in quibus Drusus obiit. Cl. 1.
*Scipio Africanus* adjuvisse creditus est Terentium in scribendis fabulis. Ter. 2. 3. — *Scipionum* nomen fataliter felix et invictum in Africa. C. 59.
*P. Scipio Nasica*, adoptatus a *Q. Caecilio Metello Pio*, unde *Scipio Metellus* fere dicitur, socer Pompeji, refovet reliquias partium in Africa, et ad Thapsum a Caesare vincitur. C. 35. 37. 59. Pontifex fuit, inque ejus locum successit pater Tiberii. T. 4. v. Oudend.
*L. Scribonius Libo Drusus*, novarum rerum suspectus et a Tiberio accusatus mortem sibi conscivit. T. 25. *Tac.* 2, 27 seq. *Dio* 57, 15.
*Scribonius Aphrodisius*, a Scribonia, Libonia filia, priore uxore Augusti, manumissus. Gr. 19.
*Scribonius* mathematicus de infante Tiberio praeclara spopondit. T. 14.
*Scribonia*, Scribonii Libonis filia, Gr. 19. soror Scribonii Libonis, soceri Sexti Pompeji, prior uxor Augusti, A. 62. mater Juliae A. 63. ob morum perversitatem ab Aug. dimissa. A. 62. cf. 69.
*Scribonianus.* v. *Furius Camillus* sub v. *Camillus.*
*Scutarius*, evocatus Augusti, qui ei affuit in causa injuriarum. A. 56. v. n.
*Scythae* amicitiam Augusti populique Rom. per legatos petunt. A. 21.
*Scytobrachion* v. *Dionysius.*
*Seculares ludi.* A. 31. Cl. 21. Dom. 4. v. n.
*Sejanus* (*L. Aelius Sejanus*), ad summam potentiam a Tiberio provectus (T. 55.), ita ut natalis ejus publice celebratus, imagines aureae cultae passim fuerint, (T. 48. 65.) cohortibus etiam praetorianis praefectus (v. ad Cal. 12.), ministerium ei

praestat in circumveniendis Germanici liberis. T. 55. v. ad c. 54. cf. Cal. 30. Drusum, Tiberii filium, conjunctis cum uxore ejus Livilla fraudibus, veneno tollit. T. 62. concitat Tiberium ad saevitiam. T. 61. tandem spe affinitatis ac tribuniciae potestatis deceptus, dum novas res molitur, per Naevium Macronem opprimitur. T. 55. 65. cf. Cl. 6. Cal. 12. — filia Sejani desponsata Druso, Claudii filio. Cl. 27. P. Vitellius inter Sejani conscios arreptus. Vit. 2.

*Selene*, quo nomine eam ornavit pater M. Antonius, pr. *Cleopatra*, M. Antonii e regina Cleopatra filia, uxor Jubae, regis Mauritaniae, mater Ptolemaei. Cal. 26.

*Seleucus* rex, Callinicus. Cl. 25. v. Oudend. — *Seleucus* Grammaticus a Tiberio ad mortem compulsus. T. 56. — *Seleucus* mathematicus. Oth. 4. 6. v. Rupert. ad *Juvenal.* 6, 559. Nisi duo nomina homini fuerunt, videtur Suetonius Seleucum mathematicum Vespasiani confudisse cum Ptolemaeo Neronis. v. *Tac.* H. 1, 22. et 2, 78.

*Semiramis*, regina Syriae i. e. Assyriae. C. 22.

*Seneca*, L. Annaeus, Senator Neronem in disciplinam recipit. Ner. 7. eum a cognitione veterum oratorum avertit, diutius in admiratione sui detenturus. Ner. 52. postea ad necem ab eo compellitur. Ner. 35. scripta ejus contemnuntur a Caligula. Cal. 53. neque Persium poetam ingenio capit. Pers. narratio Senecae de morte Tiberii. T. 73.

*Senones* Urbem occupant. Cal. 51. aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum. T. 3.

*Septa*, locus Campi Martii primum ob comitia circumseptus, unde nomen, postea porticibus et magnificis aedificiis cinctus. (v. ad A. 43) Munera in Septis. A. 43. Cal. 18. Cl. 21. Ner. 12. tribunal in Septis. T. 17. Amphitheatrum juxta Septa inchoavit Caligula. Cal. 21.

*September*. Sextilem mensem Aug. e suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus. A. 31. Tiberius intercessit, ne mensis September Tiberius vocaretur. T. 26. v. n. Caligula in memoriam patris Septembrem mensem Germanicum appellavit Cal. 15. Septembrem Domitianus ex appellatione sua Germanicum transnominavit. Dom. 13. v. n.

Septembri et Octobri feriae Senatus ob vindemias. A. 35.

*Septimontiale* sacrum, circa finem Decembris ob septimum montem Urbi additum. Dom. 4.

*Septimius*. Horat.

*Septizonium*, aedificium non confundendum cum monumento Septimii Severi ejusdem nominis. Tit 1.

*Serapidis* aedes. Vesp. 7. v. *Tac.* H. 4, 83.

*Sertorius*. qui post necem Consulis (Lepidi) ad Sertorium confugerant. C. 5.

*Servilius Caepio*. Caesar filiam suam Juliam Cn. Pompejo collocavit, repudiato priore sponso Servilio Caepione, cujus vel praecipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat. C. 21.

*P. Servilius Vatia*, postea *Isauricus*, Consul A. U. 675., sub quo Caesar in Cilicia meruit. C. 3. Ejus filius Consul fuit cum Caesare A. U. 706. v. ad C. 35., hujusque filia fuisse videtur, quam primam sponsam Octavianus adolescens habuisse dicitur A. 62.

*P. Servilius Isauricus*, Consul cum M. Antonio A. U. 713. T. 5.

*Servilius Nonianus*. Pers. v. *Plin.* ep. 1, 13., auct. de cl. orator. c. 23.

*Servilia*, filia Q. Servilii Caepionis, soror uterina M. Catonis, mater M. Bruti, a Caesare amata et ingentibus donis ornata. C. 50.

*Servilia Nais*, amica Cn. Domitii. Ner. 3.

*Serviliani* horti. Ner. 47. *Tac.* A. 15, 55. H. 3, 38. v. *Donat.* de U. Roma 3, 23.

*Servius Tullius*, rex Rom. A. 2. — Ceterum cf. *Clodius*, *Galba*, *Sulpicius*.

*Sestius* s. *Sextius Gallus*, libidinosus ac prodigus senex. T. 42.

*Severus* v. *Cassius*.

*Sextilia*, probatissima nec ignobilis femina, uxor L. Vitellii, mater Imperatoris. Vit. 3. *Tac.* H. 2, 64. 89. et 3, 67. ejus mors. Vit. 14.

*Sextilis* mensis e cognomine Augusti appellatus, quia eo et primus consulatus et insignes victoriae ei obtigerant. A. 31. v. *Macrob.* 1, 12.

*Q. Sextius* philosophus. Gr. 18. ubi vulg. *Q. Septimii secta*. v. Oudend.

*Sibyllinos* ex libris fatidicis solos retinuit Augustus, hos quoque dilectu habito. A. 31. libri *fatales* dicuntur C. 79.

*Sica*, servus, cujus crebra mentio in epistolis Ciceronis. Gr. 14. v. Cl. Cicer.

*Sicilia*. A. 2. 16. 47. T. 2. 4. 6. — *Sicilia*, carmen epicum Augusti. A. 85.

*Siculum* bellum Augusti cum Sext. Pompejo. A. 9. 16. 22. *Siculae* victoriae. Cal. 23. *Sicula* classis. Cl. 21.

*Siciliense* bellum. A. 70. *Siciliensis* pugna. A. 96. *Siciliensis* peregrinatio. Cal. 51.

*Sigida* Gr. 4. nisi legendum *Ticida* ex Gr. 11.

*Sigillaria*, festum, quo Saturnalia continuabantur. Cl. 5. *Macrob.* 1, 10. — *Sigillaria*, locus Urbis Romae. Cl. 16. Ner. 28. v. ad Cl. 16.

*Dec. Junius Silanus*, Consul designatus, graviorem de sociis Catilinae sententiam, oratione Caesaris motus, interpretatione lenit. C. 14.

*M. Junius Silanus*, Consul A. U. 772., Proconsul Africae, cujus filiam Juniam Claudillam Caligula uxorem duxit, Cal. 12. Tac. 6. 20., a genero ad secandas novacula fauces compulsus. Cal. 23. Hujus consulatus nomen originemque dedit *Latinis Junianis*.

*Appius Junius Silanus*, consocer Claudii, Messalinae et Narcissi consilio a Claudio interfectus. Cl. 29. 37. Idem esse videtur, qui in epistola Augusti Cl. 4. *Silani filius*, *homo Claudio affinis* dicitur. Erat enim maritus Aemiliae Lepidae, proneptis Augusti. — Ejus filius

*L. Junius Silanus*, cui Octavia Claudii filia desponsata fuerat (unde pater *consocer Claudii* dicitur), recusatus primum, mox interfectus est die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum. Cl. 27. 29. cf. *Tac.* 12, 4. 8.

*C. Silius*, Consul A. U. 766. cum L. Planco, A. 101., sub Tiberio injusta damnatione ad mortem sibi consciscendam com-

pulsus. Hic est *Silius pater* in epistola Augusti. A. 71. Ejus filius

*C. Silius*, Consul designatus absente Claudio nuptias cum Messalina celebravit, eoque crimine periit. Cl. 26. 29. 30. *Tac.* 11, 26. sequ.

*Silvius* v. *Sylvius* vulg. legitur A. 71. pro: *Silius pater*. v. Oudend.

*Sinuessani*, incolae urbis Sinuessae in finibus Campaniae. Vit. 7.

*Sirenes*. T. 70. Latina Siren. Gr. 11.

*Siscennius Iacchus* in Gallia Togata grammaticam docuit. Gr. 3.

*Smyrna*, urbs Ioniae. Gr. 6. Sed Gr. 18. non urbs Smyrna intelligenda, ut in nota erravi, sed carmen Cinnae de *Smyrna* s. *Myrrha*, quod commentario Crassitius illustravit. v. *Cinna*.

*C. Sosius*, Consul cum Cn. Domitio A. U. 722. initio belli ab Augusto ad Antonium, cujus partibus favebat, dimittitur. A. 17. v. n.

*Spartaci* residua manus a C. Octavio patre in itinere deletur. A. 3.

*Spelunca*, praetorium h. e. villa in nativo specu juxta Terracinam. T. 39. coll. *Tac.* A. 4, 59.

*Sphaeri*, liberti et paedagogi Augusti, nomen aliena manu insertum est A. 89. v. n.

*Sphinx* Augusto pro signo. A. 50.

*Spiculus* mirmillo a Nerone magnifice donatus. Ner. 30. 47. De ejus morte v. *Plutarch*. Galb. 8. De nomine in libris varie corrupto v. Oudend. ad Ner. 30.

*Spoletium* s. ex seriori scribendi usu *Spoletum* (in libris scriptura variat), colonia Umbriae cis Apenninum. Vesp. 1. Gr. 21. v. *Cluver*. Ital. Ant. 6. p. 632., *Cellar*. p. 749.

*Sporus*, puer, qui Augustarum ornamentis excultus Neroni ut femina denupsit. Ner. 28. 29. 46. 48. 49.

*Spurinna* haruspex frustra Caesarem Idus Martias cavere jubet. C. 81.

*Staberius Eros*, Grammaticus. Gr. 13. Vulg. *Taberius* v. *Laberius Hiera*.

*Stadium* ad tempus a Caesare exstructum in Campo Martio C. 39. Est etiam *Stadium* inter opera Domitiani. Dom. 5.

*T. Statilius Taurus*, praecipuus dux Augusti, Consul cum Augusto A. U. 728. Exstruxit Amphitheatrum. A. 29. Cal. 18. Dicitur *bis Consul ac triumphalis* Ner. 35. De altero consulatu non constat. v. not. Triumphavit ex Africa.

*Statilius Corvinus*, nepos Messalae Corvini oratoris, de quo suo loco vide, conspiravit contra Claudium. Cl. 13. v. n.

*Statilius Capella*, Eques Romanus, Sabratensis ex Africa. Vesp. 3.

*Statilia Messalina*, abneptis Tauri, de quo supra, quam Nero, viro Attico Vestino Consule in ipso honore trucidato, uxorem duxit. Ner. 35. codicilli Othonis ad Messalinam Neronis. Oth. 10.

*L. Statius Ursulus*. ind. Rhet., secundum chronicon Eusebii num. MMLXXIIII. Tolosensis in Galliis celeberrime rhetoricam docuit tempore Neronis. cf. *Voss*. de poet. Lat. p. 25.

*Stellas* s. *Stellates* campus, ab antiqua urbe Stella dictus, divisus a Caesare. v. *Campus.*

*Stephanio* togatarius h. e. actor fabularum togatarum, ab Augusto virgis caesus et relegatus. A. 45.

*Stephanus*, procurator Domitillae, interceptarum pecuniarum reus, percussoribus Domitiani consilium operamque offert. Dom. 17. in ipsa caede diu colluctatur cum Domitiano. ibid.

*Stilo*, cognomen L. Aelii Grammatici. Gr. 3.

*Stoechades* insulae prope urbem Massiliam. Cl. 17. v. *Strabo* 4, 1, 10. *Plin.* 3, 11.

*Strabo* v. *Caesar* et *Fannius.*

*Stymphalus*, Arcadiae oppidum. Ter. 5.

*Subura*, rectius pro *Suburra*, regio Romae inter Esquilias et Viminalem. C. 46. v. n.

*Suetonius Lenis*, Tribunus angusticlavius legionis XIII., pater auctoris nostri, interfuit bello Othonis. Oth. 10. avus Suetonii. Cal. 19. de adolescentia sua auctor Ner. 57. Dom. 12. Gr. 4.

*Suevi* vitiose leguntur in vulgatis A. 21. pro *Ubiis.*

*L. Cornelius Sulla* Dictator Caesarem adolescentem persequitur. C. 1. 74. judicia Sullae de Caesare. C. 1. 45. vis tribuniciae potestatis a Sulla deminuta. C. 5. v. n. tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, a Sulla disjecta. C. 11. statuas L. Sullae a plebe disjectas Caesar reponit. C. 55. Sullam nescisse literas, qui dictaturam deposuerit, dixit Caesar. C. 77. v. n. Sulla Felix. T. 59. mors Sullae. C. 3. Pompeja, Q. Pompeji filia, L. Sullae neptis (ex filia Fausta Cornelia). C. 6. tempora Sullana. Gr. 13. licentia Sullani temporis. Gr. 11. librum, quem Sulla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, supplevit libertus ejus Cornelius Epicadus. Gr. 12

*Faustus Sulla*, Dictatoris filius, sponsus filiae Pompeji. C. 27. a Caesare interfectus. C. 75. v. n. gratissimus ei fuit Cornelius Epicadus. Gr. 12.

*P. Sulla*, propinquus Dictatoris, post designationem consulatus ambitus condemnatus, conspirat cum P. Autronio. C. 9. *Sallust.* Catil. 17. 18.

*Faustus Sulla*, Consul A. U. 806., gener Claudii per nuptias Antoniae. Cl. 27. *Tac.* 13, 23. 47. l. 14, 57.

*Sulla* mathematicus. Cal. 57.

*Sulpicius Gallus*, homo doctus, consularibus ludis initium fecit fabularum dandarum. Ter. 4. cf. *Cic.* Brut. 20.

*Serv. Sulpicius*, Consul cum M. Marcello A. U. 703., collegae resistit. C. 29. Postumia, ejus uxor, a Caesare corrupta. C. 50.

*Sulpicius Flavus*, quo adjuvante Claudius adolescens historiam scribere aggressus est. Cl. 41. cf. c. 4.

*Serv. Sulpicius Galba.* v. *Galba.* — *Sulpicii.* Galb. 3.

*Q. Sulpicius Camerinus*, Consul cum C. Poppaeo Sabino A. U. 762. Vesp. 2.

*Sura* v. *Palfurius.*

*Surrentum*, oppidum Companiae ad sinum Puteolanum, quo Aug. Agrippam juvenem seposuit. A. 65.

*Sygambri* (ita scribendum docent Duker. ad *Flor.* 4, 12, 34. et Oudend. ad A. 21.), gens Germaniae, ab Augusto in Galliam transducti per Tiberium. A. 21. v. n.
*Syracusae.* T. 24. Cal. 20. 21. 24. Syracusas Augustus vocabat locum in edito singularem, quo transire solebat, si quid secreto agere proposuisset. A. 72.
*Syria* pro Assyria. C. 22. v. n. *Syria* Romano sensu. C. 35. A. 17. T. 14. 39. 41. 42. Cal. 2. Vit. 2. Vesp. 4. 6. 15. Syria aegre retenta sub Nerone. Ner. 39. *Syriaca* expeditio Germanici. Cal. 10. *Syriacae* legiones. T. 48. *Syriacus* exercitus. Vit. 15. Vesp. 6. — *Syriae* principes. T. 49. Dea Syriae. Ner. 56. — *Syri* pueri. A. 83. — natione Syrus. Gr. 8.

## T.

*Talarius.* Cal. 8. Videtur libertus Augusti vel Germanici fuisse. Oudend. conjicit *T. Alarius.*
*Tanusius* v. *Tanisius Geminus* historicus. C. 9. v. n. *Voss.* hist. Lat. 1, 12.
*Tarichaeae*, validissima urbs Judaeae a Tito expugnata. Tit. 4.
*Tarpejus* mons. theatrum summae magnitudinis, Tarpejo monti accubans. C. 44.
*Tarquinius Priscus*, rex Romanorum. A. 2.
*Tarraco*, urbs Hispaniae citerioris A. 26. quae post novam provinciarum divisionem inde *Hispania Tarraconensis* dicta. Galb. 8. — *Tarraconenses.* Galb. 12.
*Tit. Tatius*, rex Sabinorum, consors Romuli. T. 1. — *Taurus* v. *Statilius.*
*Tedius Afer*, Consul designatus, ab Octaviano Triumviro ad mortem adactus. A. 27.
*Tegea* in Arcadia. Vesp. 7.
*Telephus*, servus nomenculator mulieris, conspirat contra Augustum. A. 19.
*Telluris* aedes in Carinis. Gr. 15.
*Temenites* Apollo, a loco prope Syracusas, cui *Temenos* nomen, ita dictus. T. 74. v. n.
*Terentia*, uxor Maecenatis A. 66. quae *Terentilla* A. 69.
*Albia Terentia*, mater Othonis Imper., splendida femina h. e. ex equestri ordine. Oth. 1.
*Terentius Lucanus* Senator, a quo manumissus *P. Terentius Afer*, poeta. Vit. Terent. 1.
*Terpnus* citharoedus. Ner. 20. Vesp. 19.
*Terra* mater. T. 75.
*Terracina*, urbs Latii, antiqua Volscorum lingua *Anxur.* T. 39. Galb. 4.
*Terrinius* v. *Gallus.*
*Tertia*, filia Serviliae, quam mater conciliare Caesari existimabatur, unde jocus Ciceronis. C. 50.
*Tertulla*, uxor M. Crassi, a Caesare corrupta. C. 50. — *Tertulla* inter adulteras Augusti. A. 69.
*Tertulla*, paterna avia Vespasiani. Vesp. 2.
*Arricidia Tertulla*, filia Equitis Romani, Praefecti quondam praetorianorum, uxor Titi. Tit. 4.

*Tetrinius* latro. Cal. 30. — *Teucer* v. *Octavius*.
*Teutoni*. tropaea C. Marii de Teutonis. C. 11.
*Thallus*, Augusto a manu. A. 67.
*Thasius* lapis, e *Thaso* Cycladum insularum. Ner. 50.
*Theodorus Gadareus*, rhetoricae praeceptor, quem Tiberius Rhodi audivit. T. 57. *Quinctil.* Inst. 3, 1, 17.
*Theogenes* mathematicus. A. 94.
*Theogonius*, nomen haud dubie corruptum in voce Claudii. Cl. 40. v. Burm.
*M. Thermus*, Praetor Asiae, sub quo Caesar prima stipendia fecit. C. 2.
*Thessalus* quidam in Philippis Octaviano de futura victoria nunciat. A. 96. — *Thessali* a Tiberio adolescentulo, Augusto cognoscente, defensi. T. 8. — *Thessali* equites. Cl. 21. v. *Plin.* 8, 45.
*Thoranius* v. *Toranius*.
*Thracia*. Daci in Pontum et Thraciam se effundunt. C. 44. Thracia Illyrico confinis. T. 16. secreta Thraciae. A. 94. Vespan. Tribunus mil. in Thracia meruit. Vesp. 2. — *Thracia* in provinciae formam redacta a Vespasiano. Vesp. 8. ubi pars aliqua Thraciae intelligenda videtur, sub regulo antea constituta, nisi quis praeoptat correctionem: *Tracheam Ciliciam*.
*Thraces* ac *Bessi* magno proelio fusi a C. Octavio. A. 3. — *Thraces* s. *Threces*, gladiatorum genus. Cal. 55. studium armaturae Threcum. Tit. 8. *Threx*. Cal. 35. 54. Dom. 10. v. *Lips.* Saturn. 2, 9. Praeferendam autem formam *Threces* et *Threx*, multis ostendit Oudend. ad Cal. 35.
*Thrascypolis*. Scribendum *Rhascuporis* v. *Rhescyporis*. v. Oudend. ad T. 37.
*Thrasea* v. *Paetus*.
*Thrasyllus* mathematicus, Tiberio in primis carus. A. 98. T. 14. 62. Cal. 19.
*Thurii*, oppidum Lucaniae. pagus Thurinus. A. 2. ager Thurinus. A. 3. regio Thurina. A. 7.
*Thurini* cognomen Augusto infanti inditum in memoriam oeiginis majorum. A. 7.
*Thyatira*, urbs Lydiae. Verba fecit pro *Thyatirenis*, terrae motu afflictis, Tiberius juvenis. T. 8.
*Tiberis*. viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque destinat Caesar. C. 44. ad coercendas inundationes (v. not.) Aug. alveum Tiberis laxavit ac repurgavit. A. 31. et novum officium, *curam alvei Tiberis*, excogitavit. A. 37. Otho inundationibus Tiberis retardatus. Oth. 8. — navale proelium circa Tiberim cavato solo. A. 43. v. n. navales pugnae, effosso et circumstructo juxta Tiberim lacu. Dom. 4.
fuerat animus, occisi (Caesaris) corpus in Tiberim trahere. C. 82. v. T. 75. Vit. 17. cf. *Gemoniae*.
horti Caesaris circa Tiberim. C. 83. — Mausoleum Augusti inter Flaminiam viam ripamque Tiberis. A. 100. disposita statio per ripas Tiberis. T. 72. navis cum sacris matris Deûm Idaeae obhaerens Tiberino vado. T. 2.
*Tiberius Claudius Nero*, maritus Liviae, pater Tiberii et Drusi. A. 62. Quaestor C. Caesaris, Pontifex, percussoribus Caesaris praemia decernit; praetura functus Lucio, dein Marco An-

tonio adhaeret, a quo Romam reversus Liviam Augusto concedit, nec multo post moritur. T. 4.

*Tiberius Nero Caesar,* filius Tiberii Claudii Neronis ex Livia T. 4. — ejus gens et majores T. 1—4. natales. 5. infantia et pueritia. 6. adolescentia, uxores Agrippina et Julia. 7. A. 63. civilia officia. 8. stipendia prima et bella ejus ductu gesta. 9. (cf. vit. Horat.) repente secedere statuit. 10. abitque Rhodum. 11. ubi mox invitus manet, suis aliisque invisus. 12. 13. octavo tandem anno redit. varia de futura ejus magnitudine ostenta et praedictiones. 14. adoptatus ab Augusto cum Agrippa juvene, ipse Germanicum adoptare coactus 15. A. 65. pace belloque maximus, rebus in Illyrico et Germania bene gestis, summis honoribus augetur. 16—17. repetita Germania bellum cum magna prudentia gerit. 18. acerrimus exactor disciplinae militaris. 19. Romam reversus triumphat, populum liberalitate varia fovet. 20. in Illyricum profectus morbo Augusti revocatur. Augusti de eo judicia. 21. cf. A. 92. 97. 98. 100. heres primus Augusti cum Livia. A. 101. Agrippam juvenem occidi jubet. 22. Augusti testamentum in Senatu recitat. 23. principatum per simulationem recusat. 24. maxime ob insidias et seditiones militares. 25. initio valde civilis. 26. adulationes aversatur. 27. etiam conviciorum patiens. 28. ipse erga omnes humanissimus. 29. de minimis maximisque rebus ad Senatum refert. 30. diversas a sua sententias facile ferens. 31. erga magistratus etiam et peregrinos comissimus. 32. paulatim (post Germanici mortem. Cal. 6.) Principem se ostendit, sed saepius commodiorem et ad utilitates publicas proniorem. 33. nimias impensas corripit, ipse parcissimus. 34. (unde immensae ejus opes. Cal. 37. Ner. 30.) morum sanctitati consulit. 35. externas cerimonias coercet. 36. publicam securitatem et tranquillitatem domi forisque curat. 37. Urbe tamen toto biennio non relicta. 38. post Germanici et Drusi mortem secessum Campaniae petit, magno periculo per ruinam coenaculi juxta Terracinam. 39. peragrata Campania Capreas se confert, et ad breve tempus in continentem reversus 40. mox in insulam redit, omnemque curam Reip. abjicit. 41. ejus luxuria et libidines. 42—45. parcimonia. 46—48. rapinae. 49. odium adversus necessitudines, fratrem Drusum, uxorem Juliam, matrem Liviam. 50. 51. filios naturalem Drusum et adoptivum Germanicum. 52. nurum Agrippinam. 53. nepotes. 54. amicos et consiliarios, maxime Sejanum. 55. et convictores. 56. saevitia atque crudelitas. 57—62. unde maxima anxietas et trepidatio. 63—65. et varia undique convicia et contumeliae. 66. postremo sui ipsius taedium. 67. corpus ejus et valetudo. 68. religionum contemtus, tonitruum pavor. 69. studia et eruditio. 70. (cf. A. 86. Gr. 22.) sermonis Graeci usus. 71. bis ex itinere Romam instituto redit. ejus valetudo. 72. mors mortisque causae. 73. cf. Cal. 12. 13. ostenta. 74. populi de morte gaudium et contumeliae in defunctum. 75. testamentum. 76. cf. Cal. 14. et Cl. 6. laudatur pro concione a Caligula. Cal. 15. marmoreum ei arcum peragit Claudius. Cl. 11. — caput a Tib. additum legi Papiae Poppaeae. Cl. 23. provinciae Achaja et Macedonia a Tib. ad curam suam translatae. Cl. 25. institutum Tiberii Tit. 8. acta Tiberii Caesaris. Dom. 20. Tiberii praesagium de

Galba. Galb. 4. epistolae Augusti ad Tiberium. A. 40. 51. 71. 76. T. 21. — Tiberiana scorta. Vit. 3. Tiberiana domus. Vit. 15.

*Tiberius*, nepos Imperatoris Tiberii ex filio Druso. T. 54. 55. ut ex adulterio (matris Liviliae cum Sejano) conceptum aspernatur avus Tiberius. T. 62. heres Tiberii aequis partibus cum Cajo Caligula, Germanici filio. T. 76. quam voluntatem non ratam habet Caligula. Cal. 14. adoptatur a fratre (per adoptionem Tiberii) Caligula. Cal. 15. ab eodem interimitur. Cal. 23.

*Tiberius Claudius Drusus*. v. *Claudius*. Tiberius nepos, Tiberius adolescens (de Claudio). Cl. 4.

*Tiberius Alexander*, praefectus Aegypti. Vesp. 6.

*Tiberium* mensem Septembrem vocare voluerunt Patres. T. 26.

*Tibur*, oppidum Latii ad flumen Anienem, secessus Augusti. A. 72. 82. Cl. 34. Tiburi genitum Caligulam scripsit Lentulus. Cal. 8. Tibur urbs Herculi sacra. ibid. cf. not. ad A. 72. *Martial.* 1, 13. — *Tiburs* adject. — aquae ductus regione Tiburti. Cal. 21. — *Tiburtinum* Horatii. Horat. — domus Horatii circa Tiburni luculum. ibid. cf. *Horat.* Od. 1, 7, 13.

*Ticida* poeta. Gr. 11. *Ovid.* Trist. 2, 433.

*Sophonius Tigellinus*, Praef. Praet. sub Nerone, ex omnibus ejus emissariis maleficentissimus, a Galba contra iram populi defensus. Galb. 15. v. n.

*Tigranes* regnum Armeniae per Tiberium recipit, ac pro tribunali diademate ornatur. T. 9.

*Tiridates* s. *Teridates*, rex Armeniae, Urbem ingressus a Nerone diademate ornatur. Ner. 13. ingens pecunia a Nerone in eum erogata. Ner. 30.

*L. Titianus*, frater Imper. Othonis. v. *Otho*.

*Titii* sodales, sacerdotes, a T. Tatio Sabinorum rege, vel a Romulo Tatio regi instituti. *Tac.* A. 1, 54. et H. 2, 95. — Galb. 8. v. n.

*M. Titinius*. Cicero ad M. Titinium. Rh. 2.

*Titiscenia*. v. *Salvia*.

*Titurius Sabinus*, legatus Caesaris, in Germanorum finibus per insidias caesus. C. 25. v. *Caes.* B. G. 5, 24—37. — clades Tituriana. C. 67.

*Titus*, Titus Flavius Vespasianus, filius Vespasiani ex Flavia Domitilla. Vesp. 3. locus et dies ejus natalis. Tit. 1. educatur cum Britannico. 2. insignes corporis animique dotes. 3. militiae et honorum initia. 4. expeditio Judaica, reditus ad patrem. 5. cujus imperii particeps violentius agere incipit. 6. luxuriaeque indulget; sed imperium adeptus maximas virtutes et liberalitatem omnibus praestat. 7. singularem benevolentiam. 8. mansuetudinem etiam clementiamque erga inimicos ipsumque fratrem. 9. moribundi ultima vox incertae interpretationis. 10. mors luctusque de ejus morte. 11.

*Tolosa*, Urbs Galliae Narbonensis. Vit. 18.

*C. Toranius*, collega C. Octavii, patris Augusti, in aedilitate, tutor Augusti, ab hoc proscribitur. A. 27. — Alius est *Toranius* mango. A. 69. *Macrob.* 2, 4.

*L. Torquatus*, Consul A. U. 689. cum L. Aurunculejo Cotta. Horat. fin. — *Torquati* cognomen Aug. concedit C. Nonio Asprenati, lapsu debilitato et aureo torque donato. A. 43. —

*Torquato* Caligula familiae insigne, torquem, adimit. Cal. 35.
*Tortor*, cognorum Apollinis ob Marsyae supplicium. A. 70.
*Tralliani*, incolae urbis Lydiae, cui nomen *Tralles*, Τράλλεις (v. *Cellar.* T. 2. p. 136. sequ.) a juvene Tiberio defensi. T. 8.
*Transalpina Gallia.* C. 29. *Transalpini.* C. 24.
*Transitoria* domus Neronis. Ner. 31. Ita *transitorium Forum* Nervae. *Lamprid.* Alex. Sev. 28.
*Transpadana* regio. Vesp. 1. *Transpadani.* C. 9.
*C. Trebatius.* C. 78. v. Cl. Ciceron.
*Trebiani*, incolae urbis Trebiae. T. 31. Alii *Trebiam*, locum non multum Roma distantem ex *Liv.* 2, 39., alii *Trebulam Mutuscam* Sabinorum, cui et ipsi *Trebiae* nomen, alii denique *Trebiam* Umbriae intelligunt.
*Treveri.* vicus Ambiatinus in Treveris supra Confluentes. Cal. 8.
*Triton* argenteus in naumachia Claudii. Cl. 21.
*Trojam* ludere. C. 39. Ner. 7. *Trojae lusus.* A. 43. Cl. 21. *Trojae* decursio. Cal. 18. — *Trojani* Circenses. T. 6. v. ad C. 39.
*Q. Tubero* historicus. C. 83. v. not. et Cl. Ciceron.
*Tullius* leg. *Tillius Cimber.* v. *Cimber.* cf. *Cicero* et *Servius.*
*Turnus* Virgilii, pantomimicae saltationis argumentum. Ner. 54.
*Tusculum*, urbs Latii. Galb. 4. 18. Gr. 16. *Tusculana* villa. Gr. 11. *Tusculanum.* ibid. — *Fortuna Tusculana* Galbae. Galb. 18. coll. c. 4.
*Tuscus Caecina*, nutricis Neronis filius, procurator Aegypti, a Nerone relegatus. Ner. 35.
*Tyrus.* Dido regina fugiens Tyro. Ner. 31. *Tyriae* classes. C. 39. *Tyrii* coloris usus a Nerone interdictus. Ner. 32.
Τυῤῥηνικῶν libros xx. Graece scripsit Claudius. Cl. 42.

## U.

*Ubii* ab Augusto in Galliam transducti per Agrippam. A. 21. v. n. Vitiose vulgo *Suevi* ibi leguntur.
*Ulyxem stolatum* Caligula appellare solitus Liviam. Cal. 23.
*Umbria*, regio Italiae. C. 34. Vesp. 1.
*Urgulanilla*, uxor Claudii. v. *Plautia Urgulanilla.*

## V.

*Valerius Cato* Grammaticus. Gr. 2. 4. 11.
*Valerius Catullus.* v. *Catullus.* — *Valerius Messala* et *Valeria Messalina.* v. *Messala.*
*L. Valerius Primanus.* ind. rhet.
*M. Valerius Probus*, Grammaticus. Gr. 24. v. *Martial.* 3, 2. 12.
*Q. Varguntejus* annales Ennii certis diebus in magna frequentia pronunciavit. Gr. 2.
*M. Varro*, Pompeji legatus in Hispania. C. 34 demandatur ei a Caesare cura comparandarum et digerendarum bibliotheca-

rum Gr. et Lat. C. 44. cf. Gr. 23. Terent. 2. — v. de eruditissimo viro Cl. Ciceron. et *Rupert.* de satiricis Romanorum poetis p. 111., *Glandorp.* p. 832.
*L. Varro Murena*, (L. Murena, adoptatus a L. Terentio Varrone) conspiravit contra Augustum. A. 19. 56. 66. T. 8. cf. Gr. 9. ubi tamen suspectum nomen Varronis Murenae. v. n.
*Varronilla*, virgo Vestalis, ob stuprum a Domitiano necata. Dom. 8.
*P. Quinctilius Varus*, in Germania cum tribus legionibus concisus. A. 23. v. n. T. 17.
*Variana clades*. A. 23. 49. T. 17. 18. Cal. 3. 31.
*Vaticanus mons* s. *Vaticanum*. Circenses in Vaticano. Cl. 21.
*Vatinia lex*. C. 22. P. Vatinii, Tribuni pl., de Gallia Cisalpina cum Illyrico Caesari demandanda. *rogatio Vatinia* de colonis Novumcomum deducendis. C. 28.
*Vectis* insula, Britanniae proxima, a Vespasiano in ditionem redacta. Vesp. 4.
*Vectius* Grammaticus Lucilii satiras explicuit. Gr. 2.
*Veji*. Vejos migrate, Quirites. Ner. 39. *Vejentanum* Liviae. Galb. 1.
*Velabrum*, locus Urbis Romae inter Forum Rom., Palatium et Aventinum. C. 27. v. n. Ner. 25.
*Velitrae*, oppidum in Volscis. A. 1. 6. 94. *Veliterni*. A. 94.
*Venus*. aedes *Veneris Genetricis* v. *Victricis* a Caesare ob victoriam Pharsalicam exstructa. C. 61. v. n. 78. 84. Julii enim a Venere ortos se ferebant. C. 6. unde Caesar salse *a Venere ortus*. C. 49.
*Venus Capitolina*. Cal. 7. Galb. 18. — *Veneris Erycinae* templum in Sicilia vetustate collapsum refici jussit Claudius. Cl. 25. — *Coae Veneris* refector. Vesp. 18. v. n. — *Paphiae Veneris* oraculum. Tit. 5. *Tac.* H. 2, 2. — *cultus* i. e. habitus *Veneris*. Cal. 52.
*Venerem* jacere (in aleae lusu.) A. 71. — *Venus* pro signo mil. data. Cal. 56.
*Venusinus*. Horat.
*Veranius Flaccus*. A. 86. *Macrob.* Saturn. 3, 2. Emendaverunt: *Verrius Flaccus*. v. infra.
*Verrius Flaccus*. Gr. 17. 18. *Gell.* 16, 14. 17, 6. Auctor creditur fastorum Praenestinorum.
*Vesevi* montis in Campania conflagratio. Tit. 8. bona oppressorum in Vesevo. ibid. flagrante Vesevo. Plin. De varia nominis scriptura v. Oudend. ad Tit. 8.
*Vespasius Pollio*, ter Tribunus mil., praefectusque castrorum. Vesp. 1. Filius ei fuit Senator praetoriae dignitatis, et filia
*Vespasia Polla*, uxor Flavii Sabini, mater Flavii Sabini et Vespasiani; puella enim nata non perannavit. Vesp. 1. 3. tres Vespasiae partus. Vesp. 3. — *Vespasiorum* monumenta. Vesp. 1.
*Vespasianus* Imperator. ejus genus. Vesp. 1. natales. 2. adolescentia et insequens aetas. ibid. uxor et liberi. 3. expeditiones Germanica et Britannica, proconsulatus Africae, secessus sub Nerone, tandem imperium belli Judaici. 4. ostenta et praesagia. 5. militum ducumque consensu Imperator creatur. 6. Vit. 15. novisque ostentis confirmatur. 7. in Urbem reversus domi forisque res graviter ordinat. 8. publica ejus opera. 9. judicia ordinat. 10. libidinem atque luxuraim coercet. 11.

ipse mediocritatis pristinae memor. 12. libertatis dictorum patientissimus. 13. offensarum inimicitiarumque minime memor executorve. 14. unde nemo insons ab eo punitus. 15. pecuniae tamen cupidissimus. 16. quamvis alias liberalis, 17. maxime erga viros doctos et artifices. 18. scenicosque, nihilo minus ob pristinam cupiditatem variis contumeliis aspersus. 19. statura ejus et valetudo. 20. ordo vitae. 21. super coenam et alias maxima dicacitas et joci scurriles. 22. 23. morbus et mors. 24. certa ejus fiducia de sua suorumque genitura. 25.

inter Divos referendum curat Claudium. Cl. 45. abolet decretum Senatus de statua Galbae. Galb. 23.

*Vespasianus* jussu Domitiani dictus filius Flavii Clementis. Dom. 15.

*Vestae* aedes. T. 50. Ner. 19.

*Vestales virgines* veniam Caesari impetrant. C. 1. v. n. virgo Vest. Claudia fratrem (v. patrem) injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosequitur, *ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.* T. 2. legati de pace cum virginibus Vest. missi. Vit. 16. — testamentum Caesaris *virgini Vestali maximae* demandatum. C. 83. v. n. cf. A. 101. „testamentum Augusti depositum apud se virgines Vestales protulerunt." — Vestalium virginum commoda auget Augustus. A. 31. locumque iis dat in theatro separatim contra Praetoris tribunal. A. 44. — Vest. virg. legatum datum testamento Tiberii. T. 76. — Vestali virgini Rubriae vis illata a Nerone. Ner. 28. virgines Vest. ad athletarum spectaculum invitantur a Nerone. Ner. 12. — incesta Vestalium coercita a Domitiano. Dom. 8.

*Vestinus* v. *Atticus Vestinus.*

*L. Vettius Judex* Caesarem apud Novium Nigrinum Quaestorem inter socios Catilinae nominat. C. 17. ideoque a Caesare male mulcatus in carcerem conjicitur. ibid. Alii probant cognomen *Indicis*, quod per contumeliam homini datum existimant, et eundem putant *Vettium*, qui Caesaris praemiis inductus de inferenda Pompejo nece sollicitatum se a quibusdam (Bibulo, Cicerone, Catone) professus, quum probare rem non potuisset, veneno interceptus est. C. 20. ubi loco prorsus hiulco ex aliis scriptoribus nomen restitutum. Nulla disputatione verum effeceris, nisi quod *Judex* cognomen monumentis asseritur, diversos autem viros fuisse, veri similius videtur. v. notata ad C. 17. et 20.

*Vibius Crispus.* Dom. 3. v. n.

*Vicentia*, municipium regionis Transpadanae, unde *Vicentinus.* Gr. 23.

*Victoria*, quae est in Curia A. 100. h. e. in Curia Julia, ubi Augustus signum constituit. *Dio* 51, 22. Victoria cum tropaeo anulo operis antiqui insculpta. Galb. 10.

*Vidius.* Gr. 14. ex *Cic.* epist. 9, 10.

*Vienna* urbs Galliae, caput Allobrogum. Vit. 9. 18.

*Vigintiviri* agro Campano dividundo. A. 4. coll. C. 20.

*Vindelici*, gens Germaniae intra lacum Brigantinum, Danubium atque Alpes (v. *Cellar.* p. 515 sequ.) ab Augusto domiti per Tiberium. A. 21. coll. T. 9.

6

*Vindelicum* bellum. T. 9. *Vindelica* victoria Tiberii Drusique ab Horatio celebrata. Horat.

*Julius Vindex*, Galliis praefectus, dux seditionum contra Neronem. Ner. 40. 41. 46. Galbam literis ad societatem excitat. Galb. 9. victus se ipsum interficit. v. ad Galb. 11. 16.

*L. Vinicius*, eloquentia insignis tempore Augusti, Consul suffectus A. U. 721. Hunc convivam suum dicere puto Augustum in epistola A. 71., filiusque ejus videtur

*L. Vinicius*, qui A. 64. memoratur, clarus decorusque juvenis. In libris nomen varie corruptum.

*Viniciana conjuratio* contra Neronem, Beneventi conflata atque detecta, a Suetonio Ner. 36. verbo tantum memoratur. Reliqua monumenta interciderunt, nisi *Plutarch.* de garrul. c. 9. narrationem eo referre placet. v. n.

*T. Vinius*, legatus Galbae in Hispania, Consul A. U. 822., homo immensae cupiditatis Galb. 14. et potentissimus Galbae gratia. Vit. 7. (v. *Tac.* H. 1, 13. 48.) cum eo periit. *Tac.* 1, 42.

*T. Vinius Philopoemen* patronum in proscriptione celavit, postea equestri dignitate ab Augusto honoratus. A. 27. ubi nomine corrupto in vulg. *Junius* dicitur. Eadem labes Galb. 14. et Vit. 7. v. Oudend.

*Virgilius. Nullius ingenii minimaeque doctrinae* dictus a Caligula, qui scripta ejus et imaginem ex omnibus bibliothecis amovere cogitavit. Cal. 34. primus Virgilium et alios poetas novos praelegere coepisse dicitur Q. Caecilius Epirota. Gr. 16. Lucanus initia sua cum Virgilio comparat. Lucan. versus Virgilii. Cal. 45. Dom. 9. Virgilii Turnus. Ner. 54. Virg. Bucolica. Gr. 23.

*Virginius Flavus*, ind. rhet., praeceptor Persii. Pers. v. Burm. praefat. ad libros ad Herennium, edit. Ciceron. Schützianae praef. p. XIV.

*Viriathinum* bellum. Galb. 3.

*Vitelliorum* origo. Vit. 1. A Fauno, Aboriginum rege, et *Vitellia*, multis locis pro numine culta, eos deduxit Q. Eulogius. ibid. — *Vitellia* via ab Janiculo ad mare usque. ibid. — *Vitellium*, colonia Romana in Aequis. ibid. *Liv.* 5, 28.

*P. Vitellius*, domo Nuceria, Eques Rom. et rerum Augusti procurator. Vit. 2. s. Quaestor Augusti, ut Vit. 1. cf. Ovid. ep. ex Ponto 4, 7, 27. Quatuor ejus filii

*Aulus Vitellius*, Consul suffectus Kal. Jul. A. U. 785., in consulatu obiit. Vit. 2.

*Q. Vitellius*, a Tiberio Senatu motus. Vit. 2. *Tac.* A. 2, 48.

*P. Vitellius*, Germanici comes, Cn. Pisonem accusavit et condemnavit; post praeturae honorem inter Sejani conscios arreptus et in custodiam fratri datus venas sibi incidit, mox obligari curarique se passus, in eadem custodia morbo periit. Vit. 2. *Tac.* A. 5, 8.

*L. Vitellius*, Consul A. U. 787. cum Fabio Persico. Pers. dein Syriae praepositus, sub Claudio bis Consul A. 796. et 800., et Censor. v. n. miri in adulando ingenii, paralysi decessit. Vit. 2. 3. Filii ejus ex Sextilia Aulus et Lucius.

*Aul. Vitellius*, ejus majores Vit. 1—3. pueritia, adolescentia et insequens aetas flagitiis probrosa. 3. 4. Proconsul Africae, inde curae operum publicorum praefectus. 5. uxores ejus et liberi. 6.

a Galba in inferiorem Germaniam missus maximo militum gaudio excipitur. 7. ab iisdem Imperator salutatur. 8. cf. Oth. 8. sequ. audita morte Galbae partitus copias Italiam petit. 9. Othone victo et mortuo maxima saevitia et luxuria iter pergit. 10. Urbem ad classicum ingressus insolenter omnia et histrionum aurigarumque, maxime Asiatici liberti arbitrio agit. 12. insana ejus luxuria. 13. et saevitia. 14. post exercituum defectionem, ubique victus et proditus trepide agit, sed a multitudine confirmatus Sabinum cum reliquis Flavianis in Capitolium compulsos incendio opprimit. 15. mox novo terrore latebras petit. 16. unde extractus foedum in modum conficitur. 17. augurium de morte. 18. Vitellius Germanicus. 8. 14.

*L. Vitellius*, Imperatoris frater, Consul fratri suffectus A. U. 801. Vit. 3. imminenti hosti in Campania opponitur. Vit. 15. *Tac.* H. 3, 57. cum fratre perit. Vit. 18. *Tac.* 4, 2.

*Vitellia*, filia Imperatoris, a Vespasiano splendidissime maritatur, dotatur et instruitur. Vesp. 14. De ejus fratre, filio Imperatoris, a Muciano interfecto v. ad Vit. 18. *Tac.* 4, 80.

*Vitelliani*. Vesp. 8. — *Vitellianum* bellum. Dom. 1.

*Volaterrae*, oppidum Etruriae. Pers.

*Volcatius* s. *Vulcatius Sedigitus* librum scripsit de poetis. Terent. 2. 5. cf. *Gell.* 15, 24. et 3, 3.

*Vologesus*, Parthorum rex, missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magno opere orat, ut Neronis memoria colatur. Ner. 57. Vespasiano auxilia promittit. Vesp. 6. auxilia Rom. adversus Alanos ducemque alterum ex Vespasiani liberis poscit. Dom. 2.

*Vonones*, rex Parthorum, pulsus a suis (ab Artabano), cum ingenti gaza in fidem populi Rom. Antiochiam se recipit, sed Tiberii jussu spoliatur et occiditur. T. 49. cf. *Tac.* A. 2, 1. sequ. c. 58. et 68.

## X.

*Xenophon*. quum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima valetudine mandasse quaedam de funere suo. C. 87.

*Xerxes*. aemulatione Xerxis pontem a Cajo excogitatum crediderunt. Cal. 19.

## Z.

*Zeno*, e Graeculis Tiberii convictoribus, Cinariam relegatus. T. 56. Al. *Xeno*, quod probat Oudend.

*Zenodotus* Ephesius, poeta et Grammaticus, vixit sub Ptolemaeo primo. cor Zenodoti. Gr. 11.

# INDEX II.

## LATINITATIS.

# A.

*A*, *ab* omnino terminum, unde initium alicujus rei vel facti, adeoque, ubi de re vel facto sermo, *originem*, *causam*, ubi de loco vel tempore, *motum* significat, Graecisque ἀπό et ἐκ ita prorsus respondet.

a) *de tempore.* ab eo tempore. A. 8. a vicesimo aetatis anno. A. 32. a condita Urbe. A. 22. et similia, unde: inde a puero. Gr. 9. ab juventa. Dom. 12. ab aetate prima. A. 84. al. v. *aetas.* a prima lanugine. Oth. 12. a medio die ad mediam noctem. Ner. 27. ubi Burm. *e.* v. Oudend.

Eodem pertinent, mixta temporis locique notione, dictiones, ubi *a* est i. q. *post*, ut Gr. ἀπό et ἐκ. Ita: *a coena.* A. 78. *a commeatu.* T. 12. vel addito *statim*,

*ab itinere statim.* C. 60. *statim a funere.* C. 85. *tantum non statim a funere.* T. 52. *a spectaculo statim.* Cal. 27. ubi al. *e.* v. Burm. et Oudend. quum primum *a somno* patuissent. T. 68. ubi aeque alii *e somno.* v. Oudend. vixdum firmus *a valetudine.* A. 8. *a cura.* T. 70. ἐκ σπουδῆς v. ἐκ μελέτης. Oppon. *ex tempore*, αὐτοσχεδιαστί.

b) *de loco. a loco* A. 49. ubi nihil corrigendum, est enim nostrum: *von Ort und Stelle.*

*ab Armenia* rediens. T. 11. *a Germania* in Urbem regressus. T. 20. Aquilejam usque *ab Urbe.* A. 20. Ceterum permutari solent in ejusmodi locis praepositiones *a* et *e*, quamquam vere est utriusque discrimen, quum *a* motum a loco, *e* locum ipsum, in quo quis fuit (illud τὸ κινεῖσθαι ἀπὸ τόπου τινός, hoc τὸ γεγονέναι ἐν τόπῳ τινί) notet. Sic Cal. 4. al. *e Germania* revertenti, al. *a Germ.* v. Burm. ad h. l. Oudend. ad Ner. 25. — Eadem prorsus ratio in ipsis nominibus urbium, quibus *a* fere praeponitur, ubi motus tantum inde a loco ad alium significatur. Exempla sunt: *ab Rhodo.* C. 4. *a Brundisio.* C. 58. *ab Alexandria.* C. 35. *ab Actio.* A. 17. *ab Apollonia.* A. 95. *a Nola Bovillas usque.* A. 99. *a Bovillis.* ibid. *ab Ostia.* T. 11. Cl. 17. *a Miseno.* T. 75. Cl. 13. *a Messana.* Cal. 51. *a Massilia.* Cl. 17. *ab Ostia et Puteolis.* Vesp. 8. *a Nursia* Spoletium euntibus. Vesp. 1. v. Freinsh. ind. Flor.

Hinc descendit usus, quo *a* omnino est i. q. *a parte*, nostrum: *von wo aus* et inde *wo*, e. g. capillum revocare *a vertice* assuerat. C. 45. coll. Ner. 45. ubi: *a vertice* cirrus appositus est. spatio *ab utraque parte* producto. C. 39. sibi securo jam *ab hac parte.* T. 11. *omnino parte.* Gr. 2.

*ab utroque humero* togam apprehendit. C. 82. veste *a pectore* discissa. C. 33. *a summo* et *ab imo.* A. 79. jocinora

replicata intrinsecus *ab ima fibra.* A. 95. quercus ramos *a frutice* dedit. Vesp. 5. latus *ab humeris et pectore.* T. 68. *a tergo* insulae. T. 60. quicquid *a tergo* fieret. Dom. 14.

*a matre,* ἀπὸ μητρός (von Mutter's Seite). A. 4. ubi resp. *paterna stirpe.*

proximus *a Diis* immortalibus honor (h. e. si descenderis a Diis, adeoque i. q. *post Deos* immort.) A. 31.

*a re familiari* destitutus. Ner. 31. ubi *destitutus* absolute dicitur, *a* est nostrum: *von Seiten, in Rücksicht.* Alii omittunt praepositionem. v. Oudend. ad l. c., Goerenz. ad *Cic.* de Fin. 1, 5, 14. Sanctii Minerv. ed. Scheid. p. 514. et infra sub voc. *destituo.*

Porro, quoniam cogitatio et judicium incipit ab aliqua re, qua deinde movetur, et in qua pergit ad sententiam ferendam, *a* dici potest pro voce *propter,* ut Gr. ἀπό et ἐκ pro διά. Ita: militem neque *a moribus,* neque *a fortuna* probabat, sed tantum *a viribus.* C. 65. cf. *Liv.* 34, 31. „vos *a censu* equitem, *a censu* peditem legitis."

insulam ἀπραγόπολιν appellabat *a desidia* secedentium illuc. A. 98.

*a se* i. q. *de suo.* perpauca *a se* verba addidit. C. 84. Opponuntur aliorum verba, quae recitaverat. singula millia nummûm *a se* dividebat h. e. de suo fisco. A. 40.

*ab re* esse i. q. remotum, alienum esse ab re, quae agitur, cui oppon. *ex re* esse i. q. commodum, utile esse, ut in: *e Rep. esse.* v. Plaut. Rud. 4, 4, 56. 57. Ita: *non ab re fuerit,* subtexere. A. 94. *neque enim ab re fuerit* ipsa cognoscere. Dom. 11. cf. *Gell.* 18, 14.

Denique, quum *a* saepe sit i. q. *a parte,* describit etiam officium vel munus, in quo quis est constitutus et unde ministeria ejus prodeunt. Talia sunt: *a manu.* A. 67. (unde factum vocabulum *amanuensis.* Ner. 44. Tit. 3.) *a manu* servus. C. 74. liberta et *a manu.* Vesp. 3. *a libellis.* Ner. 49. Dom. 14. *a studiis, ab epistolis, a rationibus.* Cl. 28. novum officium *a voluptatibus.* T. 42. Conjecerunt etiam *a memoria ejus* A. 79. Sed ibi melius legitur: *in memoria ejus.*

*a* ubi causam significat, non passivis tantum jungitur, sed etiam neutris sensus passivi, ut: *ab hoste cadere.* Oth. 5. v. Oudend. — Saepe etiam Graeco more dativus ponitur pro ablativo cum praepositione *a.* Sic: opera *optimatibus* data est. C. 19. ubi al. addunt *ab.* v. Oudend. campum Stellatem, *majoribus* consecratum i. e. *a majoribus.* C. 20. v. n. ludi *ei* consecrati i. e. *ab eo.* C. 88. ara *Octavio* consecrata i. e. *ab Octavio.* A. 1. annus *D. Julio* ordinatus i. e. *a D. Julio.* A. 31. Q. Catulo emtus. Gr. 3. hero suo emtus. Gr. 13. nihil *sibi* admissum i. e. *a se.* Cal. 15. Britanniam neque tentatam *ulli* i. e. *ab ullo.* Cl. 17. quae jam nunc *sibi* componi oporteret i. e. *a se.* Ner. 43. matrimonium *sibi* repertum. Cal. 25. dilectam quondam *sibi.* Vesp. 3. speratum unquam *sibi.* Vesp. 12. ut *scrutantibus* deprehendi non potuerit. Dom. 1. — Ita intelligo quoque Galb. 22. „spargi ad pedes *stantibus,*" ut sit: *a stantibus* ad pedes h. e. ministris. Sunt etiam loci dubiae interpretationis, ubi dativus esse potest, qui dicitur acquisitionis, e. g.

„ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas *inimicis* quaereretur." A. 32. et: „quum *adultero Silio* acquiri imperium credidisset." Cl. 36. Illo loco *inimicis* dictum puto pro: *ab inimicis*, hoc alterum sensum valere: *a Messalina Silio comparari.* Ceterum vide, quae plura ex aliis exempla collegit docteque disputavit *Perizon.* ad *Sanctii* Minerv. 3, 4, 1.

*Abacus.* in abaco ludere. Ner. 22.

*Abdere.* inter vela se abdidit. Cl. 10.

*cum ablat.* domo abditus. C. 20. abditus muliebri sella. Oth. 6. medit. agris abditus. T. 12 abdita juvencae simulacro Pasiphae. Ner. 12. thesauri specubus abditi. Ner. 31. uxore et liberis meritorio coenaculo abditis. Vit. 7. abditus modico gurgustio. Gr. 11.

*cum praep. in* et *accus.* in gremium abdidit (amputatum caput). Galb. 20.

abditus locus, τόπος κεχωρισμένος. A. 90.

*Abdicare*, ἀποκηρύττειν, aliquem i. e. jure filii privare. Differt *abdicatio* ab *exheredatione.* v. *Heinecc.* Ant. R. 2, 13, 23. qui tamen nostri loci immemor valido argumento se destituit contra eos, qui Graeci tantum moris fuisse existimaverunt ἀπειπεῖν, ἀποκηρύττειν v. ἐκκηρύττειν. Augustus Agrippam juvenem, antea adoptatum, *abdicavit* h. e. irrita facta adoptione, familia ejecit, *seposuitque* i. e. relegavit Surrentum. A. 65. T. 15. qui loci docent, multo gravius quid esse *abdicare*, quam e conspectu suo amovere, quod statuit *Heinecc.* l. c.

*abdicare se magistratu*, ante tempus deponere. Silanus abdicare se praetura morique coactus. Cl. 29.

*Abducere.* milites secum (de provincia.) Tit. 5. abducta i. e. ademta militum statione. Ner. 34. cultores sibi abduci. A. 91. Horatium nostrum a te cupio abducere. Horat. obsides abducti e literario ludo. Cal. 45. — Saepe mulieres ad libidinem, vel sponsae nuptaeve alicui dicuntur *abduci.* feminam e triclinio viri coram in cubiculum abductam. A. 69. tradunt, statim e convivio abduxisse eam. Cal. 25. — Liviam matrimonio Tib. Neronis abduxit. A. 62. Longino collocatam abduxit. Cal. 24. Poppaea abducta marito. Oth. 3. Longinam Aelio Lamiae nuptam etiam in matrimonium abduxit. Dom. 1.

*Aberrare*, ἐξίστασθαι τοῦ φρονεῖν. ubi non aberravit ejus animus (de Claudio mentis impote.) Cl. 4.

*Abesse.* i. q. non adesse. spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat. A. 45.

*de re.* quia tamen fraus aberat. A. 67.

simpl. pro *peregre esse*, *proficisci ex Urbe*, *patria.* Gr. ἀποδημεῖν, ἐκδημεῖν. quum Reip. causa abesset. C. 23. ut quasi legatus ab Augusto abesset. T. 12. praeterquam in propinqua oppida, et, quum longissime, Antio tenus, nusquam afuit. T. 38. ubi *esse* i. q. γίνεσθαι εἰς τόπον, *abesse* igitur *abire, proficisci.* — toto triennio, quo afuit. T. 51. commeatu afuturus i. e. accepto commeatu profecturus (*mit Urlaub verreisen.*) T. 72. pro magistratibus, qui abessent. A. 43. negante eo, destinatos magistratus abesse oportere. T. 31. ne quis plus triennio continuo Italia abesset. C. 42.

i. q. ἀπεῖναι, *remotum esse.* ut tamen quibusdam (bellis)

aut interveniret, aut non longe abesset. A. 20. quem longe abesse constabat. Vesp. 7.

*tantum abesse ab al. re, ut*, v. sequente duplice *ut*. *tantum afuit* a cupiditate imperium vel gloriam augendi, *ut* coegerit — tentaverit. A. 21. (Gr. τοσούτου ἐδέησε ἐπιθυμεῖν, ὥστε) Juliae *tantum afuit, ut* relegatae officii aut humanitatis aliquid impertiret, *ut* domo quoque egredi *vetuerit*. T. 50. *tantum afuit a* remittendo laxandoque studio, *ut* — *appellarit* (vulg. *appellaret*) — *egerit* — *obtulerit*. Ner. 25. *ut* suspicione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur, *tantum afuit, ut* — insuper Consulem *fecerit*. Vesp. 14.

*parum, non multum abesse, quin*, Gr. ὀλίγου, ἐλαχίστου δεῖν c. infin. v. ὀλίγου δέοντος et simpl. ὀλίγου cum verbo finito. *minimum afuit, quin* periret. A. 14. *non multum afuit, quin* occideretur. T. 19. *nec multum afuit, quin* statim diadema sumeret. Cal. 22. Livii scripta *paulum afuit, quin* ex omnibus bibliothecis amoveret. Cal. 34. Acten *paulum afuit, quin* justo matrimonio sibi conjungeret. Ner. 28. *non multum afuit, quin* vitae renunciaret. Galb. 11. — Ceterum scripturam *afuit* pro *abſuit* optimorum codd. auctoritate adoptavimus. v. Oudend. ad A. 14. 21. T. 50. cf. *Pareus* Lex. Crit. p. 61. Contra lectionem *abſuit* in Cicerone defendit *Goerenz*. ad Academ. 2, 1, 3.

*Abſens* (ita enim scribendum videtur, non *absens*, ex analogia participii *praeſens*. Ut enim a v. ἔω, εἰμί, quocum cognatum Hebr. הוה et pronomina ἐγώ, *ego*, factum est *sum*, Germ. *seyn*, inde *Wesen*, et ex οὗ, οἷ, ἕ Lat. *sui, sibi, se*, ex ἑός *suus*, Germ. *sein*, ita ex *sum* formatum *sens*, ὤν, (cf. ὗες, *sues*, *Säue*, ὑπέρ, *super*. *Gell.* 13, 9.) adeoque scribendum *ab-sens, prae-sens*. Unum participium *ens*, τὸ ὄν, vix valere potest contra suetam formationem, maxime quum a Caesare vel Sergio Flavio prolatum (v. *Priscian.* l. 18. p. 1140. Putsch. ed., *Quinctil.* 2, 14. init. et 8, 3, 33.) Romanis ipsis parum placuerit.) — ne *absentis* ratio comitiis haberetur. C. 28. capite, quo a petitione honorum *absentes* (ἐκδημοῦντας) summovebat. ibid. reos caedis absentes deferre. A. 10. *absens* ac libello notum Senatui fecit. A. 65. consulatu, quem *absens* susceperat. T. 65. quod defunctum collegam rescisse absens non potuerat. Cal. 17. absentium maritorum nomine. Cal. 36. in verba *ejus absentis* jurantibus. Galb. 16. bellum civile confecit *absens*. Dom. 6. *absente eo*. Vit. 2. *absente* eo et ignaro. Vesp. 15. — *absentibus*, secundum praesentes facillime dabat. Cl. 15. ubi *absentibus* Graeco usu absolute dictum, ἀπόντων τινῶν. v. not.

*Absentia*. propugnaturos *absentiam* suam i. e. se absentem. C. 23. ut auctoritatem *absentia* tueretur. T. 10. ubi opponitur *assiduitas*.

*Abhinc*. nunc coepi, an abhinc annos novem. A. 69. Gr. ἀπὸ τοῦδε.

*Abhorrere, ab al. re*, i. q. *alienum esse*. non abhorrentia a sua natura. Ner. 43. ab omni caede abhorrebat. Dom. 9. — *cum accus.* i. q. *aversari*. pumilos atque distortos ut ludibria naturae abhorrebat. A. 83. ceteris ut obscoenum ostentum abhorrentibus. Galb. 4. abhorrentes quosdam cadaverum tabem. Vit. 10.

*imperson.* nec abhorret a vero. Tib. 62. a veritate. Cal. 12.

*Abigere.* omnes fustibus abegit. Cal. 26. quasi parum esset, sine responso abegisse. Vesp. 8. supervenisse tertiam (aquilam), ac victricem abegisse. Vesp. 5.

*de divortio.* Agrippinam abegisse post divortium doluit. ac T. 7.

*abigere partum,* Germ. *abtreiben.* coactae conceptum a se abigere. Dom. 22. ubi *a se* non jungendum verbum, sed pertinet ad *conceptum,* id quod a se s. ex se conceptum erat.

*Abjicere.* abjecto onere. Galb. 20. caput eo loco — abjecit. ibid. abjecta praetexta. C. 16. abjecto ferro. Cal. 12. abjecto clam juxta pugione. Ner. 34. ubi al. *objecto.* v. Oudend. (*abjicere* est nostrum *hinwerfen, objicere vorwerfen.*) abjectum in via cadaver. Ner. 48. Lares in publicum abjecti. Cal. 5. hos custodes strangulaverunt abjeceruntque in Gemonias. T. 75. Claudiam exponi ad matris januam et nudam jussit abjici. Cl. 27.

metaph. i. q. *omittere.* Reip. curam abjecit. T. 41. abjecta spe dignitatis. Cl. 5. amorem flagrantissimum abjecit. Cl. 36. studium *spretum et abjectum.* Dom. 2.

*abjectus* i. q. *vilis.* nullus tam abjectae conditionis tamque extremae sortis fuit. Cal. 35.

*Abire.* non distulit, quin persequeretur abeuntes (ἀποπλέοντας.) C. 4. in provinciam abiit. C. 23. facta tandem abeundi potestate. T. 10. quasi Rhodum abiturus. Ner. 34. abite laeti, abite locupletes. Cal. 46. quaerentem, quidnam ageret aut quo abiret, quidam abire Morboniam jusserat. Vesp. 14. v. n. (*Xiphil.* 66, 11. ἐς κόρακας ἄπελθε.). qui *discedere et abire* coepabant. Oth. 11. ut ἀπιέναι καὶ διαῤῥεῖν. *Plutarch.* Ages. 32.

cum ablat. i. q. *deponere* v. *se abdicare,* nostr. *abgehen.* quoad potestate abiret. C. 20. honore abiit. A. 26. consulatu. Ner. 2.

*Ablegare.* ablegari eum ob seditionis periculum et in proximam civitatem demandari. Cal. 9. Inepte in vulg. *oblegari* et *obligari.* v. Oudend.

*Abligurire* s. *Abligurrire.* Gr. 23. sensu obscoeno, ut Gr. λιχνεύω, λείχω, λειχάζω, quod est *fellare.* cf. T. 45. hircum vetulum capreis naturam *ligurire.*

*Ablocare* i. e. alii locare, ut Vit. 7. domum. v. Oudend. Alii enim: *oblocaret.* Contra *oblocata* praeferendum C. 26. ubi al. *ablocata.* Nam domum meam ex meo usu locando trado in alienum, quod est *ablocare,* non item opsonia, quae vendenda alicui loco.

*Abnepos.* non lecturum se, nisi civis Rom. abnepotem. Cl. 24. abnepos Drusi. T. 3.

*Abneptis.* Ner. 35.

*Abnuere* i. q. *negare, recusare.* adoptionem non abnuisse. T. 21. — *cum accus. et infin.* ne Catone quidem *abnuente* (h. e. negante), eam largitionem e Rep. fieri (Reip. salutarem esse.) C. 19. cf. *Liv.* 21, 12. „has pacis leges *abnuente* Alcone accepturos Saguntinos."

*Abolere,* expungere, delere. diuturnorum reorum nomina abolevit. A. 32. tragoediam exorsus abolevit h. e. delevit. A. 85. cf. Pers. scripta abolita (*Dio:* πρὸς τῶν ἀγορανόμων ἐκαύθη). T. 61. Cal. 19. scripta famosa abolevit. Dom. 8. cogitavit de Homeri carminibus abolendis. Cal. 34. abol. alicujus memo-

riam. Cal. 60. Dom. 23. usum scientiae. Cal. 34. religionem. Cl. 25.

i. q. *abrogare*. frumentationes. A. 42. abolevit et vim moremque asylorum. T. 37. vectigalia aut minuit, aut abolevit. Ner. 10. abolere decretum. Cl. 6. Galb. 23.

honor a Nerone destitutus abolitusque. Cl. 45. h. e. quem Nero praetermisit, non exhibuit, et exhiberi vetuit. abolito priore nomine. Dom. 15. h. e. demto, sublato.

nonnulla ex antiquis cerimoniis *paulatim abolita* restituit. A. 31. h. e. omissa, quae observari desierant. *durante adhuc* ibi antiquorum *memoria*, *necdum omnino abolita*. Gr. 24. h. e. neglecta, oblivioni data.

*Abolitio* legis i. q. *abrogatio*. A. 34. — *abolitio facti* i. q. ἀμνηστία, abolita memoria facti. T. 4., ubi Lips. corrigere voluit: *oblivionem*, ut Cl. 11. „omnium factorum dictorumque *veniam et oblivionem* in perpetuum sanxit". Sed Suetonius priore loco Graecum vocabulum vertit, altero verbis explicavit. cf. *Flor.* 4, 7, 3. *Aurel. Vict.* Caes. 35.

*Abolla* purpurea regis. Cal. 35. v. interpr. ad *Juvenal.* 4, 76.

*Abominari* i. e. malum omen deprecari. Cl. 46. „accessisse se *ad finem mortalitatis*, quamquam *abominantibus*, qui audiebant, semel atque iterum pronunciavit." cf. *Liv.* 6, 18. „bene facitis, quod *abominamini*: *Dii prohibebunt haec.*"

*Abripere*. simulacro abreptum interemit. A. 17. Gr. ἀποσπάσας. domum *se abripuit*. T. 45. *Plaut.* Mil. glor. 2, 2, 21. „ita abripuit repente sese subito." al.

*Abrogare* pr. populum rogare de abolenda lege prius perlata. — quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset C. 28., ubi, si staret vulgata, *plebiscito* non esset dativus, (nego enim, *abrogare* dativo posse jungi; loci, qui afferuntur, suspectae sunt lectionis) neque *abrogasset* dictum pro *derogasset*, sed intelligendum: *legem* vel tale quid. Sed melius legitur: quando *et* plebiscito Pompejus postea *obrogasset*. v. not. et voc. *obrogare*. Idem valet de loco Cl. 23. „capiti Pap. Popp. legis — *abrogavit*," ubi cum optimo quoque edidimus: *obrogavit*. v. Oudend. ad C. 28., Duker. ad *Flor.* 1, 9, 3.

unde omnino i. q. *adimere*, *abolere*. Consulibus abrogavit magistratum. Cal. 26. (ut *Flor.* 1, 7, 10. „imperium tum regibus abrogatum." 1, 9, 3. „fascibus abrogatis (Consuli)") nemini delatorum fides abrogata. T. 61. Ita auct. ad Her. 1, 10. „quae res fidem abrogat orationi." *Cic.* pro Rosc. com. 15. „quibus abroges fidem jurisjurandi."

*Abrumpere*. abruptus hamus. A. 25. societatem abrupit tandem. A. 17. sermones superveniente aliquo abrumpere (prorsus ut nostr. *abbrechen*, Angl. *to break off*). T. 21.

*Abscedere*, discedere, abire ab aliquo loco vel homine. — nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens. Cl. 33. quasi domum inspecturus abscessit. Oth. 6. abscessit i. e. e publico discessit. Vit. 15.

ne quid abscederet (bonis) h. e. ne quid deminuerentur. Ner. 34. (Nostr. *abgehen.*)

*Abscidere*. dextra abscisa. C. 68. abscisa lingua. Cal. 27. manibus abscisis. Cal. 32. quibus locis omnibus alii solemni varietate (v. Drakenb. ad *Liv.* 31, 34.) *abscissa* et *abscissis* a v. *Abscindo*. v. int. ad loc. cit. et Glossar. Livianum. Efficiunt rem loci

poetarum, ut *Martial.* 3, 66, 2. „*Abscidit* vultus ensis uterque sacros.“ *Lucan.* 4, 503. „*Abscidit* nostrae multum Fors invida laudi.“

*Absens*, *Absentia* v. *Abesse.*

*Absimilis* i. q. dissimilis, ut ἀφέμοιος et verbum ἀφομοιοῦν. tam non absimilis facie Tiberio Principi fuit. Oth. 1. arte formaque non absimilis magistro. Dom. 10.

*Absolvere*, ad finem perducere, perficere. opera Cal. 21. al. villa magno sumtu absoluta. C. 46. canalem absolvit aegre. Cl. 20. — spectaculis absolutis h. e. peractis. T. 10. inchoatum absolvere νόμον Ner. 20. h. e. inceptum carmen ad finem cantare. — absolvit centum et quinquaginta (libellos, quos componere instituerat.) Gr. 21. homo non absolutus a natura, sed tantum inchoatus. Cl. 3. (qui non est ἄρτιος et ὁλόκληρος, ut dicitur c. 4.) *de judicio. absolutoque* sc. eo. C. 4. Oppon. *postulare.*

*Absolute* doctus. Gr. 4. ubi oppon. *mediocriter doctus.* Ille postea *perfunctus literis*, hic *imbutus* dicitur.

*Absolutio.* absolutiones reis venditare. Vesp. 16.

*Absolutaria* tabella. A. 33. (inscripta literâ A. h. e. absolvo.) Opp. *damnatoria.*

*Absorptio* s. *Absortio* rosaria v. rosacea, cibus delicatior, fortasse jus aqua rosacea tinctum. Ner. 27. (v. *Lamprid.* Heliog. 19.) ubi *mellitam* etiam *absorptionem* melle conditam puto. Est Ital. *sorbetto.* Reliquae lectiones, quarum silvam vide apud Burm. et Oudend., nullum fere sensum praebent. cf. tamen *Salmas.* exercit. Plin. p. 392.

*Absterrere.* contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. C. 20. absterritus non tam poenitentia, quam perficiendi desperatione. Ner. 43. ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. C. 59.

*Abstinere.* cibo. T. 10. Rh. 6. pomis cibisque officientibus. Ner. 21. fungis. Dom. 14. vino. Ner. 51. pabulo (de equis.) C. 81. alieno. Tit. 7. (ubi jungitur: *nulli* civium *quicquam ademit.* v. *Abstinentia.*) nomine. T. 6. praenomine Imper. Cl. 12. honore. A. 52. negotiis. T. 50. balineis. A. 94. Curia. C. 14. publico. Cl. 36. (h. e. in Curiam, in publicum non prodire.) congressu hominum. A. 65. alic. societate. C. 2. al. convictu. Cal. 5. — nec deinde ulla belli occasione abstinuit. C. 24. *nec abstinuit* consuetudine, *quin* sequ. T. 72. nullo genere hilaritatis abstinuit. A. 98. ne provincialibus qu. matrimoniis abstinuisse C. 51. h. e. uxores etiam provincialium corrupisse. non temere ulla illustriore femina abstinuit. Cal. 36. ut ne praetextatis qu. verbis abstineret. Vesp. 22. ne in metu qu. abstinuit jocis. Vesp. 23. ne principum qu. virorum insectatione abstinuit. Gr. 9. sermone Graeco in Senatu maxime abstinuit. T. 71. ubi praecedit: *non usquequaque usus est.*

*c. infin.* quando ita praefari non abstinuerit. T. 23. i. q. non dubitaverit.

c. *quo minus.* ut ne clarissimi qu. viri abstinuerint, quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent. Gr. 9. — c. *quin.* non abst. consuetudine, *quin* sequ. T. 72. v. supra.

*Abstinentia*, ἐγκράτεια χρημάτων. Oppon. *avaritia*, *cupiditas*, *pecuniae aviditas*, *rapinae.* v. *Valer. M.* 4, 3. Ita abstinentiam non praestitisse Caesar dicitur. C. 54. et inde expilationes urbium, rapinae, sacrilegia ejus narrantur. cf. Oth. 3. Dom. 9. 10.

et 23. Ita *abstinere alieno* et *nulli quicquam adimere* junguntur Tit. 7.

*Abstrahere.* abstrahentibus (sc. in custodiam, quem enixe, sed frustra defenderat) statim eripuit. C. 71. cf. *Matth.* 18, 28. κρατήσας ἔπνιγε αὐτόν, ubi v. interpr.

*Abstrudere.* abstrusus gestatoria sella h. e. abditus. Vit. 16. *abstrusus atque abditus* jungit *Plin.* Panegyr. 63, 5.

*Absumere*, consumere, delere. — Gr. δαπανᾶν, ubi de *pecunia, opibus.* totum vicies ac septies millies sestertium non toto vertente anno absumsit. Cal. 37. absumto pretio. Galb. 15. (nostr. *verzehren, verthun.*) ubi praedae pretium absumeretur i. e. prodigeretur. Ner. 26. ubi inepte al. *assumeretur.* — simpl. pro *prodigere.* nec largiendi nec absumendi modum tenuit. Ner. 30. cum praep. *in* et accus. summam in emtionem mercium absumere. A. 98. quod paene omne in Rempublicam absumsisset. A. 101.

*de tempore*, i. q. *consumere*, *conterere.* ne in ediscendo tempus absumeret. A. 84. triduo per irritas altercationes absumto. C. 23.

i. q. *delere*, διαφθείρειν, nostr. *verzehren*, *zerstören.* domus incendio absumta. A. 57. Ner. 31. aedes incendio absumtae. A. 30. opera incendio absumta. Dom. 5. bibliothecae incendio absumtae. Dom. 20. classe vi tempestatis prope absumta. C. 25. (nostr. *verschlingen*, ut Lat. *haurire* etiam de incendio et de undis.) Ceterum cf. *Consumere.*

i. q. *interficere.* diu cunctatus an omnes igni ferroque absumeret. Cl. 21. objicere viros laniandos absumendosque. Ner. 37. ubi sensu proprio est: frustatim devorandos.

max. *de lenta morte.* ita absumtam (inedia.) T. 53. ut nos *verzehren*, *hinzehren*, et Lat. *edere*, *rodere* de fame.

*Absurde*, absone, inepte, ἀλόγως, ἀτόπως. non absurde dictum. Cl. 28. non absurde responsum. Dom. 3. non absurde et scripsisse et fecisse se ait. Gr. 6. Satira non absurde composita. Juven.

*Abundare*, περισσεύειν. — cruore scena *abundavit*, propr. i. e. superfluit, repleta fuit. Cal. 57. unde: literae *abundantes* A. 87. sunt reliquae literae vocabuli, quae ex fine versus in alterum versum superfluunt.

i. q. *abunde esse.* abundante rerum copia. C. 10. abundante patrimonio. A. 2. abundantissimum epulum. Cal. 17. abundantissima coena. Ner. 42. coenam *abundantissime* praebere. A. 74. i. q. copiosissime, lautissime. cibi plurimi traditur — inter coenam vero usque eo *abundantis* sequ. Galb. 22.

i. q. *abunde habere.* abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur. Cl. 28. c. ablat. unde factum, ut auro abundaret. C. 54.

*Abundantia*, copia, multitudo. descripsit abundantiam veterum tabernarum. Cl. 40. (quo tamen loco non tabernarum multitudinem, sed ciborum, quibus abundabant, copiam intelligo.) — i. q. πλησμονή, *Ueberfüllung.* ut quasi abundantiâ laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur. Cl. 44.

*Abunde.* abunde arbitror parere i. e. satis superque apparere. Cal. 9.

*c. gen.* se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. C. 86. (*Gell.* 6, 8. quibus abunde ingenii est.)

*Abuti*, καταχρῆσθαι, nostr. *miſsbrauchen* h. e. ad aliam rem vel

magis uti quam par est. abusus dominatione. C. 76. abuti hominis v. hominum patientia. Cl. 15. Dom. 11. *abuti divitiis* et *perdere* junguntur. Ner. 30. — etiam *de homine*. his adeo se abutendum permisit et tradidit. Galb. 14. ut nos: er lieſs sich so *miſsbrauchen*.

*abusum* audentius *mendacio*. Cal. 8. h. e. audentius mendacium ad usum suum convertisse. (Ita *Cic.* de nat. D. 2, 60. „nos sagacitate canum ad nostram utilitatem *abutimur*." *Liv.* 27, 46. „*abutendum* errore hostium." Patet, his locis omnibus *abuti* non esse simpl. *uti*, sed praepos. *ab* servare vim suam amovendi, avertendi ad alienum locum.) *abuti* eum *occupationibus suis*. Ner. 42. h. e. male uti tempore, quo ipse negotiis detineatur, ad favorem populi captandum. (Ita *Plin.* ep. 7, 30, 3. „auribus meis abutuntur.")

*nomine* insulae *abutentes* T. 43. h. e. nomen insulae ad diversam significationem detorquentes. (Ita *abusio*, κατάχρησις, dicitur a rhetoribus. v. auct. ad Her. 4, 33. *Cic.* Orat. 3, 42.)

*Ac* ante vocalem Latini non ponunt, unde, ubi in libris occurrit, viri docti emendarunt in *et* v. *atque*, max. ante *etiam* (v. Oudend. ad C. 26. A. 19. 100., Burm. ad C. 26. A. 19. et 96. Cal. 3. Drakenb. ad *Liv.* 10, 36. et 41, 24. cf. *Atque* et *Atque etiam*.)

in *at* (v. Oudend. ad Cl. 12. Galb. 10. De confusione voc. *ac* et *at* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 26, 2.) in *aut* (v. Burm. ad Cal. 46.).

*ac* post *non prius* pro *quam* dictum, notat Bernecc. in ind., citato A. 16. Sed hic error est e plurimis. Ibi enim sequitur *quam*, et *ac* praecedens est i. q. *et*.

*Accedere*, appropinquare, *hinzutreten*. Tillius propius accessit. C. 82. accessisse se ad finem mortalitatis. Cl. 45. unde i. q. *se adjungere* alicui, ut: civitates, quae cunctantius sibi accesserant. Galb. 12. conatibus Galbae primus accessit. Oth. 4.

nostr. *dazukommen*. accesserunt convivae Vinicius et Silius pater. A. 71. et accesserunt majoris sollicitudinis causae. T. 12. accedentibus novis (litibus). Vesp. 10.

*c. dat.* gloriae amplior cumulus accessit. T. 17. accesserunt tantis ex Principe malis quaedam et fortuita. Ner. 39. — ut plurimum agrorum pretiis accesserit. A. 41. census, quibus quicquam incrementi accessisset. Cal. 38. (Ita *accedere* et *increscere* se excipiunt *Liv.* 44, 36.)

c. praepos. *ad*. accessit ad immensum civium amorem — externorum favor. Cal. 14. accessit ad tanta discrimina mors Vindicis. Galb. 11.

*Accessus*, aditus, πρόσοδος. accessus ad insulam. C. 53.

*Accessio*, nostr. *Anwandlung*. prima morbi accessione. Vesp. 23. v. *Cels.* 2, 12. al.

*Accendere*. accensis tota Urbe luminibus. Cal. 18.

*Accensere*. *Accensus*, apparitor magistratus, qui populum ad concionem, ad jus aliosque conventus vocabat. v. *Varro* de L. L. 5, 3. et 9. — antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. C. 20.

*Acceptus*. v. *Accipere*. — *Accersere*. v. *Arcessere*.

*Accidere*. ut ad genua ultro sibi acciderit. C. 20. prae metu ad genua sibi accidentem. Cl. 10. (*Liv.* 44, 31. „accidens genibus Praetoris.")

nostr. *vorfallen*, Gr. συμβαίνειν, ἐπέρχεσθαι. quae forte

illo ipso die paulo prius acciderant. Cal. 57. quod accidit opinione falsa. C. 33. Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse. T. 18. ex re, si qua forte recens accidisset. Rh. 1. quaedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt. Tit. 8.

*c. dat.* quod ei fere accidebat. Cl. 8. (nos: *begegnen.*) Dicitur maxime in adversam partem de *detrimento* vel ipsa *morte* per εὐφημισμόν, ut Gr. συμβαίνειν, nostr. *begegnen*, *zustoſsen.* si quid his accidisset. A. 101. si quid sibi accideret. Cal. 3. si quid sibi per tempestates accideret. Cal. 23. si cui quid per tempestates accidisset. Cl. 18. perinde obliterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset. Cal. 10. aliis quoque jam Principibus similia accidisse. Ner. 42. (si quid mihi *fatale contigerit. Spartian.* 4. v. Casaub. si quid ei *evenisset.* ibid.)

*accidit, ut.* acciderat autem, ut. C. 28. cf. A. 43. T. 14. forte accidit, ut. T. 75. Ner. 45. (nos: *es traf ſich.*)

*Accipere.* Omnino, quicquid *datur*, *editur*, *redditur*, *traditur*, id vicissim *accipitur*, ut adeo *accipere* aeque ac cognata *capere*, *excipere*, *recipere* saepissime sit i. q. *sumere*, *dari sibi sinere* v. *jubere*, *pati*, *cognoscere*, *intelligere*, et quae aliae significationes ex addito nomine veniunt. Ita dicitur: accipere consulatum. A. 10. (nempe *datum* a Senatu et populo, ne quis praeferat alteram lectionem: *susceperant.* v. Oudend.) pontificatum. Tit. 9. triumphalia ornamenta, sacerdotium. Vesp. 4. provinciam. Vit. 12. coll. C. 22. ubi: Galliam accepit. legiones a Rep. C. 24. pecunias. C. 11. et 54. (et hoc quidem loco est: *dari sibi jussit.*) congiarium. A. 41. 42. Rh. 5. denarios. A. 67. sestertia centena in annum. Gr. 17. tesseras. A. 40. frumentum. C. 41. legata. T. 15. (v. *referre.*) — *accipere aliquid muneri.* Ner. 66. Galb. 10.

acc. feminam in matrimonium. A. 62. Cl. 26. Ner. 35.

i. q. παθεῖν alicunde *illatum*, ut nos: *bekommen.* vulnus. C. 82. clades, ignominias. A. 23. iujurias. Gr. 9.

Urbem, quam latericiam accepisset (quasi *traditam* a majoribus.) A. 29.

rationem a se omnium factorum acciperet. Cl. 43. (Oppon. rationem *reddere.*)

accepto nuncio. Oth. 12. unde *audire*, *cognoscere.* ut horam quoque partus acceperit. A. 94. (nos: *vernehmen.*) circa religiones talem accepimus. A. 90. sequentes — Cneos accepimus. Ner. 1.

i. q. *capere*, *intelligere*, *interpretari* (nos: *nehmen*, *annehmen*, *aufnehmen*). populus *accepit in* contumeliam ejus versum (pronunciatum s. *editum* in scena) A. 68. *pro dicto accepit*, quod visu suspicabatur. C. 33. ostentum — solus *pro* laetissimo *accepit.* Galb. 4. et c.

*quasi.* quae omnia, *quasi* ab impatientibus remediorum — fingerentur, *volebat accipi.* T. 59.

*aliquem epulis*, Gr. δέχεσθαι. Principem coena. Oth. 4. quo lautius nomine ejus invitati acciperentur. Cal. 55.

*accipe iratum* (sc. Jovem) Cal. 58. ubi tamen vulg. *accipe ratum* sc. omen v. n.

*Acceptus* pr. qui lubenter ab aliquo accipitur, ut nostr. *angenehm* a v. *annehmen*, unde *carus.* ex acceptissimis libertis. A. 67. aliquanto Neroni acceptior. Vit. 4. *gratus et acceptus* in modum amici. Gr. 21.

*Accire* v. *Acciere*, (quamquam forma *Acciere* obsolevisse subinde videtur, quum uno loco *Plaut.* mil. glor. 3, 3, 60. lectio fluctuans inter *acciebo* et *accibo* incertum usum prodat, seriores autem producant et participium, ut *Virgil.* Aen. 11, 235. *imperio accitos*, et nomen, ut idem *Virgil.* 1, 677. *accitu cari genitoris*. *Sil. Ital.* 2, 392. *accitis* velox *populis* lectio incerta est.) quem Caesar ad sacrificandum acciverat. A. 94. puero, quem exsulantem — ob id ipsum acciverat. Gr. 10. carnificem acciri flagitavit. Cl. 15. accitus in curiam. C. 16. accitus et ipse per Trib. pl. in Curiam. Cl. 10. accitam in Urbem. C. 52. magistratibus ac Senatu domum accitis. A. 28. accitos Germ. liberos. A. 34. consulares in Palatium accitos. Cal. 54. accitus Capreas. Cal. 10.

*Acclamare* et *Acclamatio* de populo vel Senatu *laeta voce et honorificis nominibus* aliquem salutante, ut Gr. εὐφημεῖν et *Diodor.* 5, 49. συνευφημεῖν.

*acclamante* populo partim: *feliciter*, partim: *patruo Imperatoris*, partim: *Germanici fratri*. Cl. 7. faustis ominibus *cum acclamantium turba* prosequebatur. Cl. 27. *acclamari* etiam in Amphitheatro libenter audiit: *Domino et Dominae feliciter*. Dom. 13., unde

inter *immodicas ac novas populi acclamationes*. C. 79. inter *faustas acclamationes*. Oth. 6. et de Senatu: in Curia (Senatus Patris patr. cognomen ei detulit) neque decreto, neque *acclamatione*, sed per Valerium Messalam. A. 58. — cf. *Liv.* 34, 50. *Tac.* H. 1, 78. *Capitolin.* Maxim. 16. *Lamprid.* Al. Sev. 7. 9. Sed etiam de clamore cum *ludibrio*, *conviciis et ignominia* conjuncto.

acclamatum est postridie sequ. A. 70. T. 52. Galb. 20. eodemque sensu *acclamationes*. Senatus adeo laetatus est (eum occisum), ut repleta certatim Curia, non temperaret, quin mortuum *contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret*. Dom. 23.

De utroque genere acclamationum v. *Brisson.* de formulis p. 187. sequ. et p. 719. cf. *Cic.* ad Att. 1, 16. ad Qu. fr. 2, 1. et 2, 3.

*Accommodare*. annum *ad* cursum solis *accommodavit*. C. 40. h. e. descripsit, *ordinavit*, ut est A. 31. triginta amplius dies — *actui* rerum accommodavit h. e. dedit, destinavit. A. 32. cantata sunt quaedam, accommodata ex Pacuvii armorum judicio. C. 84. (nos: *anpassen*, *anwenden*.) *animum*, *se accommodare rei* vel *homini* i. q. dare se, tradere, dicare, nos: *sich mit einer Person oder einer Sache einlassen*, *befassen*. neque post ulli majori negotio animum accommodavit. A. 98. ne se perfusoriis assertionibus accommodarent. Dom. 8.

quod Sejano se non accommodassent. T. 48. ut hum. generi assertorem ducemque se accommodaret. Galb. 9.

*Accommodatus*, aptus, idoneus. quum non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur. Ner. 8.

*Accrescere*. ex annonae quoque caritate lucrantium accrevit invidia. Ner. 45. ubi *lucrantium* delendum videtur, et ad: *accrevit invidia* intelligendum: *Neroni*.

*Accubare* v. extenta voce *Accumbere*, ut λάβω, λάμβω al. — theatrum Tarpejo monti accubans. C. 44. *de coena*. Thrasyllum contra accubantem. A. 98. contra accumbentem. Cal. 25. ad ipsos accumbentis pedes. Vesp. 5. pleno convivio, accubantibus (h.

e. coenae adhibitis praeter alios) nonnullis urbicis negotiatoribus. C. 49. — de consuetudine Venerea. quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum. Vesp. 21. oppos. *sedere.* perraro praesidere, ceterum (h. e. *sed*) accubans spectare consuerat. Ner. 12.

*Accurate*, ἐπιμελῶς, opp. *leviter*, *negligenter*. sepeliri accuratissime imperavit. Dom. 15.

*Accurrere.* in auxilium *accucurrerunt.* Cal. 58. Al. *accurrerunt*, ut Ner. 21. militem *accurrisse* ferendae opis gratia, et Ner. 34. ad visendum interfectae cadaver *accurrisse.*

*Accusare* al. repetundarum. Dom. 8. causam dicere aliquo accusante. A. 56. accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. T. 61. prout accusaretur defendereturve. Cl. 15. Publius — Pisonem accusavit condemnavitque. Vit. 2. v. *Condemnare.*

*Accusatio.* post accusationem Dolabellae. C. 55. — plur. reorum *accusationes* defensionesque meditari. Cal. 53.

*Accusator.* neque detrahi quemquam (equitem) in transvehendo ab accusatore passus est. A. 38. exorato coram judicibus accusatore. A. 56. accusatorum denunciationes. A. 66. matronae prostratae pudicitiae, quibus *accusator publicus* deesset. T. 35. (ubi domestica coercitio propinquorum opponitur.) ut accusatori, qui causam non teneret, exsilium poena esset. Dom. 9. decreta accusatoribus praecipua praemia. T. 61. quolibet et accusatore et crimine. Dom. 12.

*Acer*, nostr. *scharf.* si quis sibi *acrius contuenti* vultum summitteret. A. 79.

*de duce* vel *judice.* inquisitor et punitor acerrimus. C. 67. ut se acrem et severum ducem ostenderet. Cal. 44. acer, vehemens, et in coercendis quidem delictis vel immodicus. Galb. 9. disciplinam acerrime exegit. T. 19. nihil prius aut acrius monuit. Dom. 9. acriter tum philosophantes. Pers. i. e. philosophi acuti. v. etiam Ern. ad *Plin.* ep. 1, 2, 4. et Lex. Graec. Rhet., ubi τὸ δριμύ v. τὴν δριμύτητα oratorum veterum explicat.

*Acidus.* recens acidumve pomum (ὀξύ v. δριμύ) succi vinosioris. A. 77. Al. *aridumve.* v. n.

*Acies*, nostr. *Schärfe. oculorum.* grandibus oculis, verum acie hebetiore. Dom. 18.

*armorum.* arripuit duos pugiones, et explorata utriusque acie. Oth. 11. tentata utriusque acie. Ner. 50.

Inde ut Gr. ἀκμή et αἰχμή et μάχη forma et significatione cohaerent, *acies* saepe

*instructus pugnatorum ordo.* instructa acies. A. 66. directa acie in litore Oceani. Cal. 46.

duces Germanorum tota acie insectatus. Cl. 1. *inclinatam aciem* solus saepe *restituit.* C. 62.

et *proelium* ipsum, prorsus ut αἰχμή. una acie — altera. A. 20. quadam acie. Tit. 4. una profligavit acie. C. 35. quum Hirtius in acie perisset. A. 11. descendenti in aciem. A. 96. quasi fugisset ex acie. Oth. 10. Pharsalica acies. C. 63. 75. Vesp. 1. Mutinensi acie. A. 12. Philippensi acie. A. 91. acie Betriacensi. Vesp. 5.

*Acerbus*, Gr. πικρός, nostr. *bitter*, *herb*, *hart*, oppon. *mitis*, nostr. *mild.*

fuit naturae acerbae (h. e. tristioris, *unfreundlich.*) Gr. 9.

modo *acerbior* parciorque, modo *remissior* ac negligentior. Galb. 14. (ubi opposita docent, *acerbiorem* esse, qui nimis astringit vincula legum, imperii, ut poma acerba palatum.) scrutatores acerbissimi. Cl. 35. acerba cavillatio. T. 57. acerbum scriptum. Cl. 3. acerbissimum acclamationum genus. Dom. 23. ubi jung. *contumeliosissimum*. acerbissima satira. Cr. 15.

*Acerbe* loqui. C. 75. proscriptionem utroque acerbius exercuit. A. 27. matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius et corrigentem. Ner. 34. libertino acerbius debitum reposcenti. Vit. 7. ne quid in novitate acerbius fieret. T. 25. dilectus acerbissime acti. Cal. 43. acerbissime Judaicus fiscus actus est. Dom. 12.

*Acerbitas*. cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat. C. 72. exegit ingenti fastidio et acerbitate aurum. Ner. 44. (ubi *fastidium* docet, modo optimos numos s. justi valoris nequedum detritos eum sumsisse, *acerbitas*, nihil eum remisisse.) *acerbitas judicis* C. 12. est, quae summam legis severitatem cupide urget sine ulla remissione.

*acerbitas et intolerantia* morum T. 51. i. q. *tristitia*; ut *tristia poma*.

*acerbitates*, aegrum gravissimis verborum ac rerum *acerbitatibus* affecit (*Kränkungen.*) Cal. 2. nostr. *Erbitterung*. deflexa omni acerbitate in Senatum. Cal. 48. et

pass. quanta se quandoque *acerbitas et infamia* maneret, prospexisse. T. 67. (*bittrer Haſs andrer.*)

*Acerra*, θυμιατήριον. minister acerram praeferens. T. 44. puer e ministris acerram tenens. Galb. 8.

*Acervus*. acervi summarum. A. 57. immensi aureorum acervi. Cal. 42.

*Acetum*. ut pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet. Cal. 37.

*Acidus* et *Acies* v. sub voc. *Acer*.

*Acinus*. cum paucis acinis uvae duracinae. A. 76. Differunt *acini* a *baccis*. v. *Plin.* 15, 24.

*Acquiescere*, i. e. quietum fieri, quietem recipere, nostr. *sich beruhigen*.

uno solatio acquiescens. Cal. 51. (Gall. *se reposer* sur qu. ch.)

c. *dat.* i. q. *vacare*, *operam dare*, unde *delectari*, ut Gr. σχολάζειν.

Graeculos, quibus vel maxime acquiescebat. T. 56. (*Xenoph.* Cyrop. 7, 5, 39. τοῖς φίλοις σχολάσαι καὶ συγγενέσθαι.) amicos elegit, quibus etiam post eum Principes — acquieverunt praecipueque sunt usi. Tit. 7. (ubi verba: *praec. sunt usi* ex glossemate addita videntur). vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat (h. e. operam dabat, ut magistro operam damus) Vit. 14. — unde: *honori acquiescere*. ut praesentes honori acquiescerent. T. 31. (operam darent, honorem administrarent. Male correxerunt: *adsuescerent*.)

*Acquirere*. nihil se tantum acquisiturum victoria. C. 60. tantum *acquirere et rapere*. Cl. 28. Gr. προσκτᾶσθαι. velletque, justi triumphi decus unde acquireret. Cl. 17. v. n. quum adultero Silio acquiri imperium credidisset. Cl. 36. (i. e. quaeri, comparari. cf. *Justin.* 3, 7. ubi: „sperantes, *acquirere se illi posse*

aut *periculum* ex invidia, aut ex suspicione proditionis *infamiam.*")

*Acroamata* de hominibus aures oblectantibus, max. symphoniacis. acroamata et histriones interponebat (coenae.) A. 74. v. n. et Ern. excurs. ad h. l. vetera quoque acroamata revocaverat. Vesp. 19. v. Schäfer. ad *Plin.* ep. 6, 31, 13. Idem *Plin.* 9, 17. ubi de variis oblectamentis coenae. *Spartian.* Adrian. 26. „in convivio tragoedias, comoedias, Atellanas, sambucas, lectores, poetas, pro re semper exhibuit." *Lamprid.* Alex. Sev. 34.

*Acta*, *Actio*, *Actor*, *Actus*, *Actuarii*, *Actitare* v. post v. *Agere.*

*Acumen* stili h. e. acies stili, quo scribebatur, ἀκμὴ τοῦ γραφίου. Rh. 5.

*Acutus.* voce acuta pronunciare, (λιγείᾳ φωνῇ) C. 55. — quis sententiis *acutior.* Cic. ad Nepot. citat. C. 55. diligenter et acute scienterque dicere aut scribere. Gr. 4. (*Acumen* est ingenii, *diligentia* curae, *scientia* eruditionis assiduitate quaesitae, unde *acute* scribere est nostrum: *geistreich*, *treffend; diligenter: mit Ordnung und Wahl; scienter: gelehrt*, *reichhaltig schreiben.*)

*Ad* omnino *propinquitatem* significat, vel in qua sumus, vel quam petimus, in quam conversi nos movemus, τὸ ἐγγὺς εἶναι vel τὸ ἐγγίζειν, itaque nunc Gr. παρά v. πρός c. dativo, nostro *bei*, nunc Gr. πρός c. accus., εἰς et ὡς, nostro *zu*, *nach* respondet.

a) Gr. πρός *c. dat.*, Germ. *bei.* navali ad Massiliam proelio. C. 68. ad Corfinium captus est. Ner. 2. ad Gallinas. Galb. 1. ad Castoris. Oth. 9. ad Capita bubula. A. 5. ad Malum punicum. Dom. 1. ad quartum lapidem. A. 94. ad fores Capitolii. ibid. ad Rubiconem flumen. C. 31. al. ignominia *ad* Orientem. Ner. 39. (quod non est i. q. *in* Oriente, sed in finibus, in regione Orientis, loco non definito.)

Ita *Plin.* ep. 2, 2. *ad* villam, ubi non solam domum, sed regionem etiam intelligit.

Ejusdem generis sunt exempla, ubi *ad* jungitur nominibus, quamvis locum non notantibus, propinquitatem tamen, quae vel in loco est, vel in tempore, prorsus ut Gr. παρά et πρός, Germ. *bei*, *um*, *auf.* Lat. etiam *apud* v. *in*, in quo tamen aliquod discrimen. ad idem tempus. Rh. 4. ad id temporis. Cl. 37. *ad praesens.* Tit. 6. ad extremum (*zuletzt* v. *auf die letzte Zeit*) C. 35. A. 19. T. 38. ad mediam noctem. Ner. 47. Dom. 16. ad horam somni. Dom. 21. ad ipsam horam. Dom. 17. *ad Kal.* Graecas pro: Kalendis (ut nos: *auf* den ersten.) A. 87. ad occasionem aurae. A. 97. ad occasionem majoris spei. T. 11. ad omnem suspicionem tempestatis. A. 90. ad primum nuncium. T. 75. ad primam famam valetudinis. Cal. 6. ad primum tumultum. Cal. 58. ad primum ictum. C. 82. ad primum statim vulnus. Dom. 17. ad omnem mentionem. A. 65. ad primum gustum. Ner. 33. ad primum gemitum. Oth. 11. *ad subita* (*bei unerwarteten Fällen.*) A. 84. ad eam speciem. Ner. 41. ad minima tonitrua — ad majora. Cal. 51. *ad summam ubertatem* vini. Dom. 7. (ubi Duker. emendatum malit: *summa ubertate*, coll. A. 42. Cl. 18. sed repugnat usus Suetonii.) *ad lucem.* C. 31. (*bei*

*Anbruch des Tageslichts*; antea *luminibus exstinctis* erraverat.) *ad lumina*. C. 37. Cal. 45. (*bei Licht*, *bei Fackelschein*.) *ad classicum*. Vit. 11. h. e. sonante classico (*mit* v. *unter* Trompetenstoſs).

b) *motum versus aliquem finem*, sive locum, sive tempus, sive aliquod consilium, denotat, ubi respondet Gr. πρός c. accus. v. ὡς, et, ubi gerundio vel partic. fut. pass. cum nomine junctum *consilium* significat, Gr. εἰς c. infinitivo. Exempla praepos. *ad* verbis participiisque ita junctae nimis sunt obvia, quam ut recensu digna videantur. Damus igitur affinia origine et sensu constructionis cum solis nominibus.

Nominibus urbium additum est *versus*, *gegen*, *nach*, ut Gall. *pour* (v. c. partir pour Paris,) Gr. ὡς. L. Antonium *ad* Perusiam secutus. T. 4. *ad* domum Bruti tetendit. C. 85. prosiluit ad flumen. C. 32. — Gr. εἰς, nostr. *nach* et *zu*. ad simulacrum h. e. similitudinem Veneris. C. 84. ad urbium speciem. Ner. 31. ad speciem h. e. splendorem. C. 67. ad opprobrium vitae. C. 59. ad miserationem et invidiam. C. 84. ad praetextum. A. 12. ad imaginem bellicam. Cl. 21. ad formam. A. 80. ad speciem coel. arcus. A. 95. ad subsidia Reip. C. 20. ad securitatem. C. 23. ad mulos et tabernacula (sc. comparanda.) A. 36. ad infamiam cujuspiam. A. 55. *ad animum* respondere. C. 46. ad remum dare servos. A. 16. stare alicui *ad cyathum et vinum* h. e. ad ministrandum vinum. C. 49. quicquid *ad donum* aderat. C. 84. (i. e. doni causa, εἰς δῶρον. v. Oudend. Sed, si melius legitur: *ad manum*, hic locus ad priorem signific. vocis *ad* pertinet. Est enim: *bei der Hand*.) —

*et ad* — *et ut*. C. 4.

Ex eadem consilii s. finis, qui petitur, notione venit, quod *ad* saepe est i. q. *secundum*, *ex*, vel simplicem ablativum nominis circumscribit. Ita: *ad hunc modum*. A. 46. ad virilem modum. Ner. 44. ad similem sententiam. C. 84. ad libidinem C. 76. i. q. ad arbitrium. C. 20. ad exemplar alicuius exigere al. A. 31.

*ad verbum* (*wörtlich*, *Wort für Wort*, αὐτολεξεί) C. 30. 55. A. 89. Rh. 1.

est *usque ad*, Germ. *bis zu*, *bis auf*. ad multam noctem permanebat. A. 78. ad tempus. C. 10. ad idem tempus. Cal. 15. Cl. 26. Tit. 6. ad certum tempus. A. 41. ad breve. T. 68. ad necem verberare. T. 60. ad necem caedi. Dom. 8. ad solum diruere. A. 72. ad terram deducere. Dom. 17. commoda ad sex mill. summam recidit. Cal. 44. omnibus ad insaniam favit. Cal. 55. *ad summam* (h. e. si ad summam redegeris, *im Ganzen*, *überhaupt*.) A. 71. Gr. 10. inde est i. q. *circiter*, Gr. ὡς, ὅσον, nos: *auf*. agrum — divisit *ad* viginti millibus civium. C. 20. ubi v. Graev. et Oudend., et a nobis notata. Gallia, quae — patet circuitu *ad* bis et tricies centum millia passuum. C. 25. ex viginti trecentisque millibus — *ad* centum quinquaginta retraxit. C. 41. (Verum injuria Graevius etiam A. 16. correxit: *ad* viginti servorum millibus manumissis, quum omnes libri conspirent in *ac* et verborum nexus id postulet.) cf. *Caes*. B. G. 1, 31. 2, 33. B. Civ. 3, 53.

*ad hoc* v. *ad haec*, ἐπὶ τούτοις, i. e. praeterea. Ner. 46. Saepe hoc corrumpitur in *adhuc*, unde Oudend. corrigit A. 25. „eosque *ad hoc* servos sequ." pro *adhuc*. Sed v. n.

Reliqua v. sub verbis, quibus *ad* jungitur.

*Adaequare*. colonias jure ac dignatione Urbi adaequavit. A. 46. ut fratri se operibus et dignatione adaequaret. Dom. 2. (*Liv.* 1, 56.)

*Adamare*. Vespasiano adamato (sc. summa expensa est.) Vesp. 22. Sunt enim ablativi, non dativi, ut Burmanno visum. v. not.

*Adaperire*. adaperta sella. A. 53. Al. *adoperta*. v. Oudend. ad l. c. et Drakenb. ad *Liv.* 25, 30. toto podio adaperto. Ner. 12. ubi in nonnullis eadem varietas.

*Adaptare*. ita essedo alveoque adaptatis. Cl. 33. galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et annexo. Oth. 12.

*Adaquare*, ad locum, ubi adaquari solebat. Galb. 7.

*Adcognoscere* s. *Accogn.* in libris saepius scriptum pro *Agnoscere*, quod vide.

*Addere*. *c. dat.* nomen epistolis. T. 26. verbis praepositiones. A. 86. his addere. Cal. 26. ut adderet clausulae. Vesp. 13. quibus perpauca a se verba addidit. C. 84. quibus et alios postea addidit (libellos). Gr. 21. numero veterum tres literas addidit. Cl. 41. adduntur his atrociora. Ner. 34.

poenae conjuratorum addendum censuit, ut sequ. Vesp. 2. Cappadociae — legiones addidit. Vesp. 8. consulatus octo veteri addidit. Vesp. 8. addidit et quartum stipendium militi. Dom. 7. toxicum pulti additum. Cl. 44. cohorti amicorum additus. Lucan.

*simpl.* addita monitione. T. 18. addito elogio. Cal. 24. addidit porticus cum bibliotheca. A. 29. coloniam deduxit, ascriptis veteranis, additisque — ditissimis primipilarium. Ner. 9. addit etiam pro argumento. Cal. 8.

*addebat* sequ. oratione recta. Cal. 33.

*c. praep. ad.* ad legiones, quas a Rep. acceperat, alias — addidit. C. 24. additis ad copias duabus legionibus. Vesp. 4. ad tres judicum decurias quartam addidit. A. 32. ubi al. *addixit*. ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Cal. 16. ad epistolas omnes horarum quoque momenta addebat. A. 50. additum ad caput legis. Cal. 40. v. Burm. ad A. 32. cf. *Adjicere*.

*c. praep. in.* Columbo victori venenum in plagam addidit h. e. affudit. Cal. 55.

*Addicere*, verbum in auctionibus usitatum (*zuerkennen, zuschlagen.*) v. Cl. Cic. et interpr. ad Galb. 15. cui amplissima praedia ex auctionibus hastae *nummo addixit*. C. 50. (cf. *Cic.* pro Rabir. Post. c. 17. v. *Salmas.* de usuris c. 15. citatus ab Ern. in Cl. Cic.) Equitem Rom. ipsum bonaque subjecit hastae, quem tamen liberto suo *addixit*. A. 24. nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertio nonagies ignoranti *addicerentur*. Cal. 39. nihil non per libertos *pretio addici* aut donari gratia passus est. Galb. 15. ubi al. *adipisci*. Contra A. 32. ubi vulg. ad tres judicum decurias quartam *addixit*, legendum: *addidit*. — Hinc

*Addictus* est quasi devinctus, obstrictus i. e. deditus. addictus mathematicae. T. 69. prasinae factioni ita *addictus et*

*deditus.* Cal. 55. his libertis uxoribusque addictus. Cl. 29. Vit. 2.

*Addiscere* nihil aliud quam simpl. *discere*, ut nos: *erlernen.* sermonem Germanicum addiscere. Cal. 47.

*Addormiscere.* quoties post cibum addormisceret. Cl. 8. ubi al. *obdormisceret*, quod praefert Oudend., cui *addormiscere* videtur ex somno rupto rursus in illum incidere. Promiscua puto, ut nostra *einschlummern* et *entschlummern.* cf. tamen *Obdormiscere.*

*Adducere.* Nunquam de rebus dicitur (ut Gall. *emmener*). v. Oudend. ad Gr. 20.

calvum moechum adducimus. C. 51. qui auxilia serius adduxerant. Cal. 44. Etiam Gr. 20. pro: puerum Romam *advectum*, sunt, quibus placeat: *adductum.*

i. q. commoveri, persuaderi. adduci tamen nequeo, quin existimem. T. 21. h. e. nulla auctoritate ab ea sententia avocari me patiar.

*Adductus* vultus i. q. severus. (*finster.*) T. 68. v. Lips. ad *Tac.* A. 14, 4. et H. 3, 7. Ita Chrysippus apud *Gell.* 14, 4. Justitiam dicit σκυθρωπήν, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσαν τὸ πρόσωπον. *Seneca* de benef. 1, 1. *frontem adducere*, et ep. 57. *vultum adducere ad tristitiam* (nos: *die Stirne hinaufziehen, runzeln*). *Horat.* Epod. 13, 7. „*obducta solvatur fronte* senectus." Itaque opponitur vultus *diffusus.* v. Oberlin. ad *Tac.* H. 3, 7., qui comparat *Ovid.* Metam. 14, 272. ex P. 4, 4, 9. *Senec.* ep. 106.

*Adeo. usque adeo* s. *usque eo.* v. *Usque. adeo quidem, ut.* T. 71. *adeo ut.* C. 24. A. 29. al.

*adeo nihil, ut* sequ. participibus victoriae *adeo nihil* extra ordinem indulsit, *ut etiam* legitima praemia non nisi sero persolverit. Vesp. 8. *adeoque nihil* — cupide appetivit, *ut* — non reticuerit. Vesp. 12. Est igitur i. q. *tantum afuit, ut* — *ut potius.* (cf. *Liv.* 3, 2. „haec dicta *adeo nihil* moverunt quemquam, *ut* legati prope violati sint." 8, 5. „*adeo non* tenuit iram, *ut* — diceret." al. v. *Horat. Tursell.* (p. 37. ed. Schwarz.) qui satis audacter aureo aevo hunc dicendi modum abjudicat, fortasse quod Ciceroni ita loqui non placuit.)

i. q. *etiam.* Gr. τοίνυν, καὶ τοίνυν. majore *adeo* favore sequ. Galb. 14.

obtinuissetque *adeo, nisi.* C. 14.

*non adeo.* nostr. *eben nicht.* non adeo fractus. A. 65. (idem, quod T. 52. *non perinde* affectus est.) orthographiam *non adeo* custodiit. A. 88. valetudo, *neque adeo* gravis Galb. 7. i. q. nec gravis quidem. *nec adeo* multi. Oth. 5. i. e. nec quidem v. neque etiam multi.

*Adequitare.* circa adequitare. A. 64. juxta adequitantem. Cal. 25.

*Adesse.* quoties adesset (sc. spectaculo.). C. 45. convivio. T. 61. quaestioni. T. 62. pugnae. Oth. 9. adesse (sc. in Senatu). A. 35. — unde i. q. *advenire*, (ut Gr. παραγίγνεσθαι, nostr. *da seyn.*) intra quintum, quam affuerat, diem. C. 35. quum serius affuisset (in Curia). A. 94. adesse hostem h. e. appropinquare (ut nos: *der Feind ist da*). Cal. 45. paucissimis his diebus regem affuturum. C. 66. eo die utique affuturum. Ner. 22. propter quem non adesset. Ner. 41. ut liberti servique bis die frequentes adessent. Galb. 4. subitus aderat. T. 33. in

ipso negotio plures affuturos. Oth. 5. nondum adesse fatalem horam. Ner. 49.

*c. dat. personae.* aegrae adesse i. q. visitare aegram. T. 51. — *in judicio.* affuit et clientibus h. e. advocatus causam clientium egit. A. 56. Opp. *deesse*, synon. *superesse*, quod vide.

quod ille *adversus* privatum *se* intemperantius *affuisset.* Cl. 38. h. e. adversario suo affuisset. animum remittenti eadem saevitia *aderat* pro simpl. *erat.* Cal. 32.

*Adhaerere,* assidue adesse. nec unquam non adhaerentes. Galb. 14. — i. q. se adjungere. obvio quoque — adhaerente. Oth. 6.

*Adhibere*, pr. *habere* i. e. *sumere* aliquem v. aliquid *ad* aliquam rem.

*adhibere aliquem coenae*, *epulis* (nos: *zur Tafel ziehen*, *zu Tische haben*) C. 73. A. 74. Cal. 25. 27. Cl. 32. Tit. 9.

inde *uti* aliquo ad al. rem, (*einen zu etwas nehmen*, *dazuziehen.*) ut litigator suus alium grammaticum adhiberet (sc. advocatum.) Gr. 22. cuidam litiganti adhibitus arbiter. Oth. 4. adhibitis Tribunis. C. 53. adhibitis principibus viris. Cl. 35. adhibito Druso filio. T. 25. adhibita publicorum sacerdotum frequentia. Vit. 11. metoposcopum a Narcisso *adhibitum*, *ut* sequ. Tit. 2. *adhibere aliquid* vetere Fetial. *praefatione adhibita.* Cl. 15. *adhibito* honoribus *modo.* A. 100. adh. modum supellectili. T. 34. adhibitus sumtibus modus. Ner. 16. nullo adhibito modo. Cal. 2. Vit. 15. nullus posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi. Ner. 37. cui instrumento distrahendo nihil non *fraudis* ac lenocinii *adhibuit.* Cal. 39. fraudem testamento adhibitam. Dom. 2. mori volentibus *vis adhibita* vivendi. T. 61. *curam* verrendis viis non *adhibitam.* Vesp. 5. magistratibus coercendis tantum curae adhibuit. Dom. 8. nullam *opem* non adhibuit. Tit. 8.

*Adhortari.* adhortantes amici. T. 24. partim minando, partim adhortando. Cl. 21.

*ad* v. *in* aliquid. loricatos ad discumbendum adhortatus est. Cal. 45. Senatum *in* ultionem sui Reique publ. adhortatus est. Ner. 41. Gr. παρακαλεῖν, παραινεῖν ἐπί et εἰς.

c. *ut*, *quo*, *ne.* ut, quae vellent, peterent, ultro adhortatus est. Tit. 8. populumque et milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam. T. 50. Dec. Bruto adhortante, ne frequentes — destitueret. C. 81.

*Adhortatio.* post multas adhortationes. A. 94.

*Adhuc*, ex *ad huc* i. e. *ad hoc* v. *ad illud usque tempus*, praesens v. praeteritum.

praetextatis adhuc. A. 56. familiariter adhuc, necdum plane inimicus. A. 69. puero adhuc. Galb. 4. Gr. 7. intactam adhuc. A. 62. adolescens adhuc. A. 20. eosque servos *adhuc* (i. e. illo tempore nondum manumissos; Oudend. corr. *ad hoc* i. e. praeterea servos, exemplisque docet, *ad hoc* crebro in libris abiisse in *adhuc* v. *adhaec*) A. 25. *tunc adhuc* Consules. A. 17. nec quicquam *adhuc* quam frementes. Cl. 10. *usque adhuc* h. e. ad hoc usque tempus. Rh. 1. Dom. 18.

domus hostilibus adhuc spoliis adornatae. Ner. 38. obseratis *adhuc* foribus; *deinde* apertis. Tit. 11.

carmina parum adhuc divulgata. Gr. 2.

i. q. *ad hoc* i. e. *praeterea*, *etiam*, max. cum compara-

tivo. ut certiorem *adhuc* indolem ostenderet. Ner. 10. (Ita tamen homines minus politos scribere, dicit *Horat. Turs.* p. 39., quibus accenset Senecam; Ciceronem ejusque aequales malle *etiam.*) amplior adhuc cumulus. T. 17.

Ceterum v. de hac particula Perizon. ad *Sanctii* Minerv. p. 724. et 725. ed. Scheid.

*Adigere*, h. e. *agere, movere aliquem* v. *aliquid ad locum vel rem.*

quidam per obscoena ferrum adegerunt. Cal. 58. ut Gr. διελαύνειν. ferrum jugulo adegit i. e. admovit. Ner. 49. quum per publicum — equos adegissent. Galb. 19. (Ita *Tac.* A. 1, 61. *vulnus Varo adactum*, et *adigere naves* Id. A. 2, 7. 11, 18. *adigere classem* Id. H. 2, 83. cf. H. 3, 47. 4, 22.)

Antonium *ad mortem adegit.* A. 17. — *in verba* Vespasiani legiones adegit. Vesp. 6. vel *cum dat. adigi sacramento*, nisi in nomen Senatus, recusarunt. Galb. 16.

*Adjicere. c. dat.* ut titulis suis adjiceretur. T. 50. alterius poenae duos filios adjecit. Vit. 14. adjiciamus vitae et hanc noctem. Oth. 11. nihil honoris mihi adjiciet Patris Patr. appellatio. T. 67. ut omnibus sacramentis adjiceretur sequ. Cal. 15. Al. inepte: *afficeretur* v. *afficerentur.* v. Burm.

c. *praep. ad.* adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam multo arrogantius factum. C. 79. adjecit epulum ad viscerationem. C. 38. ubi v. Burm. ut ad numerum sodalium Aug. extra ordinem adjiceretur. Cl. 6. cf. *Addere.* Est nostr. *beifügen.*

*simpl.* omisso dativo. Tanusius adjicit sequ. acc. et inf. C. 9. hoc quoque adjecit, ne sequ. A. 40. adjecit. Dom. 16. ut non adjiceret. A. 56. locorum appellationibus adjectis. Rh. 1. Illyrico adjecto. C. 22. *adjecit et* — nomina. A. 101. *adjecit et* clausulam. A. 99. *adjecit insuper* gladiat. munus. C. 10. i. q. his etiam adjecit. *adjecit et* fructum omnem vectigaliorum. Cal. 16. stipendio, quod adjecerat. Dom. 12.

*Adjectio.* vix unius bigae adjectione. T. 26.

*Adimere.* alicui civitatem. C. 28. benificium populi. C. 29. exercitus. C. 24. (i. e. imperium.) usum lecticarum. C. 43. Dom. 8. usum vini omnemque delicatiorem cultum. A. 65. magistratibus coercitionem in histriones (h. e. jus coercendi histriones.) A. 45. Aedilibus coercitionem popinarum. Cl. 38. al. equestrem dignitatem. Cl. 24. equum (Equiti Rom. in recognitione.) Cal. 16. nobilibus familiarum insignia. Cal. 35. Centurionibus primos pilos. Cal. 44. civitatibus — immunitates, jus metallorum ac vectigalium. T. 49. civitati publice libertatem. T. 37. v. *publice.* regna — iisdem, quibus ademerat, reddidit. A. 48. signa milit., quae M. Crasso ademerant (Parthi in bello.) A. 21. T. 9. ne cujus comiti — calamariae aut graphiariae thecae adimerentur. Cl. 35. — *ademta lenitave parte poenarum.* A. 34. nulli civium quicquam ademit. Tit. 7. ubi add. *abstinuit alieno.*

*Adipisci.* quod ut adeptus est. C. 26. adeptum se, quae concupisset. C. 22. victoriam se adepturum. A. 16. adepti ornamenta triumphalia. Cl. 17. honores adeptus est facile. A. 3. adip. civitatem. A. 40. latum clavum. Vesp. 2. imperium. Cal. 13. Ner. 20. Galb. 14. Vesp. 16. principatum Dom. 13. se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. C. 86.

i. q. ἐπιλαμβάνεσθαι, ἐπιχειρεῖν. in adipiscenda morte.

Dom. 14. h. e. quasi capessenda, consciscenda. Ita *Ovid.* Trist. 2, 92. *nullum crimen adeptus eram.* v. Oudend. ad l. c. et ad *Frontin.* 4, 5, 15., Gronov. ad *Gell.* 1, 24. ubi multi: „postquam est *mortem aptus* Plautus."

*passive.* biennio continuo post *adeptum imperium.* T. 38. (*adepto principatu Tac.* A. 1, 7.) Etiam Galb. 15. vulg. nihil non *pretio adipisci* aut donari gratia passus est, ubi melius, quod dant libri: *addici.* v. Gronov., Burm. et Oudend. ad h. l.

*Adire*, locum, hominem, rem, i. q. accedere, appropinquare, saepe i. q. *suscipere*, ut *subire.* — Alexandriam. T. 52. oppida. Cal. 3. provincias. A. 47. colonias. C. 8. campos. Vit. 10. hospitia (conclavia amicorum). Ner. 47. oraculum. T. 14. adito oraculo. Tit. 5. nec additis Urbis moenibus. T. 72. quo facilius undique Urbs adiretur (h. e. quo facilior aditus ad Urbem esset.) A. 30. delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, (h. e. aditus ad insulam uno litore esset). T. 40. temere adeuntes sc. locum. A. 6. — c. praep. *ad* est *accedere, appropinquare.* nemini *ad* reliquias rerum suarum *adire* permisit. Ner. 38.

*adire aliquem*, nos saepe: jemanden *angehen.* Consules. T. 31. adolescentes piscatores adierant. Rh. 2. aditus a legatis. Cal. 49. quia nemo exstabat, qui *adiri interpellarique* posset. T. 75. neque adiri eam (visitari) a quopiam permisit. A. 65. adeunti litigatori. Vesp. 23. non aliter adire ausus. Vit. 2. — simpl. *adeuntes* A. 53. T. 40. Cl. 38. Cal. 22.

adire i. q. *subire.* pericula. A. 16. periculum vitae. Cl. 9. peric. oculorum et vitae. Ner. 26.

periculum memoriae. A. 84. discrimen vitae. T. 6. Cal. 4.

hereditatem (nos: *antreten*). A. 8. hereditate adita. T. 6.

*Aditus* subst. in aditu theatri. C. 80. militem, positum ad custodiam aditus. Ner. 21.

*Adjudicare.* loca in Urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. A. 32.

*Adjumentum.* v. *Adjuvare*, ibidem *Adjutor* et *Adjutare.*

*Adjungere.* e duobus competitoribus — Lucceium sibi adjunxit. C. 19.

*Adjurare* (προσομνύναι.) adjuravit — oblaturum se fuisse eam. A. 31. periturum se potius, quam perditurum, adjurans. Tit. 9. adjurante hypocrita, non animadversum. Ner. 24.

*Adjuvare.* petitorem. C. 23. ut macellarios adjuvaret. Vesp. 19. in adipiscenda morte manu ejus adjutus. Dom. 14. ut vehementer adjutus sit. Ner. 57. adjuvante vulgi preces etiam statione militum. Ner. 21. adjutum putant T. Vinii suffragio. Vit. 7. adjutus aliquantum etiam casu. T. 13. adjuvantes Caesaris reditus. Cal. 41. — nec Plinii opinionem inscriptio arae quicquam adjuverit. Cal. 8. historiam — Sulpicio Flavo adjuvante, scribere aggressus est. Cl. 41. fama est, adjutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione. Ter. 2. dum mimographos adjuvat. Gr. 18.

*Adjutare* i. q. *Adjuvare. Terent.* prolog. Adelph. cit. Ter. 2.

*Adjutor.* quo praecipuo adjutore. C. 12. quem vel praecipuum adjutorem speraverat. A. 10. per legatos et adjutores suos. T. 63. adjutores imperii. Cal. 26. impetratis a Senatu decem ad-

jutoribus. A. 39. declamantium adjutor atque praeceptor. Gr. 10. si modo in scribendo adjutoribus indiguerit. Ter. 4.

*Adjutorium.* in eam rem *adjutorium* ei *fecit.* Asin. Pollio cit. Gr. 10.

*Adjumentum.* sine adjumento consiliove medicorum. T. 68.

*Admetiri.* frumentum — saepe levissimo, interdum nullo pretio viritim admensus est. A. 44.

*Administrare.* Rempublicam. A. 37. unus omnia in Rep. et ad arbitrium administravit. C. 20. res urbanas. C. 76. ad hunc modum Urbe urbanisque rebus administratis. A. 46. reliqua (bella) per legatos administravit. A. 20. duplicem curam adm., annonae et repurgandorum ergastulorum. T. 8. curam operum publicorum adm. Vit. 5. honores egregie adm. A. 3. adm. provincias T. 21. Oth. 3. Africam. Vesp. 4. proconsulatum. A. 3. triumviratum. A. 27. principatum, imperium. Cl. 25. Vit. 12. urbanos honores, proconsulatum Africae, et extraordinaria imperia severissime adm. Oth. 1. praefectura praet., nunquam ad id tempus nisi ab Equ. R. administrata. Tit. 6. procurationes quoque splendidissimas atque continuas — admin. Plin.

*Administratio.* administratione Reip. summoveri. C. 16. in administratione belli. C. 75. circa administrationem imperii. Dom. 3.

*Admiror* i. q. *miror* (ich *verwundere* mich). Aug. ap. nostr. Cl. 4. Ita etiam nostr. *Verwunderung.*

*Admiratio.* cujus rei major nostra, quam reliquorum, est admiratio. Hirt. C. 56. nonsine admiratione contuitus. A. 94. non sine magna Caerii admiratione. Ter. 2. non sine admiratione (passive, sc. hominum). Cal. 19. in admirationem formata h. e. simulans admirationem (*sich ganz verwundert stellend*). Cl. 37.

*in bonem partem*, nostrum: *Bewunderung.* quo diutius in admiratione sui detineret. Ner. 52.

*Admirabilis* moderatio et clementia. C. 75.

*Admittere* h. e. concedere, ut aliquis accedat, aditum, maxime *colloquium alicui dare* (*hinzulassen*, *zu sich lassen*, *vorlassen*, *Zutritt gestatten*, Gr. προσιέναι et προσίεσθαι. v. Schwarz. ad *Plin.* Panegyr. 47, 3.)

per simulationem colloquii propius admissus. A. 79. ne admissum qu. tunc quemquam Senatorum. A. 35. ob hoc admissus. Dom. 17. ut legatos non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. Ner. 22. admissi amici. A. 99. amicos admittebat. Vesp. 21.

*addito nomine.* promiscuis *salutationibus admittebat* et plebem. A. 52. (*Dio* 56, 41. οἴκαδε προσδέχεσθαι.) indigne ferens, nec statim se *in conspectum* Sex. Pompeji *admissum.* T. 4.

omnino *accessum permittere.* ut neminem Senatorum — *ad lecticam* suam *admiserit.* T. 27. *ad* campestres *exercitationes* suas admisit et plebem. Ner. 10. non admissis signatoribus (sc. in Curiam) T. 23. quem neque admissum a quoquam (sc. in templum) constabat. Vesp. 7. ubi est nostr. *hereinlassen.*

concionante se, admissa turba paganorum. A. 27. in thermis suis, admissa plebe, lavit. Tit. 8. subeuntem *admisit ad genua*, allevatumque dextra exosculatus est. Ner. 13. h. e. ita

admisit, ut ille in genua se demitteret, brevi et praegnante; ut dici solet, loquendi modo; nos: *er lieſs ihn vor sich auf die Kniee fallen.* (Forcellin. qui vertit: *ammettere al bacio o abbraciamento delle ginocchia*, Neronis genua intelligit, quod falsum esse, patet ex sequente: *allevatum.*)

admitti dicuntur maxime auditores, discipuli ad lectiones. Diogenes Grammaticus venientem eum, ut se audiret, non admiserat. T. 32. unum vel alterum — admittere solebat. Gr. 24.

admittere *ad honores.* C. 41. h. e. aditum ad honores permittere. adm. *in Curiam.* Ner. 15. h. e. senatoriam dignitatem concedere. *amicitias* neque facile *admisit*, et constantissime retinuit. A. 66. h. e. neminem facile ad amicitiam admisit, amicum quem fieri haud facile permisit.

*admittere* pro: *committere*; est tamen discrimen; nam *admittere* pr. est *sich erlauben.* admissam in se perfidiam. C. 75. multa secus admissa in Remp. T. 2. nihil sibi (h. e. a se) admissum. Cal. 15.

caede in theatro admissa. T. 37. v. Oudend. ad Cal. 23. ubi jure praefert cum Burm. lectionem: ex incesto, quod Augustus cum Julia filia *admisisset.* vulg. *commisisset.* Drakenb. ad *Liv.* 2, 37.

*Admissio.* quidam ex *officio admissionis* h. e. iis, quibus officium admittendi ad Principem adeuntes, nos: *vom Hofmarschallamt. Admissionales* dicuntur *Lamprid.* Sev. 4.

*Admodum*, pr. *ad modum*, quantum sufficit ad modum implendum, ubi quum sufficientia vel plenitas modi considerari potest, ubi *admodum* est *usque ad modum*, *bis zum vollen Maas*, ponitur que pro *valde*, *satis* (Gr. μάλα, μάλα δή, quod et ipsum deduco ab Ebr. מלא plenus fuit), tum intelligi, *quod ad modum accedit*, paucis vel deficientibus, vel abundantibus, unde saepissime *admodum* est *fere.* Compares nostra *ziemlich*, quod pr. est *wie viel sich ziemt*, plerumque i. q. *beinahe*, v. *beiläufig*, ut passim loquuntur, atque etiam *wohl*, quod saepe aliquid ut perfectum praedicat, modo incerte judicat, ut in dictione: *wohl hundert*, de quo dicam sub voc. *vel.* Inde autem facile fluit usus, quo *admodum* in respondendo universe affirmat, ut nostr. *ja wohl* et *eben.* Plura disputare de vi hujus vocabuli, non est hujus loci; sed paucis nostram sententiam declaravimus ob pugnas virorum doctorum, (v. *Horat. Turs.* p. 41. sequ. ed. Schwarz.) utque pateret, ex uno fonte derivari posse diversitatem usus. Nam quod Perizon. ad *Sanct.* p. 678. (ed. Scheid.) *admodum* non diversa modo, sed et *contraria* significare dicit, id, quicquid usus flexerit, prorsus fieri non potest. — Ceterum in Suetonio prima tantum significatio occurrit, ubi est *valde*, Gr. μάλα, nostr. *sehr*, *ganz*, *gar*, exigua diversitate ex adjectis.

admodum dives. C. 1. Galb. 3. Vesp. 23. adm. pauper. Gr. 20. filiam amisit admodum infantem. Ner. 35. μάλα παῖδα. admodum adolescens. Cl. 26. (pr. quum nondum summum adolescentiae gradum attigisset). epistola brevis admodum ac simplex. (*ziemlich kurz.*) C. 56. paucos admodum exosculatus. T. 10. qua re admodum exhilaratus. A. 98. quibus poetis admodum delectatus. T. 70. quae familia admodum floruit. T. 3. genus vitae civile admodum. T. 11. civilem admodum egit. T. 26.

*Admonere* est in memoriam alicui revocare, de quo non cogitat vel non cogitare videtur, amice vel leniter aliquem meminisse jubere, nostr. *erinnern*, *warnen*, *mahnen*, quod est *ahnen* s. *denken machen*.

*c. gen.* judices legum et religionis — admonebat. T. 33. quo magis et aetatis et conditionis admoneretur. Dom. 2. — c. *praepos. de.* admonitus de supplendo numero Batavorum. Cal. 43.

*c. infin.* quum praesentia ejus urbicas res egere a liberto Helio admoneretur. Ner. 23. (ubi *egere* est genitivus, τοῦ egere urbicas res sequ.) admonitus, et principum et regum se excessisse fastigium. Cal. 22. admonitus ab eo, plaustra potius, quam plostra dicenda. Vesp. 22.

sequ. *ut*, *ne*. saepius admonentis, ut caverent. C. 45. admonentem, ut assurgeret. C. 78. ut post septimum annum rediret, admonuit. T. 32. admonitum ab uxore, temporius ut discumberet. Ter. 3. admonebatque Praetores, ne paterentur. A. 89.

vel omisso *ut*. ultroque etiam admonitus est, dimitteret sequ. T. 11. Alii addunt *ut*. v. Oudend. Ita admonuit, majoribus negotiis abstineret. T. 50. ubi vulg. *quod non — abstineret*; illud quidem praeferendum, sed de hoc non tam graviter judicandum, ut Graevius et Oudend. fecerunt, ineptum et semibarbarum dicentes. Diversa notio, quae subjicitur verbo *admonere*, diversam parit constructionem; si sequitur *quod non*, *admonuit* est: eam *reprehendit*, verbis castigavit *ideo*, *ob hoc*, *quod non* sequ.; si sequitur conjunctivus addito vel omisso *ut*, *jubendi* vel adhortandi significatio verbo *admonuit* inest. Saepe damnatur, quod excusandum tamen erat.

sequ. *in* v. *ad*. multos (damnatos) *in* convivium et *ad* aleae lusum admoneri jussit. Cl. 39. h. e. vocari, invitari, ut in convivium, ad aleam venirent. Ibi vero ineptum est vulg. *admoveri*; nam capite damnatos nemo ulli rei admoverit.

sequ. *quasi* pro accus. c. inf., ut Gr. ὡς (v. *quasi*). admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur sequ.

sequ. *quemadmodum*, ubi interrogative dicitur. admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus vellet inferri. Vesp. 22. (Nos: *als ihm der Cassirer das Bedenken machte, ihn erinnerte*).

*Admonitio*. plures admonitione notavit, sed varia. A. 39. (Nos: *einem eine Erinnerung geben.*)

*Admovere*, sive de rebus, sive de hominibus dicatur, cum dativo et cum praep. *ad* construitur.

*de rebus*, *c. dat.* admotum capiti diadema. C. 79. adm. digitum scripturae. A. 80. infantes inguini ceu papillae. T. 44. admota altaribus victima. Cal. 32. ruderibus purgandis manus primus admovit. Vesp. 8.

*c. praep. ad.* Tito — pecuniam admovit ad nares. Vesp. 23.

*de hominibus*, *c. dat.* quem — contubernio admoverat h. e. in contubernium admiserat. T. 14. Cleopatrae etiam Psyllos admovit. A. 17. mori jussis — medicos admovebat. Ner. 37.

*c. praep. ad.* teneros adhuc ad curam Reip. admovit. A. 64. Marcello ad munera publica admoto. T. 10. quum ad spem successionis paulatim admoveretur. Cal. 12. admotis hostiliter

ad Urbem legionibus h. e. adductis. A. 26. Loco Cl. 39. legendum *admoneri*, quod vide.

*Adnotare* v. *Annotare.* — *Adnotum* est Gr. praef. ubi emendarunt: *annotatum est.*

*Adolescere.* rectorem solitus apponere aetate parvis, donec adolescerent. A. 48. ex ea (arbore) enata soboles adeo in paucis diebus adolevit. A. 94. — Hinc

*Adultus.* adultae aetate virgines. A. 69. adultis jam Augusti liberis. T. 10. adulto jam filio. Cl. 39.

*Adolescens* est, qui pueritiam egressus togam virilem sumsit, nondum tamen virilis aetatis et dignitatis, quam Romani ex officiis publicis aestimant. Nihil agunt, qui annos adolescentiae definire volunt, quum maturitatis togaeque tempus aeque incertum variumque sit in singulis, atque accessio ad munera civilia. Omnino autem *adolescentia* est intra annum togae virilis et vitae tricesimum, quamquam ultra etiam extenditur usus vocabuli ob diuturniorem florem aetatis. Ita Gr. νεανίας, νεανίσκος, nostr. *ein Jüngling*, *ein junger Mann.* — bella gessit — adolescens adhuc. A. 20. caput pueri vel etiam adolescentis. T. 68. (pueris aut adolescentibus nobis. *Cic.* de Orat. 1, 1.) duobus filiis adolescentibus. A. 24. adolescente me. Ner. 57. sponsas admodum adolescens duas habuit. Cl. 26. — adolescentes urbani (nos: *junge Leute* aus der Stadt). Rh. 1.

*Adolescentulus* non magis differt ab *Adolescente*, quam νεανίσκος a νεανία, (nisi forte inest, quod nos dicimus: ein *sehr*, ein *gar* junger Mensch, Mann.) v. Lex. Xenoph. sub v. νεανίσκος. adolescentulus Lucius. A. 43. adolescentuli equ. ordinis. Ner. 20. in concubitu dilecti adolescentuli. Cl. 29. a puero et ab adolescentulo (Caesare) quaedam scripta. C. 56. hunc adolescentulum (νεανίσκον ἔτι ὄντα). Vit. 12. interfuisse me adolescentulum memini. Dom. 12. me quidem adolescentulo. Gr. 4. Scipio et Laelius, qui tunc adolescentuli fuere. Ter. 4. adolescentulo (ὄντι) Chaldaei cuncta praedixerunt. Dom. 14. adolescentulum increpuit Vesp. 8. ubi praefectura data dicitur adolescentulo.

*Adolescentia*, ἥβη, ab initio virilis aetatis omnem florem vitae continet. v. etiam Lex. Xen. sub v. ἡλικία. *virili toga sumta adolescentiam omnem* spatiumque insequentis aetatis sequ. T. 7. pubertatis ac primae adolescentiae tempus. Dom. 1. per omnem fere pueritiae atque adolescentiae tempus. Cl. 2. pueritiam primamque adolescentiam. Vit. 4. a prima adolescentia. Oth. 2. i. q. initio adolescentiae. Lucan. historiam *in adolescentia* (adolescens) scribere aggressus est. Cl. 41.

*Adoperire.* adoperto capite h. e. obvoluto. Ner. 48. foribus adopertis Oth. 11. ubi alii male *adapertis.* Contra A. 53. ubi multi *adoperta sella*, legendum *adaperta.* v. *Adaperire.*

*Adoptare.* in ima cera C. Octavium etiam *in familiam nomenque* adoptavit. C. 83. (*De adoptione per testamentum* v. *Heinecc.* Ant. R. 1, 11, 18. et quos alios ad C. 83. citavi.)

adoptato in eam (familiam) materno avo. T. 3. fratre majore in Juliam familiam adoptato. Cl. 2. *adoptare*, *in nomen familiae asciscere*, et *per adoptionem familiae inserere* junguntur Cl. 39. adoptatus a noverca sua Livium nomen et Ocellae cognomen assumsit, mutato praenomine. Galb. 4. — Cajum et Lucium adoptavit domi *per assem et libram* emtos

a patre Agrippa. A. 64. (v. *Heinecc.* 1, 11, 15.) — Tiberius adoptatus ab Augusto simul cum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum adoptare. *nec quicquam postea pro patrefamilias egit*, aut jus, quod (adoptione) amiserat, ex ulla parte retinuit. T. 15. coll. A. 65. ubi: „tertium nepotem Agrippam simulque privignum Tiberium *adoptavit in Foro lege Curiata.*" Haec erat *adoptio legitima* v. pr. *arrogatio* hominis sui juris, de qua v. *Heinecc.* 1, 11, 5. sequ. cf. *Gell.* 5, 19. et Conradi exc. ad h. l. —

quum, Reip. causa adoptare se eum, *pro concione* juraverit. T. 21. h. e. in comitiis Curiatis.

ut Augustus — adoptandum Tiberio dederit (Germanicum). Cal. 4. Pisonem perduxit in castra (Galba) ac *pro concione* adoptavit. Galb. 17. (*Tac.* H. 1, 18. *imperatoria brevitate apud frequentem militum concionem* adoptatum dicit.) — latum clavum Claudius etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab Equite Rom. adoptatus esset. Cl. 24.

*Adoptio.* adoptionem avunculi stupro meritum. A. 68. P. Clodius — plebejo homini atque etiam natu minori, *in adoptionem se dedit.* T. 2. jus patrisfam., quod adoptione amiserat. T. 15. ubi voc. *adoptione* e glossemate intrusum videtur. neminem unquam *per adoptionem familiae* Claudiae *insertum.* Cl. 39. adoptionem non abnuisse. T. 21. post adoptionem. Ner. 7. adoptionis suae fautores. Ner. 35. post adoptionem statim. Oth. 6.

*Adoptivus. adoptivus* filius et *naturalis.* T. 52. *adoptivum nomen* oppon. *gentili.* Ner. 41.

*Adorare*, προσκυνεῖν. exsiluit Theogenes adoravitque eum. A. 94. se adorandum adeuntibus exhibebat. Cal. 22. L. Vitellius primus C. Caesarem *adorare ut Deum* instituit, quum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam *capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens.* Vit. 2. (v. *Plutarch.* Num. 14. Id. Quaest. Rom. p. 79. ed. Reisk., et quos citavit Pitiscus ad Vit. 2.) — exsiluit gaudio, *coelumque* adoravit. Ner. 41. *citharae* sc. *coronam* (*Xiphil.* 61, 21. τὸν στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν) adoravit. Ner. 12. ubi inepte al. *citharam.* — *aquilas et signa Rom. Caesarumque imagines* adoravit (Artabanus.) Cal. 14. i. q. Vit. 2. *venerari* legionum signa.

*Adoriri.* an in Sacra via vel in aditu theatri adorirentur. C. 80. ut sacrificantem adoriretur. Cl. 13. conspirasse, ut principio anni Senatum adorirentur. C. 9. saucium ac repugnantem adorti. Dom. 17.

*Adornare* pr. ornatum adjicere, κόσμον προστιθέναι, inde pro simpl. *ornare*, ut Gr. ἐπικοσμεῖν. ut monumentis Urbem adornarent. A. 29. aedes opulentissimis donis adornavit. A. 30. domus hostilibus adhuc spoliis adornatae. Ner. 38. cubicula tabellis ac sigillis adornavit. T. 43. truncatis arboribus et in modum tropaeorum adornatis. Cal. 45. (nos: *aufschmücken*). in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam. Ner. 12. Pyxis enim adornata fuit, non *barba*, ut ridicule est in ind. Bernecc.

*Adornate.* declamabat — modo splendide atque *adornate* — tum circumcise et *sordide et tantummodo trivialibus verbis.* Rh. 6. ubi interpretatio vocabuli est in ipsa oppositorum ratione.

*Adscendere, Adsciscere, Adscribere, Adspergere, Adspicere* v. sub

*Ascendere*, *Asciscere*, *Ascribere*, *Aspergere*, *Aspicere*. — *Adserere*, *Adsuescere* sub *Asserere*, *Assuescere*. Ex hoc more etiam pro

*Adstare* in editione exhibitum mallem *Astare*, ut Romanos pronunciasse, inde fere scripsisse, persuasum habeo. Nam si qui in sermone originem verborum et compositionem magis secuti sunt, paucissimi sane fuerunt, quod ex varietate lectionis in omnibus fere locis, ubi tales voces occurrunt, intelligitur, ex sueto dicendi usu orta. (v. praefat.) Major inconstantia fuit in scribendo, ut fieri solet, dum lingua in vivorum ore versatur, unde, quum Romani ipsi non unam legem servaverint, nobis optimorum librorum auctoritas in singulis sequenda est, quae quum in forma *Adstare* magis consentiat (v. Oudend. ad Galb. 10.), nimia fere religione eam recepi. —

ex comparatione adstantis alicujus procerioris. A. 79. Titum, qui tunc *prope adstabat*. Tit. 2. a quodam nano, adstante mensae. T. 61. salutandi sui causa *pro foribus* adstantem. T. 32. Oth. 3. Senatu adstante. T. 17. adstante nobili puero. Galb. 10. adstante phonasco. Ner. 25. adstante lictore. T. 72. jura reddenti gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite adstitit. Vit. 9. Gr. ἐπέστη.

*Advehere*, accidit, ut navis nunciaretur pulverem advexisse. Ner. 45.

*advehi*. Apollinem — advectum Syracusis. T. 74. navem, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus. Cl. 20. Liburnicam, qua advecta erat. Ner. 34. puerum Romam advectum putant. Gr. 20. si quando quid invisitatum — advectum esset. A. 43.

*Advenire*. oppida, quamquam — advenienti portas patefacerent. C. 54. advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Hasdrubalem. T. 2. advenientem exercitus libens excepit. Vit. 7. advenientes ab Urbe. A. 99. qui officii causa in Urbem advenerant. Cal. 22. qui tunc ultro inopinatus advenerat. Oth. 4. sicut vestitus advenerat. Cl. 9. quoties *aliquo* adveniret. Cal. 4. neque adveniens, neque proficiscens. Ner. 37. ac statim *advenere* literae. Vesp. 7. pro: *allatae sunt*.

*Advena*. ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias manerent. C. 39.

*Adventus*. quum exspectatio adventus Jubae terribilis esset. C. 66. dum adventus sui spem facit. T. 51. adventus ejus non perinde gratus fuit. Galb. 13. adventu suo (*bei* seiner Ankunft.) A. 92.

*Adventicius*. coena data ei adventicia a fratre. Vit. 13.

*Adversus*, oppositus, contra positus, ἀντικείμενος, ἐναντίος. Opp. *aversus*, cum quo saepe permutatur. Ita C. 82. edidi: *aversum vulnerat*, quum vulg. legatur *adversum*, quod etiam Oudend. defendit. v. not. Ner. 48. recepi correctionem: *ad aversum villae parietem*, ubi omnes libri: *adversum*. v. not. Denique eadem varietas est A. 75. ubi aeque legendum: *aversas tabularum picturas*, non *adversas*.

Sed *adverso* fulgure pavefactus est Nero. Ner. 48. (ein Blitz, der *vor ihm* niederschlug.) Sic

*ex adverso* est *contra*, nostr. *gegen über*. bina castra ex adverso constituta erant. C. 39. Gr. ἐκ τοῦ ἐναντίου. assidebat

juxtim vel ex adverso. T. 33. *ex adverso* trajicere *pectus*. Cal. 58. Oppon. *a tergo cervicem* percutere. — Ita pars hostium opposita (*die Gegenpartei*)

*pars adversa*. Cassius partis adversae. C. 63. unum partis adversae. C. 75. ubi Oudend. delenda videtur vox *unum*. plerosque partis adversae. Dom. 10. dux adversarum partium. Vit. 18.

inde *adversus* omnino i. q. *contrarius. widrig, unglücklich*. adversa tempestas. C. 58. adversae tempestates. T. 11. adversum omen. Vit. 8. adversus rumor. Tit. 6. adversissima auspicia. Oth. 8. adversum proelium. C. 68. adversus casus. C. 25. adversa valetudo. Cal. 14.

*adversa* i. q. *tristia*, inde substantive i. q. *mala*, *calamitates*. periculosa et adversa sacrificanti. A. 96. et sibi *adversa* et Galbae *prospera* ominantium. Ner. 48. inter *adversa temporum* et delatores erant. Tit. 8. in his tot adversis. ibid.

*Adversus*, praepositionem dixeris vel adverbium (v. Perizon. ad *Sanct.* p. 208. sequ. ed. Scheid.), proprie ipsum est participium, de quo proxime, quod paulatim flecti desiit. Initio masculinis addidisse videntur *adversus*, reliquis *adversum*, τοὐναντίον; mox hoc etiam discrimen cessavit, ipsumque *ex adverso* in adverbium abiit *exadversum*, quod frequens est apud comicos. — Est autem i. q. *contra*. bellum gessit adversus Antonium sequ. A. 9. si quid adversus te liberius dixero. T. 29. quaedam adversus sententias suas decerni. T. 31. adversus omnis aevi hominum genus grassatus est. Cal. 34. se adversus libertos ipsorum jus dicturum. Cl. 25. turbul. leges adversus collegarum intercessionem ferenti. C. 16. adversus incendia excubias — commentus est. A. 30. adversus convicia — firmus ac patiens. T. 28. odium adversus necessitudines in Druso primum fr. detexit. T. 50. insidiarum adversus se consciae. Cal. 24. turbae faventi adversus studium suum. Cal. 30. adversus barbaros minacissimus. Cal. 51. adversus falsarios tunc primum repertum. Ner. 17. adversus patris voluntatem. Vesp. 4. quem adversus auspicia legesque gessisse existimabatur. Ner. 2. antidotum adversus Caesarem. Cal. 29.

*Adversari*, adversum, contrarium esse, ἐναντιοῦσθαι. adversante optimatium factione. C. 11. adversante conatibus suis M. Antonio. A. 10. verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem, repraesentantes *adversantibus* h. e. *resistentibus*. Vit. 10. adversantibus ventis. Plin.

*Adversarius* (Gegner) in Republica et in bello, in judicio et foro, in quovis certamine artis vel armorum. invitis et gementibus adversariis. C. 22. adversariis negantibus, ullam se de Rep. facturos pactionem. C. 30. ut occulti adversarii detegerentur. A. 15. quo facilius consilia adversariorum exquireret. A. 69.

*in certamine artis*. quanta adversariorum aemulatione. Ner. 23. Paridem occisum, quasi gravem adversarium. Ner. 54.

*in pugna belloque*. Nemorensi regi — validiorem adversarium subornavit. Cal. 35.

Pharsalica acie caesos profligatosque adversarios prospiciens. C. 30. in adversariorum devenit potestatem. C. 36. innu-

merae adversariorum copiae. C. 68. irrumpentibus adversariis. Dom. 1.

*in judicio.* alius interpellatus ab adversariis de propria lite. Cl. 15. soloecismus ab adversario factus. Gr. 22.

*Adulari.* miri in adulando ingenii. Vit. 2.

*Adulator.* per adulatores Imperatoris Vitellii. Vit. 1. ubi oppon. *obtrectatores.*

*Adulatio.* mentitum per adulationem. Cal. 8. respondente eo per adulationem. Cal. 28.

indecoras adulationes repressit. A. 53. (ubi *adulationes* sunt inferiorum, *blanditiae* aequalium. v. Casaub.) adulationes adeo aversatus est. T. 27.

*Adulter.* in P. Clodium, Pompejae uxoris suae adulterum — testis citatus. C. 74.

fem. *Adultera.* sorores — condemnavit quasi adulteras. Cal. 24.

*Adulterium.* in deprecanda graviore adulterii poena. A. 5. v. n. lex Julia Augusti de adulteriis. A. 34. (v. *Heinecc.* Ant. R. 4, 18, 51., Lips. exc. ad *Tac.* A. 4, 42., Gesner. ad *Plin.* ep. 6, 31, 6.) Julia ob libidines et adulteria damnata. T. 11. adulteria exercere. A. 69. adulteria obire. Cal. 11. corruptelis adulteriisque famosus. Cl. 16. occidit (Octaviam) sub crimine adulteriorum. Ner. 35. uxori crimen adulterii intendere. Dom. 8. adulteriorum reus. Ner. 5. adulterii ream condemnare. Cl. 43. impudicitiae et adulteriorum flagrare infamia. C. 52. per adulterii consuetudinem procreatus. Cl. 1.

*Adulterare.* adulteratam opinatus a P. Clodio. C. 6. ob adulteratam Equitis Rom. uxorem. C. 48. compertum adulterare matronas. A. 67.

*Adultus.* v. *Adolescere.*

*Advocare.* advocata concione. Cl. 22.

*Advocatus* i. q. causidicus. orta inter advocatos levi contentione. Cl. 15. advocatis eorum negavit. Cl. 25. ut vix ab advocatis excitaretur. Cl. 33.

*Advocatio.* in advocatione quadam (h. e. in causa quadam agenda; sequitur enim: *nam interdum et causas agebat.*) Gr. 22.

*Advolare.* repente aquila adolavit. Vit. 9. hi in auxilium advolaverunt. Gr. 20.

*Aedes.* Sing. i. q. templum. Veneris Genetricis. C. 78. Martis. Cal. 44. Cl. 13. 33. Martis Ultoris. A. 21. 29. Saturni. A. 29. Oth. 6. Jovis Capitolini. A. 26. 91. Tonantis Jovis in Capitolio. A. 29. 91. Jovis Olympii. A. 60. Dianae. A. 29. Concordiae. T. 20. Vit. 15. Pollucis et Castoris s. geminorum fratrum. C. 10. T. 20. Cal. 22. Vestae. T. 50. Ner. 19. Telluris. Gr. 15. Serapidis. Vesp. 7. Herculis Musarum. A. 29. D. Julii. A. 100. Caesarum. Galb. 1. aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis. C. 84. geminis fratribus aedes in Foro constituta. C. 10. vicina aedes. A. 97. novam excitavit aedem in Capitolio Custodi Jovi. Dom. 5. quum sacrificaret intra aedem publicam. Galb. 8.

Ubi de templis pluralis *aedes* dicitur, additur fere *sacrae* v. *divinae* s. *Deorum*, ad discrimen a domibus humanis. aedes *sacras* refecit. A. 30. in aedium *sacrarum* maxima. A. 100. *Deorum* aedes refectae. Cal. 21. arserunt *Deorum* aedes. Ner. 38. — apud *superiores aedes* Cl. 21. h. e. in superiore parte aedium

s. templi, ubi minime inducenda mutatio Lipsii: *superiorem aedem.* v. n.

*aedes* plur. i. q. *domus.* habitavit — modicis aedibus. C. 46. aedibus modicis Hortensianis, et neque laxitate, neque cultu conspicuis. A. 72. modicis contentus aedibus. T. 11. sordidis aedibus. Tit. 1. inquilinos privatarum aedium. Ner. 44. quo vilius aedes in Urbe conduceret. T. 35. stetit in vestibulo aedium. Cal. 42. simulacrum in parte aedium consecratum. Galb. 4. ne inter simulacra Deorum (sc. in templis), sed inter ornamenta aedium (privatarum) ponerentur sc. statuae suae. T. 26. Menecraten — triumphalium virorum patrimoniis aedibusque donavit. Ner. 30.

*Aedificium.* aedificiorum prolapsiones. A. 30. formam aedificiorum Urbis novam excogitavit. Ner. 16. offensus deformitate veterum aedificiorum. Ner. 38. ruina aedificiorum praeclusa via. Oth. 8.

*Aedificare.* formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus. C. 31. vacuas areas occupare et aedificare (*bebauen.*) Vesp. 8. — simpl. non in alia re tamen damnosior, quam in aedificando. Ner. 31.

*Aedilis.* Caesar Aedilis de regno cogitasse dicitur. C. 9. magnifica opera exstruit. C. 10. *Aedilium numerus* a Caesare ampliatus. C. 41. v. n. Aug. negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro circave, nisi positis lacernis, togatum consistere. A. 40. dato Aedilibus *negotio, popinas ganeasque — inhibendi.* T. 34. coll. Cl. 38. (v. not.), ubi *coercitio popinarum Aedilibus a Claudio rursus ademta* dicitur.

Domitius Aedilis Censorem L. Plancum via sibi decedere cogit. Ner. 4. Vespasianum Aedilem C. Caesar, succensens *curam verrendis viis non adhibitam,* luto jubet oppleri. Vesp. 5.

auctor Tribunis pl. fuit (Domit.), Aedilem sordidum repetundarum accusandi. Dom. 8.

*Aediles plebis.* comitia Aedilium plebis. C. 76.

*Aedilitas.* aedilitatem inire. C. 9. collega patris sui in aedilitate. A. 27. Senatorem — relegavit, quod in aedilitate inquilinos praediorum suorum, contra vetitum cocta vendentes, multasset, villicumque intervenientem flagellasset. Cl. 38. aedilitatis ac mox praeturae candidatus. Vesp. 2. quum aedilitate in patria (Novariae) fungeretur. Rh. 6.

*Aedituus,* custos aedis sacrae. ardente templo apud aedituum clam pernoctavit. Dom. 1. velut aedituus soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset. A. 5.

*Aeger* i. q. Aegrotus. aeger ac latens C. 74. ubi al. *aegre,* sed v. n. coll. C. 1. quamquam invalidus atque aeger. A. 13. aeger in domo Maecenatis cubabat. A. 72. de Drusi filia aegra. A. 99. quicquid aegrorum in civitate esset. T. 11. (ubi mox: jussique sunt omnes aegri in publicam porticum deferri, ac per *valetudinum* genera disponi.) lectica quondam introlatus aeger. T. 30. neque aegrae adesse curavit. T. 51. etiam aegrum Germanicum gravissimis acerbitatibus affecit. Cal. 2. depugnaturos se pro salute aegri. Cal. 14. (ubi praecessit: ut *in adversam valetudinem* incidit.) heredem — aeger instituit. Cal. 24. quasi pro aegro adhuc vota suscepta sunt. Cl. 45. neque aegrum quemquam visitavit. Cl. 35. quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset. Vit. 14. quum quidam *aegra et affecta* man-

cipia in insulam Aesculapii taedio medendi exponerent. Cl. 25. sinisteriore *brachio* velut *aegro* lanis fasciisque obvoluto. Dom. 17.

*Aegre* i. q. *vix*. *aegre* in libris est pro: *aeger*. C. 74. v. supra. aegre post multas et supplices preces — restituit. C. 69. plebs aegre repulsa. C. 85. aegre, ne profundo mergeret, exoratus. Cal. 16. aegre retenta in officio. Galb. 10. canalem absolvit aegre. Cl. 20. aegre perlegit. Cl. 44. aegre procedente carpento. T. 2. (ut nostr. *mit Mühe*, Gall. *à peine*.) aegerrime effugit. A. 16.

*aegre ferre* aliquid, inde, ubi tota sententia annectitur, sequ. acc. c. infin., βαρέως, χαλεπῶς ἔχειν v. φέρειν. aegre ferens, Neronem recessisse. Lucan.

*Aemulari*. quos unice miratus est et aemulatus. Pers. Gr. ζηλοῦν.

*Aemulatio*, imitatio, aequandi v. superandi alterius studium, ζῆλος, μίμησις.

*c. gen.* aemulatione Xerxis. Cal. 19. quanta adversariorum aemulatione. Ner. 23. non minus aemulatione vocis, quae illi jucundior suppetebat. Ner. 33.

*c. praep. cum.* aemulationis cum Cajo Lucioque suspicionem. T. 11. (ad vitandum duplicem genitivum.)

*simpl.* deposita simultate, quam in id tempus ex aemulatione non obscure gerebat. Vesp. 6.

*Aemulus*, ζηλωτής. M. Favonius, ille Catonis aemulus. A. 13. quasi Britannici aemulum. Ner. 6. omnium aemulus, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Ner. 53.

*Aeneus* i. q. *Aheneus*, pr. quadrisyllabum (v. *Aenobarbus*) pronunciatione trisyllabum fieri coepit. non esse mirandum, quod aeneam barbam haberet. Ner. 2. simulacrum aeneum Deae. Galb. 4.

*Aenatores* i. q. tubicines. C. 31. ubi Oudend. monet, apud aurei aevi scriptores non reperiri.

*Aequus*, pr. *planus*, unde *commodus*. neque loco, neque tempore aequo h. e. commodo. C. 35. (Nostra etiam lingua olim *gleich* dixit ut *gerade*, *recht*.) — Omnino respondet nostro *gleich*, ut in:

*examine aequo*. (de statera.) Vesp. 25. heredes *aequis partibus* reliquit. T. 76. (*zu gleichen Theilen*.) *partes* sibi *aequas* potentiae vindicantem. T. 50.

*ex aequo*, Gr. ἐξ ἴσου. mutua cum Graeculis officia usurpans, prope ex aequo. T. 11. h. e. tanquam in eodem gradu constitutus (nos: *wie gleich und gleich*.) Plura exempla v. apud Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 83. 6.

*aequo animo* h. e. tranquillo, non turbato, nos: *gleichmüthig*, *ruhig*. anulum quoque aequo animo detracturum sibi. C. 33. quo aequiore animo Germanicus celerem successionem opperiretur. T. 25. aequiore animo recedebat. Ner. 23. ut ne rivalem quidem Neronem aequo tulerit animo. Oth. 3. se in judiciis et interrogari et refelli, aequissimo animo patiebatur. A. 56. Opp. *commotus*, *asper*.

i. q. *facilis*, *benignus*. o dominum aequum et bonum. A. 53. bonos et aequos et faventes vos habui dominos. T. 29. aequus judex. Cl. 15. quo vobis aequum possit videri. T. 24. (nostr. *billig*.)

*Aeque*, pariter, (nostr. *gleichfalls*, *eben so*). disticho, jactato aeque a militibus. C. 51. recepit et morum regimen aeque

perpetuum. A. 27. (praecesserat: tribuniciam potestatem perpetuam recepit.) cum tribus signatis *aeque* voluminibus (h. e. eodem modo, *gleich* pro: *gleichmäſsig, auf gleiche Art.*) A. 101. exstant et feminarum exempla, diversa aeque. T. 2. (non minus, quam virorum, *eben so.*) ut tamen *pari jure* essent, *quo ceteri*, legibusque judiciariis *aeque* tenerentur. A. 56. exstat alter liber aeque modicus. A. 85.

*nihil aeque ac.* ut — nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit. C. 12. — Suetonio frequentius est *nihil aeque quam.* nihil aeque elaboravit, quam ut sequ. A. 64. nihil aeque sectabatur, quam praecepta et exempla sequ. A. 89. nihil aeque postea Galbam confirmavit, quam mulae partus. Galb. 4. nihil aeque facere ad viperae morsum, quam taxi arboris succum. Cl. 16. nihil aeque, quam timidus fuit. Cl. 35. Plura ex aliis scriptoribus exempla vide apud *Horat. Tursell.* p. 50. ed. Schwarz. Adde *Plin.* ep. 2, 15, 2.

*Aequitas* i. q. Aequabilitas, συμμετρία. commoditate et aequitate membrorum. A. 79.

nostr. *Billigkeit*, ubi tribuitur cuique, quod est aequum, τὸ ἴσον. quasi aequitatem integram ostentans. Cl. 15. majestate salva, nec minus aequitate. Tit. 8. (sc. erga gladiatores et qui iis studebant, quibus injuriam fieri imperatoris judicio noluit.)

*Aequare*, h. e. aequum facere (*gleich machen* und *gleich stellen.*) campi montibus aggere aequati. Cal. 37. ut aequarentur stipendio praetorianis. T. 23. aequato honore. Ter. 5.

*c. accus.* i. q. *attingere.* aut aequavit praestantissimorum gloriam, aut excessit. C. 55.

*Aequiparare* i. q. *Aequare.* soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verum et obtegeret. A. 94. quia Apollinem cantu, Solem aurigando aequiparare existimaretur. Ner. 53. nostr. *gleich kommen.*

*Aequalis* et *Aequabilis*, illud ab adject. *aequus*, hoc a verbo *aequare* formatum.

ceteris quoque membris usque ad imos pedes *aequalis et congruens* (Gall. *bien proportionné.*) T. 68. Ita etiam *Plin.* ep. 2, 5, 11. *congruentiam aequalitatemque* conjungit.

ejusdem aetatis, ὁμῆλιξ, h. e. qui eodem tempore vivit, vel ejusdem vitae aetatis est.

Aristarchi aequalis. Gr. 2. (*Zeitgenosse.*) — condiscipulos et aequales suos. Vit. 14. ad exercitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat. Gr. 17. puero adhuc salutanti se inter aequales. Galb. 4. aequales omnes fuisse. Ter. 1. (*von gleichem Alter;* oppon. enim: *utroque majorem natu fuisse.*) v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 22, 4.

*Aequaliter* i. q. *Aeque.* reliquas aequaliter populo probavit. Ter. 2. v. Schwarz. l. c.

*Aequabilis.* mixtura aequabili vitiorum atque virtutum. Dom. 3. Al. *aequali*, quod et ipsum ferri potest; sed *aequabili* praeferendum, quoniam a verbo *aequare* ortum, comparationis ab hominibus institutae significationem magis exprimit. Prorsus rejectanea est lectio: *inaequabili*, quam Pitiscus exhibuit, deceptus fortasse loco Cl. 16. ubi: „censuram gessit *inaequabiliter*" sequ. v. Oudend. ad Cl. 16. et Dom. 3.

*Aequaevus*, ejusdem aevi. cognovit Lucanum, aequaevum auditorem Cornuti. Pers.

*Aerarium*, s. *Aerarium Saturni*, ut alias dicitur, ταμεῖον τῶν δημοσίων χρημάτων, καὶ φυλακτήριον τῶν συμβολαίων, cui aedem Saturni primus destinaverat Valerius Publicola, uti *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 112. sequ. ed. Reisk. cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 92, 1. — Gr. τὸ ταμεῖον v. ταμιεῖον, τὸ δημόσιον, τὸ κοινόν. eos quoque sicariorum numero habuit, qui proscriptione ob relata civium Rom. capita *pecunias ex aerario acceperant.* C. 11. curam aerarii a Quaestoribus urbanis ad *Praetorios Praetoresve* transtulit Augustus. A. 36. cf. *Dio* 53, 2. et 32. *Gell.* 13, 24. reddidit *Quaestoribus* Claudius. Cl. 24. Sed iterum Nero *praetura defunctos* et experientia probatos delegit. *Tac.* A. 13, 29. id quod sub sequentibus etiam Imperatoribus valuit. v. ad Cl. l. c. et Schwarz. ad *Plin.* l. c. — templum in Sicilia Veneris Erycinae ut *ex aerario populi Rom.* reficeretur, auctor fuit. Cl. 25. —

tabulas *veterum aerarii debitorum* (τὰ παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων *Dio* 53, 2.) exussit Augustus. A. 32. ad eas rei familiaris angustias decidit, ut, quum *obligatam aerario fidem* liberare non posset, *in vacuum lege praediatoria venalis pependerit sub edicto Praefectorum* (h. e. Praefectorum aerario, Praetorum vel Praetoriorum.) Cl. 9. v. n. reos, *qui ante quinquennium* proximum *apud aerarium pependissent*, universos discrimine liberavit. Dom. 9. (ubi quidem non aerarii debitores, ut prioribus locis, intelligendos puto, diuturnos debitores autem aerario etiam parte summae obstrictos, eorumque nomina ideo in aerario proscripta fuisse, patet.) Nero cavit, ut rerum actu *ab aerario* causae *ad Forum ac recuperatores* transferrentur. Ner. 17. (h. e. ut debitores aerarii non Praefectorum aerario, sed recuperatorum judicio, ut debitores privatorum, subjicerentur.) — aerarium *subsellia gratuita* in judiciis praebuit. Ner. 17. v. n.

in aerario leges, Senatusconsulta, reliqua instrumenta publica servabantur. v. *Plutarch.* loc. cit. lege jam in aes incisa et *in aerarium condita.* C. 28. ne *Senatusconsultum ad aerarium deferretur.* A. 94. —

*aerarium publicum* longe differebat a *fisco* Principis; illi Quaestores vel Praetores, (v. supra.) huic *procuratores* Principis praeerant. quantum pecuniae *in aerario et fiscis* et vectigaliorum residuis. A. 101. summa *aerarii fiscique* inopia. Vesp. 16. v. *Plin.* Paneg. 36. et Schwarz. ad hoc caput. Ita *Spartian.* Adrian. 7. „damnatorum bona in *fiscum privatum* redigi vetuit, omni summa in *aerario publico* recepta." v. Salmas. *Vulcat. Gallic.* Avid. Cass. 7. „Senatus bona ejus proscripsit, quae Antoninus in *privatum aerarium* congeri noluit, quare Senatu praecipiente in *aerarium publicum* sunt relata." v. *Fiscus.*

*aerarium militare* (*Dio* 55, 25. ταμεῖον στρατιωτικὸν dicit) Augustus cum vectigalibus novis instituit. A. 49. ubi in nota de vectigalibus huic aerario constitutis et de ejus cura exposui. cf. Lipsius ad *Tac.* A. 1, 78. et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 92, 1.

*Aerarius. Tribuni aerarii*, (*Tribunos aeris Plin.* 33, 2. dicit), tertium judicum genus de plebe praeter Senatores et Equites, institutum lege judiciaria L. Aurelii Cottae. Sustulit eos Caesar. C. 41.

*Aes.* tantundem inaurati aeris. C. 54. statuam aere collato statue-

runt. A. 59. lege jam in aes incisa. C. 28. *per aes et libram* adoptare aliquem i. q. alias *per assem et libram*. A. 64.

*aes alienum*. magnitudo aeris alieni. C. 13. Oth. 5. in auxilium aeris alieni. C. 54. summa aeris alieni. C. 42. (ubi de remedio exponitur, quod Caesar pecuniis mutuis adhibuit.) urbes aere alieno laborantes levavit. A. 47.

*Aereus*. puerilem imagunculam ejus aeream veterem. A. 7. aerearum tabularum (in Capitolio) tria millia, quae simul conflagraverant, restituenda suscepit. Vesp. 8.

*Aesculus* s. *Esculus* (illam scripturam tuentur optimi libri. v. Burm. et Oudend.) quercuum genus. Galb. 3.

*Aestas*. per aestatem. A. 16. — *Aestivus*. vernis floribus et aestivis. A. 31. aestivo tempore. Rh. 1. *aestiva castra*. Cl. 1. simpl. *aestiva*. in hiberna et aestiva. A. 49. ordinem aestivorum tuorum. T. 21.

*Aestivare* i. q. aestatem transigere. Tusculum, ubi aestivare consuerat. Galb. 4. Reatina rura, ubi aestivare quotannis solebat. Vesp. 24.

*Aestimare*, nostr. *schätzen*. quod beneficium *tanti* aestimavit. T. 48. *tam magno* aestimari honorem coenae suae. Cal. 39. (v. *Liv.* 40, 55. et 41, 20. ubi *magno aestimantibus se* cum Ernest. probat Schaefer. in Gloss. Liv.) quum magni aestimaret cantare. Ner. 21. hunc quoque — magni aestimavit servare quoquo modo. Vesp. 15. — conditionem temporum illorum etiam per haec *aestimare* quivis possit. Cal. 60. ubi melius editur *existimare*. v. Oudend. et not. Ita pro: facile est *aestimare* A. 57. scribendum *exsitimare*. Contra vitiose *aestimatur* pro *existimatur* exhibent nonnulli. A. 35. Vide de hac verborum confusione Schaefer. ad *Plin.* ep. 4, 9, 18. Occurrit in eodem Plinio ep. 4, 14, 6. l. 6, 13, 6. Paneg. 38, 4. ubi v. Schwarz. cf. *Existimare*.

*Aestimatio*, (nostr. *Abschätzung*, *Taxation*.) per aestimationem possessionum. C. 42. At A. 3. legendum: et re et *existimatione* magna fuit, non: *aestimatione*. v. *Existimatio*.

*Aestus*. neque frigora neque aestus facile tolerabat. A. 81. (ubi plur. *aestus* propter *frigora*.) deficiens aestu. Plin.

*aestus maris*. quod (pisces) aestus in proxima litora ejecit. Cal. 49.

*Aestuare*, ut *fluctuare*, pro *dubitare*. nam semper aestuabimus. Cl. 4. Ita *Plin.* ep. 9, 34. explica *aestum* meum, ubi plura exempla dedit Ernest.

*Aetas*, Gr. ἡλικία, nostr. *Alter*. aetate prima h. e. juvenis. C. 50. ab aetate prima. A. 84. Cl. 3. a principio aetatis. A. 3. (*Cic.* Leg. 1, 4, 13. „a primo tempore aetatis.") ab initio aetatis. T. 14. ab ineunte aetate. Ner. 22. (*Plin.* ep. 10, 3, 1.) ad mediam fere aetatem. Juven. *illud aetatis* h. e. illa aetate. Galb. 14. aetate nondum constanti. Galb. 4. ne progressa qu. aetate. Cl. 2. si pupillari aetate essent. A. 66. aetate parvi. A. 48. integra aetate ac valetudine. T. 10. (*bei frischen Jahren, bei kräftigem, frischem Alter*). aetate integra. Vit. 7. neque aetate integra. Cal. 25. (*nicht mehr jung.*) ob florem aetatis suae. Ter. 1. ad ultimam aetatem. Gr. 3. decessit aetatis exactae. Gr. 17. — naturae illa vitia, non aetatis esse. Ner. 26. prudentia et aetate praestantibus. Galb. 10. si cujusdam neptium suarum competeret aetas. A. 51. *in* aetate, qua sequ. (*in einem Alter, wo*). C. 7. praeter aetatem (de adolescentia.) A. 5. qua is aetate esset. A. 65. utriusque aetatem Patribus commendavit h. e. ado-

lescentiam. Cl. 46. Patris Patr. nomine recusato propter aetatem. Ner. 8. quo magis aetatis admoneretur. Dom. 2. pronior ad id genus libidinis et natura et aetate (de senectute.) T. 44.

i. q. *vita*, das Lebensalter. per omnes aetatis gradus. A. 79. deinceps per aetatis gradus. T. 5. spatium insequentis aetatis. T. 7. maxima aetatis parte. Cl. 10. sequenti aetate. Vit. 4. agens aetatis annum sequ. A. 61. judicia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur. Vesp. 10.

*abstr. pro concr.* sexum, aetatem, ordinem omnem. Cal. 4. v. *aetates. Liv.* 27, 51.

*sensu obsc.* cupide fruaris aetate tua h. e. viribus aetatis virilis et eo, quo viros se praestant. Galb. 20. (dixerat enim: ὅτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν.) cf. C. 49. „florem aetatis in Bithynia contaminatum.“ v. *Aetatula.*

*aetati indulgere.* A. 51. „aetati tuae noli in hac re indulgere“ (laſs dich nicht von deiner Jugendhitze hinreiſsen) ubi de irae fervore, ad quem adolescentia prona, sermonem esse, sequentia docent.

*aetates* i. q. tempora. insequentium aetatum Principes. A. 31. — *aet. vitae.* nisi certis personis et aetatibus. C. 43. (h. e. hominibus certi gradus v. honoris certaeque aetatis.) Ita *Vell.* 2, 89. „quo favore omnium hominum, aetatium, ordinum exceptus sit.“ al. — Genitivum *aetatium* tuetur libris exemplisque Oudend. ad A. 51.

*Aetatula.* aetatulae indulgere h. e. libidini juvenili. Cl. 16. coll. Galb. 20.

*Aeternitas.* ludis, quos pro aeternitate imperii susceptos appellari Maximos voluit. Ner. 11. erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido. Ner. 55. (nos: *Unsterblichkeit.*)

*Aevum.* adversus omnis aevi hominum genus. Cal. 34. De varietate loci v. not.

*Affari.* non affari, nisi rarissime. Cl. 5.

*Affatim*, a *fatim* h. e. ἄδδην, *satis*, *abunde.* quum affatim desaevisset. Ner. 29.

*Affectare*, *Affectatio*, *Affectus* v. post *Afficere.*

*Afferre.* nave provisa gaudium afferri. T. 14. unde i. q. nunciare, nostr. *hinterbringen.* esse, qui magnum nescio quid afferret. Dom. 16. — *vim* suae *vitae attulerunt.* Oth. 12.

*Afficere* aliquem aliqua re i. q. alicui aliquid inferre (nostr. *anthun*, *zufügen.*)

Germanos — maximis affecit *cladibus.* C. 15. Centuriones — variis *ignominiis* affecit. C. 48. al. *supplicio.* C. 4. A. 17. Cl. 26. Vit. 10. *poena.* quod nonnisi confessi afficiuntur hac poena. A. 33. quosdam — affici graviore poena prohibuit. Ner. 39. ut libertum — capitali poena affecerit. C. 48. al. supplicio capitis. Galb. 10. *cruce* h. e. supplicio crucis. Galb. 9. *exsilio* h. e. poena exsilii. T. 35. etiam aegrum Germ. gravissimis verborum ac rerum *acerbitatibus* — affecit. Cal. 2.

*affici* i. q. tangi impetu aliquo v. vi externa v. interna, itaque sentire dolorem vel corporis, morbum, vel animi, aegritudinem (nostr. *angefallen*, *angegriffen werden*, *angethan seyn.*)

jam quidem *affectum* (h. e. graviter aegrotantem), sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit. T. 21.

*affectus* febre. Vit. 14. unde junctim: *aegra et affecta* mancipia. Cl. 25.

quibus (conviciis) diversissime *afficiebatur*. T. 66. (*die Schmähungen machten verschiednen Eindruck auf ihn.*) ne mortuo quidem (h. e. ejus morte) perinde affectus est. T. 52. v. *perinde*. perinde ut *afficeretur*. Cl. 14. (h. e. animus hoc vel illo sensu moveretur.)

*Affectus* subst. parentis *affectus* unicus. Tit. 8. (*die herzliche Theilnahme eines väterlichen Gemüths*. Distinguitur a *sollicitudine Principis*.)

*Affectare* h. e. studiose petere aliquid, Gr. ὀρέγεσθαι, ἐπιθυμεῖν, inde ἐπιχειρεῖν, σπουδάζειν. infamiam affectati etiam regii nominis. C. 79. maxime tamen dicacitatem affectabat. Vesp. 23. h. e. dicteria quaerebat (*er suchte den Witz.*)

*Affectatio*. convictos in affectatione imperii. Tit. 9.

de sermone nostr.: *Gesuchtheit*, *Gezwungenheit*. affectatione et morositate nimia obscurabat stilum. T. 70. nimia priscorum verborum affectatione. Gr. 10.

*Affigere*. manus amputavit mensaeque ejus affixit. Galb. 6. imagines solo *affigi*. Dom. 23. ubi melius legitur: *affligi*. *Affligere* enim est furoris tumultuarii, *affigere* esset consulti laboris et operae. Omnino haec verba confundi solent. v. Drakenb. ad *Liv*. 41, 18., Arntzen. et Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 35, 2.

*Affines* sunt *matrimonio* alicui propinqui, unde ab aliis propinquis, cognatis, distinguuntur, Gr. κηδεσταί. per *propinquos* et *affines* suos. C. 1. (*Cic*. Off. 1, 17. „*connubia et affinitates*, ex quibus etiam *plures propinqui*.")

*Affinitas*, Gr. κῆδος, κηδεία, κηδεστία, κήδευμα, (nostr. *Schwägerschaft*, *Verschwägerung*.)

post novam affinitatem. C. 21. spe affinitatis deceptum. T. 65. promtissimus affinitatis cujusque conciliator. A. 48. *affinitate* aliqua aut *propinquitate* conjuncti distinguuntur Ner. 35. cf. Pers. ubi: *sanguine* et *affinitate* primi ordinis viris conjunctus.

*Affirmare* (*versichern*.) Octavio — idem affirmatum est a sacerdotibus. A. 94.

*sequ. accus. c. infin*. Senatui affirmavit sequ. C. 52. affirmavit ipsum esse. A. 94. quum affirmaret, se — detracturum. C. 33. affirmavit fore ut. T. 57. jussum se somnio affirmans. Cal. 57. consulenti — Sulla mathematicus, cert. necem appropinquare, affirmavit. ibid. unus affirmavit, vidisse se. Cl. 37. quem pater probatissimum sibi affirmabat. Cl. 16. affirmans, se facilius passurum sequ. A. 40. ajunt, metoposcopum — constantissime affirmasse sequ. Tit. 2.

*sequ. non*, ubi vis orationis est in negatione verbo juncta. affirmavit, *non daturum* se. A. 42.

*sequ. oratione recta*. dicitur affirmasse: verum aliquando sequ. Tit. 9.

*Affirmatio*, nostr. *Versicherung*. ex affirmatione Seleuci mathematici. Oth. 4.

*Afflare*. afflatus aura. T. 72. (nos: *er war in Luftzug gekommen*.) fulmine afflari. T. 69.

*Affligere*, destruere, evertere, perdere, pr. impellere, percutere atque ita pessumdare.

aquila duos corvos hinc et inde insectantes *afflixit et ad*

*terram dedit*. A. 96. imagines ejus coram detrahi et ibidem solo *affligi* (non *affigi*, quod vide). Dom. 23.

terrae motu afflicti. T. 8. civitates terrae motu aut incendio afflictae. Vesp. 17. Tit. 8.

neque enim temere — in amicitia ejus afflicti reperientur. A. 66. omnes amicitias et familiaritates intra breve tempus afflixit. T. 51. conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis. T. 53. ream testimonio coram afflixit. Ner. 7. *afflicti suppliciis* Christiani. Ner. 16. ubi nescio quo jure Oudend. tuetur alteram lectionem longe frigidiorem: *affecti*.

ut mater — pro afflicto statim (eum) lamentata sit. Vit. 3. (nos: *als verloren*.) ob miserationem prope afflictae domus. Cal. 13. prope afflictam nutantemque Remp. stabilire. Vesp. 8.

ne victis quidem copiis adeo afflictis. Oth. 9. (intell. de animo, nostr. *niedergeschlagen*.)

negotium afflixit. Rh. 6. de advocato i. q. causam perdidit.

*Afflictare* i. q. Affligere. gravi morbo afflictatus diu. Tit. 2. Al. *afflictus*. Ita fuerunt, qui loco *Liv*. 29, 10. „se exercitumque suum *gravi morbo affectari*" corrigerent *afflictari*. v. Drakenb.

*Affluere*, ut *Abundare*, de nimia copia. cibo affluente evomuisse omnia. Cl. 44. (nisi h. l. proprie dictum est de cibo ad fauces emergente.) — Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba. A. 35.

*Ager*. ager Campanus. C. 20. v. *Campanus*. agrum clientibus — publice accepit. T. 1. Thurinum agrum tenentes. A. 3. in agro avito. Vesp. 5. cuidam — totum agrum redemit emancipavitque. Oth. 4.

veteranis — assignavit et agros, sed non continuos. C. 38. seditiosissimum quemque — agri destinati tertia parte multavit. C. 70. quum ipse veteranos — municipalibus agris collocandos recepisset. A. 13. divisis per veteranos agris. Dom. 9. in proximis Rheno agris. A. 21. relegatus in agros. A. 24. rapti per agros viatores. A. 32. ut plurimum agrorum pretiis accesserit. A. 41. agros colere. Gr. 23. quod earum (frumentationum) fiducia cultura agrorum cessaret. A. 42. siccati agri. Cl. 20. mediterraneis agris abditus. T. 12. agri (inter missilia s. tesseras Neronis, *Anweisungen auf Ländereien*.) Ner. 11.

*Agraria* lex Julii Caesaris (de agro Campano populo dividendo.) C. 20.

*Agere*, pr. *promovendi* notionem continens, ut diversissimis nominibus, animatorum vel rerum, additur, varia est significatione, ad primam quidem illam redigenda, quam nos singulis verbis *treiben*, *führen* exprimimus, et ipsis tamen non sufficientibus. Videamus in exemplis. — qui feros tauros per spatia Circi agunt. Cl. 21. verberatum — per vicos agerent. Cal. 27. Nursinos — extorres egit oppido. A. 12. umbone obvios agens. C. 68. hostem — penitus in intimas solitudines actum. Cl. 1. — (Hoc sensu Gr. ἄγειν dicitur, e. g. in ἄγειν καὶ φέρειν et similibus.)

i. q. *adigere*. Lentulum — ad fastidium vitae ab eo actum. T. 49. agere in crucem al. Cal. 12. *triumphum agere*, ut Gr. ἐλαύνειν. C. 37. A. 22. T. 20. de aliquo. Dom. 6.

i. q. *facere*, *tractare* aliquid v. de aliqua re, unde saepius

i. q. *habere*, *gerere*, nos: *treiben*, *handeln*, *thun* v. *in Thätigkeit setzen.*

ii, qui nihil aliud egerunt. C. 55. nihil praeterea agebat. A. 45. quod nihildum a se memorabile actum esset. C. 7. diu, quid ageret, incertus. T. 11. quidnam ageret. Gr. 9. talia agentem atque meditantem. C. 44. loqui aut agere quicquam. A. 64. omnia armis agenda erunt. C. 31. acta belli. C. 37. — agat aut desistat. T. 24. *hoc age.* Cal. 58. (pr. formula in victimis solemnis. v. n.) coll. *hoc agerent* ac ferirent. Galb. 20. — hoc agamus, ne sequ. Ner. 32. — egitque aliquanto incivilius et violentius. Tit. 6. (praefecturam praet.) cuncta fato agi h. e. moveri, effici. T. 69. — agere recensum populi. C. 41. (nostr. *halten.*) A. 40. censum. A. 27. T. 21. dilectum. Cal. 43. Vit. 15. excubias. Galb. 10. pervigilium. Vit. 10. curam Urbis. Cl. 18. *conventum.* Galb. 9. *Senatum.* C. 88. (ubi al. *cogeretur*, Lips. emendavit *haberetur*, utrumque injuria, ut proxima exempla docent.) A. 35. principatum. T. 24. (i. q. *exercere.*) cf. locus Tit. 6. quod honorem cum — *ageret* (al. *gereret.*) A. 37. v. Burm.

Dicitur maxime de iis, quae in Foro vel Senatu tractantur, nostr. *verhandeln.*

ne quid ageretur in Republica. C. 19. quum obstinatius omnia agi videret. C. 29. Consul edicto praefatus, de summa se Rep. acturum. C. 28. quum de Catil. conjuratione ageretur in Curia. A. 94. ne quid de honoribus suis ageretur. Cal. 48. de majore negotio acturus in Curia. Cl. 23. actum in Senatu. T. 50. (al. *a Senatu*, male.) cf. acta res in Senatu. T. 58. Julio et Caesare actum. C. 20. nihil aliud agi sinetis. T. 28. quum de falso testamento ageretur. A. 33. solitae *agi* Nov. ac Decembri mense res. A. 32. (cf. *Actus.*) inter res *agendas* h. e. in judicio. C. 45. ubi al. *gerendas.* v. Burm. et Oudend. cetera quoque non nisi per magistratus et jure ordinario agebantur. T. 31. vetuit, de eadem re pluribus legibus agi. Tit. 8. unde causam agere. Cl. 15. Gr. 22. Rh. 6. (cf. *Actio.*) singillatim quaeque per vices agere. Ner. 15. agere *cum* aliquo (*unterhandeln.*) egit cum Tr. pl., id potius ad plebem ferrent. C. 26. de reconciliatione per amicos agenti. C. 73. epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat. T. 50. egit cum Senatu sequ. acc. c. infin. T. 54. h. e. Senatui proposuit.

Inde translata sunt: *agitur de* al. re et *actum est.* bene agi potuisse cum rebus humanis h. e. optime consultum fuisse. Ner. 28. actum de se. Ner. 43.

i. q. *vivere*, quatenus vita est in actione. hoc modo agenti. Cl. 5. quibus moribus atque fortuna domi et inter suos egerit. A. 61. provinciae — tumultuosius *inter se agebant.* Vesp. 8. Saepe ita *Tacitus.* A. 1, 68. „haud minus *inquies* Germanus spe, cupidine — *agebat.*" et Thracia *discors agebat.* A. 3, 38. al.

addito nomine, i. q. *transigere.* pueritiam primamque adolescentiam Capreis egit. Vit. 3. medium tempus — in otio secessuque egit. Vesp. 4. secretum agenti, h. e. secretam vitam agenti. T. 60. vitam otiosam in privata re agere. Cl. 35.

patrem suum ruri agere. Lucan. Quinquatrus satis jucunde egimus. A. 71. i. q. transegimus.

i. q. *agendo exprimere*, *ostendere*, nostr. *darstellen, zeigen*, unde saepius i. q. histrionis modo prae se ferre aliquid, *simulare*, nostr. *eine Rolle spielen*, ut saepe verbo *machen* utimur.

mimum. C. 39. Ner. 4. tragoediam. Cal. 57. cantici reliquam partem retulerunt spectatores, ac saepius versu repetito *egerunt* h. e. gestibus expresserunt. Galb. 13. obnoxium et trepidum egit. T. 12. (ubi male alii addunt *se*. v. Burm. nos: *er machte*, *er spielte den Demüthigen*.) civilem admodum inter initia ac paulo minus quam privatum egit. T. 26. (ubi item addunt *se*.) non Principem, sed ministrum egit. Cl. 29. (v. not. de eadem varietate.) Contra non impugnandum *se* in phrasi: qui se pro Equitibus Rom. agerent Cl. 25. h. e. *ut* Equites Rom. vel simpliciter Equ. Rom. Discrimen orationis non animadvertit Ernestius. v. ad Cl. 29. neque ex eo destitit, participem atque etiam tutorem imperii agere. Tit. 6. (quem unum locum in eadem sententia librarii non depravarunt.) (cf. *Tac.* A. 1, 4. „annis, quibus — *exulem egerit*." Contra H. 3, 2. recte: „quanto *ferocius* ante *se* egerint.").

*agere annum* est esse in aliquo anno, non absolvisse, quasi vivendo transigere (nos: *in einem Jahre stehen*). C. 1. 12. A. 8. 61. cf. *Gerere*.

*agere gratias* est quasi versari in testanda alicui gratia, ut nostr. *abstatten*. mortuo gratias egit laudesque congessit. Tit. 11. c. *praep. pro*. quum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret. Vesp. 8. — sequ. *quod*. egit et gratias ei, *quod* sequ. Vesp. 2.

simpl. agenti Senatui gratias. Ner. 10. — post *quum*. quod quum evenisset, Senatus gratias ei per primores viros egit. C. 16.

i. q. *exigere*, pecunias, vectigalia (nostr. *eintreiben*, *beitreiben*.) acerbissime Judaicus fiscus actus est. Dom. 12. publicum quadragesimae in Asia egit. Vesp. 1. ubi *publicum* non est *publicanum*, ut etiam Bernecc. inepte in indice, sed τὸ δημόσιον sc. τέλος, vectigal. v. n. cf. *Actor*.

*Agitare* plerumque, ut assolent frequentativa, i. q. *Agere*.

quadrigas — agitaverunt nobilissimi juvenes. C. 39. unde *Agitator* i. q. Auriga. agitatori Eutycho. Cal. 55. prasinum agitatorem. Ner. 22.

i. q. *habere*, nostr. *halten*. convivia agitavit et ampla et assidua. Cl. 32.

*agitare* i. q. *vivere*. Ter. 1. 5.

i. q. secum agere pr. cogitationem huc et illuc movere. varia agitavit. Ner. 47. colonias Latinas, de petenda civitate agitantes. C. 8.

*Acta Senatus* h. e. commentarii publici, quibus, quicquid in Senatu actum erat, perscribebatur, ὑπομνήματα. Caesar Consul primus omnium instituit, ut *tam Senatus*, *quam populi diurna acta* confierent et publicarentur. C. 20. v. Ern. exc. ad h. l. et not. Augustus auctor fuit, ne acta Senatus publicarentur. A. 36. v. n. ut Senatus actis contineretur. A. 5. quum in actis Senatus legisset. T. 73. cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 1.

*acta publica*, *diurna*, *urbana*, *populi Romani* h. e. tabulae publicae, quas a Servio Tullio primum institutas credunt, de

nativitate, morte, matrimoniis, divortiis, adoptionibus civium Romanorum, aliisque rebus urbicis notatu memoriaque dignis. — sic in *fastos*, *actaque publica* relatum est. T. 5. *in actis*, Antii editum, invenio. Cal. 8. et ibid.: sequenda est igitur, quae sola *actorum* restat *et publici instrumenti* auctoritas. (ubi vox *actorum* cum sequ. *et* insiticium videtur, quum sufficiat: *publici instrumenti.*) Utroque loco ad acta publica provocat auctor in eruendo, de quo ambigebatur, *die* vel *loco natali.* (v. Schwarz. ad *Plin.* l. c. et Casaub. ad Anton. Phil. *Capitol.* 9. qui Gr. παιδογραφίας comparat.) quibusdam absentium maritorum nomine *repudium* ipse misit, jussitque *in acta ita referri.* Cal. 56. (v. omnino de his actis et conficiendi ea more Lips. exc. ad *Tac.* A. 5, 4. cf. Rupert. ad *Juvenal.* 2, 136.) *actis diurnis*, quod jam Burm. et Oudend. placuerat, recepi etiam Cl. 41. pro *ac diurnis.*

*acta* i. q. instituta, edicta magistratuum, postea Principum. Praetoribus de superioris anni actis referentibus. C. 23. Pompejum offensum Patribus, quod — cunctantius confirmarentur acta sua. C. 19. acta Tiberii Caesaris h. e. ὑπομνήματα Tiberii de actis suis. Dom. 29. unde *rescissa acta* eorum, qui hostes Reip. essent judicati, vel mortuorum privato odio Principum sequentium. fuerat animus conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere. C. 82. Caji acta omnia rescidit. Cl. 11. nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, *tuerique acta.* A. 10. — *jurare solebant Senatores in acta Principum* primo imperii die. (v. *Dion.* 57, 8. et ibi Fabric.) intercessit (Tiberius,) quo minus *in acta sua juraretur.* T. 26. coll. 67. ubi etiam: cavendum esse, ne se Senatus *in acta* cujusquam *obligaret.* — Reliqua v. sub v. *Agere.*

*Actio* i. q. rogatio, accusatio, sensu forensi, ut *Actor*, qui accusat aliquem, lege in eum agit. hanc actionem deposuit h. e. accusatione destitit. C. 15. iis, qui — formula excidissent, restituit actiones h. e. repetere accusationem permisit. Cl. 14.

unde *actio* est ipsa oratio ab accusatore habita. — hunc — significabat dictasse Atratino, accusatori suo, actionem. Rh. 2. solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere. Cal. 53. continuis actionibus. Ner. 15. oppon. singillatim quaeque per vices agere. v. n.

*actiones* etiam sunt orationes in Senatu habitae, ut C. 49. praetereo actiones Dolabellae et Curionis patris. v. Ernest. in Clav. Cicer. locupletissimum sub v. *actio.*

*Actitare* i. q. *agere.* causas industrie actitavit. Galb. 3.

*Actor. actor causarum* (causidicus). C. 39. — *actor mimi* i. q. histrio. Cal. 57. — *actor summarum*, exigendis, administrandis alicujus pecuniis praepositus, procurator. Dom. 11. v. n.

*Plin.* ep. 3, 19, 2. „sub eodem *procuratore* ac paene iisdem *actoribus.*“ Paneg. 36, 3. „dicitur *actori* atque etiam *procuratori* tuo“ ubi v. Schwarz. Nempe uni procuratori plures subjecti erant actores, quamquam priori tempore et in re maxime privata confusi nonnunquam videntur.

*Actus.* residua diurni actus A. 78. h. e. quae restabant ex negotiis transacti diei.

in quantulocunque actu. Cl. 30. i. q. *actione* (*bei der geringsten Thätigkeit*, *Handlung*.)

in tragico quodam actu h. e. in fabula, quam agebat Nero histrio. Ner. 74.

*actus rerum* i. q. jurisdictio, judicia. triginta amplius dies *uctui rerum* accommodavit h. e. jurisdictioni destinavit. A. 32. quum decurias rerum actu expungeret. Cl. 15. ubi *rerum actu* est pro *rerum actui*, nisi legendum *actui*, quoniam antiquam formam in Suetonio vix quaeras. Sensus: quum decurias judiciis habendis expungeret. v. n. *rerum actum* — conjunxit. Cl. 23. h. e. judicia continuis mensibus, feriis non interrupta, fieri jussit. *rerum actu*. Ner. 17. h. e. in judiciis, in jurisdictione. *Plin.* ep. 9, 25, 3. „nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit."

*Actuarii*, ταχυγράφοι. C. 55. v. Lips. ad *Tac.* A. 5, 4., Gesner. ad *Plin.* ep. 3, 5, 15.

*Agilis*. sinistra manu agiliore. T. 68.

*Agmen*, turba, quae agitur, movetur, *Zug*. densissimo et laetissimo obviorum agmine. Cal. 13. comitante praetorianorum agmine. Cal. 19. quum — inter angustias densumque agmen iter essedo faceret. Cal. 51. renunciantes *coactum agmen*. Cal. 45. (*cogere agmen* pr. ii dicuntur, qui claudunt incedens agmen, Angl. *to bring up the rear*, unde *coactum agmen* l. c. est i. q. rediisse omnes ad expeditionem missos.) — praemisso agmine. Vit. 9. (al. *agmini*.) agminis antecessores. Vit. 17. — Inde *agmen* est i. q. iter ipsum, ut nostr. *Zug*. in agmine C. 57. (*auf dem Marsche*.) in expeditione et agmine Dom. 19. (*im Feld und auf dem Marsche*.)

*Agger*. superjecto aggere terreno. Cal. 19. campi montibus aggere aequati. Cal. 37. quoad praecipitaretur ex aggere. Cal. 27. v. n.

*Aggravare*. quamquam morbo quartanae aggravante. (intransit.) C. 1. — pass. aggravata valetudine. A. 98.

*Aggredi* pr. ad aliquid faciendum accedere, unde saepe i. q. *incipere* (nos: *an etwas gehen*.) Fucinum aggressus est. Cl. 20. ipse restitutionem Capitolii aggressus. Vesp. 8. —

c. *infinitivo* h. e. accusativo verbi. caesorum reliquias — colligere sua manu et comportare primus aggressus est. Cal. 3. historiam scribere aggressus est. Cl. 41. quos historiam componere aggressos. Gr. 10. Isthmum perfodere aggressus est. Ner. 19.

unde hostili animo, vi vel insidiis, aliquem petere, ut *invadere*. Germanos primus aggressus. C. 25. aggressus est et Britannos. ibid. aggredi proelio. C. 44. vi et legibus aggredi al. A. 10. veneno. Cal. 12. Ner. 33. et ipsum et Senatum aggredi destinarant. A. 19. coenantem aggr. Oth. 6. lavantem. Dom. 17.

*Aggregare*. ne desciscentibus aggregarentur. Ner. 43. —

*Agilis*, *Agmen* v. sub *Agere*.

*Agnoscere* pr. antea visum ut eundem vel idem noscere. ceteris extra Curiam signa agnoscentibus. T. 23. quasi percussorem agnosceret. Cl. 37. latentem miles agnovit. Cl. 10. deinde agnitus. Vit. 17. — liberos ut genuinos agnoscere, (ut nostr. *anerkennen*) ideoque in gentem gentisque jura recipere. agnitum etiam ab eo (Caesarionem a Caesare). C. 52. ex nepte Julia editum infantem agnosci alique vetuit. A. 65. (ubi al. *adco-*

*gnosci.* v. Oudend.) feminam non agnoscentem filium suum. Cl. 15. (ubi aeque ac Cl. 10. eadem varietas in libris obtinet.)

*Agon.* ἀγών. Olympiae musicum agona commisit. Ner. 23. Romae Neroneum agona revocavit. Ner. 21. civitates (Graecae), apud quas musici agones edi solent. Ner. 22. nunc demum agona esse. Ner. 45.

*Agraria* lex Julii Caesaris. v. *Ager.*

*Ajo.* fecisse ludos se *ait* (ipse dicit in monumento). A. 43. autogr. epistola: coenavi, *ait* sequ. A. 71. *ut ait.* A. 86. ut ajunt. T. 62. ut ajebat. T. 19. Ner. 38. conditionem Principum miserrimam ajebat. Dom. 21. praeparatum leonem ajunt. Ner. 55. ajunt — affirmasse. Tit. 2. emtores bolum *suum ajunt.* Rh. 1. (ex formula judiciorum.)

*Ala.* Ala equitum eorumque fere sociorum respondet legioni peditum, ut praefectus alae Tribuno militum. — super exercitum veterem legionis unius duarumque alarum et cohortium trium. Galb. 10. alarum altera. ibid. additis ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem. Vesp. 4. v. *Gell.* 16, 4. cf. *Schelius* in Hygin. cit. ad A. 38. et *Lipsius* de mil. Rom. 2, 7. quibus tamen comparandus Ern. ad *Tac.* A. 4, 73. Aug. militiam auspicantibus (liberis Senatorum) non tribunatum modo legionum, sed et praefecturas alarum dedit. A. 38. binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. ibid. Claudius equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. Cl. 25. praefectus alae. T. 30. Felicem, quem cohortibus et alis — praeposuit. Cl. 28.

*Albus.* albis equis introiit. Ner. 25. v. Oudend. ad A. 94. triumphum equo albo comitatus est. Dom. 2. stragulis albis. Ner. 50. gallina alba. Galb. 1.

*Album* i. q. index, catalogus. ascribi albo (judicum.) T. 51. splendidum virum albo judicum erasit. Cl. 16. Dom. 8. album citharoedorum. Ner. 21. De *albo Senatorio* v. Lips. ad *Tac.* A. 4, 42.

*Albatus.* albati ministri i. e. albis vestibus induti, quales Principum esse solebant. Dom. 12.

*Alea.* aleae rumorem nullo modo expavit, lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa. A. 71. (prohibitus enim erat aleae lusus praeter Saturnalium dies. v. int. ad *Horat.* 3, 24, 58. et *Ovid.* Trist. 2, 472.) notatus est ut aleae indulgens. A. 70. ludit assidue aleam. ibid. in versu. ne ex lusu qu. aleae compendium spernens. Cal. 41. nunquam se prosperiore alea usum. ibid. aleam studiosissime lusit, de cujus arte librum quoque emisit. Cl. 33. aleae studium. Vit. 4. alea se oblectabat. Dom. 21. quadringenis in punctum Sestertiis aleam lusit. Ner. 30. (Dicitur autem utrumque *ludere aleam* et *alea*, unde ubique fere utraque lectio in libris. v. Burm. et Oudend. ad A. 70.) *super aleas* pro *semper alias* Vesp. 22. recepit Burm. Sed v., quae regessit Oudend.

*jacta alea esto* (al. *est*), Gr. ἐῤῥίφθω κύβος. C. 32. v. n.

*Aleatorius.* lusimus per omnes dies forumque aleatorium calfecimus. A. 71. v. *Forus.*

*Alere.* ali infantem vetuit. A. 65. alendamque et instituendam (filiam) commendavit. Cal. 25. ali coeptam. Cl. 27. equum —

magna cura aluit. C. 61. — Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse. Rh. 2.

*Alimentum.* Druso alimenta subducta. T. 54.

*Alimonia.* in alimoniam et dotem puellae. Cal. 42. Al. *Alimonium.* v. Burm. et Oud.

*Ales.* quum nutriri alitem (gallinam) placuisset. Galb. 1.

*Algere.* nisi princeps gregis algere se diceret. Cal. 58.

*Alias*, alio tempore, ἄλλοτε. c. *interdum*, ut Gr. ἄλλοτε, ἄλλοτε, ipse sibi visus est per quietem *interdum* supra nubes volitare, *alias* cum Jove dextram jungere. C. 81. — Saturnalibus et *si quando alias* libuisset. A. 75. commeatu, quanto nunquam *alias*. Cal. 43. sec. nonnullos. Melius: *antea.* v. Oudend.

i. q. *alioquin*, ἄλλως, ut nostr. *sonst.* quum incognitum *alias* haberet. A. 94. *semper alias* sui arbitrii — *tunc* sequ. T. 18. quamquam *alias* promtus et facilis. T. 71. ubi tamen optimi libri *alioqui* v. *alioquin.* v. Graev. et Oudend. — et super coenam *et semper alias.* Vesp. 22. Al. *super aleas.* Vulgatum unice verum censet Oudend. — pestilentia, quanta *non temere alias.* Tit. 8. (Ceterum *alias* et *ante* in libris permutata vide etiam *Plin.* Paneg. 48, 1. Pluribus locis utrumque servandum est, quod ita faciendum mihi videtur loco Cal. 43. cf. Glossar. Liv. sub voc. *Adverbia.*)

*Alibi*, alio loco, sequ. *quam.* *nec alibi quam* in Germania. A. 23. v. *Horat. Turs.* p. 58. ed. Schwarz.

*Alicubi*, aliquo loco. Gr. 7. *sicubi.* C. 26. Cal. 3. *necubi.* A. 46. 86.

*Alicunde*, ab aliquo loco. sicunde discederet. Cal. 4. sicunde hostis appareat. Cal. 51. Etiam A. 49. Casaub. et Graev. conjecerunt: *qui alicunde perferrent literas* pro: *qui a loco*, probatque Oudendorp. Sed *a loco* i. e. a loco rei gestae (*von Ort und Stelle aus*) praeferendum.

*Alienus*, ἀλλότριος, qui alius, diversi est hominis vel loci. (nostr. *fremd.*)

alienis quoque muneribus ac ludis. A. 45. (opp. *suis.*) alienus servus. Vesp. 11. pudicitiae *neque suae neque alienae* pepercit. Cal. 36. *alieni* testamenti scriptor. Ner. 17. qui libellos — sub *alieno* nomine edant. A. 55. in *alieno* negotio. Cl. 15. *alieni* arbitrii fuit. Cl. 2. h. e. non se ipse rexit, sed alii paruit. (Ita *Plin.* ep. 6, 14. „oportet enim omnia aut *ad alienum arbitrium, aut ad suum* facere.“ Paneg. 82, 3. „quum populi Rom. Imperator *alienum cursum alienumque rectorem*, velut capta nave, sequeretur.“) — *alienissimae hereditates.* Dom. 12. (quae nullo cognationis aliove jure ad eum pertinerent.) — epistolas — *alieno* formabat *ingenio.* Dom. 20. (ab alio scribi sibi jussit.)

*alienum*, *fremdes Gut.* abstinuit alieno, ut si quis unquam. Tit. 7. *aes alienum* v. *Aes.*

*non alienum erit* i. q. non ab re, sed hujus loci erit. C. 44. Rh. 1.

*alienus* i. q. animi diversi h. e. inimici. Cajum — alieniorem sibi sensit. T. 12. (unde *alienatio* a *Tac.* A. 2, 43. *amori* opponitur. alienus illius animus. *Cic.* ad Att. 1, 17.)

*Alienare.* unum omnino ante efflatam animam signum *alienatae mentis* ostendit. A. 99. (ἐξισταμένης, in diversum raptae, nostr. *Geistesabwesenheit.*) *Tac.* A. 2, 28. „non vultu *alienatus* h. e. mutatus. v. Gloss. Liv.

*Alienigena.* regna alienigenis (diversae gentis hominibus) contribuit. A. 48.

*Alio*, in aliam rem, in alium usum. *non alio* datam summam *quam* in emtionem Alex. mercium absumturos. A. 98.

*Alioqui* v. *Alioquin* h. e. in ceteris, alias. praelautus alioqui. Vit. 2. v. Oudend. Etiam T. 71. multi: quamquam *alioqui* promtus. v. *Alias.* — v. de hac particula Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 53, 1. et Observ. 47. p. 554.

*Aliquamdiu.* quum — aliquamdiu denegasset. C. 1. aliquamdiu jacuit. C. 82. restitit aliqu. collegis. A. 27. gestavit aliquamdiu. Ner. 6.

*Aliquando.* i. q. *interdum*, pr. aliquo tempore, quando Gr. ἔστιν ὅτε. Scheid. ad *Sanct.* Min. p. 240. compositum putat ex *aliqua endo*, ut sit: *aliqua endo hora* h. e. aliquo tempore.

aliquando nihil praeter venationem edidit. A. 43. etiam Equitibus Rom. aliquando usus est. ibid. spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat. A. 45. ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando. Pers.

*saepe — aliquando — ac modo — modo — nonnunquam — plerumque vero* se excipiunt. Cal. 52.

*si quando.* si quando quid invisitatum — advectum esset. A. 43. si quando alias libuisset. A. 75. si quando quid secreto — agere proposuisset. A. 72.

i. q. *olim*, ullo aliquo tempore, *einmal.* si quando indiguisset sui Respublica. T. 10. si quando autem de moribus meis — dubitaveritis. T. 67.

i. q. *tandem*, *endlich einmal.* aliquando ut vincat. A. 70. aliquando extractis i. e. tandem. Rh. 1.

*Aliquantus*, *Aliquantum*, nunquam paucitatem, sed multitudinem, quamvis aliquatenus restrictam, quantitatem non absolutam v. definitam, sed relativam, ut barbare loquar, significat. Ita Graeci in dictionibus: πλῆθος ὅσον, ἄφθονοι ὅσοι, nos: *ziemlich viel*, *bedeutend.* cf. Ern. ad C. 88.

aliquantum vasculorum. C. 81. aliquantum aquae. Ner. 48. Al. *aliquantulum*, crebra varietate. v. Gloss. Liv. adverb. adjutus *aliquantum* etiam casu h. e. non parum. T. 13.

*aliquanto*, πολλῷ, *um vieles*, *bei weitem.* aliquanto pauciora paria. C. 10. aliquanto deteriore conditione. C. 86. aliquanto facilius. A. 25. aliquanto severius quam ceteras. A. 34. aliquanto pluribus. A. 38. aliquanto plurium, quam nunc est, coronarum. Dom. 4. plures aliquanto necaturus. T. 62. aliquanto patientius. A. 65. aliqu. gravius. T. 7. aliqu. constantius. T. 19. aliqu. magis. T. 57. aliqu. angustiorem. Cal. 19. spem aliqu. majorem. Oth. 4. aliqu. majora moliens. Cal. 49. aliqu. manifestiora et tristiora. Galb. 18. aliqu. tristior. Tit. 10. aliqu. incivilius et violentius. Tit. 6. aliquanto prius. Vit. 1. aliqu. post, quam excessit. A. 5. aliquanto ex tempore quam a cura praestantior. T. 70.

*Aliquis.* aliqua conjectura. C. 1. existimatione aliqua. T. 57. quorum memoria aliqua exstet. Rh. 1. civili aliqua perturbatione. Vesp. 5. quodammodo pro parte aliqua. A. 46. v. n. senio vel aliqua corporis labe insignibus. A. 38. ut se aliquis — juvaret. Ner. 49. (nostr. *irgend einer*, Gr. ὁστισοῦν) iis, quae ab *aliquo* ederentur. T. 47. h. e. *ab ullo alio*, ὑφ' οὑτινοσοῦν, ut adeo non emendandum sit *alio* v. *alio quo.* v. Oudend. ad h. l. (*Tac.* A. 1, 4. *aliquid quam* pro: *aliud quid quam.* v. ibi Ernest.)

*aliqui* i. e. *nonnulli*, *quidam*, eo tamen discrimine, ut hoc definitius sit, certosque homines dicat.

tradidisse aliquos. A. 88. (nos: *manche*, *ἔστιν οἳ*.) T. 21. ut aliqui tradunt. Gr. 7. versus aliqui. Pers. seditionem — Gallicis bellis *nullam* omnino moverunt, civilibus *aliquas*. C. 69. (Germ. obsol. *etwelche*.)

*aliquid*, ut Gr. *τι* pro *μέγα τι*, (nos etiam *etwas*, e. g. in phrasi: *er hat etwas gelernt*.) ad audendum *aliquid* concitasset. C. 8. ut ad laudes — *aliquid* etiam ex urbe Herculi sacra sumeret. Cal. 8.

*aliquid* secretioris *latebrae* — desideravit h. e. ullam latebram. Ner. 48. ne quid materiae praeberet Neroni. Ner. 9. ne quid popularitatis praetermitteret. Tit. 8. officii aut humanitatis aliquid. T. 50. tributi aliquid. Cal. 40. ne quid morae interveniret. Ner. 37.

*si quis*, *si qua*, *si quid*. in tutoribus filii, si quis sibi nasceretur. C. 83. h. e. *qui forte*.

si qui arte praecellerent. Ner. 23. si quis adire vellet. Oth. 11. si quibus regna restituit. Cal. 16. succensebat, si qui sequ. Cal. 23. si quis — convinceretur. Cal. 40.

si *quem quis* repetere vellet. A. 32. si *cui quid* accidisset. Cl. 18. si *quando quid*. A. 43. 72. cf. *Aliquando*.

cohortes, *si quae* cessissent loco — pavit. A. 24. *si quae* pudore summitterent. Cal. 36.

deducto summae, *si quid* — numeratum aut perscriptum fuisset. C. 42. *si quid* scenici — vendidissent. Galb. 15. *si quid* subiti muneris injungendum esset. T. 18. (v. supra.) *si quid sibi accideret* v. *eveniret*. v. *Accidere* et *Evenire*. — *si qua* vis fieret. Cal. 48. ex veritate ac re, *si qua* forte recens accidisset. Rh. 1. — et *neutr. plur.* criminum, *si qua* — manebant. Cal. 15. *si qua* invenirentur, frusta. Ner. 49. *si qua paria* longius recessissent. Ner. 53. *si qua* cogitarentur gravius adversus se. C. 75. *si qua* custodes fefellissent. C. 43. *si qua* occultius perferenda erant. C. 56.

*ut quis* et *ne quis*. *ut non temere quis*. Tit. 6. *ut ne quo nisi* ipso herede moreretur. T. 49.

*ne qua* deportarentur, *nisi*. T. 18. *ne quid* c. gen. nominis. v. supra.

*ne quid* gestientes vota reddere morarentur. Cal. 6. h. e. ne fores *se* gestientes v. r. *quid* (h. e. aliquo modo, ut Gr. *τι*) morarentur. Longe praestantior haec lectio aliâ: *ne quid — moraretur*.

*si quem alium*, *et se* liberum esse. Cl. 40. h. e. se non minus, quam quemvis alium, *εἴ τινα ἄλλον, καὶ αὐτόν*. abstinuit alieno, *ut si quis unquam*. Tit. 7. Suspectum multis videtur *ut*, cautum criticum agit Wolfius. Equidem nihil mutandum existimo. Perpetuo more *si quis unquam* esse coepit i. q. *quivis alius*, *εἴ τις ἄλλος*, unde *si* propriam vim fere perdidit, additumque *ut*. Ita *Xen.* Anab. 2, 6, 8. libri habent *ἱκανός, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος*, quod primus mutavit Stephanus, secuti sunt reliqui editores praeter Zeunium, quem nescio an injuria Schneider. *inepte* utrumque posuisse dicat. Ceterum cf. Lex. Xenophont. sub voc. *εἰ* num. 7.

de voc. *aliquis* omisso ante *qui* v. sub voce *Qui*.

*Aliquo*, in aliquem locum. si quo pervenire mari posset. A. 82. quoties aliquo adveniret. Cal. 4.

*Aliquatenus*; ad aliquam partem. a quo inductus aliquatenus in philosophiam est. Pers.

*Aliquot*. aliquot volumina. Gr. 6.
per aliquot horas. C. 68. dies. Dom. 17.
aliquot argumentis. Cl. 46.

*Aliquoties*. ut aliquoties praedicaret. Cal. 11.

*Aliter*, alio modo. nec unquam aliter. A. 87. neque aliter evenit. A. 96. aliter appellari. A. 25. quod aliter — evasurus non fuerit. Cl. 38. quidam prius somnium aliter exponunt, quasi sequ. A. 94. id a proximis aliter exceptum. T. 11. h. e. falso, in diversum sensum intellectum. Ita Gr. ἄλλως.

*aliter atque aliter*. praeclare dicta — aliter atque aliter exponere. Rh. 1.

*non aliter quam*. nec aliter universos quam membra partesque imperii curae habuit. A. 48. ne hereditatem qu. aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. T. 15. recepit imperium, nec tamen aliter, quam ut sequ. T. 24. nurum ac nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos — loco movit. T. 64. nemine peritorum aliter conjectante, quam. A. 95.

nec ut unquam aliter, quam super eum (clavum) cingeretur. C. 45.

non aliter se daturum, quam si. A. 40. ne ad gestandum quidem unquam aliter iter ingressus, quam ut. Galb. 8. ubi vulg. temere omissum *aliter*. v. Oudend. et not. n. — quum aliter rata non haberent, quam si. Tit. 8.

*non aliter, ac*. obvio quoque *non aliter, ac si* conscius et particeps foret, adhaerente. Oth. 6.

*Alius*. *alium Neronem* et opinabantur, et praedicabant (Titum.) Tit. 7. ubi non dixerim, esse pro: *alterum*. Nam universa comparatio illud admittit, non hoc, quod geminum quasi faceret et praeter numerum fere eundem. Nos: *ein anderer, ein zweiter Nero*, non: *der zweite*, Gr. ἄλλος, non ὁ ἄλλος. (Sic *Tac*. H. 4, 73. „ne *quis alius* Ariovistus.") conjurationes compressit, *alias alio* tempore. A. 19. ceteros, *alium alia de causa*, perculit. T. 55. quum ceteros, *alium alia de causa*, improbarent. Vesp. 6. *alium alia via* — demerebatur. Oth. 4. originem *alii aliam*, et quidem diversissimam, tradunt, *partim — partim*. Vit. 1. *aliis atque aliis* causis. A. 97. i. e. novis usque causis (*eine Sache nach der andern*, *immer andere S.*) urgentibus *aliis super alios* nunciis. Ner. 41. (ut nos: *ein Bote auf den andern*, pro: *nach d. a.*) v. *Horat*. *Turs*. ed. Schwarz. p. 86. num. 27, β.

*alius alio* casu periit, *pars* naufragio, *pars* proelio; *nonnulli* semet — interemerunt. C. 89. ubi v. Oudend. (cf. *Pars*.) ut *inter alia complura* censuerint *quidam — alii — nonnulli*. A. 100. censuerunt *quidam — alii — nonnulli*. T. 17. Galb. 3. (Plura exempla dedit Schwarz. ad *Horat*. *Turs*. p. 80. sequ. Quod ille annotare solet: *minus probandum*, *non imitandum* et similia, id fere nihili est. v. etiam Hogev. ad *Viger*. p. 5.) *sunt qui putent — alii*. C. 86. T. 73. *quidam* putant — *alii*. C. 78.

ne *aliud* inveniretur (sc. quam gladius, ut ipse suspicatus fuerat.) A. 27. v. n. — quando mater — *non alia* esset, *quam* terra. C. 7. e petitoribus *non alios* adjuvare, *quam*. C. 23. ne

*ullos* adesse *alios* necesse esset, *quam*. A. 35. *non temere alii* reperientur, *quam*. Rh. 1.

*ne quem alium* sibi succedere, *quam* sororis nepotem, vellet. A. 94. ut *non aliud* jam *certius* — signum esset, *quam* sequ. Dom. 11. *non alia de causa, quam quod*. Cal. 35. *non alia magis re, quam quod*. Dom. 14. *non aliud* significare, *quam ut*. A. 94. ex omnibus decretis sibi honoribus *non aliud* aut recepit aut usurpavit libentius, quam sequ. C. 45. (ubi neque corrigendum: *non alium* sc. honorem, neque referendum illud ad sequens *jus*, sed *nihil aliud* est *nihil*, ut malunt fere Romani neutro uti ob infinitam notionem, Gr. οὐδὲν ἄλλο.) quum ille *nihil aliud* responderet, *quam* sequ. acc. c. inf. A. 98. quum sibi sciat *nil aliud* suadere, *quam* ut. Gr. 10. de quibus *nihil aliud*, *quam*, nominatos ab indice, scripserat. T. 73. ex quorum sordibus *nihil aliud quam* voluptas inimicis quaereretur. A. 32. *nihil aliud* secessu devitasse se, *quam* — suspicionem. T. 11. (cf. Hogev. ad *Viger*. p. 532. ed. Herm.) Hoc *nihil aliud* ita in ore fuit Romanis, ut omisso, quod sensu addendum erat, verbo *facere*, orationi insererent pro: *tantum*, ut nos: *nichts anders als* pro: *nur*, *allein*. (v. *Lamb. Bos*. p. 646. ed. Schäfer.) ut *nihil aliud*, *quam* per edicta *obnunciaret*. C. 20. mox *nihil aliud quam vectabatur et deambulabat*. A. 83. *nec quicquam aliud quam fleturum*. Ner. 43. (Galli addunt *faire*, ut: *ne faire que pleurer*.) *nec illum quicquam aliud quam cachinnasse*. Vesp. 5. *nihil aliud quam deambulabat*. Dom. 21. fluctuantes nec quicquam *adhuc* quam frementes. Cl. 10. (cf. *nihil amplius*.) v. I. Fr. Gronov. ad *Liv*. 4, 26. 26, 2. 31, 24. coll. 40, 50., Glossar. Liv. sub v. *Alius*, editores ad *Horat*. *Turs*. p. 88. sequ. et Perizon. ad *Sanct*. p. 821. ed. Scheid.

*alius quis*, *alius quisquam*. si cui alii. Dom. 18. si quorum aliorum probassent. Gr. 2. cf. *Aliquis*.

*quisquam alius* infans. Cal. 8.

*alius*, *quam*. quod *alium*, *quam* se — cooptassent. Ner. 2.

*Allegare*, nostr. *anführen*. quum C. Laetorius — praeter aetatem atque natales hoc quoque Patribus conscriptis allegaret. A. 5. merita erga populum Rom. allegantes. A. 47. Exempla ex Plinio collegit Schwarz. ad Paneg. 70, 1.

*Allegere*, ἐγκαταλέγειν. *patricios* allegit. C. 41. *inter* patricios allecti. Ner. 1. allectum inter patricios collaudans. Oth. 1. horum residuam stirpem ex Sab. transisse Romam, atque inter patricios allectam. Vit. 1.

peregrinis *in Senatum* allectis. C. 80. coll. A. 35. etiam Appium Caecum — libertinorum filios in Senatum allegisse. Cl. 24. honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. Vesp. 9. *alleg. judices*. judices a vicesimo aetatis anno allegit. A. 32. sc. *in decurias*, ut T. 51. instanti, ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit, alia se conditione allecturum sequ. *milites*. certum numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam allegit. A. 49.

*Allevare*, leviter extollere. etiam faciem manu allevans. Cal. 36. admisit ad genua, allevatumque dextra exosculatus est. Ner. 13.

*Allicere*. nec minore studio reges atque provincias — alliciebat. C. 28. h. e. sibi conciliabat.

*Allicefacere*. aequales suos omnibus blanditiis tantum non ad

societatem imperii allicefactos. Vit. 14. i. q. allectos, invitatos.

*Allium.* maluissem, allium oboluisses. Vesp. 8. In aliis libris scriptum est *Alium.* v. Oudend.

*Alloqui.* in alloquendo exhortandoque. C. 33. judices — reverentissime alloquebatur. Ner. 23. milites allocuturo. Galb. 18.

*Allocutio.* coacto Senatu inchoataque allocutione. T. 23. *Allocutiones.* Gr. 4. vulg. *elocutiones.*

*Allucere* v. *Allucescere.* bono animo estote, nobis alluxit. Vit. 8.

*Alludere,* προςπαίζειν, per jocum addere al. — respondit, quasi alludens. C. 22.

*Altare.* inter altaria et victimas. Cal. 13. admota altaribus victima. Cal. 32. inter altaria. Vit. 13. infuso super altaria mero. A. 94. (Erant *altaria* superorum tantum Deorum, *arae* etiam inferorum, Manium, saepe monumenta tantum sepulcralia.)

*Alter,* ὁ ἄλλος, ὁ δεύτερος, ὁ ἕτερος, nostr. *der andre.*

collegarum alterum. A. 16. alter e Cascis. C. 82. alterum e Consulibus. A. 11. pertendit ad alteram ripam. C. 32. transeuntem in alteram partem. T. 31.

altero die quam correptus est. Vit. 3.

studiosiorem partis *alterius* h. e. diversae, contrariae. T. 11.

*alter — alter.* testamentum duplex fecerat, *alterum* sua, *alterum* liberti manu. T. 76. quorum *alterum* — damnandum Senatui tradidit; *alteri* — provinciis suis interdixit. A. 66. cf. T. 42. Cal. 21. 34. Cl. 13. 29. al. pro parte *dimidia* — pro parte *altera.* C. 41.

criminari *alterum alteri.* Cal. 56.

*alteri — alteri.* neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit, *alteris* pelli se, *alteris,* non pro spe meritorum tractari querentibus. A. 13.

*unus — alter — tertius.* duplex fertur, *una — altera.* C. 55. *una* acie — *altera.* A. 20. *duas* aquilas conflixisse, victaque *altera,* supervenisse *tertiam.* Vesp. 5. *tres* consulatus gessit, *unum — alterum — tertium.* T. 26. de *tribus* voluminibus *uno — altero — tertio.* A. 101. rursus *alteris* literis — item *tertiis* literis. Cl. 4. v. *Horat. Turs.* p. 93. ed. Schwarz.

*unus et alter* saepe definito numero i. q. *duo,* ut Gr. εἷς καὶ ἕτερος, ubi duae res memorantur, quae *diversis* temporibus acciderunt.

*unum et alterum* consulares — usque eo detinuit. T. 63. ubi nota docet, qui illi fuerint. Ita:

*una alteraque* conspiratione detecta. Cal. 56. *unoque atque altero* proelio. Vesp. 4.

*unus atque alter, et mox plures* — in Rostra producti. Cl. 12. — Finitus numerus etiam est in loco:

*unum vel alterum,* vel, quum plurimos, *tres aut quatuor* — admittere solebat. Gr. 24.

*unus et alter* saepe i. q. *paucissimi,* vix plures quam duo. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 45, 1. coll. 52, 2. *uno atque altero* — frustra nominato. C. 20. (nostr. *einer und der andre.*) *vix uni atque alteri.* Galb. 14. ex quibus non alienum fuerit, *unam et alteram* exempli causa ad verbum referre. Rh. 1. (quamquam hic locus ad prius magis genus pertinet; nam duo tantum exempla referuntur.)

*unaque et altera* liberalitate locupletavit. Horat.

*alter* i. q. *alius*, ἄλλος. nec patientem sessoris *alterius*. C. 61. (*es ließs keinen zweiten*, *keinen andern aufsitzen.*) statuae Augusti caput demserat, ut *alterius* (statuae) imponeret. T. 58. statuae ejus — *alterius* collo. Ner. 45. *quendam* — *alterius*. Vit. 14. ne *cujus alterius* hieronicarum memoria — exstaret usquam. Ner. 24. (His tamen locis omnibus, patet, de duobus semper sermonem esse, quorum priori opponitur vel comparatur alter. Ita *Tac*. H. 2, 96. „tanquam apud *alterius civitatis* Senatum populumque.") quando universae sufficere solus nemo posset, nisi *cum altero* (nos: *mit einem zweiten*) vel etiam cum pluribus. T. 25.

*Alteruter*. ut alterutri vita concederetur. A. 13.

*Alternis*. ut manus ac pedes *alternis* jactaret. A. 82. *alternis diebus* declamare, *alternis* disputare. Gr. 4. (nos: *eins um das andre, einen Tag um den andern.*)

*Alternare* h. e. alternatim uti; opp. *continuare*. modo continuantes unumquodque (praenomen) per trinas personas, modo alternantes per singulas. Ner. 1.

*Altercatio*. triduo per irritas altercationes absumto. C. 23. in altercatione. C. 71. Horat. in altercatione et jurgio. T. 2. ob immodicas altercationes. A. 54. altercationibus insolentissimis. Vesp. 18.

*Altus*. in altissima turri. A. 94.

altiora jam meditans. C. 26. altiora studia percepit. Gr. 21. Ita *altissima eruditio Plin*. ep. 4, 30, 2. *altus pudor* Paneg. 47, 6.

*alte*. ut paulo altius repetam. Ner. 2. elato alte malleo. Cal. 32.

*altissime*. quum altissime evolasset (aquila.) A. 94.

*Altitudo*. praeruptis immensae altitudinis rupibus. T. 40.

*Altiusculus*. calciamentis altiusculis. A. 73.

*Alumnus*. libertini — incertum filius an alumnus. Juven. — *alumnus*, blanda appellatio. Cal. 13.

*Alumna*. non cessavit *filiam et alumnam* — praedicare. Cl. 39.

*Alveus*. alveum Tiberis laxavit ac repurgavit. A. 30. cura alvei Tiberis. A. 37.

alveus aleatorius i. q. forus aleat., tabula lusoria. Cl. 33.

*Alvus*. dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. A. 80. causam valetudinis contraxit ex profluvio alvi. A. 97. alvo repente usque ad defectionem soluta. Vesp. 24.

*Amabilis*. pueri facie et garrulitate amabiles. A. 83. amabilis pueritia. Cal. 8.

*Amator*. puri sermonis. Ter. 5. — *Amatorium* medicamentum, φίλτρον. Cal. 50.

*Amanuensis* i. q. a manu servus. Ner. 44. Tit. 3.

*Amarus*. *amare* i. q. *acerbe*, πικρῶς. Antonii epistolae, singulorum nomina amarissime enumerantis. A. 70. amarissime congestis etiam probris. T. 54.

*Ambigere*, pr. animum inter duas partes agere, ἀμφισβητεῖν.

acta res in Senatu, et quia ambigebatur, per tormenta quaesita est. T. 58.

*ambigitur* i. q. incertum est, non constat, in utramque partem judicatur. cur aut unde traxerit (cognomen), ambigitur. Galb. 3.

*Ambiguus*, incertus. loca in Urbe publica juris ambigui

h. e. quorum possessio sub lite erat. A. 32. haud ambiguum summi imperii signum. Galb. 8.

i. q. *anceps*, *zweideutig*. mandata ad complures dedisse ambigua. T. 12. ambigui joci versiculus. Cal. 27. tituli obscuri et ambigui. A. 75.

*Ambire* (verbum quartae conjugationis, unde *Ambitio*, sed *Ambitus* ab antiqua forma *Ambeo*, unde etiam apud poetas imperf. *ambibam*, nisi hoc ex mera contractione ortum) est pr. *cingere*. circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambiit. A. 95.

et a more circumeundi ad suffragia expetenda studiose aliquid quaerere, φιλοτιμεῖσθαι, σπουδάζειν. *ambienti*, ut legibus solveretur. C. 18. quum ambirent multi, ne filias in sortem darent. A. 31.

*Ambitio*, φιλοτιμία, pr. honoris studium, inde studium quodvis, cupiditas cum contentione, maxime cupiditas gratiae captandae. quod *per ambitionem* data esset (civitas) h. e. ad conciliandos illorum hominum animos. C. 28. coronas quam parcissime et *sine ambitione* tribuit h. e. non favoris comparandi gratia, sine cupiditate. A. 25. posse *per ambitionem* quandoque restitui h. e. in gratiam vulgi. A. 42. *ambitione* tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret h. e. laudis cupiditate. T. 21. nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omisso. Oth. 4. h. e. nullis blanditiis, quibus favorem acquireret. magisteria sacerdotii — *ambitione* et licitatione maxima — comparabant. Cal. 22. h. e. cupiditate. — de injuriis, quas professores negligentia et *ambitione* parentum acciperent. Gr. 9. ubi nihil aliud, quam: studio liberis placendi, e quo fonte etiam *negligentia* venit. — Unde

*Ambitiosus*, i. q. favoris populi studiosior. ut *salubrem* magis quam *ambitiosum* Principem scires. A. 42. *ambitiosae* sententiae. Dom. 8. sunt, quae ex placendi alicui parti studio prodierant (nostr. *parteiisch*.) ambitiosius id existimans, quam majestas sua postularet. A. 25. h. e. ob favoris cupiditatem indecentius (nost. *zu erniedrigend*.) cf. Ern. ad *Tac.* H. 2, 49., Graev. et Korte ad *Cic.* ep. 3, 7.

*Ambitus* i. q. circuitus (*Umweg*, *Umkreis*.) per omnem terrarum et coeli ambitum. A. 94. per ambitum lacus discurrens. Cl. 21. — *ambitus verborum* i. q. ambages (*Umschreibung*.) T. 71. i. q. illegitima honorum petitio. ambitus condemnari. C. 9. de ambitu cond. C. 41. lex Aug. de ambitu. A. 34. multiplici poena coercito ambitu. A. 40.

*Ambo.* donec ambo — summoverentur. C. 16. ambos opera ejus occisos. A. 11. amisit ambos. A. 65. qui ambo. T. 3. Consules vidit, et quidem eodem ambos totoque anno. Vit. 3. in amborum amicitia. Hor. amborum reliquias. T. 54.

*Ambubajae*, mulieres Syrae vilissimae sortis. v. Casaub. ad Ner. 27. et interpr. ad *Horat.* Sat. 1, 2, 1. Nomen Syriacum putant. Quid si Latinum statuamus ab *ambubajare*, vulgari voce pro circumferre? Nihil saltem decernendum in tanta communis idiomatis ignorantia. — inter scortorum totius urbis ambubajarumque ministeria. Ner. 27.

*Ambulare.* a quo simul ambulante. A. 67. qui saepe inter duos Consules ambulabat h. e. primo loco. Cl. 28. pedibus per Urbem non temere ambulavit. Dom. 19.

*Ambulationes* (*Spaziergänge*, *Promenaden.*) circumjectasque silvas et ambulationes — publicarat. A. 100.
*Amburere*, ex parte v. partem urere. ut Liviae pars vestis et capilli amburerentur. T. 6. theatr. quod ambustum restituerat. Cl. 21.
*Amens*, ἔκφρων. in dies amentior. A. 65. amenti similis. Cl. 15.
*Amethystinus* color, inter purpureum et violaceum. ejus usus a Nerone interdictus. Ner. 32.
*Amicire*. et calciabat ipse sese et amiciebat. Vesp. 21. amiciebaturque quotidie veste (statua). Cal. 22. purpurea amictus toga. Dom. 4.
*Amicus* adj. amicissimi et ornatissimi viri. C. 1.

*subst.* rex Aegypti *socius atque amicus* a Senatu appellatus. C. 11. *reges amici atque socii.* A. 60. Inde a Caesaris tempore, qui cinxerat se multitudine virorum ob fidem vel virtutem bellicam sibi probatorum, *amici Principum* dicti sunt, quos *aulicos* appellamus, muneribus aulicis insignes, vel singulari Imperatoris favore potentes, vel ad splendorem comites. Ita amici Caesaris memorantur C. 70. 72. 79. Augusti. A. 16. 17. 35. 56. 66. al., et *cohors amicorum* (*der Hofstaat*, *die Suite des Fürsten*) Cal. 19. Ner. 5. Galb. 7. Lucan.; quod nomen ipsum arguit, primos, Caesarem et Augustum, ex bello armorumque vi ad principatum pervenisse, eorumque aulam admodum similem fuisse ei, quam nos nuper vidimus Romano exemplo institutam. Ceterum cf. Ernest. excurs. XV. ad Sueton. Addimus loca: *super veteres amicos ac familiares* viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut *consiliarios* in negotiis publicis. T. 55.

codicillis *jucundissimos et omnium horarum amicos* professus. T. 42. paterni amici. Dom. 2. oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione. Dom. 14. Vide adhuc T. 24. Cal. 18. 25. 45. 58. Ner. 6. 47. Vesp. 21. Tit. 7. classis non *amicorum*, sed *gratorum*. T. 46. v. *Gratus*. Reliqua sub diversis vocabulis, quibus juncta est vox, quaere.

*Amica*. i. q. pellex. Cl. 16. Ner. 3. Oth. 3. — *Amicula*. uxoris vel amiculae. Cal. 33.

*Amicitia*. ad *amicitiam suam populique Rom.* ultro per legatos petendam. A. 21. coll. loco: Artabanus — amicitiam ejus ultro petiit. Cal. 14. — amicitia et societas Sen. pop. R. Cl. 25. — promtissimus cujusque *amicitiae fautor* (nam haec jungenda, ut *affinitatis conciliator*). A. 48. ut *amicitiam* ei more majorum *renunciaret*. Cal. 3. v. Lips. exc. ad *Tac.* A. 2, 70. non mediocrem locum in amborum amicitia tenuit. Horat. *amicitiam ingerere*. ibid.

*Amicitiae* (nostr. *freundschaftliche Verbindungen.*) amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit. A. 66. — omnes *amicitias et familiaritates* — intra breve tempus afflixit. T. 51. i. q. *amicos*, abstr. pro concr., ut *matrimonia* pro *uxoribus*. C. 51.
*Amita*, soror patris. C. 8. Ner. 6. 7. 34. Pers.
*Amittere*. *patrem*. C. 1. A. 8. Ner. 6. *matrem*, *filiam*, *nepotem*. C. 26. matrem. A. 61. filiam. Ner. 35. fratrem. T. 7. Cajum et Lucium — amisit ambos. A. 65. utramque (uxorem ac filiam) adhuc privatus amisit. Vesp. 3. posteriorem (sponsam) ex valetudine amisit. Cl. 26. amissa Junia ex partu. Cal. 12. amissa uxore Lepida. Galb. 5. quod egregium civem Hecto-

rem amisissent. T. 52. — *classem* — *exercitum* amiserunt. C. 36. classium, quas tempestatibus amiserat. A. 16. ut frater suus — iterum classem amitteret. T. 2. amissis naufragio pretiosissimis rebus. Ner. 40. *domus*, quam incendio amiserat. Cl. 6. *equo* sub feminibus amisso. Tit. 4. qui summum *imperium* vivus amitteret. Ner. 42. *jus*, quod adoptione amiserat. T. 15. amissa — *memoria*. Gr. 9.

*Amoenus*. amoeni secessus. Cal. 45. — *Amoenitas* insulae. T. 11.

*Amor*. erga aliquem. Messalinae amorem flagrantissimum. Cl. 36. notissimum Pyrallidis amorem. Cal. 36. amore libertinae perinfamis. Vit. 2. propter insignem reginae Berenices amorem. Tit. 7. Paridis histrionis amore deperditam. Dom. 3. quasi amore sui deperiret. Vesp. 22. amorem linguae occasione omni professus. Cl. 42. tanto amore *erga* patroni memoriam exstitit. Gr. 15.

*amor* aliorum erga nos. *promerendi amoris* mirum et efficax studium. Cal. 3. ad immensum civium amorem. Cal. 14. apud quos quantum *amore et gratia* valuerit. Cal. 9. in brevi spatio tantum *amoris favorisque* collegit. Cl. 12. *amor ac deliciae* generis humani. Tit. 1. cum Julia primo *concorditer et amore mutuo* vixit. T. 7.

*Amovere*, *wegschaffen*, ex conspectu tollere. ut amoveri ocius nec cuiquam ostendi (panem) jusserit. C. 68. Virgilii ac T. Livii scripta et imagines, paulum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret. Cal. 34. amota et pyxide veneni. Ner. 47. (sublata.)

creditorum turbam — nonnisi terrore calumniae amovit h. e. a se summovit. Vit. 7.

secedere *seque e medio* quam longissime *amovere*. T. 10.

*Amphitheatrum*. amphith. Statilii Tauri. A. 29. Cal. 18. amph. juxta Septa a Caligula inchoatum, a Claudio omissum. Cal. 21. amphith. ligneum regione Martii campi intra anni spatium a Nerone fabricatum. Ner. 12. amph. Urbe media a Vespas. inceptum. Vesp. 9. a Tito dedicatum. T. 7. amphitheatri ruina apud Fidenas. T. 40. munera in amphith. edita. A. 43. T. 7. Cal. 18. Ner. 12. Dom. 4. acclamari etiam in amphitheatro epuli die libenter audiit sequ. Dom. 13.

conclamantibus plerisque, in amphitheatro semiustulandum. T. 75. Atellanae poetam — media amphitheatri arena igni cremavit. Cal. 27. delatores traducti per amphitheatri arenam. Tit. 8. praeparatum leonem ajunt, quem vel clava vel brachiorum nexibus in amphith. arena — eliderct. Ner. 53.

*Amphora*. ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. T. 42.

*Amplexus*. ab amplexu et osculo suo dimisit omnes. Oth. 10. lunam invitavit in amplexus atque concubitum. Cal. 22. De amplexu et osculo amoris vel amicitiae v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 86, 3.

*Amplus*. corpore fuit amplo atque robusto. T. 68. filium mortali specie ampliorem. A. 94. species — humana amplior. Cl. 1. amplissima praedia. C. 50. ampla et operosa praetoria. A. 72. amplissima opera. Dom. 5. — amplior exercitus. Vesp. 4. convivia ampla. Cl. 32. amplis innutritus opibus. A. 3. — cui gloriae amplior cumulus accessit. T. 17. amplissima spes. C. 7. ampliora humano fastigio. C. 76. non amplius quam horarum spatium dabat. Ner. 37.

amplius cognomen. A. 7. amplissima verba. C. 16. Oth. 1. amplissima quaeque causa h. e. de rebus vel personis maximi momenti, maximae dignitatis. Rh. 6. testimonium, praemia ampliora. Galb. 6. — *amplissimus ordo* i. q. senatorius. Cal. 49. Oth. 8. Vesp. 2. *amplissimi ordines* h. e. senatorius et equester. Vesp. 9. v. Oudend. ad h. l. et Gronov. ad *Gell.* 4, 1. *amplissimus magistratus* h. e. consulatus. A. 26. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 77, 8 unde *amplissimi honores* sunt magistratus curules, quibus in Curiam quis recipiebatur. C. 71. Vit. 5. Ita; promoti in *ampliorem gradum.* Oth 1. (nisi de militari gradu ibi sermo). quatuor filii *amplissimae dignitatis.* Vit. 2. — *amplissima sacerdotia.* Vit. 5. — procuratores ad *ampliora officia* promovere. Vesp. 16. (Ex his locis patet, quam inepte nunc *amplissimi viri* saepe dicantur, qui nullo vel exiguo in Republica honore funguntur.)

*Amplius. eo amplius* i. q. praeterea. Cal. 15. et *hoc amplius.* Cl. 11. C. 38.

*quicquam amplius pati* T. 45. per εὐφημισμὸν de stupro.

*non amplius* de tempore, nostr. *nicht weiter, nicht ferner.* non amplius se posthac Romae futurum. A. 97. ne quem amplius posthac discipulum reciperet. Gr. 17. neque amplius rediit. Ter. 4.

*non amplius quam.* nec amplius quam septem et viginti dies. A. 17. non amplius, quum plurimum, quam septem horas. A. 78. legato non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus. Cl. 4. nec amplius quam mox tres consulatus gessit. T. 26.

*non amplius* subjunctum. ter nec amplius. C. 25.

*amplius* v. *non amplius* omisso *quam* cum accusat. vel ablativo temporis, vel numeri.

neque triennio amplius. C. 89. triginta amplius dies. A. 32. per annos amplius quadraginta. A. 72. non amplius ter. A. 77. — conspiratum est in eum a sexaginta amplius. C. 80.

*nihil amplius quam,* ut *nihil aliud quam,* i. q. *tantum,* nostr. *nichts weiter als.*

nihil amplius quam Graeca interpretabantur. Gr. 1.

ipse nihil amplius quam mirari se rescribit. A. 7. ipse Aug. nihil amplius quam equ. familia ortum se scribit. A. 2. histrionem nihil amplius quam Urbe Italiaque summovit. Ner. 39. nihil amplius quam continere se statuit. Galb. 19. nihil amplius quam admonuit. T. 32. Cl. 16. Tit. 9. quamvis nihil amplius quam fauces — defricaret. Vesp. 20. nec quicquam amplius quam muscas captare. Dom. 3. nihil autem amplius quam Adminio in deditionem recepto. Cal. 44. v. *nihil aliud.* Ejusdem generis et ex defectu participii verbi *esse* est: patre Ferenti genito nec quicquam amplius quam quaestoris scriba. Vesp. 3.

*Amplissime.* Tiberio — funerato amplissime. Cal. 15. i. q. magnifice, cum maximo sumtu.

*Amplitudo.* ob egregiam corporis amplitudinem. Cal. 36. Apollinem et amplitudinis et artis eximiae. T. 74. amplit. margaritarum. C. 47.

*Ampliare.* de tuendo ampliandoque imperio. C. 44. ampliato vetere Apollinis templo. A. 18. i. q. *augere.* magistratuum numerum ampliavit. C. 41. Senatorum censum ampliavit. A. 41. athletis — privilegia ampliavit. A. 45. velle se palmarum

numerum ampliare. Ner. 22. (Nos etiam saepe *erweitern* dicimus pro *vermehren.*)

*Amplificare*, nostr. *etwas gröſser machen.* non negando minuendove, sed insuper amplificando ementiendoque. C. 66. v. *Cic.* de Orat. 3, 26.

*Ampulla.* ut non temere praeter — modicam in ampulla potiunculam sumeret. Dom. 21.

*Amputare* alicui pollices. A. 24. caput. Cal. 32. Galb. 20. manus. Galb. 9. Dom. 10.

*An.* dubitavit, *an* obtemperaret. Cl. 35. cunctatus, *an* ad prandium surgeret. Cal. 58. diu cunctatus, *an* — offerret. Dom. 2. Reliqua v. sub singulis verbis.

*an* duo vel plura membra, in quibus dubitatio vel alia comparatio, conjungit, praegressa alia voce, vel omissa. cf. *Freinshem.* ind. in *Florum* sub v. *dubium.*

a) *duo membra.* incertum, metu*ne* judicii *an.* C. 18. impos*ne* mentis, *an* simulata dementia, incertum. A. 19. toxico incertum pulti*ne* addito, *an.* Cl. 44. dubium, uxoris*ne* taedio, *an.* T. 10. dubium fuit, Augustus*ne* — *an* Livia. T. 22. nullo dilectu, culpa*ne* quis *an* aliqua necessitate. Cl. 15. orta contentione, togatum*ne an* palliatum. ibid. illa quoque, vere*ne an* falso — jactabantur. Galb. 12. lavantem*ne an* coenantem. Dom. 17. — *et omissa priore voce.* nihil referre, ab hoste in acie *an* in Foro caderet. Oth. 5. dubium fuit, conscio Tiberio *an* ignaro. T. 22. (ubi tamen *ne* omissum ob praecedens: Augustus*ne.*) dubium, cautior *an* audentior. C. 58. dubium, eventu meliore *an* voluntate. A. 28. (quem locum sine causa corrigit Freinsh. l. c.) incertum constantia *an* pietate majore. Cal. 1. incertum filius *an* alumnus. Juvenal. matre humili incertum *an* ingenua. Oth. 1. — *et simpl.* casu quodam *an* divinitus. Cl. 13. Centurio *an* Evocatus. Vesp. 1. (ubi glossema *incertum*, quod vulg. libri praemittunt, jure damnarunt Casaub. et Oudend.)

b) *plura membra*, ubi crebro in libris corruptum *an* in *aut.* v. Goerenz. ad Acad. 2, 28, 91. et 2, 39, 124. Fin. 2, 19. et 32.

dubitas, Cimber*ne* Annius, *an* Verr. Fl. — *an* potius. A. 86. varia agitavit, Parthos*ne an* Galbam supplex peteret, *an.* Ner. 47.

et omisso *ne.* matrimonia contraxerit turpius, *an* dimiserit, *an* tenuerit, non est facile discernere. Cal. 25.

*an* pro *annon.* A. 54. ubi al. correxerunt *annon.* v. Heusing. et Gernhard. ad *Cic.* Off. 1, 15, 5. coll. 3, 17, 2. ubi: sunt*ne* igitur insidiae i. q. *nonne* sunt insidiae, ut *ne* sit pro *annon.* Goerenz. ad *Cic.* Leg. 2, 2, 5. Eadem res est in *nescio an* et *dubito an*, quae quum modeste affirment, *an* dictum pro *annon.* v. Ern. de *haud scire an* in Clav. Cic. sub voc. *haud*, et quos ille citavit, Drakenb. ad *Liv.* 37, 54., Duker. ad *Flor.* 3, 12. Ita etiam *ne* pro *nonne.* v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 16, 13. et 3, 21, 6. cf. 2, 17, 29.

*anne* pro *an.* A. 69. *anne refert* (al. ex correctione *an*), ubi *ne* sine negatione interrogationi tantum inservit. v. Oudendorp.

*Analogia.* v. *Quinctil.* 1, 6, 2. Gell. 2, 25. Caesaris libri duo de Analogia. C. 56. v. not., quos *Cicero* Brut. 72. *de ratione Latine loquendi* dicit.

*Anceps* proelium. C. 60. morbus. A. 59. ratio medendi. A. 81.
*Ancile.* motis necdum conditis ancilibus. Oth. 8. v. *Ovid.* Fast. 3, 395.
*Ancilla.* ut, quae se alieno servo junxisset, ancilla haberetur. Vesp. 11.
*Ancora.* navibus ad ancoras collocatis. Cal. 19.
*Angiportus.* per angiportum in balineas transeuntem paene interemerunt. Galb. 10.
*Angor.* non sine magno angore animi. T. 7. metu et angore ad fastidium vitae ab eo actum. T. 49.
*Anguis* quinquaginta cubitorum pro Comitio ab Augusto publicatus h. e. populo ostensus. A. 43.
*Angustus.* per angustissimos tramites. C. 31. clavo nec lato nec angusto. A. 73. aliquanto angustior Hellespontus. Cal. 19.

*Angustiae.* per angustias Hellesponti. C. 63. inter angustias vicorum. A. 45. offensus angustiis flexurisque vicorum. Ner. 38. propter angustias (loci). Cl. 12. quando fame et angustiis locorum urgeretur hostis. Oth. 9. per angustias effossas cavernae. Ner. 48.

metaph. ad eas rei familiaris angustias decidit. Cl. 9.

*Angusticlavius.* *Tribunus angusticl.*, h. e. qui loco equestri non natus virtute vel beneficio Principis tribunatum militarem cum *clavo angusto*, vetere Equitum insigni, accepisset. Oth. 10. ubi v. Ern. coll. A. 38. v. etiam *Laticlavius.*
*Anima*, ψυχή, *der Hauch, das thierische Leben, die Seele.* creditum est, cometen animam esse Caesaris in coelum recepti. C. 88. ante efflatam animam. A. 99. priusquam plane efflaret animam. Dom. 4.
*Animus*, φρήν, νοῦς, *Sinn, Gesinnung, Muth, Gemüth, Geist.*

Opp. *corpori.* omnes Germanico corporis animique virtutes. Cal. 3. valetudo ei neque corporis neque animi constitit. Cal. 50. animo simul et corpore hebetato. Cl. 2. tanto Othonis animo nequaquam corpus competiit. Oth. 12. *naturae* vitia esse, non *animi.* T. 68. (ubi id, quod innatum est, maxime corporis vitia, opponitur ei, quod consuetudine et voluntate acquisitum.)

pro *viribus animi*, *Geist*, *Geisteskräfte.* animi laxandi causa. A. 83. remisissimo ad otium et ad omnem comitatem animo. A. 98. animum remittenti. Cal. 32.

de *vi cogitandi* ipsaque cogitatione, Gr. νοῦς, *Verstand, Gedanke.* sensum animi quam apertissime exprimere. A. 86. animum intendere. A. 35. quicquid cogitaret volveretque animo. Vesp. 5. ubi non aberravit ejus animus. Cl. 4. animo linqui. C. 45.

*de sensu* v. *voluntate* adeoque consilio, *Wille, Sinn, Gesinnung.*

in animum inducere al. Cal. 3. non tam ex animi sententia, quam bile et stomacho. T. 59.

quia non tota ad animum ei responderat h. e. non ita facta erat, ut voluerat sibique proposuerat. C. 46. patefacta interiore animi sui nota. T. 54. mira varietate animi fuit. Cl. 15. unde

*est animus*, *fert animus* i. q. *volo*, *decerno*, *destino.* fuerat animus conjuratis c. infin. C. 84. neque votum sibi, neque animum deesse confodiendi eum. A. 51. (ubi *votum* ab externa occasione, *animus* ab interno consilio s. voluntate pen-

det.) fuerat animus, statim castra occupare. Oth. 6. bacchantem, *non defuit* plerisque *animus*, adoriri. Cal. 56. et

*animum convertere ad* al. ad rapinas convertit animum. T. 49. Cal. 38. i. q. calumniis rapinisque *intendit animum*. Ner. 32. atque ita

*animi causa* est nostr. *zur Lust*, *aus Liebhaberei*, quoniam animus ita volebat, hoc ei placebat. Juvenal.

*animus alicujus erga al.*, nostr. *Gesinnung*, ut alias *voluntas*. animum fidemque praetorianorum erga se. Oth. 8. ut tandem mutuo erga se animo vellet esse. Tit. 9. cf. *Animatus*. de devoto vobis animo. T. 65. ob ingratum et malevolum animum. A. 66. unde etiam: *tentare animos* ad novas res. T. 12. (*Gesinnungen*, *Stimmung*.) *conciliare* pollicitationibus *animos*. Oth. 6. *flectere animos*. Ner. 47. Inde *de quovis sensu*, *quo in utramque partem afficimur et movemur*, *Gemüth*, *Muth*, *θυμός*. aemulus omnium, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Ner. 53. non sine magno angore animi. T. 7. animi dolor. Oth. 5. ne animi suorum frangerentur. C. 68. animo male fracto. Ner. 42. ad colligendum animum. Ner. 48. animum resumsit. Vit. 15. civili animo tulit. C. 75. (h. e. sine iracundia, quae dominum ostenderet.) quo aequiore animo — opperiretur. T. 25. aequiore animo recedebat. Ner. 23. aequissimo animo patiebatur. A. 56. aequo animo ferre al. Oth. 3. forti animo ferre al. Dom. 18. nequaquam animi constantiam praestitit. Lucan. bono animo estote. Vit. 8.

*de interna comparatione et habitu*, quem consuetudine vel studio assumsimus, *Character*, *Gemüthsstellung*. animi fluxioris erat. T. 52. fuisse creditur non minus gloriosi, quam civilis animi. Cl. 1. minime civilis animi, confidens etiam. Dom. 12. facili ac prodigo animo. Vit. 7. animo inverecundo. Gr. 15. impudentissimo animo T. 24. esset i. q. impudentissime. Sed leg. *mimo*. v. n.

*Animosissime* i. q. cupidissime, studiosissime, *προθυμότατα*. gemmas semper animosissime comparasse prodiderunt. C. 47.

*Animatus*. male animatus erga Principem exercitus. Vit. 7. nostr. *übel gestimmt*.

*Animadvertere* pr. animum advertere ad al., *aufmerken*. quum lictor animadverti ex more jussisset. C. 80. (*Acht haben*, Gall. *prendre garde*.) — nostr. *bemerken*, *gewahr werden*. Ita C. 7. A. 27. 94. T. 50. Cl. 10. alibi. quo animadverso. A. 97. hujus cognomen — per unam literam scriptum animadverto. Gr. 6. quo magis persuaderet, rem non a se primo *animadversam*, sed antiquis jam tunc *curae fuisse*. A. 89. (nos: *in Betracht genommen*, *gerugt*.) ut Praetor *animadverteret curaretque*. Rh. 1. (*ein wachsames Auge auf etwas haben*.) quae omnia ingrata — et animadvertit Augustus in eo sc. cum improbatione. T. 68. quibus futura magnitudo ejus et perpetua felicitas sperari animadvertique posset. A. 94. (Sc. *speratur*, quod praedictum, *animadvertitur*, quod monstratum, notatum est. Nos: *hoffen und vermuthen*.) — *animadv. in al.* i. q. punire, nostr. *ahnden*. in plurimos animadvertit. A. 17. animadversum in quosdam. T. 61. non temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animadverti passus est. Cal. 30. ubi — animadversum in patronum suum fuerat. Galb. 20. Etiam: multa sub eo et animadversa severe, et coercita. Ner. 16. (*ge-*

*rügt.* v. supra.) Sed Cal. 48. non legendum: ad *animadvertendos* tantorum dedecorum rumores, sed: *avertendos.*

*Animadversio* i. q. poena, *Ahndung.* Centuriones — capitali animadversione puniit. A. 24. animadversionum et ignominiarum generibus. T. 19. animadversionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime interesse. Cal. 11. (ubi auctor more suo duo vocabula conjunxit, quorum discrimen nullo acumine eruas.)

*Annectere.* galericulo capiti adaptato et annexo. Oth. 12.

*Annales*, *Anniversarius*, *Annona* v. post *Annus.*

*Annotare.* de judice i. q. *ad poenam designare.* ex noxiis laniandos annotavit. Cal. 27. i. q. *animadvertere.* quum annotasset. Ner. 41. cf. *Plin.* ep. 7, 20, 6. „quin etiam in testamentis debes *annotasse.*" Id. 3, 16, 1. „*annotasse* videor" sequ. *Paneg.* 56, 1. „*annotasse* vos credo."

*annotare librum* pr. est notis ad illustrandum et excerpendum instruere, nostr. *anzeichnen.* multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et annotare curavit. Gr. 24. *Plin.* ep. 3, 5, 10. „liber legebatur; *annotabat excerpebatque.*" mox: „liber legebatur, *annotabatur,* et quidem cursim." Id. 9, 26, 5. „visus es mihi in scriptis meis *annotasse* quaedam ut tumida, quae ego sublimia — arbitrabar." cf. Schwarz. ad Paneg. l. c.

*Annulus* v. *Anulus*, vt in optimis libris scribitur.

*Annumerare.* principibus patronis *annumeratus est.* C. 55. Sed A. 70. legendum: singulorum nomina amarissime *enumerantis.* v. ibi Oudend. de utroque vocabulo.

*Annunciare.* quo celerius annunciari — posset. A. 49. caede Galbae annunciata. Vit. 9.

*Annus.* anno aetatis. C. 88. A. 32. 41. 61. 100. al. Consules vidit, et quidem eodem ambos totoque anno. Vit. 3. bis anno. A. 31. anno fere. T. 9. *ter in annum*, κατ' ἐνιαυτόν, A. 40. non toto vertente anno. Cal. 37. ut comperit, *ineunte anno* pro eorum quoque salute publice vota suscepta. T. 54. edixit et, strenas *ineunte anno* se recepturum. Cal. 42. Sed T. 61. *ineunte anno novo*, quod jure defendit Oudend. (Nos: *bei Antritt des neuen Jahrs.*) initio anni. Cl. 29. in reliquam partem anni. Vit. 7. exitu anni. T. 4. in reliquum anni tempus. C. 14. propter anni tempus. A. 100. hieme anni. C. 35. v. not. et Oudend. cf. *Gell.* 2, 21. 17, 10. 19, 5. sortiri *anno suo* proconsulatum. Galb. 3. v. *Suus.*

annum ad cursum solis accommodavit Caesar. C. 40. v. n. — Aug. annum a D. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit. A. 31. — quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. A. 59.

annum novum commendanti (Praenestinae Fortunae.) Dom. 15.

diligentissime annorum ratione subducta. Cl. 21.

quae diversissimorum temporum sunt, (certamina) cogi in unum annum jussit. Ner. 23. Reliqua vide suis locis, quibus *annus* passim occurrit.

*Annuus.* annui magistratus. C. 23. A. 30. annua vacatio. A. 32. — inter *annua spatia* h. e. interjecto semper anno. Ner. 14. inferiasque his *annua religione* publice instituit. Cal. 15. — *annua habitatio.* v. *Habitatio.*

*annua, Jahrgehalt.* praebitis annuis fraudavit. T. 50. quamquam ex schola quadragena annua caperet. Gr. 23. quadringenis annuis conductum. Gr. 3. primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Vesp. 18. Senatoribus — *annua salaria,* et quibusdam quingena constituit. Ner. 10. — quibus solvendis *annuum diem* finiit. A. 101.

*Annales* sc. libri. annalibus suis vir consularis inseruit. T. 61. annales Ennii. Gr. 2. 8.

*Anniversarius* h. e. singulis annis s. vertente anno rediens. valetudines anniversariae ac tempore certo recurrentes. A. 81. munus annivers. Cl. 21. pervigilium anniv. Galb. 4.

*Annona*, frumentum ad alendam incolarum al. loci multitudinem necessarium, *der Getreidebedarf*, τὸ σιτηρέσιον v. etiam ἡ σιτάρκεια.

curam administravit annonae, quae artior inciderat. T. 8. annonae curam sollicitissime semper egit. Cl. 18. artiore annona. ibid. artissima annona. Galb. 7. in graviore annona. A. 25. Aegyptum ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet. A. 18. in annonae difficultatibus. A. 41. ut tandem annona convaluit. A. 42.

*de pretio* aliarum rerum ad victum pertinentium. censuit, *annonam macelli* Senatus arbitratu quotannis temperandam. T. 34.

*Ante.* De etymologia vocis v. Scheid. ad *Sanct.* Minerv. p. 224., qui ablativum putat vocis obsol. *antis,* quam *eminentiam* notasse dicit, ut *ante* sit *in eminentia, in fronte.* Gr. ἀντί, Ebr. נֶגֶד vel לְנֶגֶד.

*de loco.* quae ante Mausoleum statuerentur. A. 101. Salmas. conjecit *in ante* Maus. v. Oudendorp. viscera ante se congesta. Cal. 28. propositis ante se imaginibus. Galb. 10. — ante eum iret — pone sequerentur. C. 20. unde *praestantiam* significat. *ante alias* dilexit h. e. prae aliis, in primis, Gr. ἐν πρώτοις. C. 50. v. *Horat. Turs.* p. 109. ed. Schw. cf. „is *ante alios* aetate et gloria belli." *Tac.* A. 1, 27. et „muri labore et opere *ante alios.*" Id. H. 5, 12. — *ante omnia.* Ner. 32.

*de tempore.* ante lucem. Galb. 22. ante tempus h. e. justum, legitimum tempus. C. 8. 28. A. 26. Ner. 43. ante paucos dies. T. 42. Cl. 27. Oth. 5. ante aliquot annos. T. 61. ante annum fere. Cal. 8. ante quintum mensem divortii. Cl. 27. ante eum nemo. C. 26.

et *postpositum.* paucos ante menses. C. 81. aliquot ante annos. C. 12.

atque ita etiam: memoriam ante suam. A. 22.

paulo ante. C. 21. multo ante. T. 67.

Notandum, ita postpositum vim praepositionis fere amittere, (cf. Goerenz. ad Acad. 2, 5.) quam etiam serius recepit, quum pr. ablativus esset pro adverbio adhibitus. Ita plerumque est i. q. *antea.* nuptum ante duobus consularibus. A. 62. nisi ante explorasset. C. 58. qui ante diceret. Rh. 6. ante clare obtestatus Deos. Cal. 15. ante juraverat. C. 74. naum. ante commisit. Cl. 21. — superadditur etiam verbis cum *prae* compositis. bellorum omnium eventus *ante praesensit.* A. 96. cf. *Terent.* Andr. 1, 5, 4. „nonne oportuit *praescisse me ante.*"

*antequam.* antequam provinciae ornarentur. C. 18.

Saepius disjungitur, ut: neque ante — detexit, quam paene obrutus. C. 58. nec ante demserit, quam vindicasset. C. 67. non ante cantare destitit, quam — absolveret. Ner. 20.

*c. accusat. temporis* vi praepositionis sequ. *quam.* ante paucos dies, quam aedilitatem iniret. C. 9. ante paucos, quam nasceretur, menses. A. 94. ante annum et quatuor menses quam decederet. A. 101. ante paucos, quam obiret, dies. T. 74. menses. Cal. 8. Ner. 56. ante paucos, quam revocaretur, dies. T. 14. ante paucissimos, quam consummaturi essent (stipendia), dies. Cal. 44.

*c. ablat. temporis* pro adverbio postpositum. quinquennio ante quam Aug. excederet. Vesp. 2. (Hoc est nostr. *um fünf Jahre eher*, illud: *fünf Jahre vor.*)

Omissum est *ante* in dictionibus: *pridie quam*, *postridie quam*, quas suis locis vide.

*Anteambulo.* Anteambulones erant vel servi, qui ante dominos multitudinem summovebant, vel homines liberi, qui officii causa Senatores, candidatos aliosve homines nobiles praecedebant, congiario plerumque pro servili opera ornati. v. quos citavi ad Vesp. 2., ubi Vespasianus dicitur a matre *anteambulo fratris* appellatus fuisse, quum latum clavum, qui fratrem ornabat, petere cessaret, satelles igitur vel minister fratris Senatoris.

*Antecedere.* aquila ingressos viam sensim antecessit. Vit. 9. antecedente anno — insequente. T. 5. inde est *priorem esse*, κρείττονα εἶναι, *superare.* competitores, multum et aetate et dignitate antecedentes. C. 13. spectaculorum — magnificentia omnes antecessit. A. 43.

*Antecessores* agminis (*Vortrab*, *Avant-garde.*) Vit. 17.

*Anteferre* i. q. praeferre. quod Marcellus sibi anteferretur. A. 66.

*Anteire.* in agmine nonnunquam equo, saepius pedibus anteibat. C. 75. vehiculo anteire. A. 64.

*Anteponere.* oratorum quem huic antepones. Cic. ad Nepot. cit. C. 55. ignotissimum — candidatum nobilissimis anteposuit. T. 42. praesentem conditionem verae origini anteposuit. Gr. 21.

*Anticatones.* Ita inscripti erant duo libri Caesaris, laudi Catonis Ciceronianae oppositi. C. 56. v. n. Libri autem dici potuerunt *Anticatones*, ut *Gellius* scribit: *in quintae Originis libro.* 7, 3. v. Gronov., et *in secunda Origine*, *in tertia Origine.* 17, 13.

*Anticipare*, rectius *Antecipare.* mortem. T. 61. fecit et seculares, quasi anticipatos ab Augusto h. e. justo maturius editos. Cl. 21.

*Antidotum*, ἀντίδοτον. quod antidotum oboluisset, quasi ad praecavenda venena sua sumtum. Cal. 23. antidotum adversus Caesarem? h. e. quod auxilium, quae medela adversus eum, qui omnia potest? Cal. 29. (praecesserat: quem *metu venenorum praemuniri medicamentis* suspicabatur.) quum ter veneno tentasset, sentiretque antidotis praemunitam. Ner. 34. — v. Rupert. ad *Juvenal.* 6, 661. „*Pontica ter victi medicamina regis*". not. 280.

*Antiquus.* quercus antiqua. Vesp. 5. stirps antiqua. Cal. 35. Vit. 2. vascula operis antiqui. C. 81. Vesp. 5. antiqui moris supplicium. Cl. 34. antiquum retulit morem. C. 20. liber aliquis

antiquus. Gr. 17. antiqua verba et figurae. Gr. 10. antiquissimi doctorum. Gr. 1. criticus antiquus. Gr. 14.

*antiqui*, οἱ παλαιοί, nos: *die Alten*. Cal. 8. Gr. 24. rem — antiquis jam tunc curae fuisse. A. 89.

unde *antiquum* est i. q. sanctum, quod summi pretii habemus, gravissimum ducimus.

nihil antiquius duxit quam. Cl. 11. nihil sibi antiquius quiete publica fore. Vit. 15. nihil habuit antiquius quam. Vesp. 8. — De sensu paulum diverso, ubi *antiquum* est *antiquis moribus simile*, et *vir sanctus*, *antiquus* dicitur (*Plin.* ep. 2, 9.) v. Schwarz. ad Paneg. 76, 1.

*Antiquarii* h. e. antiquorum verborum nimis studiosi. A. 86. Oppon. *cacozeli*.

*Antiquitas*, tempus antiquum. animadversionum genera ex antiquitate repetita. T. 19. spectacula ex antiquitate repetita. Cl. 21. quicquid — ex antiquitate duraverat. Ner. 38.

*Antiquitus*, antiquo tempore, πάλαι. collegia antiquitus constituta. C. 42. aedes Athenis antiquitus inchoata. A. 60. antiquitus tacta de coelo parte muri. A. 94.

*ex antiquo tempore*, *von Alters her*. diebus festis antiquitus. Cl. 14. quod antiquitus infaustum habetur. Oth. 8.

*Antisophistae*, adversarii in argumento ad eruditionem spectante. moto inter antisophistas graviore jurgio. T. 11. fuit naturae acerbae, non modo in antisophistas — sed etiam in discipulos. Gr. 9.

*Antlia*. uno ex his et in antliam condemnato. T. 51.

*Antrum*. prostantes per antra et cavas rupes. T. 43.

*Anulus*. Hanc antiquiorem scripturam servavi, quoniam optimi libri eam exhibent, cum Oudendorpio. Sequiorem *annulus* praefert Goerenz. ad *Cic.* Fin. 5, 2, 5.

anulum quoque — detracturum sibi. C. 33. exemtum anulum, quasi alicui traditurum, parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito. T. 73. extractum sibi anulum. ibid. detrahere alicui anulum. Cal. 12. numo vel anulo effigiem impressam. T. 58. anulum, cujus gemmae scalptura erat Proserpinae raptus. Ner. 46. anulus opere antiquo. Galb. 10.

*jus anulorum* i. q. dignitas equestris. C. 33. donatus anulo aureo. C. 39. anulis aureis ornatus. Galb. 14. aureis donavit anulis. Vit. 12. (*Tac.* H. 2, 58. *equestri dignitate donare.*) manente anulorum aureorum usu. Galb. 10. h. e. jure Equitum Rom. — v. *Kirchmann* de anul. c. 15 et 16.

insignes — cultu pueri nec sine anulo laevis. Ner. 20. v. interpr.

exsequiarum die *ponendos anulos aureos*, ferreosque sumendos. A. 100. v. *Kirchmann* l. c. c. 22.

*Anus*. libertinam — quamvis anum ac paene decrepitam. Oth. 2. anus matronae. Ner. 11.

*Anxius*. anxio *de* successore Tiberio. Cal. 19. anxius *ea re*. Ner. 36. consternatis et quasi omine adverso anxiis omnibus. Vit. 8. qui anxiae salvum filium nunciarent. Tit. 9. pavidus semper atque anxius. Dom. 14.

*Anxie*. quam trepide anxieque certaverit. Ner. 23.

*Aper*. incurrenti repente fero apro per metum objectus. A. 67. missum in arenam aprum jaculis desuper petiit. T. 72. dimidiatumque aprum (apposuit.) T. 34.

*Aperire.* apertis cubiculi foribus. A. 82. trop. si *hanc fenestram aperueritis* i. q. si hoc permiseritis. T. 28.
*scholam* aperuit h. e. docere coepit. Gr. 16. ludum dicendi aperuit. Rh. 4.
*testamentum* ejus aperitur. C. 83. testamentum — aperiendum recitandumque pro concione curavit. A. 17.
*Aperte.* partem tergiversantibus, partim aperte detrectantibus. Ner. 47. sensum animi quam apertissime exprimere. A. 86. *Cic.* de Fin. 2, 5. *plane et aperte* loqui.

*Apologi* i. q. fabulae. dicta praeclare per apologos exponere. Rh. 1.

*Apophoreta*, munera, quae Saturnalibus vel aliis conviviis domum portanda dabantur. Cal. 55. Vesp. 19. cf. A. 75.

*Apparare.* quae ad epulum pertinerent — etiam domesticatim apparabat. C. 26. opp. prandium. Cl. 33. triumphum. Cal. 47. rem divinam. Galb. 18. fugam et subsidia fugae, classes apparabat. Cal. 51. *c. infin.* ut accusativo verbi: trajicere ex Sicilia apparantem (παρασκευαζόμενον.) A. 47.
*Apparatus* partic. apparatissimo funere elatum. Ner. 9. munus edidit apparatissimum largissimumque. Tit. 7.
*Apparatus* substant. παρασκευή. porticibus ad tempus exstructis, in quibus — pars apparatus exponeretur. C. 10. triumphavit maximo apparatu. Cl. 17. (unde German. vocabulum *Pracht.*) triumphos egit — diverso quemque apparatu et instrumento. C. 37. apparatus Circi. Cal. 18. remoto ordinario apparatu. Cal. 26. — omnem rei divinae apparatum. A. 96. annivers. munus exhibuit sine venatione apparatuque. Cl. 21. — aulico apparatu h. e. ornamento. Dom. 4. *apparatus* act. τὸ παρασκευάζειν. in ipso sacrificii apparatu. Ner. 46. inter buthysiae apparatum. Ner. 12. *plur.* inter profusissimos opsoniorum apparatus. Vit. 10. singuli apparatus (epularum.) Vit. 13.

*Apparere*, Φαίνεσθαι, *erscheinen.* quidam — repente apparuit. C. 32. quum stella crinita in coelo apparuisset. Vesp. 23. eum fugisse ac — post biduum demum apparuisse. A. 10. (nostr. *sich zeigen, sich sehen lassen, zum Vorschein kommen.*)
nostr. *zu sehen seyn*, ut Gr. Φαίνεσθαι. instrumenti — parsimonia apparet etiam nunc. A. 73.
paulatim et ipsa (rhetorica) utilis honestaque apparuit. Rh. 1. (ὠφέλιμος ἐφαίνετο.) et simili constructione: quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero. Ner. 1. (ubi *degener.* est pro nominativo participii activi.)
*erhellen*, *sich zeigen*, imperson. sero tandem documentis apparuit. A. 94. sequ. accus. c. inf. magnis minimisque apparuit rebus. Cl. 34. ut facile appareret. Ner. 52. quanto opere solitus sit — evidentissime apparuit. T. 43. ut quidem apparere vel his versiculis potest. Gr. 11.
*Apparitor*, minister magistratus vel ducis. militem — excitari per apparitorem jussit. A. 14. repente cum apparitoribus prodiit. T. 11. inter lictores apparitoresque. Dom. 14.
*Apparitura.* apparituram magistratibus fecit i. q. apparitor fuit. Gr. 9.

*Appellare*, i. q. *alloqui*, *verba ad al. facere*, προςαγορεύειν. appellatis de Rep. Patribus. C. 34. raptim appellatis in ribus. Ner. 8. ne tunc qu. aut Senatu aut populo coram appellato.

Ner. 41. ut neque milites unquam nisi absens; aut alio verba pronunciante, appellaret. Ner. 25.

in appellandis venerandisque. T. 29. h. e. cum honore verborum alloquendis. quin singulos valere dicentes appellaret. T. 72. h. e. nominatim salutaret.

inde *in alloquendo nominare*. commilitones appellabat. C. 67. coll. A. 25. dominum se appellari. A. 53. filiumque appellans. Galb. 17.

omnino *nominare*, *nuncupare*, ut Ebr. קרא cum ב. Alauda appellabatur. C. 24. filium appellare nomine suo passus est. C. 52. (Ebr. נקרא בשמו) omnium mulierum virum appellat. ibid. mensem Aprilem Neroneum appellavit. Ner. 55. ut omne seculum — seculum Augusti appellaretur. A. 100. ut Caesar rex appellaretur. C. 79. quam M. Alexandri phalangem appellabat. Ner. 19. literatos vulgo appellari. Gr. 4. proprie sic appellandos. ibid. plagosum appellans. Gr. 9. al. in auxilium vocare, *provocare* ad al. appellato demum collegio (Tribunorum.) C. 23.

*Appellatio*, i. q. nomen, *Benennung*. Domini app. A. 53. Patris patriae. T. 67. Vesp. 12. appell. mensis e suo nomine. C. 76. app. mensis Augusti in Septembrem transferendam. A. 100. multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit ex suo nomine. Ner. 55. ut montem Coelium, appellatione mutata, vocari Augustum jusserit. T. 48. Sept. mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit. Dom. 13. appellatione Graeca. Rh. 1. appellatio Grammaticorum. Gr. 4. — nihil esse Remp., *appellationem* modo (*merum nomen*) sine corpore ac specie. C. 77. locorum etiam appellationibus adjectis. Rh. 1. h. e. locis nominatim memoratis.

i. q. *provocatio*. appellationes urbanorum litigatorum. A. 33. ut omnes appellationes a judicibus ad Senatum fierent. Ner. 17. sine sui appellatione. Cal. 16.

*Appellere*. de navi Alex., quae tantum quod appulerat. A. 98. quum ad eam (insulam) appulisset. T. 11. Alex. navis Dertosam appulit. Galb. 10. quum Rhegium — oneraria nave appulisset. T. 5. hortantium, ut appelleret. Ner. 27. (Jure Reitz. ad A. 98. vindicat hunc loquendi modum contra eos, qui dicendum modo putant: *navis appulsa est*, comparans *Tac.* A. 2, 24. et 4, 27. *Cic.* Divin. 1, 22. Nempe intrans. *appellere* dicitur pro *se appellere*, ut *vertere* in dictione: *vertente anno*. Nos etiam: *das Schiff landet*, quum *landen* pr. sit i. q. *an das Land treiben*, *fuhren*.)

*Appetere* h. e. *tendere*, *movere*, *ire ad aliquem locum vel rem*.

quo libentius et ipsi Urbem incolerent et ceteri appeterent h. e. in Urbem migrarent. C. 42. lingua morsuque sensim appetentes h. e. accedentes, linguam admoventes. T. 44.

largius appetere cibum. C. 53. *Plutarch.* ἀφελῶς φαγεῖν.

unde omnino: *aliud studiose quaerere*, *operam dare*, *amare*, Gr. ὀρέγεσθαι.

matris concubitum appetisse. Ner. 28. a qua — appetitus ultro existimatur (h. e. matrimonium ejus quaesitum.) Galb. 3. et quam sensisset sui appetentem. T. 7. quamvis minime appeteret hereditates. A. 66. ut tandem appeteret (latum clavum h. e. quaereret). Vesp. 2. nihil ornamentorum cupide ap-

petivit. Vesp. 12. quamquam omnium talium appetentissimus. Dom. 14. mortem timore appetitam h. e. quaesitam. Ner. 2. multi eam (rhetoricam) appetiverunt h. e. operam ei dederunt. Rh. 1. cibi vinique — appetentissimus. Cl. 33. ficos maxime appetebat h. e. edere amabat. A. 76. quin scenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret h. e. operam daret his artibus. Cal. 11. quod genus hominum praecipue appetebat (amabat.) T. 70.

*Applicare*. sudarium ad os appl. (in cantando.) Ner. 25.

*Apponere*. jam apposita e triclinio auferre. C. 43. coenis pridiana saepe apposuit. T. 34. apposita lautiore coena. Galb. 12. coena, in qua — apposita traduntur. Vit. 13. ut convivis ex auro panes apponeret. Cal. 37. convivae — calicem fictilem apposuit. Cl. 32. statuae — cirrus appositus est. Ner. 45. paenula ad vulnus apposita h. e. admota. Ner. 49. statua — habitu sedentis, appositis duobus scriniis. Gr. 9. quum demsisset cuidam appositam (sc. in tabulis censoriis) notam. Cl. 16.

*apponere aliquem* i. q. *addere*, *adjungere*. rectorem apponere aetate parvis. A. 48. barbarum (paedagogum) sibi appositum. Cl. 2. Ton. pro janitore ei appositum. A. 91. custos appositus. T. 22. appositis, qui nomina subnotarent. Cal. 41. salutatoribus scrutatores apposuit. Cl. 35.

*Apportare*. caput ejus apportatum. Dom. 6.

*Apprehendere*. renuenti ab utroque numero togam apprehendit. C. 82. nurum — manu apprehendit. T. 53. quod — manum sibi osculandi causa apprehendisset. T. 72. ut descendentem — interdum pede apprehenso detinerent. Cl. 15. gubernacula apprehendentes. Cal. 32. apprehensa buccula. Galb. 4. Pisonem repente e media salutantium turba apprehendit. Galb. 17.

*Approbare*, ut probum h. e. rectum, verum ostendere, δοκιμάζειν.

approbata cito etiam morum indole. A. 8. i. q. probata, commendata. v. Freinsh. ind. Flori.

*ostendere*, nostr. *beweisen*, *darthun*. quo magis poenitentiam prioris sectae approbaret. A. 12. quo magis degenerasse eum approbaret. A. 17. qui sibi filios filiasque approbarent (esse prob.) A. 46.

*Appropinquare*. jamque equites appropinquabant. Ner. 49. hostem appropinquare. Vit. 16. ducibus et copiis — appropinquantibus. Oth. 8. appropinquare (h. e. Urbi propinquum esse.) Cl. 12.

castris appropinquantem. Galb. 10.

certissimam necem appropinquare. Cal. 57. tempore suspecti periculi appropinquante. Dom. 14.

*Aptus*. assimulasse aptissime visus est h. e. verissime, nostr. *sehr treffend*. T. 57.

*Aptare*. dein rursus aptasse digito (exemtum anulum). T. 73. aptatis navibus. T. 65.

*Apud*. Scheid. ad Sanct. p. 233. ab ἀπό derivat, cui *nexus* s. *copulae* vim tribuit. Convenit sane significatio vocis, quae propinquitatem notat, modo majorem, modo minorem, unde esse potest *prope*, *in regione*, et *in*, sed latiore termino, itemque pro *ad* et *coram*. — i. q. *prope*, ubi Gr. plerumque ἐν. adverso apud Dyrrhachium proelio. C. 68. apud Ilerdam. C 75. apud Placentiam. C. 69. apud Philippos. T. 14. portus Julius apud Bajas. A. 16. apud Mundam. A. 94. al., etiam

*apud Siciliam.* T. 2. *apud Judaeam.* Vesp. 5. ubi fere est *in*, finibus haud statutis. — Inde: *apud Herculis templum.* C. 7. apud Memphin. Tit. 5. *apud Hierosolymam.* A. 93. (ubi tamen de templo sermo est urbi vicino). *apud insulam Capreas.* A. 92. pro: *in Herc. templo*, *in insula Capr.*, *Hierosolymis.* — Ita: supplicare *apud aram.* A. 35. i. q. ad aram. qui *apud aerarium* pependissent (al. *aerarium apud*). Dom. 9. h. e. in tabula aerario s. templo Saturni affixa.

Saepe est *in alicujus domo*, ut Gall. *chez.* super coenam *apud* M. Lepidum. C. 87. quem natum *apud se* (domi suae, *chez lui*). C. 61. *apud se* filium enixam. T. 4. occultavit *apud se.* C. 71. *apud se* super coenam. Cal. 22. apud quam simul educabantur. Cal. 24. apud eosdem magistros institutus. Tit. 2.

eodem modo *in scriptis alicujus.* quum apud Xenophontem legisset. C. 87. scriptum apud C. Drusum extat. A. 94.

*apud* majores h. e. in scriptis majorum, edictis cet. Gr. 4.

i. q. *coram*, *ante*, nostr. *an*, *zu*, *gegen.* neque *in* Senatu, neque *apud populum*, neque *apud milites* locutus est unquam. A. 84. (Nempe *in* Senatu dixit ut *in Curia*, contra *apud milites*, *apud populum* loco aperto.) ne pro concione quidem populi aut *apud milites.* Cal. 24. *apud milites* oratio. C. 55. concionante se *apud milites.* A. 27. *apud se* conquerenti. A. 51. inter socios Catil. nominatus *apud* Novium — et *in Senatu.* C. 17. v. supra. compellari *apud se.* ibid. causam dicere *apud judices.* C. 30. apud eosdem judices. C. 74. judicium maj. *apud populum* subiit. T. 2. reum maj. *apud judices* fecit. T. 8.

*apud eundem Consulem* pro Bonon. — verba fecit. Ner. 7.

*Aqua.* frigida. A. 77. egelida vel sole multo calefacta. A. 82. tepida. Ner. 48. gelida. Oth. 11. Bajarum aquae calidae. Ner. 31. balineae marinis et Albulis fluentes aquis. Ner. 31. coll. A. 82. quoties nervorum causa marinis Albulisque calidis utendum esset. v. n. saliente aqua. A. 82. quum emissa impetu aqua redundasset. Cl. 32. aquam ex subjecta lacuna poturus manu hausit. Ner. 48. aquam simul ac ligna conferri, curando mox cadaveri. Ner. 49. tali sub aqua Aponi fontis. T. 14.

decessit — *morbo aquae intercutis.* Ner. 5.

*perductis* pluribus *aquis* (de aquaeductu Agrippae.) A. 42. Caligula inchoavit *aquaeductum* regione Tiburti. Cal. 21. *aquarum ductum* a Cajo inchoatum perfecit Claudius. Cl. 20. Claudiae aquae gelidos et uberes fontes — in Urbem perduxit. ibid. v. n.

*cura aquarum*, novum officium ab Augusto excogitatum. A. 37.

*Aquarius*, signum zodiaci, Gr. ὑδροχόος s. ὑδροχοεύς, *der Wassermann.* Dom. 16.

*Aquila.* prandenti — aquila panem ei a manu rapuit. A. 94. aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc et inde infestantes afflixit et ad terram dedit. A. 96. aquila eum saepius circumvolavit, transgressaque in vicinam aedem super nomen Agrippae ad primam literam sedit. A. 97. aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit. T. 14. evenit, ut primitus ingredienti cum fascibus Forum praetervolans aquila dexteriore humero consideret. Cl. 7. Liviae

praetervolans aquila gallinam albam, ita ut rapuerat, demisit in gremium. Galb. 1. avo ejus quum exta de manibus aquila rapuisset. Galb. 4. duas aquilas in conspectu omnium conflixisse sequ. Vesp. 5. statuam ejus Romae insignis aquila circumplexa pennis clangores laetissimos edidit. Dom. 6. a parte dextra repente aquila advolavit, lustratisque signis ingressos viam sensim antecessit. Vit. 9.

*aquila*, *signum legionum.* constat aquilam humeris subisse diuque portasse. A. 10. neque aquila ornari potuit. Cl. 13. v. n. aquila a Judaeis rapta. Vesp. 4. Artabanus — aquilas et signa Romana Caesarumque imagines adoravit. Cal. 14. aquilam et signa pertinacius flagitantes. Galb. 12. De discrimine *aquilae*, quae erat totius legionis, et *signorum* singularum cohortium et reliquarum partium exercitus v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 82, 4.

*Aquilifer.* ut aquilifer moranti se cuspide sit comminatus, alius in manu detinentis reliquerit signum. C. 62. aquilifero legionis suae graviter saucio. A. 10.

*Aquilus.* colorem inter aquilum candidumque. A. 79. v. Casaubon. et Oudend.

*Ara.* arae Caesari sacratae. C. 76. ara Divo Julio exstructa. A. 15. cf. C. 85. ara Octavio consecrata h. e. *ab Octavio* consecr. A. 1. v. n. templa et arae Augusto a provinciis constitutae. A. 59. ara Lugduni Augusto dedicata. Cl. 2. ut — quisque thure ac mero supplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur. A. 35. apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae. T. 14. arae inscriptae: ob Agrippinae puerperium. Cal. 8. ara Jovis Cassii. Ner. 22. Lunensis ara. Ner. 50. h. e. *monumentum* e marmore Lunensi. — subversae Deûm arae (in publico luctu.) Cal. 5. tepida in ara (Fortunae) favilla. Galb. 18. *arae* Larium assistens. Dom. 17. ex emendatione pro vulg. *curae.*

*Arator.* bos arator. Vesp. 5. — *Aratores.* A. 42. sunt Equites, qui agros publicos conduxerant. v. not. et Clav. Cicer. sub v. *Arator.*

*Arbiter*, qui a partibus electus rem judicat ex aequo et bono. cuidam — adhibitus arbiter. Oth. 4.

*Arbitratus.* ipsorum arbitratu. A. 35. suo et Agrippae arbitratu. ibid. Senatus arbitratu. T. 34. arbitratu suo. T. 68.

*Arbitrium.* quum Ocellatis — liberum mortis permisisset arbitrium. Dom. 8. (h. e. potestatem eligendi mortem quam vellent.) ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Dom. 11. impetrato mortis libero arbitrio. Lucan.

i. q. *potestas*, *pro lubitu agendi*, *voluntas*, *potentia.*

arbitrium orbis terrarum. C. 7. constituta ad arbitrium Rep. C. 9. unus ex eo tempore omnia in Rep. et ad arbitrium administravit. C. 20. jus arbitriumque omnium rerum illi permissum est. Cal. 14. reputans, Remp. plurium arbitrio temere committi. A. 28. non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se munus. Tit. 8.

semper alias *sui arbitrii* (h. e. qui ipse decerneret, neque aliorum consilia sequeretur) *contentusque se uno.* T. 18. *alieni arbitrii et sub paedagogo fuit* h. e. paedagogi imperio subjectus. Cl. 2. haec non tam suo, quam uxorum libertorumque arbitrio administravit. Cl. 25. magnam imperii partem non nisi *consilio et arbitrio* vilissimi cujusque histrionum et

aurigarum administravit. Vit. 12. *regebatur* trium *arbitrio*. Galb. 14.

*Arbitror*. Ner. 1.

*Arbor*. arbor palmae. A. 94. arbor cupressus. Vesp. 5. cf. Dom. 15. pomiferae arbores. Cal. 37. truncatis arboribus et in modum tropaeorum adornatis. Cal. 45. arborem ab ipso institutam (plantatam) elanguisse. Galb. 1. ramus instar arboris. Vesp. 5.

*Arca*. arca ingens variorum venenorum plena. Cal. 59. arca, in qua sortes Praenestinae. T. 63.

*Arcanus*. sedem arcanarum libidinum. T. 43.

*Arcere*. ad arcendos incendiorum casus. Cl. 25. de quarum solariis incendia arcerentur. Ner. 16. arceri progressu. Ner. 46.

*Arcessere* (ita enim scribendum, non *Accersere*, et temere discrimen statui utriusque vocis, dudum constat inter viros doctos. v. praeter alios Graev. ad T. 53. et Cal. 35.) pr. est *accedere facere*, *ad accedendum commovere*, Ebr. הקריב. Gr. μεταπέμπειν, καλεῖν, nostr. *herbeirufen* et *herbeiholen*. ad arcessendam classem. C. 2. ad arcessendas (copias). C. 58. lectoribus aut fabulatoribus arcessitis. A. 78. arcessitum e regno. Cal. 35. Terpnum citharoedum — arcessivit. Ner. 20. arcessitam mulierem. Ner. 33. missos ad arcessendam. Oth. 3. quasi adoptionis gratia arcesseretur. Tit. 5.

*joci arcessiti* i. q. *quaesiti* (nostr. *gesucht*, *weit hergeholt*.) Cl. 21. ubi jung. *frigidi*.

i. q. *ad judicium vocare*, *accusare*. veneni se crimine arcessi. T. 53. (al. *accersi* et *arcessitum*, etiam *arcessiri*, forma antiqua, in Suetonio non ferenda.) arcessi statim ac mori jussus est h. e. accusari mortique dari. Cl. 37. ubi aeque al. *arcessiri*.

*Archimimus*. in funere Favor archimimus personam ejus ferens, imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi. Vesp. 19.

*Architectus*. liberto, adesse architectos, nunciante. Oth. 6. — *Arctus* v. *Artus*.

*Arcus*. marmoreus arcus cum tropaeis (a Senatu Druso decretus.) Cl. 1. Tiberio marmoreum arcum — peregit Claudius. Cl. 11. Janos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones Urbis tantos ac tot exstruxit. Dom. 13. v. de his *arcubus* s. *fornicibus triumphalibus* Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 59, 2.

diruto Circi max. arcu, per Velabrum Forumque Palatium et Apollinem petiit. Ner. 25. circulus ad speciem *coelestis arcus*. A. 95. cf. *Spartian*. Adrian. 13.

*Ardere*. tunica ardere visa est. T. 14. taedis ardentibus. Ner. 34. inter ardentes taedas. Cal. 13. ardens rogus. Cal. 23. quum Aemiliana pertinacius arderent. Cl. 18. ardentis domus supellectilem. Ner. 11. domus arserunt Deorumque aedes. Ner. 38. Capitolium, quod rursus arserat. Dom. 5.

*ardente* tunc *in Africa bello*. C. 70. ubi *in* non delendum, in nota ostendi.

*ardens*. nuce ardenti. A. 68. pronunciasse dicitur ardenti motu gestuque. C. 55. Caesoniam — et ardentius et constantius amavit. Cal. 25. fratris filiam — ardentissime palamque dilexit. Dom. 22.

*Ardor.* prae ardore (loquendi.) Cal. 53. impar militum ardori. Oth. 9.
*Area* Fori Caesaris. C. 26. area Capitolina. Cal. 22. 34. vacuas areas occupare et aedificare. Vesp. 8.
*Arefieri* v. *Aridus.*
*Arena* Circi vel Amphitheatri. Parthorum obsides — per mediam arenam ad spectaculum induxit. A. 43. missum in arenam aprum. T. 72. e spectaculis detractum repente et in arenam deductum. Cal. 35. in Amphitheatri arena. Ner. 53. delatores traducti per Amphitheatri arenam. Tit. 8.
inde *arena* pro *arte gladiatoria* et *muneribus gladiatorum.* in opera scenae arenaeque edenda. T. 35. (scena *ludos,* arena *munera* significat.) scenae arenaeque devotus. Cal. 30. varia arenae ministeria. Ner. 12. h. e. ministri. v. n.
specus egestae arenae. Ner. 48.
Senecam *arenam sine calce* dicebat Caligula. Cal. 53. v. n.
remedio *arenarum* (s. *harenarum*) atque arundinum confirmabatur. A. 80. Leg. *habenarum.*
*Aretalogi*, scurrarum genus. A. 74. v. n. cf. Rupert. ad *Juvenal.* 15, 16. Dicuntur *ethologi* apud *Cic.* Orat. 2, 59. v. Clav. Cicer.
*Argentum.* quicquid auro argentoque constaret. A. 25. simulacra ex auro vel argento fabricata. Ner. 32. aurum, argentum, gemmae (inter missilia.) Ner. 11. argentum pustulatum h. e. purum. Ner. 44. v. n.
argento et auro polita arma. C. 67. v. Casaub.
*Argenteus.* exciente buccina Tritone argenteo. Cl. 21.
*Argentarius,* τραπεζίτης, κολλυβιστής. avum argentarium Augusto exprobravit Antonius. A. 2. alii etiam patrem. A. 3. 70. — ut argentarios pretiis rerum coemtarum — fraudaverit. Ner. 5. v. n.
*Arguere,* ostendere, probare, aliquid verum vel falsum esse, factum aliquid vel non factum, unde pro re substrata variae significationes, ut Gr. ἐλέγχειν, nostr. *rügen.*
*arguere aliquem rei* i. q. *accusare.* hospitem negligentiae, rusticitatis. C. 53. maluit timiditatis arguere, quam noxae. A. 67. qui eam veneni olim in se comparati arguebat. T. 49. Liviam — etiam ignobilitatis arguere ausus est. Cal. 23. si quem socordiae argue. t. Cl. 3. quam praeter haec conscientia quoque nec minus delatores multorum criminum arguebant. Cl. 44. modo stultitiae, modo saevitiae arguens. Ner. 33. quum nunc mendacii, nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur. Oth. 10.
vel c. *infin.* ut genitivo verbi. qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur. Cl. 16. arguens pro veneno remedium dedisse. Ner. 33. vendidisse arguebatur. Galb. 7.
*arguere aliquid* i. q. *accusare*, *criminari aliquid.* taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens. Ner. 23. et *cum accus. participii* pro infinitivo more Graeco. arguebat et perperam editos census h. e. criminabatur, census perperam editos esse. Cal. 38. Injuria Ernest. emendavit: *arguit ut.*
*arg. aliquem* addito *ut*, Gr. ὡς. ut subditivum apud patrem arguere conatus est h. e. quasi subditivus esset. Ner. 7. Ita Oth. 10. *quasi* fugisset ex acie. v. supra.
simpl. ut Gr. ἐλέγχειν, nostr. *rügen.* conjurationes non

ultra arguit. C. 75. soloecismum usque adeo arguere perseveravit. Gr. 22. jure arguit L. Cotta h. e. contra probat, regerit, nostr. *einwenden*. Gr. 1. unde

i. q. *refellere*, *refutare*, ut ἐλέγχειν. quod et ipsum Fenestella arguit. Ter. 1. ubi antea: *quod fieri nullo modo potuisse*, Fenestella *docet*. Plinium arguit ratio temporum. Cal. 8. velut arguens rumorum de se temeritatem. Tit. 5.

et add. *ut*. Spurinnamque ut falsum arguens. C. 81. Gr. ὡς ἠπατημένον.

*Argumentum*, *id quod ostenditur*, *monstratur* aliquo libro vel fabula al., nostr. *Gegenstand*, *Inhalt*, Gr. ὑπόθεσις. arg. libri. A. 85. Cl. 38. tabulae. T. 44. spectaculum, quo argumenta inferorum explicarentur. Cal. 57. inter pyrrhicharum argumenta. Ner. 12. sicut argumentum (fabulae) postulabat. Ner. 21. quo cantionum quove fabularum argumento vicisset. Ner. 25.

*id quod probat*, *ostendit aliquid*, nostr. *Beweis*.

addit pro argumento. Cal. 8. argumenti gratia. Horat. dubia utrimque argumentorum fide. Cl. 15. levibus utrimque argumentis et testibus. Galb. 7. nec ipse ignorasse videtur — aliquot quidem argumentis. Cl. 46. (h. e. signis, quae eum docerent, documentis.)

velut argumentum rursus conditae Urbis (h. e. quod nomen, Urbem quasi recens ab eo conditam, designaret, ostenderet.) Cal. 16. cetera convicia ut falsa non alio argumento refellebat, quam quod sequ. Ner. 41.

*Aridus*. virgulta arida. C. 84. ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri Rhetoribus traderentur (h. e. elementis literarum haud satis imbuti, quasi primis fontibus nondum irrigati.) Gr. 4.

*Arefieri*. ramum exilem et cito arefactum. Vesp. 5.

*Arma*. Caesar milites habebat tam cultos, ut *argento et auro politis armis* ornaret. C. 67. Urbem introiit — *detectis commilitonum armis*. Vit. 11. legionarii *arma* sua *flammae injecere*, quibus exculti funus celebrabant. C. 84. cohortes exauctoravit, jussas Tribunis *tradere arma*. Vit. 10. batuebat *pugnatoriis armis*. Cal. 54. i. q. gladiatoriis. armorum peritissimus. C. 57. Tit. 3. exercitationes armorum. A. 83. armorum nullo studio tenebatur. Dom. 19. navis armis onusta. Galb. 10.

arma Heroum. A. 72. Pacuvii Armorum judicium (fabula). C. 84.

collegam armis Foro expulit. C. 20. h. e. per armatos.

quamquam in armis adhuc esset Pompejus. C. 69. h. e. adhuc bellaret, ut nos: *unter den Waffen seyn*.

omnia armis agenda erunt. C. 31. consulto eum ad arma isse. A. 15. ad resumenda, si qua vis fieret, arma. Cal. 48. — inde *arma* i. q. bellum. civilia arma. C. 30. Oth. 10. ubi al. *bella*. patriis nutritus in armis. Cal. 8. h. e. inter bella, in ipsis castris patris.

*Armare*. eodem modo armati. A. 25. manus Equitum Rom., quae armata praesidii causa circumstabat. C. 14. circumpositis armatis. C. 30. equitatu armato circumdedit. Cal. 48.

*Armigeri* i. q. satellites, ὁπλοφόροι, Gens d'armes. inter armigeros circa se habuerat. A. 49.

*Armatura.* levis armaturae milites opponuntur legionibus. C. 66. ut Gr. πελτασταὶ ὁπλίταις mirmillonum armaturas recidit h. e. leviora et minora arma dedit mirmillonibus. Cal. 55. studium armaturae Threcum. Tit. 8. (pro toto genere pugnandi, ut nos: *eine Waffenart lieben.*)

*Armamenta.* fusis armamentis (navis.) A. 17. Ita Gr. etiam ὅπλα, Lat. saepe *arma.*

*Armilla.* aurea armilla. Ner. 6. *Armillatus.* armillata et phalerata turba. Ner. 30. manuleatus et armillatus. Cal. 52.

*Arrigere.* ubi et in quam arrigas (sensu obscoeno). A. 69. Ita *Martial.* 3, 70, 4. 75, 1. 76, 1.

*Arripere.* Cascae brachium arreptum graphio trajecit. C. 82. arrepto pileo vel galero. Ner. 26. (ut nostr. *ergreifen*, sumere, quicquid ad manum est.) — quoniam capillo prae calvitie arripere non poterat (caput). Galb. 20. duos pugiones arripuit. Ner. 49. Oth. 11. Sed T. 45. legendum: *domum se abripuit*, non *arripuit.* v. *Abripere.* arripi constringique jussit. Ner. 34. arripiente eo conditionem (h. e. statim ad rem suam utente, prorsus ut nos: *ergreifen.*) Rh. 6. — Deinde, quoniam *rapere al. in judicium* est i. q. vocare in jud., *arripere* dicitur pro *accusare.* statim Quaestor ejus in praejudicium aliquot criminibus arreptus est. C. 23. inter Sejani consocios arreptus. Vit. 2. v. *Plin.* ep. 4, 11, 11.

*Arrogans.* Ner. 4. multo arrogantius factum. C. 79. *Arrogantia*, ἀλαζονεία, πλεονεξία. eo arrogantiae progressus est, ut sequ. C. 77. quae omnia ingrata atque arrogantiae plena. T. 68. arrogantia socordiaque intolerabilis. Galb. 14. pari arrogantia — sic coepit: Dominus sequ. Dom. 13. arrogantia fuit tanta, ut M. Varronem porcum appellaret. Gr. 23. Nostr. *Anmaſsung*, *Stolz.*

*Ars.* militarique arte. C. 55. Al. ex Lipsii emendatione *mil. re.* pugnantes temere ac sine arte. A. 45. aurigandi arte clarus. Ner. 4. nec contentus, harum artium experimenta Romae dedisse. Ner. 22. quum in mimo plures certatim experimentum artis darent. Cal. 57. quod inscitia sibi tanto opere elaboratae perfectaeque a se artis objiceretur. Ner. 41.

si qui arte praecellerent. Ner. 23. quod in ea primum artem protulerat. Ner. 25. quo majore venia meditaretur citharoedicam artem. Ner. 40. scenicae saltandi canendique artes. Cal. 11. sed et aliorum generum artes studiosissime et diversissimas exercuit. Cal. 54. arte formaque non absimilis magistro. Dom. 10. sagittas tanta arte direxit. Dom. 19. histrionibus intra domum exercendi artem jus concessum. Dom. 7.

*artes liberales.* liberalium artium doctores — civitate donavit. C. 42. artes liberales utriusque generis h. e. Graeci et Latini sermonis. T. 70. v. n. ingenia et artes fovit. Vesp. 18. docilitas ad omnes fere tum belli, tum *pacis artes.* Tit. 3. utraque ars, Grammatica et Rhetorica. Gr. 4. gratia et cura artis (Grammaticae.) Gr. 3.

*ars* maxime de *mathematicorum praesagiis.* mathematicis, *se artem desituros*, promittentibus, veniam dedit. T. 36. quae providisset ex arte. Dom. 15. ad coarguendam temeritatem artis. ibid.

Apollinem — *artis* eximiae h. e. maximo artificio factum. T. 74.

*ars* et *artes* ut Gr. τέχναι, μηχαναί. Claudium — ne qua non arte demereretur. Vit. 2. tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel *artis*, vel fortunae superfuit. Tit. 1. nostr. *Feinheit*, *Gewandtheit*.

summis artibus h. e. maxima calliditate, πάσῃ μηχανῇ. Vit. 2.

*Artifex*. artifices scenici. C. 84. artif. saltationis. Tit. 7. praestantes artif. Vesp. 18. artifex decollandi. Cal. 32. qualis artifex pereo. Ner. 49. v. Glossar. Liv.

*Artificium*. quidnam ageret et quo artificio uteretur. Gr. 9.

*Arteria*. parcere arteriis (in canendo.) Ner. 25. arterias et fauces fovebat. Vit. 2.

*Artus*. membra et artus et viscera hominis tracta per vicos. Cal. 28. (Forcellin. *quandam Latini sermonis proprietatem* dicit, qua saepe duae voces idem significantes jungantur. Universe hoc dici non potest. Sed quaevis lingua in viva descriptione partes singulas enumerat, quamvis vere diversas, et h. l. ad oculos quasi depingitur saevitia in dilaniandis corporibus, ubi a membris ad commissuras membrorum, inde ad viscera discerpenda carnifices progrediuntur. Id semel monuisse sufficiat.)

*Articulus*. articulis (manus) ita firmis. T. 68.

trop. pars minima temporis, qua duo spatia quasi conjunguntur.

per eosdem articulos et gradus. Cl. 4. si de singulis articulis temporum deliberabimus. ibid.

*Articularis* morbus, ἀρθρῖτις. Galb. 21.

*Artus* s. *Arctus* (illam scripturam optimos semper libros exhibere, viri docti satis docuerunt. v. Drakenb. ad *Sil. Ital.* 7, 180. Burm. ad T. 8. al.)

curam admin. annonae, quae artior inciderat. T. 8. artiore annona. Cl. 18. artissima annona. Galb. 7. Ita *Silius* l. c. arta fames.

tam arto repente somno devinctus. A. 16. artissimo somno quievit. Oth. 11. trahi se in artissimas tenebras. Ner. 46. (Singulis his locis solemnis est varietas *alto*, *altissimo*, *altissimas*, hoc etiam aliter est mutatum. v. Burm. et Oudend. passim, et nos ad Ner. 46.) — a matre Magn. Pompejum artissimo contingebat gradu. A. 4. artius ei junctus. (de amico.) A. 56.

Britannicum artius complexus. Cl. 43. artissimis osculis palam exceptum. Galb. 22.

*Arundo*. remedio habenarum atque arundinum confirmabatur. A. 80. v. n.

arundine canens h. e. fistula arundinea. C. 32.

*Arundinetum*, locus arundinibus consitus. Ner. 48.

*Aruspex*. v. *Haruspex*.

*Arvum*, ager arationi satisque destinatus. rura arvis atque vinetis varia. Ner. 31. existimans, nimio vinearum studio negligi arva. Dom. 7.

*Arx* i. q. Capitolium. epulanti in arce cum sacerdotibus. Cl. 44. Gr. ἀκρόπολις. v. Glossar. Liv.

*As*. Cajum et Lucium adoptavit, domi per assem et libram emtos a patre Agrippa. A. 64. v. n. — cavam manum asses porrigentibus praebens. A. 91.

*Ascendere.* ascendit Capitolium. C. 37. primus ascendit (equum). C. 61. (Graev. et Gronov. ubique fere *escendere*, quod est in arduum locum scandere, ut *evehere*, *extollere* al. v. Oudend. ad C. 61.)

pergulam ascend. A. 94. ascenso simul curru. T. 2.

*Asciscere*, i. q. *arrogare*, *allegere*. successorem ascitum eum. T. 23. asciturus in nomen familiae suae Neronem. Cl. 39. testamento in bona et nomen ascitum. Galb. 17.

*Ascopera*, ἀσκοπήρα. alterius collo et ascopera deligata. Ner. 45.

*Ascribere*, ἐπιγράφειν. tumulo — ascripserant. A. 12. ascriptum columnis. Ner. 45. ut qui statuarum titulis pronepotem se Q. Catuli Capitolini semper ascripserit. Galb. 2.

c. praepos. *ad.* ad statuam ejus ascriptum est. A. 70.

προςγράφειν, i. q. *addere*, *adjungere*. si pateretur ascribi albo. T. 51. sine mora nomen suum *in albo* profitentium citharoedorum jussit ascribi. Ner. 21. (ubi non movendum *in*, quum utraque dictio valeat, ut nos: *er ließs sich in das Verzeichniſs einschreiben*, et: *er ließs sich in dem Verzeichniſs mit einschreiben*, *aufführen*.)

*in testamento*, nostr. *zuschreiben*. ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Ner. 17. coheredem sibi libertum ejus ascriptum. Vit. 14.

*ascr. colonos* sc. tabulae, indici colonorum addere. coloniam deduxit, ascriptis veteranis. Ner. 9.

*Asellus* cum asinario occurrit. A. 96. (omen ante Actiacum proelium Augusto factum.)

*Asparagus.* celerius, quam asparagi coquuntur. A. 87.

*Asper*, τραχύς, nostr. *rauh*. asperrimae insularum. Tit. 8. per aspera et devia. T. 60.

nummus asper h. e. novus, usu nondum detritus. Ner. 44.

asper et immitis. T. 59. (σκληρός, *durus*, *intractabilis*.) asperiora suadentibus. C. 14. asperrimae orationes. C. 73. asperrima epistola. A. 51.

*Aspergere.* corpus M. Alex. floribus aspersis veneratus est. A. 18. al. *aspersum*. Sed praecedit: *corona aurea imposita*. v. Oudend. — nonnulla et ipse infamia aspersus. Ner. 3.

*Aspernari*, rejicere, respuere, nostr. *verschmähen*. oleum — *aspernantibus* ceteris, solum etiam largius *appetisse*. C. 53. panem oblatum aspernatus est. Ner. 48. — aspernatus tam lentum mortis genus. C. 87.

quum Tiberium — aspernaretur. T. 62. aspernante Agrippina (nomen.) Ner. 6. Octaviae consuetudinem cito aspernatus. Ner. 35. nec judicibus aspernantibus (conditionem.) Rh. 6.

*aspern. aliquem* i. q. *rejicere*, *removere*, *zurückweisen*. adolescentulum fragrantem unguento nutu aspernatus. Vesp. 8.

*Aspicere.* aspice Sullam, Marium, Antoni infectas manus. T. 59. ne rectis qu. oculis eum aspicere potuisse instructam aciem. A. 16.

*Aspectus.* ut aspectu deficientes libidines excitaret. T. 43.

*Aspis.* perisse morsu aspidis putabatur (Cleopatra.) A. 17.

*Asportare* h. e. absportare. cadaver ejus clam in hortos Lamianos asportatum. Cal. 59.

*Assectari.* omnibus officiis Cn. Pompejum assectatus est. C. 19. i. q. *prosecutus.*

*Assentire* et *Assentiri*. assensere cuncti. Vesp. 6. ne assentiri necesse esset. C. 80. ac si censendum magis, quam assentiendum esset. A. 35. (*Plin*. Paneg. 76, 3. *mutam et sedentariam assentiendi necessitatem* dicit. v. Schwarz. ad h. l.)

*Assensus*. populus assensu maximo comprobavit versum. A. 68. nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta. T. 45.

*Assequi*. quicquam dignitatis assequi. Cl. 3. quibus ille disciplinis tantam sit sapientiam assecutus. Gr. 11.

*Asser*. lecticarii cum asseribus in auxilium accucurrerunt. Cal. 58.

*Asserere*, pr. *manu prehensum vindicare*, unde solemnes phrases; *in libertatem* v. *in servitutem asserere*. asserere in ineuuitatem. A. 74. virginem ingenuam in servitutem. T. 2. quoscunque libuisset, in libertatem asserebant (h. e. servos liberabant). Vit. 10. ingenuam pronunciatam, patre asserente. Vesp. 3. quamquam asserente matre permansit tamen in statu servitutis. Gr. 21.

*ass. sibi aliquid* i. q. *vindicare*. divinam ex eo majestatem asserere sibi coepit. Cal. 22. ne dominationem sibi asserere perseveraret. Oth. 9.

*asserere aliquid* i. q. *defendere*, ut *vindicare*. in asserenda dignitate. C. 16. h. e. defendenda, vindicanda ab adversariis, idemque dicitur *defendere* dignitatem. C. 33. coll. *Caes*. B. C. 1, 7. et *tueri* dignit. C. 72. — Senatus in asserenda libertate consensit. Cal. 60. h. e. vindicanda ex servitute, restituenda. asserturi communem libertatem. Cl. 10.

*Assertio*. recuperatores ne se *perfusoriis assertionibus* accommodarent. Dom. 8. h. e. ne judices iis operam darent, qui per calumniam servos in libertatem asserentes dominos justos fraudatum irent. v. not. et voc. *perfusorius*.

*Assertor* i. q. *vindex*. populo detrectante dominationem atque assertores flagitante. C. 80. ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Galb. 9. assertores unicos dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse. T. 2.

*Assessor*. v. post *Assidere*.

*Asseverare*. constantissime asseveravit fore ut sequ. Vesp. 5.

*Assidere* i. q. considere, *sich setzen*. assidentem conspirati — circumsteterunt. C. 82. aquila in culmine domus assedit. T. 14. humi assidens. Ner. 53.

Gr. παρακαθίζεσθαι. neque coenavit una, nisi ut in imo lecto assideret. A. 64. nec — vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. A. 78. certamini praesedit — assidentibus Diali sacerdote et collegio Flavialium. Dom. 4. canenti in multam noctem assidens. Ner. 20.

assidebat juxtim vel ex adverso. T. 33. assidere in toro juxta coegit. Dom. 11. (ubi non otiosum est *juxta* ob proximi loci significationem.)

*Assessor* sc. judicii, judici consilii aliusque operae causa assidens. v. *Heinecc*. Ant. R. 4, 6, 9. Digest. 1, 22. de officio assessorum. — Cornel. Laco, ex assessore Praefectus praetorii. Galb. 14.

*Assiduus* pr. est *locuples*, nostr. *ansässig*, a v. *assidere*; Grammaticorum enim derivationem ab *asse dando* nihil moramur. v. *Cic*. Top. 3. *Gell*. 16, 10. fin. — Inde ut *assidere* est i. q.

semper adesse, semper agere, tractare aliquid; *assiduus* est *frequens*, *creber*, nostr. *beständig*, *immerwährend*, *häufig*.

assiduo et vehementi strigilis usu. A. 80. congressum ejus assiduum vitavit. T. 50. ob assiduas sterilitates. Cl. 18. convivia agitavit et ampla et assidua (i. q. *saepe*). Cl. 32. militem opere assiduo corroboravit. Galb. 6. magna et assidua monstra. Galb. 18. post assiduas in se conjurationes. Vesp. 25. (i. q. *crebras*, ut in prioribus. nos aeque *beständig* saepissime pro *häufig*.) propter assiduos barbarorum incursus. Vesp. 8.

quum circa scholas — assiduus esset i. q. scholas frequentaret. T. 11. foro operam dedit honestam magis quam assiduam. Tit. 4. h. e. causas egit honestas potius, quam crebro.

vasa aurea *assiduissimi* usus. A. 71. quibus uti solebat.

*Assidue* i. q. *frequenter*, *saepe*, *häufig*, *gewöhnlich*. convivabatur assidue. A. 74. Vesp. 19. i. e. saepe. quamvis assidue in Urbe hiemaret. A. 72. ludit assidue aleam. A. 70. quum aedem assidue frequentaret. A. 91. locum assidue frequentavit. Vesp. 2. quibus frequentabatur assidue. T. 12. quum — etiam delegaret plurima assidue. T. 63. (ubi nulla est ταυτολογία, quum *plurima* ad rem, *assidue* ad tempus spectet. v. Oudend. et nostr. not.) scenicos ludos assidue fecit. Cal. 18. spectacula assidue edidit. Dom. 4. triumph. ornatum — assidue gestavit. Cal. 51. equestrem ordinem — assidue proscidit. Cal. 30. ut coenaret in stabulo assidue. Cal. 55. gloriatum assidue. Cal. 12. precantibus assidue. Cl. 20. assidue — commendabat. Cl. 27. ponit assidue pro stulto baceolum. A. 87. assidue disseruit. Gr. 2.

*Assiduitas*. spectaculorum et *assiduitate* (h. e. frequenti, saepe repetita celebratione) *et varietate atque magnificentia* omnes antecessit. A. 43. ubi *assiduitas* notat, eum saepissime, *varietas*, omnis generis, *magnificentia*, cum maximo splendore spectacula edidisse.

vitato *assiduitatis* fastidio h. e. continuae praesentiae. T. 10.

*assiduitas* concubitus h. e. frequens concubitus iteratio. Dom. 22.

*Assignare*, attribuere, dare, nostr. *anweisen*. assignavit et agros. C. 38. maritis — proprios ordines assignavit. A. 44. sedibus assignatis collocavit. T. 9. duo millia jugerum — Sexto Clodio assignasti. Rh. 5.

*Assimilis*, προσόμοιος. aeri assimilis capillus. Ner. 1. assimilis quidam mugitui sonus. Galb. 18. assimilis Vespasiano imago. Vesp. 7.

*Assimulare*. quam (naturam) assimulasse aptissime visus est h. e. comparasse, justa comparatione descripsisse. T. 57. Oudend. ad h. l., et Burm. ad *Ovid.* Metam. 3, 158. et 14, 656. hanc unice veram scripturam, alteram formam *Assimilare* non Latinam esse, judicarunt.

*Assistere*, παρίστασθαι, παρεστηκέναι. assistens simulacro Jovis. Cal. 33. παρεστώς. puer arae Larium cubiculi ex consuetudine assistens. Dom. 17. — Etiam Vit. 9. „gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite *adstitit*“ referri potest ad v. *Assistere* aeque atque ad *Adstare*. Res eodem redit, ut Graece nihil refert, ἐπέστη dixeris an ἐφίστατο v. ἐφειστήκει, Germ.

*er ſtand* v. *er ſtellte ſich*, *er ſaſs* v. *er ſetzte ſich ihm auf d. Kopf.* Grammatici enim Latini distinxere duo verba, quum Graeci στάω et ἵστημι conjunxerint, notata tantum in singulis temporibus diversitate significationis.

*Assolet.* ut assolet sc. fieri. Ner. 7. 34. ut illic assolet. Vesp. 7.

*Astringere.* milites ad certam stipendiorum formulam astrinxit. A. 49. commeatum ad certam formulam astrictum. T. 18. jusjurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant. C. 84.

*Assuescere.* quo celerius Reip. (sc. administrandae) assuescerent. A. 38.

*assuerat* c. infin. C. 45. A. 49. Ner. 26. ut assuerat. Dom. 12.

*Assuetus.* polyphago crudam carnem mandere assueto. Ner. 37. a peritis et assuetis sc. imperio. A. 23. Fortuna laetam sortem dare assueta. Dom. 15.

*Assuefacere.* filiam ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret. A. 64. Al. *ad lanificium.* De utroque usu v. Oudend. ad h. l. cf. *Addere* et *Admovere.*

*Assulae,* σχίδακες, σχίδια, *Schindeln.* depictas minio assulas. Gr. 11.

*Assumere,* προςλαβεῖν. cognomen. A. 7. T. 1. Cal. 22. Cl. 2. Dom. 13. appellationem. Gr. 10. aliquem collegam. T. 65. Cal. 15. inter Legatos majore filio assumto. Vesp. 4. assumtis (in conspirationem) compluribus libertis. Cl. 13. Sed Ner. 26. leg. pretium *absumeretur*, non *assumeretur.*

*Assurgere.* quum conaretur assurgere. C. 78. admonentem, ut assurgeret. ibid. sibi Pontium non assurrexisse. ibid. eisdem praetextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro. A. 56. quum palam esset, ipsum quoque eisdem (Consulibus) et assurgere et decedere via. T. 31. spectaculis advenienti assurgere et lacernas deponere solebant. Cl. 6. neque assurgere, neque salutare se dignantem. Vesp. 13. — v. de hoc assurgendi more *Lips.* Elect. 1, 10. et 2, 3., et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 54, 2. ubi: „in venerationem tui *theatra ipsa consurgent.*"

*Astici* ludi. Cal. 20. Lectio valde incerta. Videtur corrigendum: *iselasticos ludos.* v. not.

*Astus.* astu magis ac dolo. T. 65. Ita *Virgil.* Aen. 11, 704. „*consilio* versare *dolos* ingressus et *astu.*" *Silius* 16, 32. „*non ars aut astus belli*, vel dextera deerat." (Plura ejusmodi exempla, quae ad pleonasmum vulgo parum accurate referuntur, quum vivae tantum sint orationis, quae dum sibi non sufficit, explicare sese et augere solet, collecta vide sub fine hujus indicis.)

*Asylum.* abolevit et vim moremque asylorum, quae usquam erant. T. 37.

*At* (de origine vocis v. quae satis curiose disputavit *Scheid.* ad Sanct. p. 670.) sive in oratione, sive historia, sive colloquio, occurrit semper auditori vel lectori, et quaestionem ejus occupat, unde *in continuatione vel transitu*, maxime ubi praedictum est vel apparet, de pluribus deinceps dicendum esse, usurpari solet, ubi quasi occupat quaestionem: *quid porro? quid inde?* unde respondet particulis: *verum*, *jam*, *jam vero*, Gr. ἀτάρ, αὐτάρ.

*at* in consulatu. Ner. 2. *at* in semet augendo. Cl. 12. *at* a primoribus. Galb. 10. (quibus locis corruptum fere in vi-

tiosum *ac* ante vocalem. v. Oudend. ad Cl. 12. et Galb. 10. cf. *Ac.*)

*at* in Achaja. Vesp. 5. *at* in Amphitheatro. Dom. 4. *at* in jure dicundo. Galb. 7. *at* quoties — utendum esset. A. 82. *at* in memoriam patris. Cal. 15. *at* in exerc. recensendo. Cal. 44. *at* illa commota. T. 51.

Ita etiam Oudend. e pluribus libris dedit *at* C. 52. „*at* ne cui dubium omnino sit", ubi tamen vulg. *atque* v. *ac* praeferendum, ut A. 32. ubi aeque alii: „*at* plerisque detrectantibus." — in provincia — *at* in urbano officio. Vit. 5. siquidem Cneus sequ. *at* Cajus. A. 2. urbanorum quidem — *at* provincialium. A. 33. equestrem mil. petentes ordinabat; *at* iis sequ. A. 46. (ubi duplici protasi respondet duplex apodosis, quarum alteram *at* inducit, quod cave ejiciendum putes vel mutandum in *atque*, quem errorem in nota cum aliis erravi.) duabus continuis noctibus somniavit, *prima* sequ. *at* insequenti. A. 94. Ita *at* restituendum, quod Burm. et Oudend. fecerunt, C. 49. „actiones Dolabellae et Curionis, in quibus Dolabella — *at* Curio." Male reliqui *ac*. — *at* v. *at certe* post *etsi*. etsi non de perfecto, *at certe* de cogitato quondam parricidio. Cal. 12. *etsi* non auctor, *at* conscius. Ner. 33.

*at contra*. A. 93. Galb. 15. v. *Contra*.

*at idem* in opposito. C. 58. ut A. 4. *rerum idem*. v. *Idem*.

*at* et *ut* saepe confusa docet Burm. ad Vesp. 24. ubi tamen stare debet lectio: *Vae*, *puto* sequ.

*Atque* semper ponitur ante vocalem, nunquam *ac*, quod corrigendum, ubi ita occurrit. Ita leg. *atque etiam* C. 23. 26. 27. 45. 55. 69. A. 3. 24. 52. 57. 82. 84. 94. T. 2. 10. 44. 61. 71. 76. Cal. 22. Galb. 5. Vesp. 6. al. A. 19. cum Oudend. edidi *et* rerum nov. initia, ubi al. vitiose *ac etiam*, Burm. servavit *et etiam*. v. Burm. ad C. 26., Torrent. et Burm. ad A. 96. — *non enim* — *atque etiam*. C. 69. v. *Etiam*.

*atque ex eo*. A. 94. T. 54. — *atque* i. q. *verum*. atque aegre repulsa. C. 85. v. Oudend.

*atque ita*. C. 13. 33. 82. A. 1. 42. T. 53. 56. Oth. 11. Ner. 48.

*atque iterum*. T. 2.

*atque* pro *quam*. gravius *atque* ipse sensisset. C. 14. Contra *quam* ponere solet scriptor post *aliter*, quod vide. *simul atque*. C. 29. v. *Simul*.

*Atqui* i. q. *et tamen*. atqui e lotio est. Vesp. 23.

*Atavus*. Ner. 2. ubi v. Oudend., qui pro *tritavo* et *proavo* saepius dici docet. Hoc tamen loco error potius est scriptoris, qui patrem et filium confudit.

*Athletae* h. e. Pugiles et Luctatores. v. ad C. 39. *Onuphr. Panvin.* de ludis Circ. 2, 1.

athletae, stadio ad tempus exstructo, in regione Martii campi certaverunt per triduum. C. 39. athletas quoque (edidit), exstructis in campo Martio sedilibus ligneis. A. 43. athletarum spectaculo muliebre secus omnes summovit. A. 44. athletis et conservavit privilegia et ampliavit. A. 45. in gymnasium progressus certantes athletas effusissimo studio spectavit. Ner. 40. ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales. Ner. 12.

*Atratus* h. e. atra veste indutus. atratus senex. Galb. 18. *de supplice.* an atratus prodiret in publicum. Ner. 47.

*Atrium.* in atrio domus suae Aug. Hylan pantomimum flagellis verberavit. A. 45. progressus in atrium domus. Cal. 41. ut — stemma in atrio proposuerit. Galb. 2. aperto atrio. Galb. 4. progressus in atrium medicus. Vesp. 5. docuit in atrio Catilinae domus h. e. in porticu ad atrium. Gr. 17.

tu nobilium magna atria curas. Juvenal.

*atrium Libertatis* in monte Aventino, ab Asinio Pollione exstructum vel potius restitutum. A. 29. v. n.

*Atriensis.* Palatinus atriensis (Apollo.) Cal. 57. v. n. coll. A. 29. et Cal. 22.

*Atrox* i. q. *saevus, immanis.* atrocis exitus signum. Dom. 11. adduntur his atrociora. Ner. 34. multa — ita saeve et atrociter factitavit. T. 59. judicia majest. atrocissime exercuit. T. 58.

*Atrocitas* i. q. *crudelitas, diritas.* ad mitigandam temporum atrocitatem. T. 48. atrocitas insequentium temporum. Cal. 6. exacerbati etiam recenti atrocitate. T. 75. ob atrocitatem facinoris. Cal. 12. immanissima facta augebat atrocitate verborum. Cal. 29. consilium iniit nefandae atrocitatis. Cal. 48. atrocitate poenae conterritus. Dom. 11.

*Attendere* i. q. operam dare, subint. *animum,* ut Gr. προςέχειν. eloquentiae plurimum attendit. Cal. 53. attendit et juri. Galb. 5. attendit et extispicio. Ner. 56. (*Plin.* ep. 7, 26. „ne sermonibus quidem malignis aut attendit aut alitur.")

*Attenuare.* attenuatum te esse continuatione laborum. T. 21. h. e. debilitatum.

*Atterere.* attrito bellis civilibus patrimonio. A. 40. attritis facultatibus. Galb. 3. v. Oudend. ad A. 40.

*Attingere.* soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset. A. 5. (*Ovid.* Trist. 4, 3, 46. „*tactaque nascenti* corpus habe-ret *humus.*") in paucis diebus, quam Capreas attigit. T. 60. postquam castra attigit. Cal. 44. ut primum provinciam attigit. Vesp. 4. Nostr. *betreten.*

commentarios — ante clare obtestatus Deos, neque legisse, neque attigisse quicquam, concremavit. Cal. 15. unde i. q. *tractare, operam dare, versari in al. re.* poeticam summatim attigit. A. 85. liberales disciplinas omnes fere puer attigit. Ner. 52. studia, quae jam inde a puero non leviter attigerat. Gr. 9. — ne quam partem curamve Reip. attingeret. T. 13. (nostr. *sich mit etwas befassen.*)

militiam resque bellicas semel attigit. Cal. 43.

breviter attingam. Galb. 3. Oppon. *exsequi longum est.* nostr. *kurz berühren.*

i. q. *manus injicere, vim inferre,* Gr. ἐφάπτεσθαι. ut cubicularios ejus non attigerint. Ner. 38.

*Attonitus* i. q. *perculsus, consternatus.* attonitis jam omnibus h. e. stupentibus et ignaris, quid agendum esset. C. 28. attonita (tristi nuncio) et moesta civitas. Cal. 6. similis attonito. Cl. 38. Dom. 17. (nos: *wie vom Blitz getroffen.*)

*Attrahere.* attractum ad se recipere debitum — imperavit. T. 57. ut vivum eum attraherent. Ner. 49.

*Attrectare* i. q. incastas manus adjicere. cujus uxorem attrectaverat. Ner. 26.

*Attribuere.* bona oppressorum — restitutioni afflictarum civitatum attribuit i. q. assignavit. Tit. 8. mentis valetudini attri-

buerim diversissima in eodem vitia. Cal. 51. (nostr. *zuschreiben.*)

*Auctio*, *Auctor*, *Auctoritas*, *Auctoramentum*, v. post *Augere*.

*Aucupari*. i. q. studiose quaerere, quemadmodum et *venari* dicitur. Gr. θηρᾷν, nos: *nach etwas jagen.*

reconditas voces aucupanti. A. 86. i. q. *Gell.* 2, 9. λεξιθηρεῖν.

*Audere*, conari, moliri. ad audendum aliquid concitasset. C. 8. nihil non ausurum eum. C. 19. ingentia facinora ausus. Cal. 49. Cyzicenis — in cives Rom. violentius quaedam ausis. T. 37. similia quandoque ausuros. Tit. 8. ne bono qu. exemplo audendam esse patroni necem. Dom. 14. ut auderet, hortantibus. Ner. 23. non tamen, ut — componere aliquid auderet. A. 89. v. Oudend.

*c. infin.* permanere in magistratu et jus dicere ausus. C. 16. ludos non audentibus facere. A. 10. quum spectare ludos non auderent. A. 40. non ausus extorquere. A. 56. nec quicquam ausus inquirere. A. 27. summam imperii neque suscipere neque recusare ausus. Ner. 3. neque convivia inire ausus est. Cl. 35. primi obsequium rumpere ausi. Galb. 16. non audenti in comparationem se demittere. Rh. 6. quum — non aliter audire ausus esset. Vit. 2.

*Audens*. dubium cautior an audentior. C. 58. abusum audentius mendacio. Cal. 8.

*Audacia*. ad omnem licentiam audaciamque processerant. Vesp. 8. audacia in translationibus. Gr. 10.

*Audire*. avum meum narrantem puer *audiebam*. Cal. 19. illud quoque a majoribus natu *audiebam*. Cl. 15. *audiebam* etiam memoria patrum. Gr. 4. (Ita *Cic.* Off. 3, 19, 7. „*audiebam* de patre nostro puer" ἀοριστικῶς, incerto, quando et quoties audiverit.)

vox comminantis audita est i. q. minantem audiverunt. Cal. 22.

quod saepe *ex eo* (αὐτοῦ λέγοντος) auditum ferunt. C. 29. qui diceret, audisse se *ex* defuncto, quum viveret. Dom. 12.

scripta, etiam Augusto audiente, recitata i. q. coram Augusto. T. 61.

*c. partic.* Graeco more. quum audiret reges concertantes. Cal. 22.

et resoluto participio. auditus est certe, *dum* ex eo quaerit. Dom. 4. (Ita *Plin.* ep. 7, 24, 5. „audii ipsam, *quum* mihi commendaret." 8, 18, 9. „auditum est frequenter *ab ipso, quum* quereretur." *Cic.* de Orat. 2, 90. „audivi — Metrodorum, quum de his ipsis rebus disputaret." coll. 5, 23. „virum *videbamus*, *quum* operam daret.")

i. q. *comperire*, *cognoscere*. *de* Betriacensi victoria — audiit. Vit. 10. audita clade Tituriana. C. 67.

Indos ac Scythas, *auditu* modo *cognitos* i. q. fama. A. 21.

*de judice* i. q. *cognoscere*, nostr. *verhören*. solus audiit disceptantes. A. 93. ne auditos quidem quosdam reos. T. 75. quum scorta meritoria citari adversus se et audiri pro testimonio videret. Cl. 15. solus plerasque custodias, h. e. custodiae datos, audiebat. Dom. 14. vis, hunc nequissimum servum cras audiamus. Dom. 11. audiit condemnavitque. Dom. 16.

omnino *colloquium dare*, ut etiam legationes audiret. Vesp. 24.

*aud. cantantem*, *anhören*. taedio audiendi laudandique. Ner. 23. ad quem audiendum. C. 32. solos scire audire Graecos sc. cum peritia artis et studio. Ner. 22.

*e scripto cognoscere*, vix ut referri audirive, nedum credi fas sit. T. 44.

*de discipulo*, ἀκροᾶσθαι. venientem, ut se extra ordinem audiret. T. 32. audisse Antonium Gniphonem. Gr. 10. studiose et audiit et imitatus est Cornel. Alexandrum. Gr. 20. Male vulg. *et avide*.

*Auditorium*, ἀκροατήριον. nonnulla in coetu familiarium velut in auditorio recitavit. A. 85. cf. Cl. 42. quum primum frequenti auditorio commisisset (historiam). Cl. 41. diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus. Juven. quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset. T. 11. propria auditoria instituit. Rh. 6.

*Auditor*. necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur. A. 86.

*Auferre*. quum hostes omnem rei div. apparatum abstulissent. A. 96. nihil se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. C. 60. qui — jam apposita e triclinio auferrent. C. 43. neque ex quoquam (acervo) plus denario auferente. A. 57.

*alicui aliquid*. ut, si quid scenici vendidissent, auferretur emtoribus. Galb. 15. ut qui uni Ptolemaeo sex millia talentorum — abstulerit. C. 54. pontificatum max., quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat i. q. adimere. A. 31.

i. q. *asportare*. quum a sinu matris raptim auferretur. T. 6.

proposito praemio, quod victor auferret. Gr. 17. (nostr. *davon tragen*.)

*Augere*, h. e. magnitudinem vel multitudinem alicujus rei vel personae extendere, incrementum numeri vel finium addere, *vermehren*, *vergröſsern*, Gr. αὔξω, quod deduco a particula αὖ.

aug. numerum. A. 37. praemia. A. 34. poenas. C. 42. classem. Ner. 3.

quum *augeri hostias* imperasset. A. 96. h. e. hostiarum numerum. (male comparant *augere aram* et similia, ubi sacrorum verbum est *addere*, *imponere arae*.)

*auxisse tributa* provinciis, nonnullis et duplicasse. Vesp. 16. ubi additum *duplicasse* docet, *augere* h. l. non esse *vermehren*, sed *vergröſsern*, ad magnitudinem pertinere, non multitudinem.

cupiditas, quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi. A. 21. augendi propagandique imperii voluntas. Ner. 18. (illud ad *vires*, hoc ad *fines* spectat.) instruxerunt auxeruntque ab omni parte Grammaticam. Gr. 2. (*instruere* est materiem congerere, *augere* fines extendere scientiae, ceu imperii.) augebat iter h. e. longius extendebat. C. 65.

aug. gloriam. A. 21. Oth. 1. ut auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret. T. 10. ad majestatem ejus augendam. T. 15. etsi gratiam (orationis) augent. A. 86. ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret. Cal. 17. aug. rumorem. C. 2. A. 70. suspicionem. Tit. 5.

*auxit intenditque* saevitiam. T. 62. h. e. in plures et atrociorem saevitiam exercuit.

fama et confirmata et aucta est. Galb. 12. h. e. famae et veritas constitit, et argumenta accesserunt.

*augere vocem* i. q. intendere. Cl. 33. (*die Stimme erheben.*) vel conservandae vocis causa vel augendae. Ner. 20. ubi est: vires vocis augere, *die Stimme verstärken.*

*augere aliquem* i. q. *ornare*, *cumulare*, quasi majorem facere.

in semet augendo parcus atque civilis. Cl. 12. maximis honoribus praemiisque auctam. C. 52. non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus. Vit. 5.

loca religiosa — augusta dicuntur ab *auctu* h. e. ἀπὸ τοῦ *augere*, honore scilicet cultuque divino, adeoque consecrare. A. 7. unde

*Augustus* i. q. magnus vel specie, vel honore. quod loca religiosa — augusta dicantur. A. 7. augustum augurium. ibid. v. *Ovid.* Fast. 1, 609. augustiore forma. Ner. 1. augustiore dignius loco. Galb. 18.

*Auctio* h. e. proprie auctio pretii licitando in venditione publica.

ex auctionibus hastae. C. 50. vario et exquisitissimo auctionum genere. Cal. 38. auctione proposita. Cal. 39. sedenti in auctione. ibid. ducentesima auctionum. Cal. 16. h. e. ducentesima pars pretii rerum auctione venditarum, vectigal aerario militari destinatum. v. n.

*Auctor* omnino qui efficit, ut aliquid exsurgat, oriatur, in lucem prodeat, (ut Germ. *Urheber* i. q. *der aus dem Anfang hervorhebt*) igitur qui facit, dicit, scribit, instituit aliquid, vel aliis faciendi, dicendi, scribendi etc. causa est, unde multiplex usus pro rerum diversitate.

nostr. *Urheber*, *Stifter*, *Verfasser.* Iliensibus quasi Rom. gentis auctoribus. Cl. 25. Aënobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium. Ner. 1. gens Claudia — auctore Tito Tatio, vel Atta Claudio, gentis principe — in patricias cooptata. T. 1. h. e. per Tatium vel Claudium, qui primi totius gentis cooptationi locum et occasionem dederunt. plures auctorem generis libertinum prodiderunt. Vit. 2.

*auctor operis*, *aedificii.* sine ulla pristini auctoris memoria. Dom. 5.

vel *libri.* belli Alexandrini — incertus auctor est. C. 56. vulgare libros nomine auctoris. Gr. 8. quicquid fatidicorum librorum, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur. A. 31. h. e. iis, qui conscripserant illos libros, vel prorsus ignotis, vel obscuri nominis, neque tali operi paribus. sine auctore notissimi versus. A. 70. h. e. ignoti auctoris. quod hi (versiculi) sine auctore sunt. Cal. 8. (ignoto auctore.) ne requisitis qu. auctoribus (libellorum.) A. 55. sed neque auctores requisiit. Ner. 39. animadversum est statim in auctores. T. 61. scripta famosa — abolevit, non sine auctorum ignominia. Dom. 8.

unde *auctores* i. q. *scriptores.* utriusque linguae auctores. A. 89. inter veteres et praecipuos auctores. T. 70.

Ita *auctorem esse* i. q. *narrare*, *tradere* al. vel ore vel calamo. idem Curio, sed et M. Actor. Naso auctores sunt. C. 9. cujus rei auctor est Cornelius Balbus. C. 81. ut auctor est

Bibaculus. Gr. 11. *vel sequ. acc. c. inf.* auctor est Jul. Marathus. A. 94. quum sint quidam auctores. Cal. 5. quum incertis auctoribus percrebruisset. Cal. 6. h. e. incerto, qui primus rem narrasset. adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus (h. e. a scriptoribus fide dignis.) Ner. 34.

Nepos auctore certo comperisse se ait. Ter. 3.

nullus auctor tam levis exstitit, a quo non — compelleretur. Cl. 37. (ubi jungitur: *nulla suspicio;* haec ad proprium metum pertinet, *auctor* h. e. *delator* ad alienam narrationem, quae metum ei faceret, criminando timorem injiceret.)

*auctor*, qui aliquid *instituit*, *suadet*, *jubet*, uno verbo *causa et origo alieni facti.*

auctor et aliarum rerum fuit h. e. et alia instituit. A. 36. ut optimi status auctor dicar. A. 28. legum ac libertatis auctorem et vindicem. Rh. 6. cujus necis etsi non auctor, at conscius fuit. Ner. 33. se consulto et auctore h. e. venia sua expetita. Cal. 34.

nec auctor posthac cujusquam necis, nec conscius. Tit. 9. ubi al. *cuiquam*, sed male. v. Oudend. caedis auctores. Dom. 23. defectionis auctores. Oth. 1. Sed Dom. 11. legendum: *actorem summarum*, non *auctorem.*

auctore Antonio Musa h. e. suasu, jussu Antonii. A. 81. auctore D. Caesare. A. 96. quo auctore h. e. cujus jussu. Galb. 19. auctore Tiberio. Vit. 2. alium dicentem: *auctore eo* Senatum se adisse, verba mutare, et *pro auctore suasorem* dicere coegit. T. 27. (ubi *auctore eo* i. q. ejus jussu, adeoque mitius verbum *suasor*). qui auctore Augusto quatuor liberos tulerat. T. 47. h. e. jussu Augusti vel legibus Augusti commotus. Metello turbulentissimas leges ferenti — auctorem propugnatoremque se praestitit. C. 16. h. e. Metellum ad has leges ferendas et impulit et postea, quum tulisset, propugnavit. ut auctores nominaret. C. 20. h. e. qui se ad hoc facinus subornassent: sed C. 12. legendum *adjutore*, non *auctore*. v. Burm.

*cum genitivo verbi s. gerundio*, v. *genitivis nominis et participii.* auctores Bibulo fuere, tantundem pollicendi. C. 19. auctores restituendae tribuniciae potestatis. C. 5. auctor Senatui fuit mittendae legationis. Oth. 8. auctor Senatui fuit decernendi. Vesp. 11. auctor Tribunis pl. fuit accusandi. Dom. 8.

*sequ. ut.* matronas ut propinqui coercerent, auctor fuit. T. 35. templum ut reficeretur, auctor fuit. Cl. 25. de sororibus auctor fuit, ut sequ. Cal. 15. matri ejus auctor fuit, ut sequ. Pers. — *et juncta utraque constructione.* auctor singulis universisque *conspirandi* simul, *et ut* — communem causam juvarent. Galb. 10.

*Auctoramentum* i. q. *merces.* rudiariis quoque revocatis auctoramento centenûm millium. T. 7.

*Auctoritas* i. q. *dignitas*, *praestantia* prae aliis, qua auctor sum iis faciendi, quae volo, unde *voluntas*, *imperium*, *potentia*, nostr. *Ansehen*, *das Gebietende*, *Gebot*, *ἀξίωμα.* Gall. *superiorité.* quorum (optimatium) auctoritatem ut invicem deminueret. C. 11. ut auctoritatem absentia tueretur. T. 10. auctoritas et majestas quaedam ut scilicet inopinato et adhuc novo Principi deerat. Vesp. 7. auctoritas dignitasque formae non defuit. Cl. 30. forma, cui non minus auctoritatis esset, quam gra-

tiae. Tit. 3. — tanta Consulum auctoritate. T. 31. majore favore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium. Galb. 14. ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis quam auctoritate. C. 69. Sejanum — astu magis ac dolo, quam principali auctoritate, subvertit. T. 65. posse enim auctoritate et praesentia praevalere. Galb. 19. extudit magis convicio, quam precibus vel auctoritate. Vesp. 2. —

citra Senatus populique auctoritatem. C. 28. h. e. sine jussu Sen. pop.

repudium ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum. T. 11. h. e. voluntate Augusti. quasi ex Senatus auctoritate missus. T. 54. neminem exsulum nisi ex Senatus auctoritate restituit. Cl. 12.

*auctoritas* i. q. testimonium, quo aliquid docetur. sequenda est igitur — publici instrumenti auctoritas. Cal. 8.

*Augur.* Augur in locum fratris sui Drusi destinatus. Cal. 12.

*Augurale* sacerdotium. Cl. 4. Gr. 12.

*Augurium* capere. A. 95. ubi v. Burm. augurium, quod factum ei. Vit. 18. augustum augurium. A. 7.

augurium Salutis. A. 31. v. n.

*Augurare.* in augurando. Oth. 7. posterioris Ennii de augurandi disciplina volumina. Gr. 1. loca, in quibus augurato quid consecratur. A. 7.

*Aula.* i. q. domus Principis, adeoque, qui ad ministerium et officia Principis pertinent, nostr. *Hof.*

deserta desolataque reliquis subsidiis aula. Cal. 12. quicquid instrumenti veteris aulae erat. Cal. 39. inter ludibria aulae erat. Ner. 6. interdicta aula. Vesp. 14. praecipuum in aula locum tenuit. Vit. 4. educatus in aula. Tit. 2. erat tum in deliciis aulae histrio. Juven.

*Aulici.* interiores aulici. Cal. 19. aulicus apparatus. Dom. 4. luctatores aulici. Ner. 45.

*Aura.* *Plin.* ep. 5, 6, 5. „semper *aer spiritu* aliquo *movetur*; frequentius tamen *auras*; quam *ventos* habet.“ ubi Schaefer. „*aura* aer lenis, in primis a mari spirans“ coll. *Euripid.* Hec. 433. et Schol. ad h. l., *Aristot.* de mundo c. 4. Nos eodem modo distinguimus *Luft* et *Wind.*

ad occasionem aurae evectus. A. 97. afflatus aura (maritima Circejis.) T. 72.

*Auratus*, *Aureus* v. sub voc. *Aurum.*

*Aurigae*, qui in Circo equis vel curru certabant. v. *Onuphr. Panvin.* de ludis Circens. 1, 11.

in Circo aurigas cursoresque produxit. A. 43. Threx et auriga, idem cantor atque saltator. Cal. 54. arbitrio vilissimi cujusque histrionum et aurigarum. Vit. 12. De quatuor *factionibus aurigarum*, *veneta* s. caerulea, *prasina* s. viridi, *alba* et *russea* s. *russata*, quibus Domitianus duas addit, *auratam* et *purpuream*, vide, quos citavi ad Cal. 55. et Dom. 7. Adde Gesner. ad *Plin.* ep. 9, 6, 2. cf. voc. *Factio* et *Pannus.*

*Aurigarii*, qui aurigantur, i. q. aurigae. ut — in praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. Ner. 5. ubi tamen Torrent. eos potius intelligendos putat, qui ornandi instruendique agitatores curam gerunt, comparans *quadrigarios* Ner. 16 et *trigarios Plin.* 28, 17. Sed haec interpretatio admodum arbitraria videtur. cf. v. *Quadrigarii.*

*Aurigare.* aurigabat exstructo plurifariam Circo. Cal. 54.

aurigandi arte clarus. Ner. 4. mox et ipse aurigare — voluit. Ner. 22. aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem. Ner. 24. quia Solem aurigando aequiparare existimaretur. Ner. 53. Cajo per aurigandi studium familiaris. Vit. 4. quum auriganti Cajo ministratorem exhiberet. Vit. 17. edidit et Circenses — nec ullis, nisi ex senatorio ordine, aurigantibus. Cal. 18.

*Aurigatio.* ex aurigatione sero reversum. Ner. 35.

*Auris.* mediocres aures. A. 79. dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus. vers. in vit. Terent. 1. — negavit, se delatoribus aures habere. Cal. 15. praebens invicem aurem. Cal. 22. ad insusurrandum; non *aures.* v. Oudend. lupum se auribus tenere. T. 25. (proverbium de re ancipite. cf. *Terent.* Phorm. 3, 2, 21.)

*Auricula.* auriculae asini. Pers. rubentibus auriculis. A. 69.

*Aurum.* tria millia pondo auri furatus e Capitolio. C. 54. ut qui in cellam Capit. Jovis sedecim millia pondo auri — contulerit. A. 30. ut secum vehiculo proximo decies Sestertium *in auro* efferret. Galb. 8. unde factum, ut auro abundaret, ternisque millibus nummûm in libras promercale per Italiam provinciasque divideret. C. 54. v. n. sporta auri obsuta. Rh. 1.

aurum Senonibus olim datum. T. 3. quicquid auro arg. constaret. A. 25. simulacra ex auro fabricata. Ner. 32. auro polita arma. C. 67. donum ex auro Capil. Jovi sacratum. T. 53.

aurum (inter missilia.) Ner. 11. ex auro panes et opsonia convivis apposita. Cal. 37. cuncta auro lita. Ner. 31. lectus eburneus, auro ac purpura stratus. C. 84. funeratus est — stragulis albis auro intextis. Ner. 50. aurum ad obrussam sc. probatum, purum. Ner. 44. v. n. *Martial.* 12, 57, 8. *Neroniana massa.*

*Auratus.* aurata aedes. C. 84. duobus forulis auratis. A. 31. auratis metis. Cl. 21. factio aurati panni cum purpurea quatuor pristinis aurigarum a Domit. addita. Dom. 7.

*Aureus.* *aurea chlamys* h. e. auro intertexta. Cal. 19. v. Oudend. *corona aurea* imposita Aug. corpus Alexandri M. veneratus est. A. 18. Nonium *aureo torque* donavit. A. 43.

aurea pyxis. Ner. 12. 47.

imagines aureae. T. 65. (Sejani). Pallantis. Vit. 2. distincta stellis aureis chlamys. Ner. 25. clipeus aureus. Cal. 16. sedes aurea. C. 76.

*domus aurea* Neronis. Ner. 31. Oth. 7. pars carminum aureis literis Jovi Capitolino dicata. Ner. 10. Domit. ferunt somniasse, gibbam sibi pone cervicem auream enatam. Dom. 23.

*aurei* sc. nummi. (v. *Plin.* 33, 3. Casaub. ad Oth. 4.) super immensos aureorum acervos. Cal. 42. oblati victoribus aurei. Cl. 21. quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria misisse ei. Cl. 5. zona se aureorum plena circumdedit. Vit. 16. quadragenos aureos comitibus divisit. A. 98. aureos excubanti cohorti viritim dividebat. Oth. 4. (cf. *Spartian.* Adrian. 7. „ternis jam per singulos aureis se absente divisis.") addidit et quartum stipendium militi, aureos ternos h. e. quartam pensionem ternorum aureorum. Dom. 7. v. n.

*Aurichalcum.* ferebatur pro auro et argento stannum et

aurichalcum supposuisse. Vit. 5. Patet, h. l. non pretiosum illud metallum intelligendum esse, quod *aurichalcum* v. *orichalcum* dicitur, de quo v. *Serv.* ad *Virgil.* Aen. 12, 87., *Plin.* 34, 2., sed mixtum ex auro et aere, fortasse idem, quod *aes inauratum.* C. 54. De scriptura vocis v. Oudend. ad Vit. 5.

*Auspicium.* *auspicia* quaedam et *omina* pro certissimis observabat. A. 92. (Sequitur: „et *ostentis* praecipue movebatur" et: „observabat et *dies* quosdam.") consulatu, quem adversus auspicia legesque gessisse existimabatur. Ner. 2. cf. C. 20. et 30. quae primo consulatu adversus auspicia legesque et intercessiones gessisset. leviter in itinere frivolo auspicio mente recreata. Ner. 41. (de sculptura monumenti.) terrebatur ad hoc evidentibus *portentis somniorum et auspiciorum et ominum,* quum veteribus, tum novis. Ner. 46. confirmabatur secundissimis *auspiciis et ominibus.* Galb. 9. adversissimis auspiciis. Oth. 8. laetum evenit auspicium (aquila). Vit. 9. de firmitate imperii capturus auspicium. Vesp. 7.

domuit partim *ductu,* partim *auspiciis* suis (h. e. summo imperio, missis cum imperio legatis, quum Imperator tantum auspicia haberet, ad quem summa et successus belli a legatis administrati referebatur. Ita *Ovid.* Trist. 2, 174. „*Auspicium* cui das grande *Deosque tuos.*")

*Auspices.* C. Silio nupsisse, dote inter Auspices consignata. Cl. 26. coll. *Tac.* A. 11, 26. v. Clav. Cic. sub v. *Auspex.*

*Auspicari,* auspicium capere. non pascentibus in auspicando pullis. T. 2. quum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur. Ner. 8. auspicanti Sporus anulum muneri obtulit. Ner. 46. observatum est, auspicanti pullos avolasse. Galb. 18. et quum Romani nihil nisi auspicato inciperent, *auspicari* est i. q. *incipere.*

militiam auspicantibus. A. 38. ut *initium* in scenam prodeundi licentia temporis *auspicaretur* h. e. captaret, aucuparetur. Cal. 54. honores auspicatus. Cl. 7. auspicatus est et jurisdictionem. Ner. 7. cantare auspicatus est. Ner. 22. in auspicando opere Isthmi. Ner. 37. v. de hoc verbo Lips. ad *Tac.* A. 4, 36.

*Austrinus.* austrinis tempestatibus. A. 81. (austrinae pluviae, *Colum.* 11, 2.)

*Aut* disjungit duas res easque diversas, sive in narratione, sive quaestione adhibeatur. referre aut censere. C. 20. adjuvare aut ad honorem pati pervenire. C. 23. quaerere ultra aut opinari. C. 66.

nudatos opere cens. aut condemnatos. C. 41. largitionis aut officiorum genus. C. 26. reorum aut obaeratorum. C. 27. coenasse cum parentibus *aut* conjuge liberis*ve.* Cal. 24.

*aut — aut.* aut inter vicos, aut inter vias. C. 39. aut negligentiae, aut rusticitatis. C. 53. aut acutior, aut crebrior — aut ornatior, aut elegantior. C. 55. aut permutat aut praeterit. A. 88. aut ad domesticos, aut ad exerc. prov. rectores, aut ad Urbis magistratus. A. 89.

*aut certe* v. *Certe.*

*neque aut — aut.* neque aut detexit, aut passus est. C. 58.

*aut* post *ne quidem* et alias negationes. *ne* pro concione *quidem* populi, *aut* apud milites. Cal. 24. (Ita *Tac.* H. 2, 76.

„*ne* contra Caji *quidem*, *aut* Claudii, *vel* Neronis — domum.“)

neque tamen aut statim aut unquam postea. Ner. 34. ne recusanti quidem aut — aut. Horat. nunquam *aut* historiae carminibus*ve*, *aut* stilo operam dedit. Dom. 20.

*Autem* in narratione transitionem facit ad aliam rem, ut Gr. δὲ et δ' αὖ. Ortum autem videtur ex αὖτε. Nos eodem prorsus modo: *aber*.

Ita usurpatur v. c. C. 6. 9. 10. 25. 27. 28. 42. 55. 60. 61. 70. 72. 75. 76. 79. 81. 86. al. — *tertio* v. *quarto loco positum*. *et* forensia *autem*. A. 73. *et* super coenam *autem*. Vesp. 22. (in quibus *et* mere jungit, *autem* aliam rem indicat, et est: *quod jam attinet*, ut in Gr. δ' αὖ.)

*quidem* — *autem*. v. *Quidem*.

*Autographus*. autographa quadam epistola. A. 71. literae ipsius autographae. A. 87.

*Automatum*, machina ita instructa, ut sponte, non externa vi moveri videatur.

si automatum vel pegma vel quid tale aliud parum cessisset. Cl. 34.

*Auxilium*. nisi ab exercitu auxilium petissem. C. 30. in auxilium aeris alieni. C. 54. simul in suum ac Reip. auxilium. A. 10. quem in auxil. evocarat. A. 16. populo auxilium flagitante. T. 48. in auxilium accucurrerunt. Cal. 48. in auxilium se venisse. Ner. 49. in auxilium advolaverunt. Galb. 20. auxilio plebem convocavit. Cl. 18. auxilio fugae erepto. C. 60.

*Auxilia*. auxiliis contractis. C. 4. aliis auxilia summittens. C. 28. legato Aquitaniae auxilia implorante. Galb. 9. quum Vologesus auxilia adversus Alanos depoposcisset. Dom. 2.

plerumque distinguuntur ab exercitu Romano, et sunt *copiae sociorum*, *foederatorum*, *equites* fere *leviorque armatura pedestris*. ex militaribus copiis *legiones et auxilia* provinciatim distribuit. A. 49. de *legionum et auxiliorum* descriptione. T. 30. tribus *legionibus* cum duce legatisque et *auxiliis* omnibus caesis. A. 23. per quindecim *legiones* paremque *auxiliorum* copiam. T. 16. *legionibus et auxiliis* undique excitis. Cal. 43. legatos, qui auxilia serius ex diversis locis adduxerant. Cal. 44. e plebe provinciae *legiones et auxilia* conscripsit (ubi *aux*. i. q. equitatus et velites). Galb. 10.

*Avaritia*, pecuniae cupiditas, oppon. *abstinentia*. Ner. 25. Galb. 12. coll. Vesp. 16. Dom. 9.

avaritiae singulos increpans. Cal. 39. h. e. *nimiae parcimoniae*. — *Avare*. A. 67.

*Avehere*. lectica sua avexit (Masintham.) C. 71. idque gremio suo Tusculum avexit. Galb. 4. — in quascunque terras jubebo avehi. C. 66. delatores in asperrimas insularum avehi imperavit. Tit. 8. v. de hac poena Casaub. ad C. 66. cf. *Plin*. Paneg. 34.

*Avere*. quum proclamantibus naumachiariis: Ave Imperator — respondisset: Avete vos. Cl. 21. Gr. χαῖρε et χαίρετε καὶ ὑμεῖς, in quo eadem sensus ambiguitas. Ceterum v. Oudend. ad Ner. 25.

*Aversari*. adulationes adeo aversatus est. T. 27. (Al. male *adversatus*, de qua frequentissima confusione v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv*. 8, 7., Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 46, 4.) latum clavum — diu aversatus est. Vesp. 2.

*Avertere.* ad avertendum transferendumque periculum. Cl. 29. ad avertendos — rumores. Cal. 48. Male al. *animadv.* ad avertendam suspicionem. Dom. 17. ad avertendas suspiciones. Oth. 3. — a philosophia eum mater avertit. Ner. 52.

*Aversus.* aversum vulnerat. C. 82. vulg. *adversum.* ad aversum villae parietem. Ner. 48. vulg. *adversum.* Eadem varietas A. 75. ubi aeque legendum: aversas tabularum picturas. cf. *Adversus.* v. Drakenb. ad *Sil.* 2, 618. et 11, 14.

*Avidus.* avidissimo ciborum talium. Cl. 44. avidius vescenti. Cal. 18. tam bibit hunc avide. T. 59.

*Aviditas.* propter nimiam vini aviditatem. T. 42.

*Avis.* avis regaliolus. C. 81. dira avi in Urbe aut in Capitolio visa. Cl. 22. sparsa et populo missilia omnium rerum — singula quotidie millia avium cujusque generis sequ. Ner. 11. septem millia avium una coena apposita. Vit. 13. augusta loca — ab avium gestu gustuve. A. 7.

id avium genus (columbae.) A. 94. — ingestaeque aves. Ner. 25. v. n.

*Avius.* itinere avio. A. 96.

*Avocare.* ne plebs — a negotiis avocaretur. A. 40.

*Avolare.* auspicanti pullos avolasse. Galb. 18. Male vulg. *evolasse.*

*Avunculus.* Caesar *avunculus* Augusti dicitur. A. 8. 10. 68. 94. accuratius *avunculus major.* A. 7. Augustus avunculus major Claudii. Cl. 3.

*Avus.* A. 2. T. 7. Galb. 3. 4. al. avus maternus. T. 3. Cal. 23.

*Avia.* A. 8. Cal. 24. 25. Cl. 3. 41. Vesp. 2. al. avia paterna. Vesp. 2. materna. T. 5.

*Avitus.* avitum suburbanum. A. 6. 94. avitus ager. Vesp. 5.

*Axis.* paene curru excussus est, axe diffracto. C. 37.

## B.

*B.* quoties autem per notas scribit, *b* pro *a*; *c* pro *b*, ac deinceps eadem ratione sequentes literas ponit (Augustus), pro *x* autem *duplex a.* A. 88.

*Bacchari* i. q. furere. ita bacchantem atque grassantem. Cal. 56.

*Baceolus* v. *Bacelus.* Gr. βάκηλος, Hesych. ἀνόητος. ponit et assidue pro stulto baceolum. A. 87. v. Casaub.

*Baculus*, σκῆπτρον. in tragico quodam actu, quum elapsum baculum cito resumsisset. Ner. 24.

*Balineae.* commentus novum balinearum usum. Cal. 37. balineae marinis et Albulis fluentes aquis. Ner. 31. per angiportum in balineas transeuntem. Galb. 10.

*Balineum.* A. 76. 85. 94. Ner. 20. 35. Vesp. 21. Al. ubique *balneae* et *balneum.* v. Drakenb. ad Liv. 23, 18., Oudend. ad A. 76. Formam *balineum* Plinio etiam vindicat Schaefer. ad ep. 3, 14, 8. al.

*Ballista* s. *Balista*, machina, qua lapides in oppugnatione torquebantur. Cal. 46.

*Barba.* aurea barba (ad habitum divinum pertinet). Cal. 52. rutila barba. Ner. 1. aenea barba. Ner. 2. — ut Jubae — in altercatione barbam invaserit. C. 71. — De cura barbae: ut

non solum *tonderetur* diligenter ac *raderetur*, sed *velleretur* etiam. C. 45. v. n.

ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo *tonderet*, modo *raderet* barbam. A. 79.

*barbam promittere* v. *summittere*, luctus signum. v. *Kirchmann.* de fun. Rom. 2, 13.

dilexit quoque usque adeo (milites), ut audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit, nec ante demserit, quam vindicasset. C. 67. adeo consternatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret. (Aug. post cladem Varianam.) A. 23. rediit, barba capilloque promisso (Cal. post mortem Drusillae.) Cal. 24.

Sed *posita* etiam *barba* in luctu a barbaris, quibus ornamentum barba.

regulos quosdam barbam posuisse ferunt et uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus (post mortem Germanici.) Cal. 5. v. *Kirchmann.* l. c. 2, 14.

*barbam ponere*, signum initae virilis aetatis.

eodem die togam sumsit barbamque posuit. Cal. 10. barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem et pretiosis margaritis adornatam, Capitolio consecravit. Ner. 12.

*Barbatus.* faciem quotidie rasitare ac pane madido linere consuetum, idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus unquam esset. Oth. 12.

*Barbarus.* Dicuntur *barbari* Romanis, qui alieni sunt a lingua cultuque Romano, plerumque *Germani.* quorundam barbarorum principes. A. 21. Gallia barbarorum incursionibus inquieta. T. 9. barbaros ferunt — consensisse ad inducias. Cal. 5. praeter captivos et transfugas barbaros. Cal. 47. adversus barbaros minacissimus. Cal. 51. barbaris, qui jam in Galliam usque proruperant, coercitis. Galb. 6. copiae barbarorum. Dom. 6. quum et obnoxium se barbaris per hoc animadverteret. Dom. 12.

*Parthi.* Cappadociae propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit. Vesp. 8.

*Afri.* Africam obtinuit, et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. Galb. 7. — cuidam barbaro, Graece et Latine disserenti. Cl. 42.

barbarus paedagogus. Cl. 2. h. e. conditionis peregrinae, servilis ingenii et rudis.

barbarae mulieris species Drusum ultra tendere prohibet. Cl. 1.

barbara cerimonia (in oraculo Liberi patris in Thracia.) A. 94.

*Barbaricus.* nomina barbarica. Cal. 47.

*Basilica*, βασιλικὴ στοά, *porticus*, ob regiam magnificentiam. Dicitur *regia* A. 31. ubi v. n.

praeter Comitium ac Forum basilicasque etiam Capitolium ornavit. C. 10. porticus et basilica Caji et Lucii. A. 29. basilica Julia. Cal. 37. quum interdiu in basilica cujusque oppidi reponeretur (corpus Aug.). A. 100. misit circum fora et basilicas nomenculatores. Cal. 41.

*Basis.* sub Palatini Apoll. basi. A. 31. e basi statuae triumph. Dom. 15. paratam basin dicens (statuae). Vesp. 23.

*Batuere*, unde Gall. *battre*, i. q. *pugnare*. mirmillonem rudibus secum batuentem. Cal. 32.
batuebat pugnatoriis armis. Cal. 54. (*mit scharfen Waffen, nicht mit dem Rappier.*)
*Beatus*. beatiorem post se laetioremque portendi Reip. statum. Dom. 23.
*Beccus* (*bec*), gallinacei rostrum apud Gallos. Vit. 18.
*Bellaria*, τραγήματα, πέμματα, ὡραῖα. Ner. 25.
*Bellare*, *Belligerare*, *Bellicus*, *Bellicosus* v. post *Bellum*.
*Bellua* de *monstro marino*. immanium belluarum ferarumque membra praegrandia. A. 72. marina aqua innantibus belluis. Ner. 12. v. Oudend., qui recte κήτη interpretatur.
i. q. *monstrum*. ignaros, quanta bellua esset imperium. T. 24.
*Bellum*. v. singulas voces, quibus jungitur.
*Bellare*. tunc occasione temporum bellantem. C. 35.
*Belligerare* Veliterni — paene ad exitium sui cum populo Rom. belligeraverant. A. 94.
*Bellicus*. militiam resque bellicas semel attigit. Cal. 43.
*Bellicosus*. rudi ac bellicosa etiam tum civitate. Gr. 1.
*Bene*. bene meritas civitates. C. 25. bene pugnare. C. 67. ut bene dolia picarentur. Cl. 16. bene atque emendate scribere. Hirt. C. 56. bene agi potuisse cum rebus hum. Ner. 28. ut sibi ac populo Rom. bene res verteret. Ner. 37. sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. A. 25.
*bene diu* i. q. admodum diu. Juven. Gall. *bien longtems*. Ita *bene saepe*. Enn. ap. Gell. 12, 4. cf. Cl. Cicer.
*quo melius* emtum sciatis. C. 50. h. e. viliore pretio, ut Gall. *à bon marché*.
*Beneficium*. beneficia regis in se. C. 49.
i. q. *praemium*, *concessio*, *donatio* populi, Principis vel ducis. nostr. *Auszeichnung*, *Begünstigung*, *Schenkung*, *Beförderung*.
deprecatus est, ne sibi *beneficium populi* adimeretur. C. 29. i. q. *privilegium* c. 28., nempe petitio consulatus Caesari absenti plebiscito concessa.
judicibus — *concessum* a Claudio *beneficium*, ne hieme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit. Galb. 14. nostr. *Vergünstigung*. — quae beneficia — sua ipse voce pronunciavit. Ner. 24.
quum ex instituto Tiberii omnes dehinc Caesares *beneficia* a superioribus *concessa Principibus* aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem et ipsi dedissent, primus praeterita omnia uno confirmavit edicto, nec a se peti passus est. Tit. 8. Consulem fecit, spondens, quandoque *beneficii* memorem futurum. Vesp. 14.
commeatus, a Senatu peti solitos, *beneficii sui fecit*. Cl. 23. h. e. ut a se peterentur, instituit.
*beneficium liberorum* h. e. vacatio a judicis officio jure trium v. quatuor liberorum. Cl. 15.
*beneficii sui Centuriones* T. 12. h. e. a se ad centurionatum promoti, quibus ipse ordines dederat. v. Lips. ad *Tac.* H. 4, 48. Inde postea *beneficiariorum* nomen, de quibus vide Casaub. et Salmas. ad *Spartian.* Adrian. 2.
*Benivolentia*, ut optimi libri exhibent pro *Benevolentia*. v. Oudend. ad A. 66. exegit — ab amicis benivolentiam mutuam.

A. 66. quem ad summam potentiam non tam benivolentia provexerat, quam sequ. T. 55.

benivolentia singularis (inter Germanici virtutes.) Cal. 3. Gr. εὐμένεια, εὔνοια, nos: *ein wohlwollendes Gemüth.* — natura benivolentissimus. Tit. 8. Ut *benivolentia* autem in animo, ita

*Benignitas*, ἐλευθερία, est in factis. benignitas mea me ad coelestem gloriam efferet. A. 71.

*Benigne* et patienter audire al. A. 89.

*Bestia* de asino. A. 96. — *ferae* muneri destinatae. bestias ad munus populi comparatas contrucidaverat. C. 75. ad bestias condemnare al. C. 27. Cl. 14. multos bestiarum more quadrupedes cavea coercuit h. e. ut bestias. Cal. 27.

*Bestiarii* i. q. *venatores*, θηριομάχοι, ἀναιρέται, gladiatores, qui cum bestiis pugnabant. Cl. 34.

*Betizare* s. *Betissare* sensu obscoeno i. q. *languere* dicendi consuetudine Augusti. A. 87.

*Bibere.* non amplius ter bibere solitus super coenam Augustus. A. 77. neque temere interdiu bibit. ibid. tam bibit hunc (cruorem) avide, quam bibit ante merum. T. 59. ut bibentem faceret (histrio.) Ner. 39. quasi ut biberent, quando esse nollent. T. 2.

*Bibliotheca.* Inscriptiones apud *Gruter.* p. 584. 576. 578. dant *bybliotheca* a Gr. βύβλος, *papyrus.* Usitata scriptura est a βίβλος, *liber.*

bibliothecas Graecas et Latinas, quas maximas posset, publicare (Caesar destinarat), data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Cal. 44. Aug. templo Apollinis Palatini addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque. A. 29. bibliotheca novi templi (Apollinis). T. 74. Pompejo Macro ordinandas bibliothecas Aug. delegaverat. C. 56. Hyginus praefuit Palatinae bibliothecae. Gr. 20. Melissus Augusto delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. Gr. 21. bibliothecas incendio absumtas impensissime reparare curavit Domit. Dom. 20. — quibus poetis admodum delectatus scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit. T. 70. Virgilii ac T. Livii scripta et imagines, paulum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret. Cal. 34. libros circa septingentos sive bibliothecam suam omnem (Cornuto codicillis Persius legavit.) Pers.

*Biduum.* biduo post. C. 16. post biduum statim. C. 43. post biduum demum. A. 10. noctem continuumque biduum. T. 42. id biduum — memoriae eximere. Cl. 11. biduo continenti. Cal. 19. ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. A. 82.

*Biennium.* Africam Proconsule biennio obtinuit. Galb. 7. biennio post. A. 26.

*Bienne* spatium. Galb. 15. vulg. *biennii spatio.*

*Bifariam* h. e. binis locis. A. 100. v. *Multifariam* et *Plurifariam.*

*Bifer.* ficos virides biferas h. e. de ficu bifera. A. 76. v. *Plin.* 16, 27.

*Biga.* quadrigas bigasque — agitaverunt nobilissimi juvenes. C. 39. praeter sollemnes bigarum quadrigarumque cursus. Dom. 4. natalem suum — vix unius bigae adjectione honorari passus est. T. 26.

*Bijugis.* curriculo bijugi famosorum equorum. Cal. 19.
*Bilis.* quasi — non tam ex animi sententia, quam bile et stomacho fingerentur. T. 59. nostr. *üble Laune*, Gall. *mauvaise humeur*, Angl. *spleen*.
*Bimestris* v. potius *Bimester*. bimestrem consulatum gessit Ner. 14. h. e. *per duos menses*, ut est Cal. 17. semestrem novissimum, bimestres ceteros. Cl. 14. Utroque loco optimi libri dant: *bimenstrem* et *bimenstres*, ut *trimenstri* C. 80. eosque secutus est Oudendorp., quem v. ad C. 80. Patet, pronunciationem literam *n* extrusisse, scripturam, ut fit, sensim loquendi mori paruisse.
*Bimulus*, διετής, puer duorum annorum. Cal. 8.
*Bini.* consilia, quae saepe bini ternive ceperant. Cal. 80. exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet. A. 37. in pedites singulos super bina sestertia. C. 38. usque ad bina millia nummûm. ibid. binos codicillos exaravit. Oth. 10.
*Bipedalis*, qui mensuram habet duorum pedum. quod erat bipedali minor. A. 43.
*Biremis.* biremes ac triremes quadriremesque Tyriae et Aegyptiae classis. C. 39. prospectis biremibus Pompejanis. A. 16. praefixo in biremis puppe vexillo. Cal. 15.
*Bis.* *bis anno.* A. 31. al. bis *in* anno. v. Oudend. *bis die.* Galb. 4. Ter. 2. ubi Oudend. docet, *bis die* significare bis singulis diebus, at *bis in die* i. q. bis uno die, intra unum diem.
*bis in mense.* A. 35.
Post *bis* sequitur *semel — iterum*, non *item*, quod ubique emendandum.
praeterquam *bis*, *semel* ad Dyrrhachium, *iterum* in Hispania. C. 36. *bis* usus est, *semel — iterum*. A. 25. quos paene *bis* prodidit, *semel — iterum*. T. 6. *bis* omnino Romam redire conatus *semel — iterum*. T. 72. *bis* patronum elegit, *semel — iterum*. Cl. 6. v. Oudend. et Wolf. ad T. 6.
vel *primo — rursus*.
*bis* conflictatus, *primo — rursus*. A. 17. de reddenda Rep. *bis* cogitavit, *primo* post oppressum statim Antonium — *ac rursus* sequ. A. 28.
*vel omisso priore vocabulo.*
*bis* ovans ingressus est Urbem, post Philippense *et rursus* post Siculum bellum. A. 22. publice munificentiam *bis* omnino exhibuit, proposito millies Sestertio — *et rursus* sequ. T. 48. cf. *Rursus*.
*Blandus.* blandiori nomine. C. 67. *Blande.* si quid blandius de se diceretur. T. 27. blande quaerentibus. Cal. 32.
*Blandiri.* blandiente profectu. Ner. 20.
*Blanditiae.* hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. A. 53. (ubi distingu. ab *adulationibus* erga Principem. v. Casaub.) quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se. T. 37. per jus osculi et blanditiarum occasiones. Cl. 26. quum per blanditias forte dixisset. Ner. 34. super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias. Oth. 7. omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos. Vit. 14.
*Boletus*, genus fungorum. boletum medicatum Claudio obtulerat. Cl. 44. boletos — quasi Deorum cibum proverbio Graeco collaudare solitus est. Ner. 33. v. Rupert. ad *Juven.* 5, 147.
*Bolus* piscatorum (βόλος, *Auswurf*). Rh. 1.

*Bombus* pr. strepitus apum, unde *bombi* plausuum genus. Ner. 20.

*Bonus.* bona cervix i. q. venusta. Cal. 33. o dominum aequum et bonum h. e. commodum, benignum. A. 53. bonus et salutaris Princeps. T. 29. bonos et aequos et faventes vos habui dominos. ibid. bonae fidei esse (εὔπιστον sensu pass.) i. q. promissa servare. A. 42.

*ex bono et aequo*, formula arbitrii. Cl. 14. v. n.

*boni consulere* libellum i. q. contentum esse, benigne judicare de libello. Horat.

*bonum factum*, formula edictorum. Gr. καλῶς ἔχει v. ἀγαθῇ τύχῃ. C. 80. v. n. Vit. 14.

*quod bonum faustumque sit* tibi domuique tuae. A. 58. quod bonum felixque sit Cajo Caesari. Cal. 15. v. *Brisson.* de formul. p. 275.

*Bona*, οὐσία, χρήματα, *Güter*, *les biens.* publicare bona. Cl. 14. 82. bona damnatorum. A. 41. e libertorum defunctorum bonis. Ner. 32. necdum defunctae bona invasit. Ner. 34. matronam non veste modo, sed et bonis exuit. Ner. 32. quando in omnium hominum bona jus haberent. Cal. 47. bona vivorum et mortuorum usquequaque corripiebantur. Dom. 12. bona oppressorum in Vesevo — restitutioni afflictarum civitatum attribuit. Tit. 8. bonis cedere. Ner. 35.

quod Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponeret. Ner. 39. (verborum lusu.)

*bona malave* corporis alic. Cal. 36. i. q. virtutes et vitia corporis.

*Bos.* bos arator (βοῦς ἀροτήρ.) Vesp. 5. in consecrando apud Memphin bove Api. Tit. 5.

*Brabeutae*, (βραβευταί) judices, qui ludis gymnicis Graecorum praesidebant et praemia distribuebant. brabeutarum more in stadio humi assidens. Ner. 53.

*Bracae* s. *Braccae*, femoralia Gallorum. Galli braccas deposuerunt. C. 80.

*Brachium.* brachium arreptum graphio trajecit. C. 82. dependente brachio. ibid. utrumque brachium ruina pontis consauciatus. A. 20. quas — dextro brachio gestavit aliquamdiu. Ner. 6. sudorem frontis brachio detergere. Ner. 24. leonem brachiorum nexibus elidere. Ner. 53. sinisteriore brachio velut aegro lanis fasciisque obvoluto. Dom. 17.

i. q. *agger*, *moles* ad claudendum muniendumque portum projecta. portum Ostiae exstruxit, circumdato dextra sinistraque brachio. Cl. 20.

*Brevis.* quamquam brevis corpore. Galb. 3. Horatius habitu corporis brevis fuit atque obesus. Horat. (Ita *Liv.* 21, 35. de montibus minus altis.) qui judicia centumviralia — redigerent ad brevissimum numerum. Vesp. 10. sumto — brevi tempore. Ner. 20.

nec gratius quicquam decore, nec brevius h. e. celerius fugiens. Dom. 18.

*in brevi spatio.* Cl. 12. Ner. 30. Vesp. 4. *in* multo *breviore* temporis spatio. A. 22. meruit — *brevi tempore.* C. 3. et simil. *brevi* pro *brevi tempore*, ut Gr. ἐν βραχεῖ, nos: *in kurzem*, ubi tamen non fingenda ellipsis vocis *tempore*, quod forte genus nominis convenit; nam Graece ἐν βραχεῖ neutro genere

dicitur, quamquam χρόνος masculini est, nosque item *in kurzem*, non: *in kurzer* sc. *Zeit*.

brevi omnia subegit. C. 34. Alexandria brevi potitus est. A. 17. Agrippam brevi abdicavit. A. 65. emtum ac brevi manumissum. Gr. 3. fore, ut — brevi solveretur. Vesp. 5.

*ad breve*. T. 68.

*Breviter*. commentario, quem de vita sua *summatim breviterque* composuit. T. 61.

breviter vis omnia dicam. T. 59. breviter attingam. opp. exsequi longum est. Galb. 3.

narrationes tum *breviter et presse* (*kurz und bündig*) tum latius et uberius explicare. Rh. 1.

*Breviarium* i. q. summarium, epitome. breviarium totius imperii A. 101. i. q. rationarium imperii c. 28. breviarium rationum. Galb. 12. perlectis epistolis officiorumque omnium breviariis (*Berichte*, *Rapports*.) Vesp. 21. brev. rerum omnium Romanarum. Gr. 10.

*Bubulus*. *Capita bubula*, locus Romae in regione Palatii. A. 5. — *Bubulcus*. senex bubulcus. Vesp. 16.

*Bucca*. Fulviam, cui altera bucca inflatior erat. Rh. 5.

*Buccula* i. q. *Bucca*. apprehensa buccula. Galb. 4.

*Buccea* pr. frustulum cibi, quantum buccam implet. duas bucceas manducavi. A. 76.

*Buccina*, Gr. βυκάνη, tuba. exciente buccina Tritone argenteo. Cl. 21.

*Bulla*, globulus aureus, quem pueri ingenui usque ad togam virilem gestabant. liberorum bullae. C. 84. bullae aureae. T. 6. v. *Macrob*. Saturn. 1, 6. — formoso et pretioso puero bullam et praetextam togam imposuere (ut ingenuum fingerent.) Rh. 1.

*Bustum*. bustum Caesaris frequentarunt Judaei. C. 84. bustum Claudii consepiri Nero neglexit. Ner. 33. ad monumentorum bustorumque deversoria plebe compulsa. Ner. 38.

*Buthysia*, βουθυσία. inter buthysiae apparatum Ner. 12.

## C.

*C*. centum solos dies — quem numerum C litera notaret. A. 97. quoties per notas scribit, *c* pro *b* ac deinceps eadem ratione sequentes literas ponit. A. 88.

*Cachinnus*. cachinnum sustulit. A. 98. effusus subito in cachinnos. Cal. 32. simulacrum Jovis tantum cachinnum repente edidit. Cal. 57. cachinnos revocare i. q. repetere. Cl. 41.

*Cachinnare* Gr. καγχάζω. v. Schneider. Lex. Gr. sub γαγγαλίζω. Vesp. 5.

*Cacozeli*, κακοζήλοι, putidi orationis judices, maxime qui verba antiqua et vitiosa morose rejiciunt. Oppon. *antiquarii*, qui ἀρχαϊσμούς venantur. A. 86. v. *Plin*. ep. 7, 12, 2.

*Cadaver*. uncum et Gemonias cadaveri minari. T. 75. cadaver ejus clam in hortos Lamianos *asportatum* et tumultuario rogo *semiambustum* levi cespite *obrutum* est, postea per sorores ab exsilio reversas *erutum* et *crematum sepultumque*. Cal. 59. ad visendum interfectae cadaver. Ner. 34. odore abjecti in

via cadaveris. Ner. 48. *curando* mox cadaveri. Ner. 49. evenit, ut — *semiustum* cadaver discerperent canes. Dom. 15. cadaver ejus, populari sandapila per vespillones *exportatum*, Phyllis — *funeravit.* Dom. 17. excipiente classiariorum manu et contis atque remis elidente cadavera. T. 62. cadaverum et ruderum egestio. Ner. 38. abhorrentes quosdam cadaverum tabem. Vit. 10.

*Cadere.* quo honestius caderet. C. 82. evenit, ut — caderet supinus. A. 43.

nihil referre, *ab hoste* in acie an in Foro *sub creditoribus* caderet. Oth. 5. v. Oudendorp. ad h. l. et Burm. ad *Ovid.* Metam. 5, 192.

durius et contra praedicta *cadentibus rebus* i. q. evenientibus, accidentibus. T. 14. *Cornel.* Milt. 2. „etsi praeter opinionem res ceciderat.“ Saepissime ita Cicero. v. etiam Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 31, 1.

*causa cadere* i. q. excidere causa, formula. Cal. 39.

*Casus.* incerto casu (sortium). A. 75. (*Fall der Loose.*)

i. q. *eventus fortuitus*, in utramque partem, Gr. τύχη, nostr. *Zufall*, saepius tamen in malam s. adversam, ut Gr. συμφορά.

casu quodam an divinitus. Cl. 13. quantumvis mirabili casu. Cl. 10. adjutus aliquantum etiam casu. T. 15. qui aliquo casu mutari posset. T. 67.

hoc minus experiendos casus. C. 60. per tot successus ter nec amplius *adversum casum* expertus. C. 25. quamvis minimum *fortunae casibusque* permitteret. T. 19.

velut praesagium insequentis casus. Galb. 6. i. q. *eventus.* ad *secundos* casus. Oth. 9.

ad subitos repentinosque casus h. e. si quid repente accidisset. A. 73.

ad arcendos incendiorum casus. Cl. 25.

de *eventu adverso*, calamitate, ut Gr. συμφορά, nostr. *Unfall.*

quem maxime casum timens. T. 25. questo Aeserniui — casum, qui et ipse crus fregerat. A. 43. casu Ascletarionis. Dom. 15.

de *morte*, *exitu.* cf. *Accidere.* Eodem modo Gr. συμφορά.

alius alio casu periit. C. 89. Caji Luciique casu non adeo fractus. A. 65. obliterato suorum casu. Cal. 10.

dicta per *casus* exponere h. e. per exempla rerum factarum (*Fälle*). Rh. 1.

*casus* sensu grammaticorum, Gr. πτῶσις, genitivo casu singulari. A. 87.

*Caduceus*, virga Mercurii, κηρυκεῖον. fulmen tenens aut fuscinam aut caduceum, Deorum insignia (fulmen Jovis, fuscinam Neptuni, caduceum Mercurii.) Cal. 52.

*Caedere* i. q. *percutere*, *verberare.* circa Augusti simulacrum servum cecidisse. T. 58. prope ad necem caesus. Ner. 26. corpus virgis ad necem caedi. Ner. 49. stupratores virgis in Comitio ad necem caedi. Dom. 8. per trina theatra virgis caesum. A. 45. si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit. Gr. 9. flagellis ac fustibus caesos. Tit. 8.

i. q. *concidere.* quum silvam caederet. A. 94. Titurio et Auruncule jo — per insidias caesis. C. 25. caesos profligatosque adversarios (h. e. partim caesos, partim profligatos.) C.

30. tribus eorum ducibus cum magna copia caesis. A. 21. tribus legionibus cum duce legatisque et auxiliis omnibus caesis. A. 23. legione cum legato simul caesa. Dom. 6. caeso Praeposito. Vesp. 4. hostem frequentius caesum. Cl. 1. (quibus locis omnibus caedere est i. q. *concidere*, *occidere*, vel *cum magna strage fugare*, non simpl. *fundere*, *fugare*. v. Oudend. Wolf. et nos ad Vesp. 4.) inde in re sacra i. q. *mactare*. pluribus hostiis caesis. C. 81. supra centum sexaginta millia victimarum caesa. Cal. 14. incedenti passim victimae caesae. Ner. 25. victima Diti patri caesa. Oth. 8. quum per omne iter — victimae caederentur. Galb. 18. porca caesa. Cl. 25. et de uno homine i. q. *interficere*, tanquam victimam mactare. ut jure caesus existimetur. C. 76.

*Caedes*, interfectio. P. Clodii caede. C. 26. caede Caji nunciata. Galb. 7. caede Galbae annunciata. Vit. 9. Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denunciata est. C. 81. futurae caedis multa prodigia exstiterunt. Cal. 57. caedem rursus insignem portendi. ibid. caede aliqua illustri. Ner. 36. caede vulgata. Cal. 60. fama caedis. ibid. rumor caedis. Cl. 10. dies caedi destinatus. C. 9. dies caedis. C. 81. ad miserationem et invidiam caedis ejus. C. 84. trium Principum caede. Vesp. 1. caede al. laetari. Vesp. 15. infectas caede manus. T. 59. ob editam in caede G. operam. Vit. 10. objicere alicui caedes. T. 66. reos caedis deferre. A. 10. caedis crimine teneri. Cl. 25. caedis convinci. T. 1. in cognitione caedis. Rh. 6. parricidia et caedes a Claudio exorsus est. Ner. 33. ab omni caede abhorrebat. Dom. 9. qui caedi interfuit. Dom. 17. caedis genus. ibid. quibus mandata caedes erat. Galb. 19. amplissimos ordines exhaustos caede varia. Vesp. 9.

*occisio plurium*, unde i. q. *strages*, nostr. *Niedermetzelung*, Gall. *carnage*.

caede in theatro per discordiam admissa. T. 37. exercituum caedes. Cal. 31. crudelissima caedes (ubi unus omnes victores interemerat). Cal. 30. caedem Senatus flagitantes. Oth. 8.

*Caesim* h. e. caedendo, non pungendo v. feriendo. cervicem gladio caesim graviter percussisse. Cal. 58.

*Caelatura*, γλύμμα v. γλυφή. caelatura carminum h. e. fabulae carminum insculptae. Ner. 47.

*Caelebs*, *Caelibatus*, *Caelum*, *Caeruleus* v. *Coelebs* e. s. p. — *Caerimonia*, *Caeterum* v. *Cerim.*, *Ceterum*.

*Caesius*, γλαυκός. oculis caesiis. Ner. 51.

*Caetra* s. *Cetra*, breve scutum. Cal. 19. v. Oudend.

*Calamariae* thecae. Cl. 35. v. ad C. 82. et Cal. 28.

*Calamistrum*, instrumentum, quo capillum crispare solebant, unde metaph. qui illa volent calamistris inurere. Cic. apud nostr. C. 56. v. n. cf. *calamistri Maecenatis*. dial. de orat. c. 26.

*Calamitas*. nihil se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. C. 60.

calamitates publicae. Cal. 31.

*Calamitosus*. victorias — funestas populo Rom. et calamitosas. Cal. 23.

*Calator*, servus publicus, apparitor sacerdotis. v. Serv. ad *Virg.* Georg. 1, 268.

Sullae Dict. libertus Calatorque in sacerdotio augurali. Gr. 12.

*Calcare*, *Calcius*, *Calciare*, *Calciamentum* rel., *Calculus* v. post voc. *Calx*.

*Calefacere* v. *Calfacere*. Puto, usitatius fuisse activum *Calfacere*, sed *Calefieri* adhibitum media s. intransitiva significatione. Ita: forum aleatorium *calfecimus*. A. 71. ad *calfaciendum* triclinium. T. 74. Sed: aqua egelida vel sole multo *calefacta*. A. 82.

Si recte statuo, apud *Cic.* de nat. D. 2, 60. scribendum: *ad calfaciendum corpus* ex pluribus libris, non *calefaciendum*, ut nuper etiam Heindorf. edidit.

*Calidae* sc. aquae, thermae. quicquid totis Bajis calidarum esset. Ner. 31.

*Calor*. calore (sc. dicendi) demum provectus. Rh. 6.

*Caliga*, calciamentum altiusculum, quale milites gestabant. v. Lips. ad *Tac.* A. 1, 41. caliga speculatoria. Cal. 52. h. e. militis gregarii, qui *speculatores* dicebantur. v. sub hac voce. Male Forcellinus.

*Caligati* milites Vit. 7. et simpl. *Caligati* A. 25. i. q. milites gregarii.

*Caligo*. tanta oborta caligo est. Ner. 19.

*Calix* fictilis. Cl. 32. Galb. 18. murrhinus. A. 71.

*Callis*. silvae callesque (provincia Caesari post consulatum destinata) C. 19. v. n. Al. *collesque*.

*Callus*. callis quibusdam ex prurigine corporis — plurifariam concretis. A. 80.

*Callidus* pr. obducto callo h. e. longo labore et exercitatione peritus, inde *solers, astutus*. callida cunctatione. T. 24. callida inopinataque saevitia. Dom. 11.

*Callide*. plerosque dissimulare vitium et *callide* obtegere. Ner. 29. vulg. *calliditate*.

*Calones*, servi militares (*Troſsknechte*). Cal. 51. Galb. 20.

*Calumnia*, accusatio iniqua, ex ficto crimine vel prava et aliena interpretatione legis vel facti dictive orta. (*falsche Anklage, Chicane.*) Lucullo — calumniarum metum injecit. C. 20. ob tam leve ac tam impudens calumniarum genus. T. 49. paulatim hoc genus calumniae eo processit. T. 58. vario et exquisitissimo calumniarum genere. Cal. 38. (ubi *calumniarum* exempla eodem capite enarrantur.) calumniis rapinisque intendit animum. Ner. 32. creditorum turbam — nonnisi terrore calumniae amovit. Vit. 7. fiscales calumnias repressit. Dom. 9. calumnia notatus. Rh. 4. legata — cum fide ac sine calumnia repraesentata persolvit. Cal. 16. (Germ. *boshafte Verdrehung, Deutung des Testaments.*)

*Calumniari*. dicta factaque quorundam calumniatus h. e. inique interpretatus. A. 12.

praecipuam calumniandi materiam (nos: *ein offnes Feld für die Chicane.*) A. 32.

calumniatus sequ. acc. c. inf. T. 53. h. e. iniquo animo praetendens.

magna calumniantium poena. Dom. 9.

*Calumniator*. Rh. 4.

*Calvus*. a calvo ad calvum duci imperavit. Cal. 27.

*Calvities*. Galb. 20. *Calvitium*. calvitio deformis. Dom. 18. calvitii deformitas. C. 45. calvitio ita offendebatur. Dom. 18.

*Calx* pedis. calce ab eo percussus. Vit. 7. si dignaretur calce contingere. Vesp. 7. Poppaeam — calcis ictu occidit. Ner. 35.

*Calcare.* calcata lacinia togae. Cal. 35.

*Calcius* (ita optimi libri, non *calceus*, et aeque *Calciare, Calciamentum.* v. Burm. ad A. 73. et Cal. 52. Oudend. ibidem et passim.) pertinebat ad senatorium et forensem habitum. v. Salmas. ad *Tertullian.* de pallio p. 386., Gesner. ad *Plin.* ep. 7, 3, 2.

si mane calcius perperam, ac sinister pro dextero induceretur. A. 92. laxato calcio. Oth. 6. ut neque calcium perpeti valeret. Galb. 21. calcios nunquam non intra cubiculum habuit. A. 73.

*Calciamentum.* usus est calciamentis altiusculis. A. 73.

*Calciarium*, pecunia militibus ad calcios comparandos data. classiarios — petentes, constitui aliquid sibi calciarii nomine. Vesp. 8. Alia ejusmodi nomina dat Gesner. ad *Plin.* ep. 2, 11, 33.

*Calciare.* calciabat ipse sese. Vesp. 21. — calciare mulas h. e. soleas induere (v. *Solea.*) Vesp. 23.

*calciatus.* ita ut vestitus calciatusque erat. A. 78.

*Calciatus* subst. vestitu calciatuque et cetero habitu. Cal. 52.

*Calx.* arena sine calce Seneca dictus a Caligula. Cal. 53. v. n.

*Calculi* i. q. lapilli. calculis per urinam ejectis. A. 80.

*Camelus.* commisit etiam camelorum quadrigas. Ner. 11.

*Camera.* solutilem navem, cujus vel naufragio vel camerae ruina periret. Ner. 34.

*Caminus.* flagrante triclinio ex conceptu camini. Vit. 8.

*Campus.* campi montibus aggere aequati. Cal. 37. *Campus Martius* al. v. in primo indice.

*Campester.* exercitationes campestres (in campo Martio) equorum et armorum. A. 83. Ner. 10.

campestris decursio. Galb. 6. operae campestres (in comitiis.) A. 3. v. *Opera.*

*Canalis.* per tria passuum millia — canalem absolvit. Cl. 20.

*Candor.* equi candore eximio. A. 94.

*Candidatus*, veste candida ornatus. candidati coronatique. A. 98.

inde, qui munus petit candida toga indutus. consulatus candidatus. C. 24. profiteri se candidatum consulatus. A. 4. in locum Tribuni pl. forte demortui candidatum se ostendit. A. 10. (ubi plerique addunt *petitorem*, quod non ferendum videtur, quia voc. *candidatus* hoc sensu substantivi vim accepit.) comitiis tribuniciis si deessent candidati Senatores. A. 40. quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat supplicabatque more sollemni. A. 56. de cetero numero candidatorum. C. 41. ne quid a quoquam candidato desiderarent. A. 40. ne candidatis quidem honores — venditare cunctatus est. Vesp. 16. aedilitatis ac mox praeturae candidatus. Vesp. 2. ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit. T. 42. summae equestris gradus h. e. praefecturae Praet., candidatus. Galb. 14. de Quaestore quodam candidato (sc. praeturae vel alius honoris, ne corrigas: *quaesturae*). Cl. 40. candidatus (dispensationis h. e. muneris dispensatoris). Vesp. 25. candidatos, qui supra numerum essent — legionibus praeposuit. Ner. 15.

*Canere*. arundine canens. C. 32. milites inter cetera carmina, qualia — joculariter canunt. C. 49. canentibus naeniam principum liberis. A. 100. nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Cal. 16. illa vulgo canebantur. C. 80. canendi ac saltandi voluptate. Cal. 54. post coenam canenti — assidens. Ner. 20. ut saepius canendi occasio esset. Ner. 21.

inter canendum. Ner. 32.

*Cantare*. inter ludos cantata sunt quaedam. C. 84.

maxime in theatro et tragoediis, ut Ner. 20. 21. ubi est: Nioben, Canacen parturientem, Oresten al. cantare. cantante eo. Ner. 23. Vesp. 4. tragoedias quoque cantarit personatus. Ner. 21. cf. c. 46. novissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exsulem. cant. epinicia. Ner. 43. jam Gallos eum cantando excitasse. Ner. 45.

ne musicae quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque. Tit. 3. ubi *cantare* est canere sine instrumentis musicis, *psallere* ad instrumenta.

*Cantitare*, assidue cantare. Ner. 39.

*Cantor*. cantor atque saltator. Cal. 54.

*Cantio*. quo cantionum quove fabularum argumento vicisset. Ner. 25.

*Canticum*. desaltato cantico. Cal. 54. histrio in cantico quodam. Ner. 39. Neroniana cantica. Vit. 11. Atellanis notissimum canticum exorsis. Galb. 13.

*Canorus*. Asturconem — hinnitus edere canoros. Ner. 46.

*Canis*. religato pro foribus cane. Vit. 16. canis extrarius. Vesp. 5. detractum spectaculis in arenam canibus objecit. Dom. 10. fore, ut brevi laceraretur a canibus. Dom. 16. evenit, ut semiustum cadaver discerperent canes. ibid.

satis habuit *canem appellare* (κύνα, Cynicum). Vesp. 13.

*canem mittere* (tristissimum jactum in alcae lusu, ubi iidem numeri in singulis talis). A. 71.

*Canusinatus*, veste ex Canusina lana fabricata indutus. canusinatis mulionibus. Ner. 30.

*Capere* omnino est *aliquid corpore vel animo amplecti*, et *sui juris*, *sui usus facere*, unde omnes notiones *sumendi*, *ineundi*, *ingrediendi* continet, quae affinibus verbis *accipere*, *incipere*, *suscipere*, *occupare* alias accuratius exprimuntur. Respondent Graeca λαμβάνειν, δέχεσθαι, ἐκδέχεσθαι, προςδέχεσθαι, ἑλέσθαι, nostr. *fassen*, *nehmen*, *ergreifen*.

i. q. *sumere*. cap. cibum. T. 18. Galb. 22. quicquam ex testamento. A. 66. legata, hereditates. Dom. 8. praemia. Ner. 41. ex schola quadragena annua. Gr. 23.

i. q. *suscipere*, adeoque *ingredi*, *inire*. magistratum. A. 2. magistratus atque honores. A. 26. magistratus et imperia. C. 75. honores. Cal. 15. imperium. Cl. 10. partem administrandae Reip. A. 57. pontificatum max. Vit. 11. provinciam. Vesp. 2.

capere cursum. Oth. 6. (ut nos in dictione: die Flucht *ergreifen*.) consilia. C. 80. (nos aeque: den Entschluſs *fassen*, *ergreifen*.) capere impetum al. rei (nos: den Einfall *bekommen* v. sermone vulgi: den Einfall *kriegen*.) expeditionis Germ. impetum cepit. Cal. 43. impetum se cepisse, frumentationes publ. in perpetuum abolendi. A. 42. (ubi *se* est subjectum. v.

sequ.) moriendi impetum cepit. Oth. 9. cap. spem imperii; Oth. 4. (nostr. *fassen.*) fiduciam. Dom. 7.

i. q. *petere* al. et *ad nostrum usum desumere.* augurium capienti. A. 95. capturus auspicium. Vesp. 7. castris locum capiens. A. 94. secreto capto. Oth. 10.

*per vim* v. *artem sui juris et usus al. facere*, unde: capere urbem etc. Tit. 5. a praedonibus captus est. C. 4. captus a piratis. C. 74. quidam captum esse existimant. Ter. 1. plerique capti. C. 68. — *pignora capere* (Gr. ἐνέχυρα λαμβάνειν, alias *pignora auferre*, coercitionis Senatorum genus. v. Cl. Cic.) C. 17. — al. rei *gratiam capere* (h. e. sibi vindicare, quod aliis gratum est in aliqua re). C. 10. homines capere. Gr. 23. (nos: *einnehmen*, *gewinnen.*)

*cap. virginem Vestalem* (quae prisca aetate a Pontifice max. rapiebantur, postea sorte ex plurium numero ad sacrum usum desumebantur. v. *Gell.* 1, 12.) A. 31.

*passive.* quos metus ceperat. C. 19. unde *captus est* al. re, cujus animus, amissa fere consilii libertate, δουλωθείς, unice deditus est rei eique inservit, quo sensu de amore dicitur et quovis affectu vehementiori, quo *tenemur.* (nos: *eingenommen*, *gefesselt*, *befangen*, *bezaubert seyn.*) captus imperii consuetudine. C. 30. amoenitate et salubritate insulae captus. T. 11. captus alia superstitione. Ner. 36. captus facie ministri. T. 44. captus laudationibus. Ner. 20. sed non ut caperetur ejus ingenio. Pers.

*captus oculis* A. 53. et: *captus* altero *oculo.* Vit. 6. qui oculorum usum amisit vi morbi.

*Capessere* Remp. T. 25. mortem. Ner. 39.

*Captare* i. q. *capere.* ex hoste super victorias opima quoque spolia captasse (creditur.) Cl. 1. ad captandas stipes. Cal. 42. *captato* secreto sec. nonn. Oth. 10. pro *capto.* Ad sensum est idem.

*capere velle*, *venari*, *aucupari*, Gr. ἐνεδρεύειν, ἐφίεσθαι. muscas captare. T. 57.

inde venatoris vel aucupis more *cupide intendere* rei vel tempori, quod opportunum nobis habemus et utile, nostr. *aufpassen, auflauern.* ad captandas majorum rerum occasiones. C. 7. ea momenta domestici captabant. Vesp. 21. quum adhuc favorem hominum captaret. T. 57. ex senio mortem, ex morte compendium captans (h. e. sperans, quaerens). T. 48. quum, an marem editura esset, variis captaret ominibus (h. e. quaereret, exploraret.) T. 14. adversarios — observare, captare (quasi hostem v. feram, cui insidiamur.) Ner. 23.

*Captivus*, αἰχμάλωτος. aliis captivorum millia dono offerens. C. 28. in splendidissimum quemque captivum saeviit. A. 13. captivos venumdare. A. 21. praeter captivos ac transfugas barbaros. Cal. 47.

*Captura*, capta praeda (*der Fang.*) A. 25. ubi de piscantibus sermo. capturae prostitutarum Cal. 40. i. q. merces, quam venatae erant meretrices.

*Capillus.* cap. deficiens. C. 45. capillo raro. Cal. 50. — barba capilloque promisso. Cal. 24. barba capilloque summisso. A. 23. ut — barbam capillumque summiserit. C. 67. (in luctu. v. *Barba.*) incomtiore capillo. A. 69. capillum sibi comi praecepit. A. 99. capillus leniter inflexus et sufflavus. A. 79. sufflavo capillo. Ner. 51. capillo pone occipitium summissiore.

T. 68. ut — capillus repente toto capite canesceret. Galb. 8. cujusdam caput, varietate capilli subrutilum et incanum. Dom. 20.

*capillus* de *barba*. ut e nigro rutilum aerique assimilem capillum redderent. Ner. 1. v. Oudendorp.

*capilli*. ut Liviae pars vestis et capilli amburerentur. T. 6.

libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit. Dom. 18.

*Capillatus*. ad Parthorum regem, qui capillatus esset. Vesp. 23. (κομᾶν *Xiphil.*)

*Capillamentum*. capillamento celatus. Cal. 11.

*Capra*. omnino quacunque de causa capram nominare, criminosum et exitiale habebatur. Cal. 50. hircum vetulum *capris* naturam ligurrire T. 45. ut recepit Oudendorp., quum omnes libri exhibeant *capreis*, quod retinui. Plerumque distinguuntur *capreae* ut ferae (δόρκες s. δορκάδες) a *capris*, de quo discrimine v. Oudend. l. c.; sed nunquam ejusmodi discrimina ita premenda sunt, ut regulam emendandi praecipiant, maxime ubi causa patet, cur hanc vel illam formam auctor ponere maluerit, ut nota generis femin. loc. cit. et allusio ad insulam *Capreas*.

*Caprineum*. nomine insulae abutentes, Caprineum dictitabant (Capreas). T. 43.

*Capricornus*. nummum argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, Aug. percussit. A. 94.

*Capsarii*, servi, qui librorum capsas pueris ferebant in scholam euntibus. Ner. 36. ubi capsarii cum paedagogis conjunguntur. Gloss. Gr. καπτροφόροι v. καμπτροφόροι. v. Oudend.

*Caput*. caput — maxime tremulum. Cl. 30. puerulus parvo portentosoque capite. Dom. 4.

capite praecalvo. Galb. 21. caput varietate capilli subrutilum et incanum. Dom. 20.

in capite comendo incuriosus. A. 79. capite detecto. C. 57. (pedibus anteibat, seu sol, seu imber esset.) obvoluto capite (ne nosceretur.) C. 58. toga caput obvolvit (moriens.) C. 82.

caput obvolvere (ad fulmina et tonitrua). Cal. 51.

adoperto capite et ante faciem obtento sudario equum inscendit. Ner. 48. ut ad lacum — duceretur (jumentum) capite involuto, atque ibidem revelato sequ. Galb. 7. capite velato (in adoratione) Vit. 2. — capite demto (simulacris) suum imponere. Cal. 22. — tantum capite integro. h. c. naturali forma, non transfigurato. Ner. 46. — capitis motu nutantem sibi. Cal. 39. caput foribus illidere. A. 23. (in vehementissimo dolore) coll. Ner. 42. veste discissa, capite converberato, actum de se, pronunciavit. — per manus ac super capita hominum translatus est. Cal. 51.

qui proscriptione ob *relata civium Rom. capita* pecunias ex aerario acceperant. C. 11. Ibi *relata civium capita* sensu proprio intelligenda esse, docent loca: T. 13. se caput exsulis relaturum. A. 13. capite Bruti Romam misso. C. 85. plebs caput ejus praefixum hastae circumtulit. coll. Galb. 20. Ner. 49. ne potestas cuiquam capitis sui fieret. Dom. 6. caput quoque ejus apportatum vidisse se,

tractus est — reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto. Vit. 17.

miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat. Cal. 32. capita figere sagittis. Dom. 19.

coronam lauream capite gestavit. A. 69. capite gestans coronam auream. Dom. 4. (Illo loco *capite* additur, ut hoc maxime praemuniisse Aug. dicatur; hoc post reliqui vestitus descriptionem *capitis* ornamentum additur, quod monemus, ne quis otiosum vocabulum putet.) — caput lecti. Dom. 17. neque ad caput quicquam reperisse. *Xiphil.* ὑπὸ τῷ προςκεφαλαίῳ.

*caput ad laevam*, praeceptum gladiatorum. Gr. 22. — *Capita bubula*, locus Romae. v. ind. prim.

caput i. q. *dux*, *princeps*, nos: *Haupt*, *Häuptling*. capita factionum. T. 37. unde

caput omnino est *pars* s. *sectio primaria*, postea *capitulum*, *paragraphus*, ut legis al. nos: *Hauptabtheilung*, *Hauptstelle*, *Hauptstück* al., Gall. *chapitre*.

eo capite (legis) quo sequ. C. 28. additum ad caput legis. Cal. 40. capiti Papiae Popp. legis, a Tiberio — addito, obrogavit. Cl. 23. capita ex ipsius epistolis posui. Cl. 3.

i. q. *vita*. capite punire al. T. 60. Oth. 1. Vit. 14. supplicio capitis afficere al. Galb. 12. capitis damnare al. Cal. 2. Dom. 11. capite. T. 61. Cl. 39. Ner. 10. capitis reus. T. 2. quum morae culpa capite lueretur. Cal. 37. — qui capita sua titulo proposito voverent (pro salute aegri.) Cal. 14. cf. c. 27.

unde: ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere. Ner. 36.

proinde ex eo *insultaturum* omnium *capitibus*. C. 22. quod de potestate vitae, non obscoeno sensu capiendum, patet ex loco T. 45. feminarum quoque, et quidem illustrium *capitibus* quanto opere solitus sit *illudere*, evid. apparuit Malloniae cujusdam *exitu*. — capita omnibus simul statuis deciderunt (portentum exitus gentis Caesarum) Galb. 1.

*Capitalis*. capitali poena afficere al. C. 48. capitali animadversione punire. A. 24. incesta capitali supplicio coercere. Dom. 8. capitali poena condemnare al. Dom. 14. omne crimen pro capitali receptum. T. 61. ut haec quoque capitalia essent. T. 58.

risisse, lavisse — *capital* fuit. Cal. 24. al. *capitale* perpetua varietate, quum utraque forma in usu esset. Sed v. Oudend. ad l. c. et ad *Frontin.* 4, 6, 3., Drakenb. ad *Liv.* 24, 37., Tzschuck. ad *Melam* 1, 9, 7.

*Capulus* pugionis. Dom. 17. ostendens gladii capulum. A. 26. capulum gladii crebro verberans. Cal. 49.

*Carbo.* cinis e favilla et carbonibus. T. 74.

*Carcer.* conjicere in carcerem al. C. 17. Catonem duci in carcerem jussit. C. 20. citatum — rapi jussit in carcerem. T. 11. semianimes palpitantesque in carcerem rapti. T. 61. ut custodiretur interim vel in carcere. Vit. 17.

*carceres*, septa, unde equi in Circum emittebantur. Circo maximo marmoreis carceribus — exculto. C. 21.

*Carcinoma*, καρκίνωμα. nec aliter eas appellare solebat, quam tres vomicas aut tria carcinomata sua. A. 65.

*Carere.* ne ultimae qu. sortis hominum conspiratione et periculo caruit. A. 19. ne discriminibus quidem caruit. Cl. 9. ne odio quidem, nedum vituperatione publica caruit. Tit. 8. ne sic quidem pristinae cupiditatis infamia caruit. Vesp. 19. tam suspicione quam crimine carere. C. 74.

caruit ordine i. q. Senatu motus est. Vit. 2. v. Burm.

*Carinae*, locus urbis Romae. v. ind. pr.

*Caritas.* v. *Carus.*

*Carmen.* carminibus maledicentissimis laceratam existimationem suam. C. 75. famoso carmine eum — gravissime proscidit. Lucan. adversus famosa de se ac suis carmina firmus. T. 28. cognitio de famosis libellis. v. not. ad A. 55.

qui se dictis aut carminibus lacessissent. Ner. 39.

jocularia in defectionis duces carmina lasciveque modulata — etiam gesticulatus est. Ner. 42. — revertentem — modulatis carminibus prosequebantur. A. 57. nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Cal. 16.

recitantes carmina audire. A. 89. composuit et carmen lyricum. T. 70. recitavit et carmina. Ner. 10. pars carminum aureis literis Jovi Capit. dicata. ibid. carmine quodam suo. Ner. 24.

carmina libenter ac sine labore composuit. Ner. 52. orationis carminisque Latini coronam — recepit. Ner. 12. nunquam tamen aut historiae carminibusve noscendis — operam ullam dedit. Dom. 20. carmina parum adhuc divulgata. Gr. 2. — Horatio Seculare carmen Augustus componendum injunxit, eumque coegit, tribus carminum libris quartum addere. Horat.

carmina a fatidica puella pronunciata. Galb. 9. quorum carminum sententia erat. ibid.

*Caro.* crudam carnem mandere. Ner. 57. excreverat — in densiore latere ejus caro. Galb. 21.

*Carnifex.* quum et carnifex — laqueos et uncos ostentaret. T. 54. immaturae puellae — vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. T. 61. servum — carnifici confestim tradidit. Cal. 32. carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitavit. Cl. 15. quum — carnifex deesset. Cl. 34.

*Carnificina.* carnificinae ejus locus. T. 62.

*Carpentum.* aegre procedente carpento. T. 2. currum ejus (triumphantis) Messalina uxor carpento secuta est. Cl. 17. v. *Scheffer.* de re vehic. 2, 17.

carpenti, quo Circensibus imago transveheretur, matronis e gente Principum post mortem honor datus est. instituit matri Circenses carpentumque, quo in pompa traduceretur. Cal. 15. matri carpentum, quo per Circum duceretur. Cl. 11.

*Carpere* i. q. discindere, lacerare, pr. aliquid detrahere, decerpere de alicujus existimatione. v. de usu hujus verbi Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 55, 9.

quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset. A. 27. fratrem saepe etiam carpsit obliquis orationibus et edictis. Dom. 2. alterum *ut* nullius ingenii — alterum *ut* verbosum carpebat. Cal. 34.

*Carptim.* subsiciva, quae — divisis agris carptim superfuerant. Dom. 9. h. e. hinc inde quasi decerpta (*in kleinen*

*Stücken.*) De hoc etiam vocabulo v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 1.

*Carruca*, vehiculi genus, de quo v. *Scheffer.* de re vehic. 2, 27. nunquam minus mille carrucis fecisse iter traditur. Ner. 30. cf. *Lamprid.* Eliogab. c. 31.

*Carus.* tam carus Tiberio Principi fuit. Oth. 1. quam carus Senatui esset. Dom. 11. quendam e caris ministris. Vesp. 23.

*de pretio rerum.* quum carius pecudes compararentur. Cal. 27.

*Caritas* i. q. amor. filios patria caritate diligere. T. 52.

*magnum pretium rerum* ob paucitatem, penuriam. caritas vini. A. 62. car. annonae. Ner. 45.

*Caseus* bubulus manu pressus. A. 76.

*Caste.* huc introire, nisi necessario et caste, religio est. A. 6. (h. e. cum certis cerimoniis, legibus, religionibus. Ita *Gell.* 4, 9. „templa — religiosa sunt, quae non vulgo ac temere, sed cum castitate, cerimoniaque adeunda, et reverenda et reformidanda sunt magis quam invulganda.“ cf. *Cic.* Leg. 2, 8. et 10. *castas taedas* dicit *Virgil.* Aen. 7, 72.)

*Castitas* vitae, ἁγνότης, oppon. *impudicitiae.* A. 71.

*Castigare.* Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Dom. 9.

*Castra.* in castris secum habuit. C. 59. in castris natus (Caligula.) Cal. 8. unde *castrorum filius.* Cal. 22. a commeatu castra repetentes. T. 12. postquam castra attigit. Cal. 44. castra ingressus. Vit. 8. castris locum capiens. A. 94. obsessio castrorum. C. 58. hostem castris exuere. C. 60. castris exutus. A. 13. coll. c. 91. captis castris.

aestiva castra. Cl. 1. *aestiva* et *hiberna* simpl., omisso voc. *castra*, v. sub: *Aestivus* et *Hibernus*. *Scelerata* castra dicta, in quibus Drusus obiit. Cl. 1.

geminare legionum castra h. e. duas legiones in eadem castra hiberna deducere. Dom. 7.

per castra jactatum est i. q. a milite. Galb. 6. correcta statim castrorum disciplina. Vesp. 4.

*castra praetorianorum.* neque tamen unquam plures quam tres cohortes in Urbe esse passus est, easque sine castris. sequ. A. 49. Tiber. Romae castra constituit, quibus praetorianae cohortes, vagae ante id tempus et per hospitia dispersae, continerentur. T. 37. trepidus ad castra confugit. Cl. 36. lectica in castra delatus est. Ner. 8. Pisonem — perduxit in castra. Galb. 17. teneri castra ab Othone. Galb. 19. castra occupare. Oth. 6. in castra contendit. ibid. audiit ex proximis castris clamorem militum. Ner. 48. per theatra et castra. Tit. 6. munus in castris praetorianis. Cl. 21.

*castra ad pugnas gladiatorum*, simulacrum belli. bina castra ex adverso constituta erant. C. 39.

*Castrenses ludi.* T. 72. h. e. a militibus in castris stativis habiti. v. Oudend. cf. Cl. 21. castrensis jocus i. q. militum jocus. (*Soldatenwitz.*) Cal. 9.

*Castellum*, locus castrorum munitus, vallum. cohors praeposita castello. C. 68. custodiam portae commissi castelli retinuit. ibid. (nostr. *Schanze.*)

i. q. *urbs munita*, *arx*, Gr. τεῖχος, *Feste.* in oppugnatione castelli. Vesp. 4.

*Castrare*, εὐνουχίζειν, ἐκτέμνειν, ὀρχοτομεῖν. castrari mares vetuit. Dom. 7.

*Casus* v. *Cadere.*

*Catadromus*, extensus in theatro funis, in quo decurrebant funambuli. notissimus Eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Ner. 11. (*Xiphil.* 61, 17. ἐλέφας ἀνήχθη ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων.)

*Catasta*, tabulatum, in quo venales servi prostabant. hero suo emtus de catasta. Gr. 13.

*Catena.* veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit. Cal. 45. vinciri catenis. Ner. 21. conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam. Ner. 36. custodias, receptis quoque in manum catenis, audiebat. Dom. 14.

dicitur *ostiarius* veteri more *in catena* fuisse. Rh. 3.

per continuos dies in conspectu suo *catenis verberatum.* Cal. 27. (novo supplicio a Cajo reperto.)

*catenis subreptus* inepta est lectio Gr. 15. Scribendum: *Athenis.*

puerum demissum coelo catena aurea. A. 94.

*Catenatus.* quum catenati producerentur. A. 13. nunquam aliter quam catenatos loco movit. T. 64.

*Caterva.* inseruit catervas Afrorum Campanorumque pugilum. Cal. 18.

*Catervarii* pugiles oppon. legitimis atque ordinariis. A. 45. v. *Lips.* Saturn. 2, 16.

*Catinum* v. *Catinus.* senem in catino vitreo thus tenentem. Galb. 18.

*Cauliculi.* quem tres cauliculi — nutriant. Gr. 11.

*Causa*, *Ursache*, *Grund*, *Veranlassung.* c. bellorum. A. 10. morae. A. 94. operis. Cal. 19. causa itineris dissimulata. T. 57. nec mox causa trajiciendi fuit. A. 47. accesserunt majoris sollicitudinis causae. T. 12. quamvis ulciscendi causa non deesset. Tit. 9. quam justas petendi causas haberet. A. 40. nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. T. 47. inter causas suffragationis suae posuit. Cl. 40. quam causam et ipse reddidit. T. 10. quam causam profectionis praetenderat. T. 40. inter causas secessus hanc ei vel praecipuam fuisse. T. 51. quae causa conjuratis fuit maturandi destinata negotia. C. 80. causam valetudinis contraxit ex sequ. A. 97. dissimulata diu causa. Cl. 15. ad explorandas propius causas. Plin.

*causam esse alicui alic. rei.* causa plebi fuit secedendi. T. 2. causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem — creditur. T. 52. per ejusmodi indignitates causa exstitit mortis (ei). Cal. 23. — sine probabili causa. Ner. 32. sine justis et necessariis causis. A. 21. gravibus ex causis. Cal. 27. ex causa novi generis. Cl. 16. levissima de causa. Dom. 10. levi subitaque de causa. Cl. 34. quacunque de causa. Cal. 38. non alia de causa quam quod. Cal. 35. ne necessaria quidem de causa. Ner. 25. nec utique de causa militari. Ner. 15. quasi per justam causam. Ner. 36. sine causa. C. 65.

*causae* sc. verae opponuntur *praetextui.* C. 30.

*per causam* sc. quam quis praetendit i. q. *sub praetextu.* per causam exigendae pecuniae. C. 2. per causam legationis. Oth. 3. per causam valetudinis. Vesp. 1. cf. *Caes.* B. G. 7, 9. *Cic.* pro dom. 5. —

ablat. *causa* pro adverbio, ut Gr. χάριν, δίκην. praesidii causa. C. 14. Rh. 1. Reip. causa. C. 23. incendiorum causa.

A. 25. mercaturae causa. Cl. 18. detrudendi Domitii causa. C. 24. crediti servandi causa. Cl. 16. salutandi sui causa. T. 32. reparandarum classium causa. A. 16. al. joci causa. Rh. 5. exempli causa. Rh. 1. cujus causa. C. 50.

et *ante genitivum* positum (ut saepe Gr. χάριν et δίκην. v. *Hermann.* ad *Viger.* p. 700, 11.). causa detrectandi sacramenti. A. 24. causa evitandae opinionis. Ter. 4. (Ita *Spartian.* Adrian. 3. *causa praecipue orationum* pro: *ob* orationes. et c. 13. *causa* speciatim Pharasmanis.) —

*ea causa*, τούτου χάριν. C. 26. ea *de* causa. Cal. 27.

*causa* sensu forensi *res, quae agitur in judicio.* ut *causam* apud judices *diceret.* C. 30. causam in Senatu dicere coegit. T. 30. togatumne an palliatum dicere causam oporteret. Cl. 15. citati ad causam dicendam. T. 61. conjurati e vinculis dixere causam. Ner. 36. quum Asprenas — causam veneficii accusante Cassio Severo diceret. A. 56.

causam *defendere.* defendenti Nysae causam. C. 49. causam Caesaris defendenti. Rh. 1.

causam *agere* et *orare.* agere causam confestim apud se coegit. Cl. 15. egit et causas, verum rarius, dum amplissimam quamque sectatur. Rh. 6. oravit causas etiam triumphalis. Cal. 3. ubi al. male *triumphales.* in advocatione quadam, nam interdum et causas agebat. Gr. 22. causas industrie *actitavit.* Galb. 3.

dubia etiam tum causa. Dom. 8. accusatori, qui *causam non teneret.* Dom. 9. causa *cadere.* Cal. 39. —

ut ab aerario causae ad Forum ac recuperatores transferrentur. Ner. 17. v. n.

in causa Aemilii Lepidi. Cal. 24. h. e. in quaestione de conjuratione Lepidi.

unde *causa* i. q. *pars* v. *partes*, nos: *die Sache.* causam optimatium deseruit. A. 12. ut communem causam juvarent. i. q. commodum Reipublicae. Galb. 10.

*Causari* i. q. *praetendere,* pro causa allegare. causatus senium cujusque et imbecillitatem. Cal. 44.

sequ. acc. c. inf. causatus, nondum adesse fatalem horam. Ner. 49.

sequ. *quod.* causatus in utroque, quod hic — non esset secutus sequ. Cal. 23.

*Causidici*, advocati, causarum patroni. Cl. 15. causidicorum figurae. Vesp. 13. — *Cautus*, *Cautio* v. post *Cavere.*

*Cavea* ferarum (*Käfig.*) bestiarum more quadrupedes cavea coercuit. Cal. 27. quo ferae pelle contectus emitteretur e cavea. Ner. 29. v. *Bulenger.* de venat. Circi c. 17.

*theatri.* ne quis pullatorum *media* cavea sederet. A. 44. quum per mediam caveam descendisset (sc. e superioribus aedibus in *imam* caveam, ubi orchestra erat Equitumque ordines.) Cl. 21.

In *summa* cavea infima plebs sedebat. v. *Bulenger.* de Circo Rom. c. 32. de Theatro 1, 14.

*Cavere* aliquem v. aliquid, φυλάττεσθαί τι, *sich vor etwas hüten.*

cavere contentus (Libonem.) T. 25. puerum. C. 45. periculum. C. 81. Galb. 19. insidias. C. 86. exitum. T. 53. vim. T. 72. annum. Ner. 40. — simpl. cavere semper. C. 86. ad

cavendum ulciscendumque compelli. Cl. 37. — *ab* aliquo. ut a Cassio caveret. Cal. 57.

sequ. *ne*. tumultus ne orirentur, sedulo cavit (nostr. *verhüten*). T. 37. cavendum esse, ne sequ. T. 67.

*alicui rei*, *etwas sichern*. quibus rebus sicut in posterum securitati satis cavit. Tit. 6.

*simpl.*, nostr. *Gewähr leisten*, *Sicherheit geben*. usum (pecuniae) iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. A. 41. deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Cal. 12.

i. q. *constituere*, *sancire*, (*bestimmen*, *anordnen*.)

c. praep. *de*. quum et de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset. A. 40. quod nihil de his Aug. testamento cavisset. T. 50. cautum est (SCTo) de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret. C. 10.

sequ. *ut* v. *ne*. decretum etiam publ. exstabat, quo cavebatur, ut sequ. A. 1. nonnulli testamento caverant, ut. A. 59. legatum ex testamento Rusci Caep., qui caverat, ut. Dom. 9. cavit etiam Senatusc., ut. A. 65. quum Senatusc. cautum esset, ut. T. 75. cautum, ut. A. 29. Ner. 17. cautum est, ne. C. 10. v. supra.

*Cautus*. dubium, cautior an audentior. C. 58. parcius aut certe cautius. Cl. 16.

*Cautio*. jusjurandum et cautionem exegit a singulis sequ. acc. c. inf. A. 98.

*Caverna*. per angustias effossae cavernae. Ner. 48.

*Cavillari* leniori sensu pro *jocari*. saepe cum populo et voce et gestu ut fautor cavillatus est. Tit. 8. h. e. jocose altercatus est cum populo Threcibus suis minus favente.

*Cavillatio*, jocus, ludibrium. ut invidiam aliqua cavillatione dilueret. Vesp. 23. (um durch einen Scherz das Gehässige zu benehmen, zu mildern.)

acerba cavillatione [illegible]nul hominis nomen incessens. T. 57. per cavillationem no[illegible]is. Gr. 3.

*Cavus*. cavam manu[illegible] porrigentibus praebens. A. 91.

*Cavare*. navale proelium edidit, circa Tiberim cavato solo. A. 43.

*Cedere* i. q. *procedere*, *succedere*, Gr. *προχωρεῖν*, nostr. *von Statten gehen*, *wirksam seyn*.

si quid tale aliud parum cessisset. Cl. 34. quum opinione tardius cederet (venenum). Ner. 33. prout stilus cesserat. Cal. 53. quatenus sibi matrimonia male cederent. Cl. 26. cessitque res prospere. A. 91. i. q. evenit. illi ea fama pro bono cessit i. q. in bonum. Tit. 7.

*cedere alicui*, *ὑπεκχωρεῖν τινι*, *weichen*, *nachgeben*.

negat se videre, cui Caesar debeat cedere (ut superiori eloquentia.) Cic. apud Nostr. C. 55. ced. adversae tempestati. C. 58. non cessit unquam tumultuantibus. C. 69. Parthi Armeniam vindicanti facile cesserunt. A. 21. ne hostis instaret ultro cedentibus. T. 16. tunc plane deterritus — cessit (in contentione sententiarum.) C. 14.

*ced. loco vel re*. ipsosque Urbe cessisse. C. 31. cohortes, si quae cessissent loco (in pugna). A. 24. cedere imperio. Cl. 35. Vit. 15. Ner. 34. bonis. Ner. 35. consulatum gessit cedente fratre. Dom. 2.

*alicui aliqua re*, *einem etwas einräumen*, *abtreten*. ut C. Oppio deversoriolo cesserit. C. 72. ut sibi genero cederet. A. 63. Aug. liberis loco et quasi possessione — secundi gradus sponte cessisse. T. 10. (ubi *adultis Aug. liberis* esse possunt ablativi consequ., sed etiam dativi pendentes a *cessisse*.) postquam Tusculana villa creditoribus cesserat. Gr. 11.

*Celare*. quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur. A. 27. ignota et celata cuncta cupere. T. 66. mors ejus celata est. Cl. 45. hoc consilio per conscios parum celato. Ner. 34. modo celans modo detegens plagam. Oth. 11. facile fallaciam celarunt. Rh. 1. capillamento celatus et veste longa. Cal. 11. Isiaci celatus habitu. Dom. 1.

*Celeber*. celeberrimi patroni pr. qui maxime a clientibus adibantur, inde *clarissimi*. Ner. 7. vox ejus celeberrima i. q. *notissima*. Ner. 40. celeberrima pars oppidi i. q. *frequentissima*. A. 1. celebres scholae. Gr. 3. per celeberrimos ludos. A. 44. circumlatus per celeberrimos vicos. Vit. 8. per sollemnia nuptiarum celeberrimo officio h. e. in maxima hominum, qui officii causa venerant, frequentia. Ner. 28. (Ita *Plin.* Paneg. 49, 2. *celebritatem* opponit *solitudini*.)

*Celeberrime* acclamatum est i. q. *frequentissime*, quod saepe dicitur pro *saepissime*. T. 52. Vulg. *creberrime* ex glossemate, ut mihi videtur. cf. Oudend.

*Celebritas*. propter nominis celebritatem. Gr. 23. h. e. famam, qua a plerisque praedicabatur.

*Celebrare* i. q. *frequentare*. quod — convivia, Circum et theatra et amoenos secessus celebrarent. Cal. 45. cujus officium nuptiarum et ipse cum Agrippina celebravit. Cl. 26. h. e. cujus nuptiarum sollemnibus ipse interfuit.

*celebrare diem* v. *rem* h. e. ut celebrem, insignem peragere, ἐπιτελεῖν, ἄγειν, *feiern*, *begehen*. festos et sollemnes dies profusissime — celebrabat. A. 75. diem utriusque tirocinii congiario plebi dato celebravit. T. 54. celebr. alic. natalem. A. 57. T. 65. Cl. 11. Dom. 10. funus. C. 84. memoriam al. Cl. 11. Actiacas victorias — vetuit sollemnibus feriis celebrari. Cal. 25. ad sollemnia Quinquatruum simul celebranda. Ner. 34. celebrabat quotannis Quinquatria Minervae. Dom. 4.

quo Actiacae victoriae memoria *celebratior* et in posterum esset. A. 18.

*Celer*. celerem successionem opperiri. T. 26.

*Celeriter*. celer. confectum bellum. C. 37. celeriter funeratus. Oth. 11. thermis celeriter exstructis. Tit. 7. celeriter reverti me. Ner. 23. facile atque celeriter scribere. Hirt. C. 56. sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. A. 25. — quo celerius Reip. assuescerent. A. 38. quo celerius — annunciari cognoscique posset. A. 49. celerius quam asparagi coquuntur (inter dicta Augusti.) A. 87. aliquanto celerius ad saevitiam descivit. Dom. 10.

*Celeritas*. incredibilis. C. 57. Cal. 57.

*Cella* penuaria. A. 6. receptus in proximam cellam. Ner. 48. distinctis et instructis — compluribus cellis (lupanaris). Cal. 41.

*cella* templi erat locus sacratior, ubi signum Dei. cella Jovis Capitolini. C. 84. A. 50. Palatini atriensis. Cal. 57. ubi

non servi atriensis, sed Apollinis ipsius cella intelligenda. v. not.

*Cellula.* janitoris. Vit. 16.

*Censere*, de Senatoribus i. q. sententiam dicere. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 54, 3.

nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet. C. 20. ubi *censere* est: *per egressionem sententiam dicere*, et *super tali constern.* non interpretandum: *de*, sed *inter* v. *in* tali const., ut *superesse* dicitur pro *interesse*.

ac si censendum magis (h. e. voce sententia dicenda), quam assentiendum esset. A. 35. v. n.

per dissensionem diversa censentium. Cl. 10. Eodem cap. paulo ante est: „accitusque et ipse per Trib. pl. in Curiam ad *suadenda*, quae viderentur," ubi injuria Ernest. reponendum existimavit *censenda* e glossemate. v. not. et Oudendorp.

*censente* — obtinere non potuit T. 31. per ἀνακόλουθον. v. not. et locum *Justin.* 11, 7. ibi cit. (Ablativum ita absolute positum existimo etiam *Plin.* Paneg. 46, 8. ubi *implorantibus* interpretor: *si qui implorant* sc. *medelam*, ut non opus sit correctione: *implorantium.*)

*censere sequ. acc. c. inf.* C. 24. 26. A. 7. 55. 100. T. 34. 71. Cal. 60. ubi: „quidam vero — *sententiae loco censuerint.*"

*sequ. ut v. ne.* A. 94. T. 17. Cl. 6. Vesp. 2. Rh. 1.

omnino i. q. *judicare, existimare.* quia — multiplici variaque doctrina censebatur. Gr. 10. h. e. esse existimabatur. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 15, 5.

*Censor.* Censores, creari desitos, longo intervallo creavit. A. 37.

Censorem L. Plancum via sibi decedere Domitius Aedilis coegit. Ner. 4. (in quo maxima arrogantia, quum censura esset, ut Plutarchus dicit, ἀρχὴ πασῶν ἱερωτάτη, et κορυφὴ τιμῆς ἁπάσης. Aliena est correctio Lipsii: *censorium.*) — Salinator Censor. T. 3. habere Censorem suum. Cl. 16. nempe patrem, optimum morum magistrum.

*Censorius.* nudatos opere censorio — restituit. C. 41. v. n. cf. *Opus.*

censorium edictum de rhetoribus Latinis. Rh. 1.

*Censura.* gens Claudia censuras septem adepta. T. 1. Liviorum familia censuris duabus honorata. T. 3. Aenobarbi functi censura duplici. Ner. 1. Salinator in censura. T. 3. sine censurae honore censum tamen populi ter egit. A. 27. v. n. cf. Gesner. et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 45, 4. et infra: *Praefectura morum.*

gessit et censuram (Claudius), intermissam diu post Plancum Paulumque Censores. Cl. 16. v. n. collega L. Vitellio. Vit. 2. — in censura ejus. ibid. —

suscepit et censuram (Vespasianus.) Vesp. 8. censuram gessit una cum patre Titus. Tit. 6.

*Census.* censum agere. A. 27. T. 21.

i. q. *res familiaris*, qua ordo civium constituebatur. *census equestres* h. e. *quadringena millia HS.* C. 33. equester census. A. 40. — *Senatorum censum* ampliavit, ac pro *octingentorum millium* summa *duodecies Sestertio* taxavit, supplevitque non habentibus. A. 41. v. n. explevit censum Senatorum. Vesp. 17.

arguebat perperam editos census. Cal. 38.
quarta decuria judicum *ex inferiore censu*, quae *ducenariorum* vocabatur h. e. lecta ex iis, qui ducena tantum Sestertia possiderent. A. 32.
omnino i. q. *opes*, *divitiae*. cui census maximus. T. 49. privatorum census prope exhausit. Ner. 38. partem census omnes ordines conferre jussit. Ner. 44.
*Centesima* auctionum. Cal. 16. ex emendatione nonnullorum pro *ducentesima*. Hoc servavimus et defendimus in nota ad l. c.
*Centumviri* litibus judicandis. Dom. 8. v. Ern. in Cl. Cicer. et quos citavi ad A. 36.
*Centumviralis hasta* i. q. judicium Centumvirorum. A. 36. v. *Cic.* de Orat. 1, 38. et interpr. ad *Gell.* 16, 10. centumv. judicia. Vesp. 10. in lite quadam centumvirali. Rh. 6.
*Centuria*. ut is — nummos de suo communi nomine per centurias pronunciaret. C. 19.
*Centurio*. Centuriones cujusque legionis. C. 68. Centuriones statione deserta itidem ut manipulares capitali animadversione puniit. A. 24. Cornelius Centurio, princeps legationis. A. 26. primarum cohortium Centurio h. e. praetoriarum. T. 60. v. n. per quosdam beneficii sui Centuriones. T. 12. v. *Beneficium*. Tribunos Centurionesque Praetorii de fugae societate tentavit. Ner. 47. Centurio venia donatus. Dom. 10. Pompejanarum partium Centurio an Evocatus. Vesp. 1. v. *Evocatus*. plerisque Centurionum maturis jam — primos pilos ademit. Cal. 44. Tribunis modo ac Centurionibus paucis e conjuratorum in Cajum numero interemtis. Cl. 11. cf. Cal. 58 et 59.
Centurionum frequens usus *in suppliciis*. per Centuriones et milites raptum e tribunali sequ. A. 27. convicianti oculum per Centurionem verberibus excussit. T. 53. de nece consularis viri renunciante Centurione. Cl. 29. irrumpenti Centurioni. Ner. 49. —
vectigalia — per Centuriones Tribunosque praetorianos exercuit. Cal. 40.
*Centuriatus* i. q. *Centurionatus*. Gr. 24. ubi praeter necessitatem corrigere voluerunt *centurionatum*. v. *Cicer.* pro l. Man. c. 15. in Pison. 36.
*Cera*. in ima cera h. e. fine testamenti. C. 83. in testamentis primae duae cerae i. q. tabulae. Ner. 17. v. n.
*Cereus* sc. funis. lectum — ardentibus cereis succenderunt. C. 84.
*Cerebrum*. offensus putrefacti cerebri odore. Cal. 27. de purgando cerebro cogitavit h. e. de restituenda mentis sanitate. Cal. 50.
*Cerebellum*. cerebella phasianorum et pavonum. Vit. 13.
*Cerimonia*. cerim. Deorum i. q. cultus, religio. C. 6. inter publicas cerimonias. ibid. pollutarum cerimoniarum reus. C. 74. nonnulla ex antiquis cerimoniis reſtituit. A. 31. peregrinae, veteres, praeceptae cerimoniae. A. 93. barbara cerimonia. A. 94. externas cerimonias, Aegyptios Judaicosque ritus compescuit. T. 36. quaedam circa cerimonias — correxit. Cl. 22. Scribendum *cerim.*, non *caerem.*, docent Burm. et Oudend. ad C. 6. et A. 93.

*Cernere.* quos concurrisse cernebat. C. 15.

*Cerritus* i. e. *cereritus*, Δημητρόληπτος, i. q. *insanus* (unde non scribendum *ceritus*). A. 87. v. *Horat.* Sat. 2, 3, 278. *Plaut.* Amphitr. 2, 2, 144.

*Certare*, ἀγωνίζεσθαι, de victoria vel praemio contendere.

nulli Graeco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit. A. 45. certantes athletae. Ner. 40. in certando — legi obediebat. Ner. 24. cf. c. 23. certabant — prosa oratione Graece Latineque. Dom. 4. — cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem (de velocitate scribendi). Tit. 3.

de bello, ut Gr. ἀγωνίζεσθαι. Othone atque Vitellio de principatu certantibus. Vesp. 5.

*Certamen* Graecum h. e. more et habitu Graeco institutum. A. 45 cert. Graecae et Latinae facundiae. Cal. 20. quinquennale gymnicum. A. 98. idem, quod Cl. 11. Neapolitanum certamen dicitur. v. not. ad Cl. 11 instituit (Nero) et *quinquennale* certamen *primus omnium Romae*, more Graeco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia. Ner. 12. cf. certamen Neroneum. Vit. 4. Lucan. Domit. instituit *quinquennale* certamen *Capitolino Jovi* triplex sequ. Dom. 4. v. n. i. q. Capitolinum certamen. Dom. 13. certamini praesedit crepidatus sequ. ibid. certamina gymnica (Graeciae). Ner. 53. certamina deinceps obiit omnia. Ner. 23. ne ob delictum certamine summoveretur. Ner. 24. magistros toti certamini praeposuit consulares. Ner. 12. reliquam certaminis partem — distulit. Ner. 21. praemia coronarum, quae unquam sibi in certaminibus civitates detulissent. Ner. 32. — quadrigarum certamen. Cl. 21. — retiarii sine ullo certamine (h. e. sine pugna) succubuerant. Cal. 30. — dialogus, in quo boleti, et ficedulae, et ostreae, et turdi certamen induxerat. T. 42.

*Certationes* xysticorum. A. 45.

*Certatim* nostr. *um die Wette.* A. 100. T. 70. Cal. 57. Ner. 7. Vit. 15.

*Certus* i. q. *constitutus*, *definitus*, nostr. *bestimmt*, *gewiſs.* (a v. *wissen*, ut *certus* a *cernere.*) lecticarum usum — nisi certis personis et aetatibus perque certos dies ademit. C. 43. quotannis die certo. A. 91. certis diebus. Gr. 2. ad certum tempus. A. 41. ad certum praefinitumque tempus. Galb. 14. certa stipendiorum praemiorumque formula. A. 49. commeatus ad certam formulam astrictus. T. 18. certus numerus. A. 49. ubi al. pro *certum* frequenti confusione *ceterum*. Ner. 44. certa pecunia. A. 36. certa lucra. Cl. 18. certa justaque merces. Ner. 17. certa summa. Dom. 9. ponderis certi i. q. lege constituti. Dom. 13. certum statutumque vectigal. Cal. 40. Vulg. *statum.* Sed altero vocabulo more suo Suetonius interpretatur et auget prius. v. quae infra ind. tertio sub v. *Pleonasmus.*

*certus homo*, *certa res* est, cui credi oportet, de quo v. qua dubitare non licet.

ut plures certioresque tradunt. T. 5. nullo certo duce. Oth. 8. ut certiorem adhuc indolem ostenderet. Ner. 10. (h. e. ne cui de indole sua dubitare permitteret. Librarii locum varie depravarunt. v. Oudend.) certissimum exitium. T. 53. certissimam necem appropinquare. Cal. 57. certum erat sequ. acc. c. inf. T. 15. quum certum sit. Cal. 25. vera plane

certaque esse. T. 59. quia certum haberet. A. 42. pro certo habuisse. Dom. 23.

*certus* i. q. qui non dubitat vel dubitare nequit, ut nos: *sicher* et *gewiſs* active et passive. certi damnat*ionis*. T. 61. certus *de* sua suorumque genitura. Vesp. 25.

itaque *certiorem facere* aliquem de al. re. ita ut certior fieret (sibi nunciaretur.) A. 65. de qua suspicione ab Aug. certior factus. T. 12. pridie quam de reditu certior fieret. T. 14.

*Certe*, si quid negatum vel in dubium vocatum est, vel sumitur, dubitari posse, id quod additur, tamen dubium non esse, indicat, ut nostr. *doch, wenigstens* et junctim *doch wenigstens*.

nam certe Pompejo — exprobratum est. C. 50. certe Cicero negat. C. 55. transmarinas certe sibi superfuturas provincias. Cal. 51. (ubi a multis *certe* omissum). certe — insectatus est. Ner. 33. certe neque adv. neque prof. quemquam osculo impertiit. Ner. 37. certe — passus est. Oth. 7. Eques certe Rom. Vit. 2. sic certe — repertum est. Cal. 55. auditus est certe. Dom. 4. certe non ultra solis occasum. Dom. 21.

certe quum. A. 65. — *aut certe*. aut parcius — aut certe cautius. Cl. 16. pacem aut certe tempus. Vit. 16. absente eo et ignaro, aut certe invito atque decepto. Vesp. 15.

*vel certe*. successionem vel certe societatem. T. 25.

*certe* in quaestione. certe patrem tuum non occidisti. A. 33. Gr. ἦ σαφῶς, nostr. *nicht wahr nicht* v. *doch nicht*. v. Goerenz. ad *Cic.* de Leg. 1, 1, 3.

*Cervix*. tam bona cervix. Cal. 23. utinam populus Rom. unam cervicem haberet. Cal. 30. capillo pone occipitium summissiore, ut cervicem etiam obtegeret. T. 68. incedebat cervice rigida et obstipa. ibid. cervice obesa. Ner. 51. gracilitas cervicis. Cal. 50. gibbam sibi pone cervicem auream enatam. Dom. 23. (Inepte in ind. Bernecc. est: cervix gibba, aurea, enata. Dom. 23.)

bos cervicem summisit. Vesp. 5.

*cervices* pro singulari. opimis cervicibus. Cl. 30. dependente a cervicibus pugione. Galb. 11. injecto cervicibus laqueo. Vit. 17. oneratis gravi pondere cervicibus. A. 67. (ubi tamen de pluribus.)

*Cervicalia*, stragula cervici supposita. Ner. 6.

*Cespes*. sedens in cespite nudo. T. 18. cadaver ejus — levi cespite obrutum est. Cal. 59.

cespitem portare (poena militaris). A. 24.

*Cessare* i. q. *non adesse* v. *non advenire*, unde *vacare, tardare, morari*, ut *tergiversari*.

honor Consulis morte cessans h. e. *vacuus*. C. 76. quod cultura agrorum cessaret (*negligeretur*.) A. 42. nullus a poena hominum cessavit dies h. e. *vacuus fuit*. T. 61.

*morari, adventum differre*. cessantibus copiis, quas subsequi jusserat. C. 58. si possessores cessarent sc. aedificare areas. Vesp. 8. culpane quis an aliqua necessitate cessasset. Cl. 15. h. e. *afuisset* a judicio, *non comparuisset*; praecedit enim *absentibus*.

i. q. *desinere* in dictione: *non cessare*, nostr. *nicht säumen, nicht versäumen, nicht aufhören*. non cessavit efflagitare. T. 12. nec cessavit criminari. Cal. 56. non cessavit omni ora-

tione — praedicare. Cl. 39. non cessavit identidem se publicare. Ner. 21. neque cessavit insidias struere. Dom. 2.

*Ceterus*, λοιπός. pro cetero delictorum genere. A. 24. e cetero genere hominum. A. 57. de cetero numero candid. C. 41. cetera turba. Cal. 26. Cl. 12. cetero habitu. Cal. 52.

*ceteri*, οἱ λοιποί, οἱ ἄλλοι. *ceteri* enim — *nos* etiam. C. 56. *ceteros* — sed *ipsum*. T. 24. *ceteri*, in his M. Favonius. A. 13. sed et ceteros principes viros (h. e. qui non essent de gente sua). A. 29. *eas*que et *ceteras*. A. 30. deditione a *ceteris* facta, *solus* permansit sequ. T. 4. ceteri oppon. Senatoribus. T. 23. ceteri — Crassus. Cl. 17. quum ceteros (quorum nomina proposita erant) alium alia de causa improbarent. Vesp. 6. in ceteris partibus vitae. A. 72. ceteris in rebus. Vesp. 11. sicut ceteris sc. triumphis. C. 37. Al. *ceteri*. docuit inter ceteros Brutum. Gr. 13. se praeter ceteros inaudita pati. Ner. 42.

*Ceterum* pr. *id quod ceterum* s. *reliquum est*, unde i. q. *verum*, *sed*, *tamen*, nostr. *übrigens*, *im Uebrigen*, *indessen*, *aber*. C. 4. 16. A. 8. 66. T. 42. Cl. 1. 30. Ner. 12. Vit. 2. Vesp. 15. Tit. 2. 9. Gr. 4. post *quidem*. T. 61. Gr. 4. *ceterum etiam*. Galb. 16.

*Ceu*. Scheid. ad *Sanct*. Min. p. 252. contractum putat ex *ceve*, ut *ce* Gr. κὲ sit *quam* et *ve* i. q. *vel*, Batav. *als of*. Sane comparandum cum Vossio Ebr. כְּ comparativum.

ceu noxii solent sc. trahi. Vit. 17. victorias ceu damnosas Reip. increpare. T. 52.

inguini ceu papillae. T. 44.

*Charta*. epistolae transversa charta scriptae (*auf Queerblatt*). C. 56.

i. q. *lamina*, nostr. *Platte*. plumbeam chartam pectore sustinere. Ner. 20.

*Chirographum*, χειρόγραφον, *Handschrift*. ut imitarentur chirographum suum. A. 64. imitari chirographa, quaecunque vidisset. Tit. 3. cum versibus ipsius chirographo scriptis. Ner. 52.

*liber*, *epistola*, *propria alicujus manu scripta*. notavi et in chirographo ejus illa praecipue. A. 87. quum etiam chirographum ejus praeparatae apud milites concionis deprehendisset. Tit. 6. chirographa omnium, requisita fraude ac stupro, divulgavit. Cal. 24.

maxime *promissio*, *scripto data*, *syngrapha* (*schriftliche Obligation*). deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Cal. 12. Vettius etiam chirographum ejus Catilinae datum, pollicebatur. C. 17. Clodium Poll. — chirographum ejus conservasse — noctem sibi pollicentis. Dom. 1.

*Chlamys*, vestis *puerilis*. chlamys et fibula. T. 6. cf. *Virg*. Aen. 3, 484. v. Oudend.

vestis *militaris*. Ita in habitu Minervae, quam agebat Caesonia, Cal. 25. chlamyde peltaque et galea ornatam. insignis — et caetra, et gladio, aureaque chlamyde. Cal. 19.

adeoque *triumphantis*, sed Graeco habitu. in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde. Ner. 25.

*Chorus*. discumbens de die inter choros ac symphonias. Cal. 37.

*Choragus*. quum primum istorum conduxit mensa choragum h. e. ex quo isti convivae Augustum ut choragum,

magistrum oblectamentorum, conduxerunt, assumserunt. A. 70. v. n. cf. *Plaut.* Pers. 1, 3, 79. „πόθεν ornamenta? — abs chorago sumito.“

*Choraula*, qui tibia choro accinit. Galb. 12. Ner. 54. ubi v. not.

*Chorocitharistae*, qui citharas ad concentum pulsabant. Dom. 4. v. not.

*Chrysocolla*. (v. *Plin.* 33, 5.) minio et chrysocolla constrato Circo. Cal. 18.

*Cibus*. cibi minimi erat atque vulgaris fere. A. 76. cibi plurimi traditur — inter coenam vero usque eo abundantis sequ. Galb. 22. cibo affluente evomuisse omnia. Cl. 44. avidissimo ciborum talium. Cl. 44. exhaustum refici cibo. ibid. cibo per quatriduum abstinuit. T. 10. Rh. 6. indigere cibo. Galb. 7. cibum desideranti. T. 73. abstinere cibis officientibus. Ner. 20. infulcire cibum. T. 53. veneno partim cibis, partim potionibus indito. Ner. 35. quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset. Vit. 14. marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Cal. 58. post cibum meridianum. A. 78. post cibum. Cl. 7. portentissima genera ciborum atque coenarum. Cal. 37.

*Cibaria*. comites — nunquam salario, cibariis tantum sustentavit. T. 46. residuum cibariorum (militis) tritici modium. Galb. 7.

*Cibare* i. q. pascere. manu sua cibaturus (draconem,) T. 72.

*Cicatrix*. quibus corporis notis vel cicatricibus. A. 65.

*Ciere*. exaudita vox est nomine cum cientis. Ner. 46.

*Cinaedus*, homo impudicus, effeminatus. A. 68.

*Cincinni* μυροβρεχεῖς Maecenatis. A. 86. cf. *Cic.* de Orat. 3, 26. „in oratoris aut poetae *cincinnis ac fuco.*“

*Cingere*. nec ut unquam aliter quam super eum (clavum) cingeretur. C. 45. v. n. cinctus cultro venatorio. A. 19. ferro. A. 35. gladio. Cal. 49.

*Cinctura* fluxior. C. 45. — *Cinctus* subst. sine cinctu et discalciatus. Ner. 51.

*Cinis*. cinis e favilla et carbonibus — exstinctus et jam diu frigidus. T. 74. ubi *favilla* fervida intelligenda est et ignea, ex quâ emortuâ *cinis*.

*cineres* i. q. reliquiae cadaveris ex rogo. ad transferendos matris fratrisque cineres. Cal. 15.

reliquias — cineribus Juliae commiscuit. Dom. 17. per patris matrisque cineres, qui inconditi jacent. Rh. 6.

*Circa*, Gr. περί, forma ablativi, ut *circum* forma accusativi quasi *ad circum*, (cf. *Scheid.* ad *Sanct.* p. 223.) ambitum alicujus loci vel rei notat, ubi quis versatur, sed ita, ut *circa* sit τὸ εἶναι περί τι, *circum* τὸ κινεῖν v. τὸ κινεῖσθαι περί τι, utrumque ipsa vi originis.

a) *de loco* nostr. *in der Nähe*, *in der Gegend*, latiori significatu, quam *ad* v. *juxta*, ita ut regio magis ex omni undique parte, quam locus ipse spectetur.

circa Pharm. insulam. C. 4. circa Perus. murum. A. 14. circa Perusiam. A. 96. de domo sua circa Forum. Ner. 37. in Foro *circave*. A. 40. ut post Oudend. e libris praestantissimis edidi post vulg. *Circove*. circa Aug. simulacrum. T. 58. quaedam horrea circa domum auream. Ner. 38. qui excubias circa cubiculum suum agerent. Galb. 10. circa se

collocatis. Tit. 9. manus — quam circa se habuerat. A. 49. Batav. quos circa se habebat. Cal. 43. ut — circa adequitarent. A. 64. circa sacrificantem se deprehenso. Cl. 36., qui locus confirmat lectionem alterius Tit. 4. *circa* se dimicans h. e. *in seiner Nähe*, ubi al. *contra*. Inde absol. omnes *circa eum*, πάντες οἱ περὶ αὐτόν, i. q. omnes ejus amici et comites. C. 27. omnes *circa se*. Dom. 9. Ita *Liv.* 21, 49. „*circa Praetorem* legati Tribunique." v. Gronov. *Plin.* Paneg. 83, 3. „omnes *circa te*." v. Schwarz.

i. q. *in*, sed pluribus locis in aliquo ambitu.

quum circa scholas assiduus esset h. e. in pluribus circa scholis. T. 11. dispositis circa macellum custodibus. C. 43. dispos. circa Fori templa — cohortibus. Ner. 13. circa viarum popinas fumantia opsonia. Vit. 13.

*etiam cum verbis, quae motum significant*, ubi accuratius *circum* ponitur, quod vide, nonnunquam *circa* jungitur, e. g. *mittere circa oppida* h. e. ut in oppidis essent, eodem usu, quo *ponere in loco* Latini dicunt, ut τὸ *esse in loco*, quod sequitur, magis respiciatur, quam motus versus locum, qui praecedit.

reliquas — *circa finitima oppida dimittere* assuerat. A. 49. nempe ut manerent et stationes haberent in finitimis circa oppidis. — hunc — *circa conventus mercatusque* Graeciae, ac mox Romae *circa Sigillaria*, *comitatus est*. Ner. 28. ubi Oudend. corrigendum censet *circum*, quod sane rectius. Sed auctor ob sequens *circa Sigillaria* h. e. locum Urbis, quem toto ambitu praetervehebatur Nero, etiam *circa conventus*, quos sine dubio adibat, dixisse videtur, habita etiam commorationis in singulis ratione.

b) *de tempore*. circa initia imperii. Cl. 7. circa undecimam horam. C. 88. circa mediam noctem. Cl. 2. circa lucem demum. Oth. 11.

et de *spatio* etiam et *numero*. circa quartum milliarium. Ner. 48. legato etiam circa Sestertium vicies prosecutus. Cl. 6.

c) *de re* v. *negotio*, in quo quis versatur, i. q. *in* v. *quod attinet ad*, ut Gr. περί. circa oppugnationem pontis. C. 64. circa haec occupatum. Ner. 25. circa scenam versatus est. Gr. 18. circa corporis curam morosior. C. 45. circa victum indifferens. C. 53. circa libidines haesit. A. 71. circa religiones talem accepimus. A. 90. circa Deos ac relig. negligentior. T. 69. circa administrationem imperii vacuus. Dom. 3. circa cultum habitumque adeo pudendus. Ner. 51. quaedam circa cerimonias — item circa omnium ordinum statum — correxit. Cl. 22. donec circa successorem omnia ordinarentur. Cl. 45. novo circa Principem exemplo. Cl. 14. Plurima ex aliis etiam scriptoribus hujus usus exempla collata vide apud Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 95, 1.

*Circensis*. v. *Circus*. — *Circius* ventus. Cl. 17. v. Ind. prim. — *Circuire*, *Circuitus* v. *Circumire*.

*Circulus*. ut torpentem (digitum) vix cornei circuli supplemento scripturae admoveret. A. 80.

circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambiit. A. 95.

*Circulatim* h. e. per circulos s. coetus. C. 84. Ita *lingua circulatrix*. Martial. 10, 3, 2.

*Circum*, πέριξ, nostr. *rings umher.* e praetextatis compluribus circum aram ludentibus. A. 94. deprehensis in lecto ejus circum cervicalia serpentis exuviis. Ner. 6. ligato circum collum sudario. Ner. 51.

per libellos circum tribus missos. C. 41. circum provincias exercitusque dimisit. A. 64. misit circum insulas. Cal. 28. misit circum fora et basilicas nomenculatores. Cal. 41. misit circum amicos. Ner. 47. circum templa deductus est. T. 17. circum vicos vagabatur. Ner. 26. coronas — circum lectos posuit. Ner. 25. caput circum castra portarunt. Galb. 20. v. Oudend. ad C. 41. et Ner. 28. ubi item legi jubet: *circum conventus* et *circum Sigillaria.* v. *Circa.*

*Circumagere.* rotunda, quae — vice mundi circumageretur. Ner. 31. Gr. περιάγεσθαι, περιφέρεσθαι. et metaphora ducta a re equestri: tam facile circumegit et flexit (tumultuantes milites). C. 70. ut nos: *herumbringen, herumholen.*

*Circumcise*, συντόμως, breviter. circumc. ac sordide declamare. opp. splendide atque adornate. Rh. 6.

*Circumcludere.* iniquitate loci circumclusus. T. 20.

*Circumdare.* laurea, quam religiosissime circumdederat. Vit. 9. zona se circumdedit. Vit. 16. legiones — equitatu armato circumdedit. Cal. 48. Al. *circumsedit.*

*Circumducere.* per Siciliam et per Achajam circumductus. T. 6. ut — per coetus epulantium circumduceretur. Cal. 32. vicatim circumduci. Cal. 35. quosdam e primoribus viris — per organa hydraulica circumduxit. Ner. 41.

portum exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio. Cl. 20.

ibidem statim subjicit (literas) circumducitque. A. 87.

*Circumferre.* in expeditionibus — pavimenta circumtulisse. C. 46. caput ejus praefixum hastae circumtulit. C. 85. ut semper et ubique pellem vituli mar. circumferret. A. 90. infantem — per omnium dearum templa circumferens. Cal. 25. ut — reliquias circumferri juberet sc. circum convivarum lectos. Galb. 22. circumlatus per celeberrimos vicos. Vit. 8. quod conciones ex T. Livio circumferret. Dom. 10.

*Circumforaneus* lanista. Vit. 12. h. e. qui circum fora vagabatur ad ostendendam artem.

*Circumjectae* silvae. A. 100.

*Circumire* v. *Circuire*, ut Romanos pronunciasse, absorpto *m*, fere certum, plerumque etiam scripsisse, libri docent, qui in altera forma verbi et nominis magis consentiunt.

quum — conventus circumiret. C. 7. tribus cum candidatis suis circumibat. A. 56. singulos circuit. T. 11. (ubi variant libri in formis *circumit*, *circuivit* et *circuiit*). a simulacris — circumiri. Ner. 46. Campaniae ora proximisque insulis circuitis. A. 98. circuito triclinio. Cl. 8. circuitis templis. Ner. 19.

*Circuitus.* Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit i. q. Asia Syriaque circuitis. A. 17. — περιφέρεια, *Umfang.* Gallia, quae patet circuitu sequ. C. 25. quum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui. Horat.

*Circumplecti.* flamma — omnem comitatum circumplexa. T. 6. statuam aquila circumplexa pennis. Dom. 6. v. Oudend. ad T. 6., Heins. ad *Virgil.* Aen. 5, 312.

*Circumponere.* circumpositis armatis. C. 30.
*Circumsecare.* circumsectus an esset h. e. circumcisus s. Judaeus. Dom. 12.
*Circumsepire.* stagnum circumseptum aedificiis. Ner. 31. solium — circumseptum est lapide Thasio. Ner. 50. —
*Circumsidere.* circumsedit Cal. 48. sec. nonnullos. Melius *circumdedit.*
*Circumspicere.* multis circumspectis conditionibus. A. 63.
*Circumspectus* sign. media i. q. *prudens*, pr. qui circumspicit et considerat, quid faciendum, nostr. *umsichtig.* circumspectissimus et prudentissimus Princeps. T. 21. modo circumspectus et sagax, modo inconsultus ac praeceps. Cl. 15.
*Circumstare.* manus — quae armata praesidii causa circumstabat. C. 14. circumstantium turba. C. 84. multitudine, quae circumstabat. Cl. 10. decem amicis sellam suam circumstantibus. A. 35. dimisso consilio et corona circumstantium. A. 93. nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent. Cl. 35.
assidentem conspirati — circumsteterunt C. 82. Gr. περιέστησαν. cf. *Assistere.*
*Circumstruere.* effosso et circumstructo juxta Tiberim lacu. Dom. 4.
*Circumtondere.* in puerilem habitum circumtonsam matronam. A. 45.
*Circumvenire.* ut esset, cujus ministerio ac fraudibus liberos Germ. circumveniret h. e. opprimeret. T. 55. cf. *Tac.* A. 1, 13 et 65.
*Circumvertere.* circumvertens se (in adoratione.) Vit. 2. v. *Adorare.*
*Circumvolare.* aquila eum saepius circumvolavit. A. 97. Al. *circumvolitavit.*
*Circus*, v. *Circus maximus*, quo distinguatur a reliquis Circis, qui plures Romae fuere. v. *Bulenger.* de Circo Rom. c. 4. sequ., *Onuphr. Panvin.* de ludis Circens. 1, 5.
Circensibus, spatio Circi ab utraque parte producto et in gyrum Euripo addito, quadrigas bigasque et equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. C. 39. v. n.
Circenses, minio et chrysocolla constrato Circo. Cal. 18. Circus max. marmoreis carceribus auratisque metis a Claudio excultus. Cl. 21. dirutus Circi maximi arcus. Ner. 25.
maximus Circus, deustis utrinque lateribus, exstructus (a Trajano). Dom. 5. v. n.
munera, venationes, alia spectacula in Circo. A. 43. Cal. 18. Ner. 4. Dom. 4. v. *Circenses.* —
triviales ex Circo ludii. A. 74. Thessali, qui feros tauros per spatia Circi agunt. Cl. 21.
gratuita in Circo loca. Cal. 26. — *carpentum in Circo inter* honores divinos. Cl. 11. coll. Cal. 15.
universorum se oculis in Circo max. praebuit. Ner. 22. coenitabat nonnunquam — Circo max. Ner. 27. —
Circus plurifariam exstructus. Cal. 54. apparatus Circi. Cal. 18.
in Foro Circove. A. 40. ubi melius legitur: *circave.* v. Oudend.
*Circenses.* De *Circensibus magnis* s. *Romanis* v. ad A. 23.
Circ. a Caesare editi. C. 39. ab Augusto. A. 43. coll. Cl. 4. Trojani Circenses. T. 6. Circ. matri instituti a Caligula.

Cal. 15. plurimi Circ. ab eodem a mane usque ad vesperam. Cal. 18. coll. c. 55. Circ. annui natali die patri decreti a Claudio. Cl. 11. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 92, 4. Circenses pro Claudii salute cum venatione editi a Nerone. Ner. 7. Circenses frequenter in Vaticano commissi a Claudio. Cl. 21. Circ. a Nerone editi. Ner. 11. idem ad omnes etiam minimos Circenses commeare solitus. Ner. 22. Circ. Domitiani. Dom. 4. — spectare Circenses. A. 45.

Circensibus. C. 39. Dom. 7. Circensibus ludis. Ner. 11. votivis Circensibus. A. 43. Circensium die. Dom. 4. die Circensium proximo sollemni pompa. A. 16. Circensi pompa currus elephantorum aviae Liviae decretus a Claudio. Cl. 11.

*Circenses plebeji* (ab Aedilibus pl. mense Novembri edi soliti). T. 26. v. n.

*Cirrus*, πλόκαμος. statuae ejus a vertice cirrus appositus est. Ner. 45. Al. *currus*. v. n.

*Citare* i. q. *vocare*, ut *Senatores* in Curiam. alios — citare ut vivos perseveravit. Cal. 26.

*Equites* in recognitione. permisit — ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire. A. 38.

*tribus* urbanas *ad sacramentum* citavit. Ner. 44.

*in judicio* testem vel reum. testis citatus. C. 74. citatum pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi jussit in carcerem. T. 11. citati ad causam dicendam. T. 61. quum scorta citari adversus se et audiri pro testimonio videret. Cl. 15.

i. q. *incitare*. citatis jumentis. Ner. 5.

*Cithara*. citharae sc. coronam — adoravit. Ner. 12. Al. inepte *citharam*. Praefecti praetorio citharam sustinentes. Ner. 21. dum tendit citharam noster. Ner. 39.

*Citharoedus*. Terpnum citharoedum — arcessivit. Ner. 20. album profitentium citharoedorum. Ner. 21. citharoedorum coronae. Ner. 22. nihil aeque doluit, quam ut malum se citharoedum increpitum. Ner. 41. citharoedum placentem. Vit. 11. cupientem inter citharoedos contendere. Vit. 4. certabant praeter citharoedos chorocitharistae quoque et psilocitharistae. Dom. 4. Nempe *citharoedi* vocem citharae jungebant, *chorocitharistae* ad concentum chori citharam pulsabant, *psilocitharistae* citharae sine voce acquiescebant.

*Citharoedicus*. meditari citharoedicam artem. Ner. 40. statuas suas posuit citharoedico habitu. Ner. 25. κιθαρῳδικὴν σκευὴν dicit *Xiphil.* 61, 19. ubi Reimarus: „Habitus citharoedi fere hic erat: coma prolixior et ornata, mentum pilis nudatum, caput cinctum corona, etiam aurea et gemmis distincta, vestes purpureae, coloribus variis et auro intextae, tunica manicata talaris ὀρθοστάδιος, cui injecta erat chlamys fibula in humeris nexa; cithara balteo caelato apta sustinebatur." Confert nummum apud *Jac. Oiselium* Thes. num. XXXVIII, 1. *Tristan.* 1. p. 233. ubi Nero sub forma Apollinis citharoedi.

*Cito* i. q. brevi tempore. approbata cito etiam morum indole. A. 8. cito manumissus. Gr. 21. cito defungi. A. 99. cito aspernatus. Ner. 35.

*Citra* pr. de loco dicitur; inde de tempore vel re est i. q. ante terminum illius, ita ut eo non perveniatur, tempus illud vel res omittatur. Ita

*citra* spectaculorum dies i. q. praeter sp. dies, ubi illi nondum adessent. A. 43.

et omnino pro: *praeter* v. *sine*. citra Senatus populique auctoritatem. C. 28. citra commoda emeritorum. A. 24. citra honorem verborum. A. 66. citra bellum. Cl. 55. cf. *Flor.* 3, 1, 2. citra spem omnium, ubi v. Duker. *Plin.* ep. 2, 1, 4. citra dolorem. Eodem modo Gr. ἐκτός, ut apud *Sophocl.* Antig. 330. ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς.

*Citro* h. e. in locum, qui citra est. ultro citro commeavit. Cal. 19. v. Oudend.

*Civis*, πολίτης, qui ad publicam alicujus urbis societatem communi cum reliquis jure pertinet. ejus oppidi civem. A. 94. egregius civis (Iliensium, de Hectore.) T. 52.

*civis Romanus*. imploranti leges et civem Rom. se testificanti (ad deprecandum crucis supplicium). Galb. 9. Cyzicenis in cives Rom. violentius quaedam ausis. T. 37.

multos manumissos insertosque civium numero. A. 42. octoginta civium millibus in transmarinas colonias distributis. C. 42. sanxit, ne quis civis major annis viginti, minorve quadraginta, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. ibid.

ob relata civium capita. C. 11. ut civibus parcerent. C. 75. Mutin. acie interemtorum civium tumulo. A. 12. optime olere occisum hostem, et melius civem. Vit. 10.

*civium* amori oppon. *exterorum* favor. Cal. 14. magna *civium sociorumque* caede. Ner. 39.

*civis* oppon. *Principi*. se neque civem, neque Principem Senatui amplius fore. Cal. 49. ut illorum velut ad exemplar — Principes exigerentur a civibus. A. 31. ut — civium odio quamprimum satisfaceret. T. 66.

*civis* femin. ingenuam et civem Romanam recuperatorio judicio pronunciatam. Vesp. 3.

*Civitas*. *Gellius* 18, 7. excitat librum Verrii Flacci, in quo scriptum, „civitatem dici et pro loco, et pro oppido, et pro jure quoque omnium (fortasse leg. *hominum* v. *civium*), et pro hominum multitudine."

i. q. *urbs* v. *oppidum*. sociae et bene meritae civitates. C. 25. nutantes ac dubiae civitates (Asiae). C. 4. civitates Italiae. A. 59. Galliarum. Cl. 1. Hispaniarum Galliarumque. Galb. 12. provinciae civitatesque liberae. Vesp. 8. civitates, apud quas musici agones edi solent. Ner. 22. civitatibus veteres immunitates ademtae. T. 49. disjectae terrae motu civitates (Asiae). T. 48. civitates terrae motu aut incendio afflictae. Vesp. 17. Tit. 8. per medias civitates ritu triumphantium vectus est. Vit. 10. quicquid aegrorum in civitate esset. T. 11. in proximam civitatem demandari. Cal. 9. secessit in parvam ac deviam civitatem. Vesp. 4. De genitivo *civitatium* v. Oudend. ad Tit. 8.

*de Urbe Roma*. reditus in civitatem. C. 5. moesta civitate. T. 17. attonita et moesta civitas. Cal. 6. summa tunc in civitate penuria ac fames. A. 70. rudi ac bellicosa etiam tum civitate. Gr. 1. civitatis oculis remotus. T. 42. principem in civitate locum tenere. A. 51. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit. A. 56. principes civitatis. T. 55. in civitate libera. T. 28. se principem civitatis. C. 29.

i. q. *jus civitatis Rom.* petere civ. C. 8. donare aliquem

civitate. C. 24. 42. 76. A. 47. T. 51. Ner. 24. dare alicui civitatem. A. 40. Galb. 14. Gr. 22. adipisci civ. A. 40. usurpare civ. Romanam. Cal. 38. Cl. 25. adimere alicui civ. C. 28. civitatem negavit, immunitatem obtulit. A. 40.

*Civilis.* seditio civilis. C. 4. discordia civ. C. 5. civilia arma. C. 30. Oth. 10. bellum civ. saepissime. motu civili. Cl. 35.

*mos civilis* distinguitur a *militari* Cl. 22. *civilia* officia. T. 8. (Sequ. *stipendia* prima c. 9.) —

*civilis* saepe oppon. *peregrino.* vestitus, calciatus, habitus civilis. Cal. 52. ut noto civilique et proprio sermone utatur. Gr. 10. ubi *civilis sermo* est κοινός, quali omnes cives utuntur, neque ex obsoleta antiquitate, neque a peregrinis quaesitus, omnino non affectatus.

degenerasse eum a civili more i. e. more legibusque civium Rom. A. 17.

inde *civilis* est, qualis esse debet civis cum cive, non peregrino vel subdito, ut Gr. κοινός, δημοκρατικός, unde i. q. *modestus, humanus, popularis,* ἐπιεικής. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 29, 2. 78, 4. 83, 7. et 87, 1.

genus vitae civile admodum instituit. T. 11. (h. e. ut unus e reliquis civibus, non ut Principis filius.) civilem admodum — ac paulo minus quam privatum egit. T. 26. (oppon. c. 33. paulatim Principem exseruit.) domi forisque civilis. Cal. 3. (sine fastu.)

in semet augendo parcus atque civilis. Cl. 12. (Sequitur: nimios honores recusavit sequ.) ceteris in rebus — civilis ac clemens. Vesp. 12. (Sequ. mediocritatem pristinam non dissimulavit sequ.)

fuisse creditur — civilis animi. Cl. 1. (Sequ., pristinum Reip. statum restituere eum destinasse.)

minime civilis animi. Dom. 12. (Sequ. quum verbis, tum rebus immodicus.)

civili animo ferre injurias. C. 75. h. e. mansueto, miti, non regia vel herili iracundia.

civile fasque esse. Vesp. 9. h. e. licere civi suo jure.

*Civilitas.* clementiae civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt. A. 51. (Exempla civilitatis h. e. animi morisque civilis vide a cap. 52. usque ad finem cap. 56.)

jactator civilitatis. Cl. 35. Oppon. *diffidentia* et *timiditas,* quae tyrannis esse solet.

*Civica* corona, querna (v. *Gell.* 5, 6.), vestibulo Palatinae domus Augusti Senatus decreto praefixa, a Tiberio recusata. T. 26. v. n.

*Clades* de *strage bellica.* Germanos — maximis affecit cladibus. C. 25. nullam cladem — passus est. C. 35.

magnis mox Italiae cladibus. C. 51. graves ignominias cladesque duas omnino — accepit. A. 23. dies cladis. ibid. quum cladem exercitus nunciaret. Oth. 10. clades Tituriana. C. 67. Lolliana. A. 23. Variana. A. 23. 49. T. 17. 18. Cal. 3. Britannica. Ner. 39.

de *quavis caede.* cum plurimorum clade Ael. Sejanum perculit. T. 55.

*de aliis calamitatibus,* ut de ruina theatri. T. 40. de incendio. Ner. 38. Plin.

*Clam.* clam palamque. C. 80. Dom. 2. primo clam, deinde pro-

palam. Ner. 22. praemissis confestim clam cohortibus. C. 31. clam praemissos. Cal. 45. navigium clam petentes. T. 6.

*clam* frustra monitum *edicto* coercere. Ner. 4. spectaculis clam illatus. Ner. 42. clam delatus in theatrum. Ner. 26. abjecto clam pugione. Ner. 34. nunquam nisi clam. Vesp. 13.

ne clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam. Vit. 2. reliquias templo Fl. gentis clam intulit. Dom. 17.

*Clandestinus* introitus i. q. *secretus*. Ner. 48.

*Clamare*, Gall. s'écrier, sequ. verbis oratione finita. C. 82.

*Clamitare*. A. 40. T. 75. Cal. 58. Ner. 25.

*Clamor*. audiit ex proximis castris clamorem militum. Ner. 48. nempe tumultuantium. frater tuus magnis clamoribus rem gessit (in lusu parum prospero). A. 71.

de *approbantis acclamatione*. ut vix retineret se illo recitante a clamore. Pers.

*Clangor*. aquila — clangores laetissimos edidit. Dom. 6.

*Clarus*. oculi clari ac nitidi. A. 79. clariore strepitu ventris emisso. Lucan.

i. q. ἐπιφανής (conferas nostra: *leuchtend*, *erlaucht*, *durchlaucht*, quamvis distinctior horum est usus.) clarissimo tunc dicendi magistro. C. 4. clari professores. Gr. 4. ex eo clarus. Rh. 6. Ita liber inscr. de claris rhetoribus. non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam ornamentis triumphalibus. Ner. 4. clarior studiis quam dignitate. Galb. 3. clarorum virorum sepulcra. Cal. 3. —

de *generis nobilitate*. Senatores enim et Consules *viri clarissimi* appellari solebant, unde *clarae familiae* i. q. Senatoriae et consulares familiae, *clari* juvenes, orti ex gentibus hujus nobilitatis. clarissimi viri. Gr. 3. clari juvenes. Gr. 10. claro decoroque juveni. A. 64. clarae stirpis indoles. A. 43. familia clara insignibus viris. T. 3.

*Clare* (nostr. *laut*, Gall. *de haute voix*.) versum clare pronunciavit. A. 98. clare exprobrare. T. 45. clare mortuo mandarat. T. 57. vulg. male *elato*. interrogatum eum subito et clare. T. 61. clare obtestatus Deos. Cal. 15. quod venetae factioni clare maledixerant. Vit. 14. palam et clare. Cl. 3. clarius fabulari cum al. Oppon. *insusurrans*. Cal. 22.

*Clarescere*, clarum esse. ex gente Domitia duae familiae claruerunt. Ner. 1. Etiam Gr. 17. *claruit* in libro pro *inclaruit*. v. Oudend. ad h. l. et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 82, 7.

*Classis*. ad arcessendam classem. C. 2. classe deducta. C. 4. classe vi tempestatis prope absumta. C. 25. classibus tempestate perditis. A. 16. reparandarum classium causa. ibid. classem olim commissam retinuit; auxit etiam — tradidit. Ner. 3. prodere cl. A. 74. bis classe victus naves perdidit. A. 70. pugnam classe committere. A. 96. classem amittere. T. 2. ad classem praeparandam. Ner. 47. classi praepositus. T. 4. subsidia fugae, classes apparabat. Cal. 51. inter oppositas classes hieme transmisit. C. 58.

Augustus classem Miseni, et alteram Ravennae, ad tutelam superi et inferi maris collocavit. A. 49. quum Misenensi classi praeesset. Plin.

*in naumachia*. navali proelio — biremes ac triremes quadriremesque Tyriae et Aegyptiae classis magno pugnatorum numero conflixerunt. C. 39. cf. Cl. 21. ubi: classis Sicula et

Rhodia concurrerunt. edidit navales pugnas paene justarum classium. Dom. 4.

*classes* i. q. *ordines*, (*Abtheilungen.*) tribus classibus factis pro dignitate cujusque. T. 46.

*Classiarii*, milites classi impositi, ἐπιβάται. excipiente classiariorum manu. T. 62. quum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret. Galb. 12. v. n. placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus sequ. Oth. 8. v. n. classiarios, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant sequ. Vesp. 8.

*Classicum*, tubae sonus, quo milites convocantur. ingenti spiritu classicum exorsus. C. 32. Urbem ad classicum introiit (h. e. ut hostis captam urbem). Vit. 11.

*Claudere*. Massiliae, quae sibi in itinere portas clauserat. C. 34. clausis oppidorum portis. Ner. 23. clausis foribus. Ner. 47. clausa omnia reperisse. Dom. 17. — Juliam uno oppido clausam. T. 50. Janum Quirinum, semel atque iterum a condita Urbe memoriam ante suam clausum — ter clusit. A. 22. De forma *clusit* v. Oudend. ad h. l.

*Clausula*. adjecit et clausulam. A. 99. in novissima clausula. Ner. 39. ut — adderet clausulae. Vesp. 13.

*Claustrum* pr. repagulum, unde i. q. munitus aditus loci, praesidium. claustra Aegypti. Vesp. 7.

*Claudicare*. ut saepe etiam inde claudicaret. A. 80.

*Clava*. cl. leonem elidere. Ner. 53.

*Clavis*. vix repertae Capitolii claves. Ner. 46.

*Clavus latus*, insigne Senatorum. latum cl. sumere. C. 80. induere. A. 38. tribuere al. Cl. 24. adipisci, appetere. Vesp. 2. alicui impetrare. Vesp. 4. adimere Senatori. T. 35. tunica lati clavi. A. 94. clavo nec lato nec angusto. A. 73. h. e. justae latitudinis, ut in neutram partem aliorum more modum excederet. usum ferunt lato clavo ad manus fimbriato h. e. tunica laticlavia, manicas fimbriatas ad manus usque habente. C. 45.

*Clemens*, qui violentiam animi, iram, max. in puniendo, compescit, fere i. q. *mansuetus*. patronus dominusque non minus *severus*, quam *facilis et clemens*. A. 67. civilis et clemens. Vesp. 12.

*Clementia* i. q. *lenitas*, *mansuetudo*. moderationem clementiamque quum in administratione, tum in victoria belli civ., admirabilem exhibuit. C. 75. quum peracta proscriptione M. Lepidus — spem *clementiae* in posterum fecisset, quoniam satis *poenarum* exactum esset. A. 27. clementiae — ejus multa et magna documenta sunt. A. 51. (quae eodem cap. enumerantur.) pro tali clementia sc. quam moderanda poena ostendisset. T. 53. *liberalitas*, *clementia*, *comitas* junguntur Ner. 10. ubi de *clementia* exponitur inde a verbis: „et quum de supplicio cujusdam sequ. — literas." cunctis clementiam laudantibus (quum revocasset supplicio traditum.) Vit. 14. neque in clementiae, neque in abstinentiae tenore permansit. Dom. 10. (De *saevitia* ejus inde exponitur c. 10. et 11.) nunquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronunciavit. Dom. 11. (Sequ. *Principis lenitas.*) Ita *Plin.* Paneg. 3, 4. *clementiae* opponit *crudelitatem*.

*Cliens*, a Gr. κλύω pr. κλύων h. e. parens, dicto audiens. qui sub potentioris et nobilioris tutela est et patrocinio, max. in judicio. cuidam libertino, clienti suo. C. 2. studium et fides erga clientes. C. 71. affuit et clientibus. A. 56. reges — quotidiana officia togati — more clientium praestiterunt. A. 60. in cunctos Senatores, ut Sejani clientes — invectus est. Cal. 30. Tiberio, pro cliente Graeco petenti. A. 40. — gens Claudia Romam cum magna clientium manu commigravit. T. 1. agrum trans Anienem clientibus — accepit. ibid.

*Clientela.* Bononienses antiquitus in Antoniorum clientela. A. 17. scriptores ac poetae sub clientela Musarum. Gr. 6.

*clientelae* i. q. *clientes.* Italiam per clientelas occupare tentavit. T. 2. alicujus clientelas divexare. Cal. 3.

*Clinopale*, πάλη ἐν κλίνῃ. assiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalen vocabat. Dom. 22.

*Clipeus* (rectius ita scribitur, quam *clypeus.* v. Oudend. ad Cal. 16., unde nollem in editione hanc scripturam locum tenuisse.) *de imagine metallo insculpta*, quae in viri alicujus illustris honorem loco sacro suspendebatur. v. Lips. excurs. ad *Tac.* A. 2, 83. — inter reliquos honores decretus ei est clipeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent sequ. Cal. 16. ut clipeos et imagines ejus coram detrahi et ibidem solo affligi juberet. Dom. 23. cf. *Plin.* Paneg. c. 52.

*clipeus Minervae*, ingens patina Vitellii. Vit. 13.

*Cloaca.* cloacis demergere (redeuntes assuerat.) Ner. 26. prolapsus in cloacae foramen. Gr. 2.

*Clyster.* per clysterem immissum toxicum. Cl. 44. clystere vomituque purgari (vocis conservandae causa.) Ner. 20.

*Coactio*, *Coactor* v. sub verbo *Cogere.*

*Coalescere*, de arbore (*anwachsen*, *Wurzel gewinnen.*) A. 92.

*Coarguere* (v. *Arguere*) i. q. probare, ostendere ad coarguendam temeritatem artis. Dom. 15.

unde al. *reum ostendere*, *accusare.* Libonem — in Senatu coarguit. T. 25.

*Coaxare*, de ranis. A. 94.

*Coccum* de filo cocco tincto. purpura coccoque funibus nexis. Ner. 30.

*Coccinatus.* ante pedes ei stabat puerulus coccinatus h. e. coccinea veste indutus. Dom. 4.

*Codex.* testamentum duobus codicibus (h. e. duplici volumine). A. 101. v. n.

*Codicilli*, literae breves, epistolae (*Handschreiben*, *Billets.*) v. Manut. ad *Cic.* ep. ad Div. 9, 26. et ad Qu. fr. 2, 11.

veteres quosdam ad se Augusti codicillos protulit. T. 51. id solum codicillis rescripsit. Cl. 5. binos codicillos exaravit, ad sororem consolatorios, sed et ad Messalinam. Oth. 10.

codicillos ad patrem de corrigendis quibusdam versibus suis exaravit. Lucan. quum codicillos Memmii ad Pompeji uxorem de stupro pertulisset. Gr. 14. scriptis ad matrem codicillis. Pers. perlatos a cursore Phaontis codicillos. Ner. 49. (*Tac.* A. 3, 67. 6, 9.)

max. *literae Principum*, quibus officia vel alia mandata dabant. v. Lips. ad *Tac.* A. 1, 6. et 13, 20.

quorum alteri Syriam prov., alteri praefecturam Urbis confestim detulit, codicillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus. T. 42. Senatori codicillos misit, quibus Praetorem eum extra ordinem designavit. Cal. 18. suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos. Cl. 29.

lectis codicillis, quibus, ut id faceret, jubebatur. T. 22. mox: quos codicillos, dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset — an nomine Augusti Livia dictasset. perferret ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos suos. Cal. 55.

*Coelebs*, qui est sine uxore. maritum quoque adhuc necdum coelibem. Galb. 5. v. n.

*Coelibatus*. quibuscunque coelibatum objiceret (ut crimen in censura). Cl. 16. quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in coelibatu. Cl. 26. amissa uxore — remansit in coelibatu. Galb. 5.

*Coelum*. provinciae gravioris coeli. T. 36. turbatiore coelo. T. 69. puerum demissum e coelo. A. 94. per omnem terrarum et coeli ambitum. ibid. suspexisse dicitur coelum. Tit. 10.

tacta de coelo parte muri. A. 94. tacta de coelo Caesarum aede. Galb. 1. tactum de coelo monumentum Drusi patris. Cl. 46. (ubi al. omittunt praeposit., alii *a*, utrumque vitiose.)

Capitolium Capuae de coelo tactum est. Cal. 57. tactum de coelo Capit. sequ. Dom. 15.

*Coelestis* gloria. A. 71. vox. Ner. 21. — arcus coel. A. 95. coel. Ursa. A. 80.

*Coëmere*. pretia rerum coëmtarum. Ner. 5. coëmendo quaedam tantum, ut pluris postea distraheret. Vesp. 16. Sed Vesp. 18. *coëmit* corrupta est lectio, et probabilis emendatio: *Coae Veneris*.

*Coena*. coena ejus secretior. A. 70. auxit coenae rumorem. ibid. adhibere al. coenae. C. 73. A. 74. Cl. 32. adhibitus coenae nuptiali. Cal. 25. familiari coenae adhibuit. Tit. 9. vocare ad c. Tit. 6. invitare ad coen. Cl. 4. coenam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis praebebat. A. 74. sollemnibus coenis. T. 34. portentissima genera ciborum atque coenarum. Cal. 37. famosus coenarum magnificentia. Vit. 2. apposita lautiore coena. Galb. 12. abundantissima coena. Ner. 42. famosissima super ceteras fuit coena data ei adventicia a fratre. Vit. 13. coenam condicere alicui. T. 42. indicere. Ner. 27. quoties coena Principem acciperet. Oth. 4. coenam dare alicui. Oth. 3. honor coenae suae. Cal. 39. honore coenae dignati al. Vesp. 2. praedicta coenae hora. Cl. 8. coenae tempore. Ner. 40. coenam protraxit. T. 72. actorem — partibus etiam de coena dignatus est. Dom. 11. repetita coena. Cal. 45. redeuntes a coena. Ner. 26. super coenam. A. 77. T. 56. Ner. 42. Vit. 12. Vesp. 22. Tit. 8. Dom. 21. inter coenam. Galb. 22.

publicae coenae ad sportulas redactae. Ner. 16. sportulas publicas sustulit, revocata rectarum coenarum consuetudine. Dom. 7.

epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et coenas, comissationesque. Vit. 13.

*Coenula*. ad subitam condictamque coenulam invitare se populum. Cl. 21.

*Coenare.* coenaturum apud Caesarem. C. 39. neque coenavit una. A. 64. coenasse una. Ter. 2. coenasse cum parentibus, aut conjuge liberisve (capital fuit defuncta Drusilla). Cal. 24. coenantem aggredi. Oth. 6. lavantemne an coenantem aggrederentur. Dom. 17. ad coenantem quum venisset. Ter. 2. coenante absol. Vesp. 5. — ut nudis puellis ministrantibus coenaretur. T. 42.

*coenare* c. accus. nova Divorum coenat adulteria. h. e. in coena exhibet. A. 70.

*Coenitare.* solus coenitabat. A. 76. coenitabat nonnunquam et in publico. Ner. 27. ad Furium se coenitare et Laelium. Ter. 1. (Wolf. mutavit: se ad Furium coenare et Laelium.)

*Coenaculum.* ex amicorum libertorumque coenaculis. A. 45. in proximo cujuscunque domesticorum coenaculo manebat. A. 78. uxore et liberis — meritorio coenaculo abditis. Vit. 7.

*Coenationes* i. q. *Coenacula.* coenat. laqueatae. Ner. 31. praecipua coenationum rotunda. ibid.

*Coenum.* quibusdam stercore et coeno incessentibus. Vit. 17.

*Coepisse.* primum rogare sententiam coepit. C. 21. corpus ut moveri a Miseno coepit. T. 75.

quod appellare coepit Sportulam h. e. primus appellavit. Cl. 21. simul atque indigere cibo coepisset. Galb. 7. quandoque imperii tempus expleri coepisset. C. 26. ali coeptam. Cl. 27.

nemine — opinante quidnam coepturus esset. Cal. 46. templum coeptum ab Agrippina. Vesp. 9.

unde *Coeptum* i. q. res suscepta, (*das Beginnen*) ἐπιχείρημα. coeptorum opperiens exitum. Ner. 34. subsidium tanti coepti fuit. Oth. 5. plurimum coeptis contulerunt. Vesp. 6.

*Coeptare.* qui discedere et abire coeptabant. Oth. 11.

*Coërcere* h. e. *finibus includere, continere evagantem.* Nos: *in Schranken halten, einschränken.* Dacos, qui se —. effuderant, coercere. C. 44. coercuit et Dacorum incursiones. A. 21. barbaris, qui jam in Galliam usque proruperant, coercitis. Galb. 6. ad coercendas inundationes. A. 30. quo praec. adjutore — L. Saturnini seditiosum tribunatum Senatus coercuerat. C. 12.

populares tumultus et ortos gravissime coercuit, et sequ. T. 37.

coercere al. compedibus. A. 67. cavea. Cal. 27. (*fesseln, gefangen halten.*)

omnino *in ordine continere, moderari.* magistratibus urbicis provinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit, ut neque *modestiores* unquam, neque justiores exstiterint. Dom. 8.

ut etiam similia quandoque ausuros perpetuo coerceret. Tit. 8. non ubique ac semper, sed quum hostis in proximo esset, coercebat (militem disciplina). C. 65.

*in ordinem redigere,* vel *verbis,* ut sit i. q. *increpare.* populum severissima coercuit voce. A. 42. frustra monitum edicto coercere. Ner. 4.

vel *poenis.* multa sub eo et animadversa severe et coercita. Ner. 16. (Sequ. *afflicti suppliciis Christiani* sequ.) multiplici poena coercito ambitu. A. 40. in coercendis delictis immodicus. Galb. 9. libido, coercente nullo, invaluerat. Vesp.

11. incesta Vestalium — varie ac severe coercuit, priora capitali supplicio, posteriora more veteri. Dom. 8. matronas pro: ratae pudicitiae ut propinqui more majorum coercerent. T. 35. ut se quibuscunque de causis quam saevissime coerceret. Cl. 2. Vitellianorum — exauctoravit plurimos et coercuit. Vesp. 8.

*Coercitio* popinarum. Cl. 38. cf. T. 34. ubi est: popinas *inhibere*, et Ner. 16.

coercitio in histriones. A. 45. i. q. *animadversio*, unde etiam rarior constructio.

*Coetus* pr. i. q. *Coitus*, *ein Zusammenkommen*, unde

*confluxus hominum seditiosus*. C. 16. (ubi praecedit: „*multitudinem* biduo post sponte et ultro *confluentem*, operamque — *tumultuosius* pollicentem, *compescuit*.") ne qui novi coetus recensionis causa moveri quandoque possent. C. 41.

*concio populi*, *Versammlung*. in publico coetu Tit. 7. ubi al. omittunt *coetu*, jure defendunt Oudend. et Wolf.

*conventus*, *circulus*, *eine Gesellschaft*. extraneorum coetu prohibuit (filias et neptem.) A. 64. in coetu familiarium. A. 85. ut per coetus epulantium circumduceretur. Cal. 32.

*Cogere*, ubi de pluribus, i. q. *contrahere*, *colligere*, *convocare*.

coactus festinato Senatus. C. 16. coacto Senatu. T. 23. an judicia majestatis cogi h. e. convocari juberet. T. 58. ut centumviralem hastam (h. e. judicium Centumvirorum), quam quaestura functi consuerant cogere, Decemviri cogerent (convocarent.) A. 36. quae diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum jussit. Ner. 23. hylen, quam omnis generis coegimus (h. e. redegimus) octingentos in libros. Gr. 10. — *coactum agmen* h. e. reversum, extremo agmine in castra immisso. Cal. 45. v. *Agmen*.

*cogere vectigalia* est *exigere*, nostr. *eintreiben*, *aufbringen*. ut e defunctorum bonis pro semisse dextans ei cogeretur. Ner. 32. unde

*Coactor* exactionum. Horat. h. e. minister publicanorum, qui vectigalia colligebat. v. Oudend.

et *Coactio*. coactiones argentarias factitavit. Vesp. 1. v. n. ubi de uno, est: *aliquem ad unum locum agere*, h. e. *necessitatem imponere*, *einen eintreiben*, *zwingen*.

c. *infin.* ut discedere e medio — cogeretur. C. 1. coactus est triumphum dimittere. C. 18. unumquemque Equ. rationem vitae reddere coegit. A. 39. Proculum mori coegit. A. 67. coegit uxorem dimittere. A. 63. Juliam confestim coactus est ducere. T. 7. quorum alterum magna difficultate numaria — coactus est facere. T. 48. coactis — religiosas vestes comburere. T. 36. suscipere imperium vi coactus. Oth. 7. et simpl. partic. *coactus*. quasi coactus — recepit imperium. T. 24.

c. praep. *ad* v. *in*. de cogendo ad restituendam libertatem Augusto. T. 50. cogendum se ad ducendum eam uxorem. Cl. 26. coegit eum in eam desperationem. C. 20.

insidiis tentatus elicientium cogentiumque se ad querelas. Cal. 10. (de studio sine effectu, ut Gr. ἀναγκάζειν, nos: *einen wohin zu bringen suchen*.)

*in ordinem cogere* al. (quod Vesp. 15. *in ordinem redigere*) Cl. 38. i. q. reprimere alicujus spiritus, (*einen demüthigen*,

*drücken*) maxime de magistratu, cujus auctoritati detrahitur inferioris hominis arrogantia, adeoque: *verecundiam recusare* alicujus dignitati. v. Gesner. ad *Plin.* ep. 1, 23, 1. — *Coactor, Coactio.* v. supra sub verbo ipso.

*Cogitare* de aliqua re i. q. *meditari* aliquid, *destinare*, nos: *im Sinn haben.*

cog. de regno. C. 9. de reddenda Rep. A. 28. de consciscenda morte. C. 36. Cl. 31. de secessu deque purgando cerebro. Cal. 50. de Homeri carminibus abolendis. Cal. 34. quicquid cogitaret volveretque animo. Vesp. 5. qui de solo victu cogitarent. Vit. 7.

*cog. aliquid*, idem. cogitatum facinus. T. 19. cogitatum parricidium Cal. 12. Opp. *perfectum.*

*c. inf.* h. e. accusativo verbi. ex Britannia deducere exercitum cogitavit. Ner. 18.

i. q. *deliberare.* de quo sit cogitandum diligentius. T. 21.

*de poeta* meditante. quasi a cogitante atque generante exaratos (versus). Ner. 52.

i. q. *sentire*, *opinari*, *existimare.* si qua — aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur. C. 75. v. n.

*Cogitatio* i. q. consilium, id quod cogitatum est. a tam praecipiti cogitatione revocatus. Cal. 48. cogitatione in posterum diem dilata. Ner. 47.

*Cognatio.* propinqua sibi cognatione junctos. Ner. 3.

*Cognitio* et *Cognitura* v. *Cognoscere.*

*Cognomen.* cui Salutioni cognomen erat. C. 59. infanti cognomen Thurino inditum est. A. 7. cui cognomen Becco fuerat. Vit. 18. cui et cognomen Camillae erat. Cl. 26. Gabinio Sec. — cognomen Chaucius usurpare concessit. Cl. 24. (quod vix defendere sustinuerim cum Burm., sed legendum *Chaucii* v. *Chaucium.* v. n.)

cogn. Patris patriae. C. 76. A. 58. T. 26. Caesaris, Augusti. A. 7. Vit. 8. Germanici. Vit. 8. Torquati. A. 43. Magni. Cal. 35. Marciani. Galb. 14. Caligulae. Cal. 9. Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. A. 31. de cognomine intercessit Augustus. T. 17. cogn. ferre. A. 43. deferre alicui. T. 67. compluribus cognominibus assumtis. Cal. 22. v. *Assumere.* cogn. recipere, differre, recusare. Vit. 8. v. singula haec verba. — ut Augustus vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine. A. 7. quo cognomine is Deus — colebatur. A. 70. bis eundem praeponentes, nomine atque cognomine. C. 20. qui primus hoc cognomen sibi vindicavit. Gr. 10. quum (gens Claudia) praenominibus cognominibusque variis distingueretur. T. 1. Aenobarbi auctorem originis itemque cognominis, habent L. Domitium. Ner. 1. L. Aelius cognomine duplici fuit. Gr. 3.

*Cognominis* adject. minorem Marcum cognominem sibi. Oth. 1. quatuor filios — cognomines. Vit. 2.

*Cognominare.* Thurinum cognominatum. A. 7. censuerunt quidam, ut Pannonicus, alii, ut Invictus, nonnulli, ut Pius cognominaretur. T. 17.

*Cognoscere* i. q. *audire, certiorem fieri.* e Catilina se cognovisse. C. 17. per quem de conjuratione Murenae cognoverat. A. 56. de motu Galliarum cognovit. Ner. 40.

*sequ. acc. c. inf.* ut cognovit, Antonium — receptum. A. 12. ut interemtum cognovit. T. 62. postquam Galbam et

Hispanias descivisse cognovit. Ner. 42. ut occisum Neronem — cognovit. Galb. 11. cognoscit, teneri castra. Galb. 19. quum cognosset (ut Oudend. edidit pro vulg. *cognovisset*) demigrasse in hortos. T. 35. — res cognita est. Rh. 1. qua cognita re. C. 19.

Indos auditu modo cognitos. A. 21.

omnino *sensibus aliquid percipere*, nostr. *kennen lernen*, unde

i. q. *videre*. aliquid invisitatum dignumque cognitu. A. 43. quod infantem plerique cognoverant. Cal. 13. sero cognovit et Senecam. Pers. sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret. Cal. 3. — *cognitum est* i. q. apparuit (*es war zu ersehen*). Cal. 9.

*legendo vel audiendo intelligere*, *discere*. quo distinctius demonstrari cognoscique possint. A. 9. quo celerius annunciari cognoscique posset. A. 49. quo certius cognoscatur. Cl. 3. plures e familia cognosci. Ner. 1. verba ipsa cognoscere. Dom. 11. cogn. libellos. Gr. 24. i. q. *legere*, ἀναγιγνώσκειν.

*de judice* i. q. *examinare*, *inquirere*. censuit, cognoscendum posthac de iis. A. 55. quum de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret. A. 93. noxae, de qua cognoscerent. T. 33. cognoscebat de talibus causis. Cal. 38.

et simpl. i. q. *judicium habere*. simul cognoscentibus. A. 33. Augusto cognoscente. T. 8. magistratibus pro tribunali cognoscentibus. T. 33. v, infra sub voc. *Cognitio*. cognoscens quondam in Aug. Foro. Cl. 33. in cognoscendo ac decernendo mira varietate animi fuit. Cl. 15. cognoscendi eum morem tenuit. Ner. 15.

*Cognitio* i. q. *lectio*. a cognitione veterum oratorum Seneca — eum avertit. Ner. 52.

i. q. *judicium* (*Untersuchung*. *Quaestio* enim dicitur de tormentis.) et *extraordinarium* quidem, quale Senatus, postea Principes, et quibus a Senatu vel Principibus mandatum esset, v. c. provinciarum praesides, suscipiebant, unde *juri ordinario*, h. e. per magistratus ex certis legibus administrato, fere opponitur. cf. *Jurisdictio* et *Quaestio*.

cognitionem Senatui detulit. C. 23. alium interpellatum ab adversariis de propria lite, negantemque, *cognitionis* rem, sed *ordinarii juris* esse sequ. Cl. 15. v. not.

quadam cognitione. A. 51. ubi sequitur verb. *inquisivit*. Senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante. T. 28. soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus. T. 62. cognitio falsi testamenti recepta est (sc. a Senatu), in quo et ipse signaverat. Cl. 9. laudantibus cognitionem, qua — adulterii ream condemnaverat. Cl. 43. in ultima cognitione. Cl. 46. in cognitione caedis. Rh. 6. in cognitionibus patris. Tit. 7. ubi vulg. *concionibus*. v. not.

Nonnunquam tamen de *jurisdictione* etiam s. *jure ordinario* adhibetur voc. *cognitio*, ut *cognoscere* saepissime i. q. *jus dicere*. Ita Cl. 12. „*cognitionibus magistratuum*, ut unus e consiliariis, frequenter interfuit." cf. *Dio* 60, 4. in nota excitatus, et locus nostri auctoris T. 33. „*magistratibus pro tribunali cognoscentibus* plerumque se offerebat consiliarium."

v. Ernest. in Clav. Cicer. sub v. *Cognitio* et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 80, 1.

*Cogniturae*, praemia delationum (*cognitores* enim dice

bantur, qui debitores aerarii vel fisci indagabant et deferebant, parte bonoruum vel aliis praemiis allecti).

sectionibus et cognituris uberius compendium nactus. Vit. 2. ubi alii *consuturis*, inepta lectione, ex patris, qui *sutor veteramentarius* fuerat, quaestu, et ex ignorantia usus hujus vocabuli, ex proximo denique: *sectionibus* orta.

*Coheres*. qui alterum nepotem suum — coheredem ei dederat. Cal. 14. ut coheredem semper filiis instituerit. Cl. 1. correptis per coheredem Cajum universis bonis. Ner. 6. coheredem sibi libertum ejus ascriptum. Vit. 14.

*Cohibere*. cohibente lictore nimias laudantium voces. Rh. 6.

*Cohorrescere*. cohorrescit corpus meum. T. 21. ut — cohorruerit. Oth. 10.

*Cohors*. una sextae legionis cohors, praeposita castello. C. 68. praemissis cohortibus. C. 31. consecutus cohortes. ibid. cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. A. 24.

additis ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem. Vesp. 4.

*cohortes praetorianae*. neque tamen unquam plures quam *tres cohortes in Urbe* esse passus est, easque sine castris. A. 49. Tiber. Romae castra constituit, quibus praetorianae cohortes — continerentur. T. 37. (cf. *Castra.*) *cohortem ab Urbe*, et aliam a Cottii regno — immisit. ibid. — *praetoriani milites*, *cohortes urbanae*, *legionarii* (*Dio* 56, 32. τοὺς στρατιώτας, τοὺς μὲν δορυφόρους, τοὺς δὲ ἀστικούς, τό τε λοιπὸν τὸ πολιτικὸν πλῆθος dicit) legatis Augusti donati. A. 101. Consules cum Senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occuparant. Cl. 10. praetorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum (Nero constituit.) Ner. 10. praetorianas cohortes universas prodisse obviam. Cal. 4. ut praetorianae cohortes contra morem signa jumentis imponere et ita subsequi cogerentur. Cal. 43. quicquid praetorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctoravit edicto. Vit. 10. Macro, qui tum praetorianis cohortibus praeerat. Cal. 12. Praefectus praetor. cohortium. Tit. 4. Dom. 6. Tribunus cohortis praetoriae. Cal. 56. dispositis circa Fori templa armatis cohortibus. Ner. 13.

quoties coena Principem acciperet, aureos *excubanti cohorti* viritim dividebat. Oth. 4. obstitit respectus cohortis, quae tunc excubabat. Oth. 6.

Germanorum cohortem, a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam — dissolvit. Galb. 12.

Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. Cl. 25.

missus ad praefecturam cohortis, in extrema Aegypti parte tendentis. Juvenal.

*cohors* i. q. centurionatus. ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. Cl. 25.

*cohors amicorum*. Cal. 19. Ner. 5. Galb. 7. Lucan. v. Lips. ad *Tac.* A. 6, 9.

*Cohortari*. multum ad concordiam liberos suos cohortatus. Cl. 46. praetorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est. Ner. 19. fratrem — cohortatus, ut. Oth. 10. cohortantibus invicem, ne. Galb. 10.

*Coire.* apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur (h. e. Senatus congregaretur). A. 35. factiones — ad nullius non facinoris societatem coibant. A. 32. cf. *Coetus.*

*Coitus* i. q. *Concubitus.* interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Cal. 25. imago coitus. Horat. loco suspecto.

*Colere*, laborem, operam, studium, curam in al. re collocare, Gr. ἐργάζεσθαι, ἀσκεῖν, θεραπεύειν. agros. Gr. 23. artes liberales — studiosissime coluit. T. 60. (σπουδάζειν περί τι.) aliis rebus pietatem colas. (e Graecis Euripidis: τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.) C. 30.

i. q. *observare*, *venerari* al., θεραπεύειν. libertinam aulicam — quo efficacius coleret. Oth. 2.

max. de *veneratione divina.* imaguncula, quae — inter cubiculares colitur. A. 7. quo cognomine is Deus quadam in parte Urbis colebatur. A. 70. quod solae nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. T. 48. simulacrum — menstruis deinceps supplicationibus et pervigilio anniversario coluit. Galb. 4. Vitellia, quae multis locis pro numine coleretur. Vit. 1. Narcissi et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Vit. 2. Minervam, quam superstitiose colebat. Dom. 15.

Partic. *cultus.* milites habuit tam *cultos*, ut argento et auro politis armis *ornaret.* C. 67. h. e. tantam eorum curam habuit, quod ad externum splendorem attinet. unde simpl. i. q. *ornatus.* matronam vetita purpura cultam. Ner. 32.

*Cultores.* cultores sibi abduci. A. 91. cultores Deûm matris. Oth. 8.

*Cultura* agrorum. A. 42. Vesp. 1.

*Cultus* de *vestitu.* quae ad habitum et cultum et mores — pertineant. C. 44. circa cultum habitumque adeo pudendus. Ner. 51. (Utroque loco *cultus* vestitum significat, *habitus* reliquam curam corporis ipsius, max. capilli.) cultu notabilem ferunt. C. 45. relegatae — omnem delicatiorem cultum ademit. A. 65. insignes excellentissimo cultu pueri. Ner. 20. legionem cultu Romano ornatam. C. 24. Veneris cultu conspectus est. Cal. 52.

de *apparatu* s. *ornatu aedificii.* aedibus — neque laxitate neque cultu conspicuis. A. 72. de cujus (domus aureae) spatio atque cultu. Ner. 31.

*Collabi.* collapsa vetustate moenia. Cal. 21. aedes sacras vetustate collapsas. A. 30. templum vetustate collapsum. Cl. 25. nostr. *verfallen.*

*zusammenbrechen.* collabi fastigium domus. C. 81. collapsus — jacuit. Ner. 42.

*Collatio.* v. sub verbo *Conferre.*

*Collaudare* i. q. simplex *Laudare* (ut ἐπαινεῖν i. q. αἰνεῖν).

Cajum nepotem, quod — non supplicasset, collaudavit. A. 93. Praetorem collaudavit, quod — retulisset. T. 32. Agrippinae ingenium collaudans. A. 86. collaudans vocem deprecantis. Cal. 33. amplissimis verbis collaudare al. C. 16. Oth. 1. boletos, quasi Deorum cibum, collaudare solitus. Ner. 33.

*Collectanea.* dicta collectanea (inter scripta Caesaris.) C. 56.

*Collega.* in *consulatu.* concordi et consentiente collega. C. 19. obnunciantem collegam armis Foro expulit. C. 20. ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet. A. 37. Claudium — collegam sibi in consulatu assumsit. Cal. 15. collegam sibi assumsit in quinto consulatu. T. 65.

et cum collega et separatim. C. 10. eidem collega et in tribunicia potestate et in septem consulatibus fuit. Tit. 6. edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum. C. 49. — collegam patris sui Octavii in *aedilitate*. A. 27. in *triumvirata*. collegarum alterum. A. 16. restitit aliquamdiu collegis. A. 27.

*Collegium.* *Tribunorum pl.* appellato demum collegio. C. 23. unum e collegio — non assurrexisse. C. 78. collegium *Quaestorum*. Cl. 24.

*sacerdotum*. legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. A. 100. clipeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent. Cal. 16. in cooptandis per collegia sacerdotibus. Cl. 22. Cn. Domitius jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit. Ner. 2. collegium Flavialium. Dom. 4. Minervae, cui collegium instituerat. ibid.

*collegia* s. sodalitates opificum, ἑταιρίαι, a Numa primum cum certis religionibus instituta, mox coetus plerumque hominum factiosorum, nostr. *Gilden*, *Clubs*. v. *Plin*. ep. 10, 43. et ibi Gesner. Id. 10, 97, 7. *hetaerias*, Trajanus 10, 94. *turbas et illicitos coetus* dicit. cf. Schwarz. ad Paneg. 54, 4. et quae notavimus ad C. 42.

cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, distraxit. C. 42. collegia, praeter antiqua et legitima, dissolvit. A. 32. plurimae factiones, titulo *collegii novi*, ad nullius non facinoris societatem coibant. ibid.

*Colligare* (*verbinden*). colligatis vulneribus. T. 61.

*Colligere*, συλλέγειν. reliquias mortuorum. T. 54. Cal. 3. antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere Sallustio. Gr. 10.

i. q. *quaerere*, *conciliare*. sub Cajo, secundam existimationem omnibus lenociniis colligente. Cl. 7. tantum amoris favorisque collegit. Cl. 12. cf. *Cic*. de amic. c. 17.

colligere animum. Ner. 48. h. e. vires animi antea quasi dispersas. colligere semet. Cal. 50. (nos: *seinen Geist*, *seine Kräfte*, *sich sammeln*.)

i. q. *concludere*. quod sane et ex oratione ejus — colligi potest. T. 67.

*Collis*. monumentum, impositum colli hortorum. Ner. 50. Al. *colle*, quod Burm. et Oudend. receperunt. v. *Imponere*. in villa colli superposita. Galb. 4.

*Collocare*, locum, sedem tribuere. veteranos in Italiam reducendos et (suppl. *in* ex superioribus) municipalibus agris collocandos. A. 13. Ubios et Sygambros — in proximis Rheno agris collocavit. A. 21. quadrag. millia dediticiorum — juxta ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. T. 9. — Puteolis et Ostiae singulas cohortes — collocavit. Cl. 25. h. e. stationes habere jussit. classem Miseni et alteram Ravennae — collocavit. A. 49. navibus ordine duplici ad ancoras collocatis. Cal. 19. in vestibulo domus collocavit (corpus). A. 100. (nostr. *niedersetzen*.) lectica pro tribunali collocata. A. 33. in Senatu curulem perverse collocatam. Galb. 18.

sedem assignare, v. c. in convivio, καθίζειν, *sitzen lassen*. obsides — super se subsellio secundo collocavit. A. 43. pleno convivio singulas infra se vicissim collocabat. Cal. 24. juxta se latere dextro collocavit. Ner. 13. consulares — super

pulpitum collocavit. Cal. 54. spectaculo circa se ex industria collocatis. Tit. 9.

*collocare pecunias* nostr. *Geld unterbringen, anlegen.* quod pecunias levioribus usuris mutuati graviore fenore collocassent. A. 39. ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent. T. 48.

*collocare alicui feminam* i. q. nuptum dare, pr. habitationem apud eum dare filiae e. s. p. C. 21. A. 64. Cal. 24. Cl. 27. Dom. 22.

*Colloquium.* colloquio petito insidiatum sibi. A. 27. per simulationem colloquii propius admissus. A. 79. spe colloquii facta. Oth. 9. sermonis et colloquii usus (quibusdam ademtus.) T. 61.

Artabanum — ad colloquium suum pellexit. Vit. 2.

*Collucere.* accidit, ut — arae sponte subitis collucerent ignibus. T. 14.

*Colluctari.* colluctatum diu. Dom. 17.

*Collum.* ruderibus purgandis manus primus admovit ac suo collo quaedam extulit. Vesp. 8.

*Collusor.* proximo collusori demandata vice sua. Cal. 41.

*Colluvio.* sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. A. 40. Ita *Liv.* 22, 43. „colluvio omnium gentium." 26, 40. „mixti ex omni colluvione exsules."

*Collybus* (κόλλυβος. v. Schneider. Lex. Gr.), fenus in permutandis pecuniis, inde ipsa permutatio pecuniae. collybo decoloratae manus. A. 4.

*Colonia.* coloniae Latinae de petenda civitate agitant. C. 8. v. n. col. transmarinae. C. 42. in colonia Capua deducti lege Julia coloni. C. 81. ad praesidium coloniarum Illyricum contingentium. A. 25. Aug. Italiam duodetriginta coloniarum numero, deductarum ab se, frequentavit. A. 46. ad deducendas in Galliam colonias, in quis Narbo et Arelate erant, missus est (pater Tiberii.) T. 4. Antium coloniam deduxit (Nero). Ner. 9. colonia Vitellia. Vit. 1. commeatibus per municipia et colonias dispositis. T. 38. is, qui honorem in colonia sua — decerni sibi passus est. T. 58. municipiorum coloniarumque primores. Cl. 1.

*Colonici Decuriones.* suffragia, quae de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent. A. 46. — *Coloni.* C. 81. v. supra.

*Color.* candidus. C. 45. T. 68. color inter aquilum candidumque. A. 79. expallidus. Cal. 50. fuscus. Ter. 5. quum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris. Ner. 32. paenula obsoleti coloris. Ner. 48. qua is aetate, qua statura, quo colore esset. A. 65.

*Columba.* palma frequentata columbarum nidis. A. 94. — *Columbinum* venenum. Cal. 55.

*Columna.* solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in Foro statuit (plebs Caesari.) C. 85. v. n. porticus Albanarum columnarum. A. 72. Senatus — statuam ei decreverat, rostratae columnae superstantem. Galb. 23. grandes columnae. Vesp. 18.

*Coma.* insignes pinguissima coma pueri. Ner. 20. ut comam semper in gradus formatam — etiam pone verticem summiserit. Ner. 51. comam in adolescentia senescentem. Dom. 18.

rutilare et summittere comam (more Germanorum.) Cal. 47. reducto coma capite. Vit. 17.

*Comati.* pulcri et comati. Cal. 35. *Comata Gallia.* v. ind. prim.

*Comedere.* omne frumentum Deos comedisse. A. 70. panis unciam — comedi. A. 76.

*Comere.* in capite comendo. A. 79. capillum sibi comi praecepit. A. 99.

*Comtus* i. q. ornatus. lenius comtiusque scribendi genus. Cal. 53.

*Comes.* comes usquequaque parentum fugae. T. 6. comite uno. Dom. 1. paucissimis comitibus. A. 8. comite Agrippa. A. 9. duobus solis comitibus, pistore et coquo. Vit. 16. comes Herculis. Vesp. 12.

De *comitibus* h. e. amicis, propinquis, philosophis, grammaticis, qui et privatos, et magistratus atque Principes sequi solebant in expeditionibus et reliquis itineribus saepe officii et consilii, plerumque familiaritatis et oblectationis causa, vide, quae post Salmas. et Casaub. ad *Spartian.* Adrian. 18. et ad *Treb. Pollion.* trig. tyr. 12. fin. Ernestius in excursu XV. ad T. 46. doctissime disputavit. Ita apud Suet. occurrunt

*comites privatorum.* comitesque servosque ceteros — dimiserat. C. 4.

*magistratuum.* ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur. C. 42. v. n. Pompeji libertus et paene omnium expeditionum comes. Gr. 15. praecepisse — Appio quoque et Pulcro Claudiis, fratribus, quorum etiam comes in provincia fuerit. Gr. 10. comes ad Orientem C. Caesaris juvenis. Ner. 5. M. Lollii, *comitis et rectoris* ejus (C. Caesaris.) T. 12.

*Principum.* servus Aemilii Pauli, comitis ejus. A. 16. quadragenos aureos comitibus divisit. A. 98. Thrasyllus, Tiberii comes. ibid. comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum, sustentavit; una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus, quum *tribus classibus factis* pro dignitate cujusque — distribuit. T. 46. (quam divisionem in classes, recte Ernest. l. c., ad hanc tantum pecuniae distributionem institutam, non perpetuam fuisse judicat, quod multis visum, qui Constantini et sequentium Imperatorum instituta ab hoc Tiberii exemplo derivarunt.) comites et participes victoriae — novo genere ac nomine coronarum donavit. Cal. 45. sagulatis comitibus. Vit. 11. ubi a *commilitonibus* distinguuntur. peregrinatione Achaica inter comites Neronis. Vesp. 4. nihil non per comites atque libertos pretio addici — passus est. Galb. 15. (cf. *Plin.* ep. 8, 23, 5. „non ut commilito, sed ut *comes assectatorque.*")

nunquam Curiam nisi solus intravit; lectica quondam introlatus aeger, comites a se removit. T. 30.

*Comitatus.* modico comitatu. C. 31. e comitatu suo. A. 98. a praesente comitatu. Oth. 6.

flamma — omnem comitatum circumplexa. T. 6. (Gall. *suite*, nostr. *Gefolge*, *Begleitung.*)

*Comitari.* Oppio comitanti se. C. 72. comitatus est patrem et Syriaca expeditione. Cal. 10. triumpho currum Aug. comitatus est. T. 6. triumphum utriusque Jud. equo albo comita-

tus est. Dom. 2. ut Q. Metellum in exsilium comitatus sit. Gr. 3. herilem filium dum comitatur in scholas. Gr. 23. quatuor solis comitantibus. Ner. 48.

*Cometes.* crinita stella, quam cometen vocant. Cl. 46.

*Comicus.* hunc Afranius omnibus Comicis praefert. Terent. 5.

*Cominus.* cominus tendens. C. 63. hostem cominus saepe percussit. Cal. 3. hostium duce — cominus trucidato. T. 3.

*Comis*, sine dubio a v. *coire*, adeoque, qui benigne coit cum aliis et coiri h. e. conveniri se permittit (*gesellig*, *freundlich.*) mulionibus ac viatoribus praeter modum comis. Vit. 7. super coenam — comissimus. Vesp. 22. Melius: *communissimus*, ut Cl. 21. leg. *communior aut remissior*, non *comior*. comi facilique natura. Gr. 7.

*Comitas.* A. 53. 74. 98. Ner. 10. Oth. 3. Tit. 8. omni comitate ad hilaritatem et jocos provocavit. Cal. 27.

*Comissari*, κωμάζειν (al. scribunt *comessari* et *commissari* quasi pro *commensari*). in conspectu prandentis vel comissantis. Cal. 32. convivabatur — paene raptim, certe non ultra solis occasum, nec ut postea comissaretur. Dom. 21. h. e. ut nunquam post coenam potaret.

*Comissatio.* comissatione quadam. Cal. 55. comissationes. Vit. 13. Tit. 7. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 54, 1.

*Comitium*, locus in Foro Rom. C. 10. A. 43. Dom. 8. v. ind. pr.

*comitia.* quum mane ad comitia descenderet (candidatus pontificatus max., qui illo tempore populi suffragiis dabatur. v. n. et Ner. 2.) C. 13. edictis jam comitiis (consularibus.) C. 18. proximis comitiis. C. 80. illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem. ibid. (ubi notanda *tribuum* mentio in comitiis *centuriatis*, ut C. 13 et 41.)

comitia secundi consulatus ineunte Galba. Vesp. 5. v. n. comitiorum consularium die. Dom. 20. comitia cum populo partitus est Caesar. C. 41. v. n. binos Consules sibi substituit — ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, praeter Tribunorum et Aedilium plebis. C. 76. Aug. comitiorum pristinum jus reduxit. A. 40. comitiis tribuniciis. ibid. tentavit et (Caligula), comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Cal. 16. quoties magistratuum comitiis interesset. A. 56. comitia in decem annos ordinavit. Vit. 11.

*Comitialis* morbus, ἐπιληψία. C. 45. Cal. 50. Ner. 33.

*Commeare* i. q. *ultro citro ire* (*hin und her*, *ab und zu reisen*), unde: per hunc pontem ultro citro commeavit. Cal. 19. vel invitatos, vel sponte ad se commeantes. C. 27. ad spectaculum commeare in Urbem. Cl. 17. ad omnes Circenses — commeabat e secessu. Ner. 22. operae, quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solent. Vesp. 1. classiarii, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant. Vesp. 8.

latitudinis, qua contrariae quinqueremes commearent. Ner. 31. (*hin und her fahren.*)

*Commeatus* i. q. *venia commeandi* h. e. iter faciendi, nostr. *Urlaub.* commeatum petiit. T. 10. quamvis saepe commeatum petenti. Ner. 35. commeatu afuturus. T. 72. quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent. Cl. 16. propagari sibi commeatum saepius desiderantem. Cal. 29. commeatus a Se-

natu peti solitos beneficii sui fecit. Cl. 23. interdixit commeatus peti. Galb. 6. (accepto commeatu. *Plin.* ep. 3, 4, 2.)

unde *absentia* ipsa, ut nostr. *Urlaub.* a commeatu castra repetentes. T. 12.

i. q. *naves* s. *classis*, ut mercatorum, qui certis temporibus ad certa emporia cum mercibus commeant. Alexandrinorum, qui de novo commeatu Neapolin confluxerant. Ner. 20.

*res ipsae*, quae commeatu advehuntur, ut *annona*. ob interclusos commeatus. A. 16. commeatibus per municipia et colonias dispositis. T. 38. contracto omnis generis commeatu. Cal. 43. ad invehendos commeatus. Cl. 18.

unde *impedimenta.* commeatum omnem ad certam formulam astrictum non ante transmisit. T. 18. v. de hoc vocabulo Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 32, 2.

*Commemorare.* crebro commemorans Pompeji felicitatem. C. 35. beneficia regis in se commemoranti. C. 49. in commemoranda sua pietate. Cal. 17. ut praecipua commemorem. T. 2.

i. q. *meminisse*, ὑπομιμνήσκεσθαι. rumoris causa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum commemorabat. A. 45.

*Commendare.* commendo vobis illum et illum. C. 41. commendatis, qui suam vicem praesidendo fungerentur. A. 45. filios suos populo commendavit. A. 56. utriusque aetatem supplicitur Patribus commendavit. Cl. 46. in commendanda Patribus conscr. Achaja. Cl. 42. alendam et instituendam commendavit (filiam Minervae.) Cal. 25. commendans reliquias suas et memoriam. Oth. 10. annum novum commendanti (Fortunae.) Dom. 15. hylen nostram aliis memento commendare. Gr. 10.

commendari se verecundia oris. Dom. 18.

*Commendatio.* ex commendatione Pompeji. C. 75. ex commend. publica cujusque oppidi. A. 46.

*Commentarius*, *Commenticius* v. post v. *Comminisci.*

*Commercium*, usus, mutua consuetudo (*Umgang*, *Verkehr.*) nullo commercio inter Italicos et Afros — coepto. Ter. 1. assiduo inter utrasque partes usu atque commercio. C. 75. commercio hominum frui. T. 50. strenarum commercium (h. e. mutua strenarum dona) ne ultra Kal. Jan. exerceretur. T. 34. commercio mutui stupri. Cal. 36. gratam sibi provinciam communium studiorum commercio. Cl. 42.

*Commigrare*, cum rebus omnibus in alium locum transire, res aliquo transferre (*wohin ziehen.*) gens Claudia — Romam commigravit. T. 1. proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare. Cal. 49.

*Commilitones.* nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat. C. 67. neque post bella civilia — ullos militum commilitones appellabat, sed milites. A. 25. miles ad alios commilitones — perduxit Claudium. Cl. 10. proclamasse eum: quid agitis, commilitones? Galb. 20.

delectis commilitonum armis. Vit. 11.

*Comminari.* immoderatius perseveranti necem comminata est. C. 14. ut aquilifer moranti se cuspide sit comminatus. C. 62. vox comminantis audita est. Cal. 22.

*Comminatio.* reges — comminationibus magis et querelis, quam vi, repressit. T. 37.

*Comminisci.* i. q. excogitare, invenire. novas commentus est literas tres. Cl. 41.

unde *instituere.* excubias nocturnas vigilesque commentus est. A. 30. commentum id se, ut. A. 31.

Venereos locos commentus est. T. 43. commentus novum balinearum usum. Cal. 37. solutilem navem — commentus est. Ner. 34. urinae vectigal. Vesp. 23.

*Commentum* (*die Erfindung.*) Vesp. 18.

*Commenticius.* i. q. fictus. res fabulosa et commenticia. C. 81. spectacula commenticia Cl. 21. sunt *nunc primum inventa*, et oppon. *usitatis.*

*Commentarius* (*schriftliche Nachrichten, Denkwürdigkeiten,* Gall. *Memoires.*) commentario, quem de vita sua — composuit. T. 61. cf. Dom. 20. reliquit rerum suarum commentarios, Gallici civilisque belli. C. 56. (Ibidem Ciceronis, Hirtii, Asinii de his commentariis Caesaris leguntur judicia.)

commentarii diurni (*ein Tagebuch.*) A. 64.

commentarios, ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, concremavit. h. e. libellos accusatorios. Cal. 15. — multorum de utraque arte commentarii. Gr. 4. commentarios scripsit Nicanor. Gr. 5. quod sane ex commentariis ejus apparet, quamquam paucissimi exstent. Gr. 10. (ubi est Gr. ὑπομνήματα, ἀπομνημονεύματα.)

i. q. *interpretatio* al. libri. commentario Smyrnae edito inclaruit. Gr. 18. h. e. libro, quo obscurum carmen, cui Smyrnae s. Myrrhae titulus, illustravit. v. *Cinna* in ind. pr.

*Commentari* i. q. interpretari, scriptis illustrare. legendo commentandoque. Gr. 2.

*Commiscere.* libellum insidiarum indicem — libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, commiscuit. C. 81. in hac (patina) scarorum jocinora, phasianorum — cerebella etc. commiscuit. Vit. 13. reliquias (Phyllidis) cineribus Juliae commiscuit. Dom. 17. salivis melle commixtis. Vit. 2. — neque commixtos cum ingenuis. A. 25.

*Committere.* (homines v. feras ad pugnam.) peditibus — elephantis — equitibus hinc et inde commissis. C. 39. pugiles Lat. quos etiam committere cum Graecis solebat. A. 45. comm. camelorum quadrigas. Ner. 11. ut — praeter destinatos etiam levi subitaque de causa, quosdam committeret. Cl. 34.

unde: *ad certamen, contentionem plures concitare.* inter se omnes committere. Cal. 56. i. q. *concitare*, nostr. *zusammenhetzen.* ad exercitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat. Gr. 17. h. e. contendere discipulos et certare inter se jubebat.

*proelium, pugnam, certamen committere.* pridie, quam Sicil. pugnam classe committeret. A. 96. praeter sollemnes bigarum quadrigarumque cursus proelium duplex etiam, equestre ac pedestre, commisit. Dom. 4. commisit et subitos (ludos.) Cal. 18. Circenses, ludos, naumachiam. Cl. 21. musicum agona. Ner. 23. prius quam committeretur. Vesp. 5. absol. pro: prius quam pugnari coeptum esset, (Gall. *avant que le combat s'engageoit.*) quum primum frequenti auditorio commisisset (historiam h. e. quasi ad certamen proposuisset, contendens de corona s. praemio.) Cl. 41. bene diu ne modico qu. auditorio quicquam committere est ausus. Juvenal. — Huc pertinet usus vocis

*Commissio.* commissione ludorum. A. 43. Galb. 6. cf. *Plin.* ep. 7, 24, 6, et quoniam carmina etiam, orationes, alii-

que libelli certamini subjiciebantur, *commissiones* sc. oratoriae sunt orationes praemii s. coronae, quae in certamine adjudicabatur, non rei vel personae causa, de qua agitur, scriptae. (*Preisreden.*) A. 89. Ita, Senecam *commissiones meras* componere, dicebat Caligula. Cal. 53. v. Casaub. et Ern. ad h. l. et interpr. ad *Plin.* Paneg. 54, 1. „quum laudes Imperatorum ludis etiam et commissionibus celebrarentur," ubi al. *comissationibus.*

*committere alicui rem, locum, negotium* i. q. tuendum, defendendum, administrandum tradere, unde gravius est, quam *credere* et *permittere.* cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 59, 2. custodiam portae commissi castelli retinuit. C. 68. classem olim commissam retinuit. Ner. 3. ne qua ei provincia — committeretur. ibid. cui tamen tuto tanta res committeretur. Vesp. 4. cui belli summam commiserat. Dom. 6. Remp. plurium arbitrio temere committi. A. 28.

primo quinque speculatoribus commissa est res. Oth. 5. nunquam postea publico se illud horae sine Tribunis commisit. Ner. 26. h. e. quasi arbitrio hominum tradidit, nos: *er wagte sich nicht auf die Straſse, er getraute sich nicht auszugehen.*

*committere culpam, scelus* i. q. *audere* scelus, nos: *ein Verbrechen wagen, sich unterstehen, etwas zu thun,* et crebro ita permutatur in libris cum verbo *admittere,* quod vide, ut Cal. 23. non libidine, sed ratione commissa (adulteria.) A. 69. quum multa commissa fierent. Cal. 41. h. e., ut mihi quidem videtur, simpl. i. q. *multum peccaretur.* Ernest. tamen in ind. interpretatur: *ex crimine omissae apud publicanos professionis fisco adjudicata,* citato *Brissonio* de signif. verb.

*Commissio* v. supra sub verbo ipso.

*Commodus.* pr. congruus, opportunus, inde i. q. *facilis, jucundus.* finis vitae commodissimus. C. 87. spem de se commodiorem facere. Cl. 3. commodior Princeps. T. 33. (*commodiorem esse*, nostr. *besser seyn,* de aegroto dixit *Plin.* ep. 3, 16, 4.) commodius id visum A. 49. h. e. *aptius, bequemer.*

*Commode* i. q. *bene, ut par est.* ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse. A. 99.

*Commodum.* ne id contra commodum faceret h. e. ne valetudini obesset. A. 78.

minima commoda non minimo sectari discrimine. A. 25. (ubi observanda opposita: *commoda, discrimen.*)

i. q. *praemium.* citra commoda emeritorum (sc. *stipendiorum;* nam quod vulg. additum, *praemiorum,* e glossemate intrusum videtur) exauctoravit. A. 24. definitis commodis missionum. A. 49. commoda emeritae militiae. Cal. 44. commoda veteranorum. Ner. 32. veteranorum justaeque militiae commoda. Vit. 15. Germanorum cohortem — sine commodo ullo remisit in patriam. Galb. 12.

nostr. *Vorrecht, Vortheil,* quae *privilegia* multi contra Latinam vim vocis dicunt.

sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit. A. 31. naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit. Cl. 19.

*Vorzüge*, barbare *praerogativae.* nullus — fuit, cujus non commodis obtrectaret. Cal. 55.

omnino *utilitas*. in publica commoda peccem Horat. i. q. Reipublicae officiam.

*Commoditas* membrorum. A. 79. i. q. *aequalitas*, *congruentia* (*Ebenmaas*, *Proportion.*)

*Commonere.* commonito pro Rostris populo. Cl. 22.

*Commorari.* nec amplius quam septem et viginti dies — Brundisii commoratus. A. 17. quasi ad occasionem majoris spei commoraretur. T. 11.

*Commovere* i. q. movere. manum formatam commotamque in obscoenum modum. Cal. 56.

*ad aliquid impellere.* commotus his Caesar. C. 29. (Nos distinguimus *bewegt* et *bewogen.*)

i. q. *exacerbare*, *ad iram* vel alium vehementiorem affectum *excitare.* (nos: *bewegen*, *erregen*, *aufbringen.*) praetorianos etiam metu et indignitate commovit. Galb. 16. ubi praecedit: *omnes exacerbavit.* Unde *commotus* i. q. iratus (*aufgebracht*). commoto similis. A. 51. at illa commota. T. 51. (*Tac.* A. 6, 45. *commotus ingenio* h. e. *iracundus.*)

*de metu.* minimis etiam suspicionibus praeter modum commovebatur. Dom. 14. nulla tamen re perinde commotus est, quam responso casuque Ascletarionis. Dom. 15.

*Communis.* communes impensae. C. 10. communi sumtu. A. 60. communis sepulturae honos. A. 17. Antonii reginaeque communes liberi. ibid. intercepto communis filii pignore. T. 7. communia studia. Cl. 42. per communem factionis Venetae favorem. Vit. 7. adversus communium obtrectatorum criminationes. C. 55. communi nomine. C. 19. communi suo Romaeque nomine. Cl. 52. epistola communis legionum nomine. Cl. 24. ubi vulg. etiam *communi.*

communi omnium arbitrio. Oth. 7. in communi rerum usu. Dom. 7. ad usum communis vitae. Rh. 1. (quod vulg. *quotidianae vitae* dicunt.)

neque *in commune* quicquam, neque *propalam* deliberabat. Ner. 15. Oppon. conscriptas ab unoquoque sententias *tacitus ac secreto* legens. v. n. Gr. εἰς κοινόν.

dicente quodam in sermone *communi* (*im allgemeinen Gespräch*, oppon. *sermo secretus.*) Ner. 38. Al. *convivii*, quod defendit Ernest. v. not. et Oudend.

*communis* de homine, κοινός, qui ad omnes se demittit, cum omnibus communicat, maxime de Principe (*freundlich*, *herablassend*; plebs nostra dicere solet *gemein*, ut in dictione: *sich gemein machen*, etiam *niedertrachtig* in bonam partem.)

nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat. Cl. 21. Al. *comior.* v. Oudend.

super coenam — communissimus multa joco transigebat. Vesp. 22. Al. *comissimus.* v. n. cf. *Terent.* Heautont. 5, 1, 39. „quemquamne animo tam *communi* esse *aut leni* putas" ubi vide Lindenbr. Ibi etiam Bentlej. corrigendum censet: *tam animo comi esse.*

*Communiter.* ut provincias cum Augusto communiter administraret. T. 21.

*Communio.* ad communionem sermonis tacentes vel summissim fabulantes provocabat. A. 74.

*Communicare.* ita ut — seu jactura seu lucrum communicaretur (sc. cum reliquis convivis h. e. iis narraretur, ut nos;

*der übrigen Gesellschaft mittheilen*). A. 75. cum pluribus de ratione belli communicavit. T. 18. duo consilium communicaverunt. Cal. 58. quaedam ex maximis officiis inter libertinos Equitesque Rom. communicavit h. e. communia fecit, ἐκοίνωσε, libertinis promiscue cum Equitibus Rom. tribuit. Dom. 7.

*Commutare* (*ändern, wechseln*). commut. latebras. C. 1. h. e. modo hanc, modo aliam adire. commut. literas. C. 56. h. e. unam pro altera ponere in legendo.

in re militari commutavit multa. A. 24. reprehendere et commutare continuo. T. 27. commutandam censuit vocem. T. 71. nonnullas (provincias) commutavit interdum h. e. ex Caesareis proconsulares fecit et vicissim. A. 47.

*vertauschen*. commutasse quaedam (ornamenta templ.) ferebatur, proque auro et argento stannum et aurichalcum supposuisse. Vit. 5.

*Comoedia* vetus. A. 89. comoediam Graecam Neapolitano certamine docuit ac coronavit. Cl. 11.

reliquit comoedias Graecas (Germanicus.) Cal. 3. comoedias scribere, edere. Ter. 2. 3.

*Comoedi*. inducti — comoedi, qui velut desiderantem oblectarent. Cl. 45.

*Compactum* a *Compacisci*. ex compacto i. q. ex composito. C. 20. *compacto* v. *compecto* pro *consulto* legendum censuerunt A. 15. Lips. et Gronov. ad *Liv*. 5, 11., recepit Oudendorp. cf. Gronov. ad *Plaut*. Capt. 3, 1, 24. et 29. coll. Pseudol. 1, 5, 129. Ceterum vide not. ad A. 15.

*Compactus* a *Compingere*. compactis firmisque membris. Vesp. 20. Nostr. *gedrungen*.

*Compages*. compagibus sellae luxatis. A. 43.

*Comparare*, παρασκευάζεσθαι, συμπαρασκευάζεσθαι, *anschaffen, sich verschaffen*.

multiplici undique familia (gladiatorum) comparata. C. 10. quanti quasque — comparassent h. e. emissent. C. 42. magisteria sacerdotii ditissimus quisque — comparabant h. e. emebant. Cal. 22. scriptum quaestorium (h. e. munus scribae quaestorii) comparavit. Horat. gemmas etc. animosissime comparasse. C. 47. data M. Varroni cura comparandarum (bibliothecarum) ac digerendarum. C. 44. bestias ad munus populi comparatas. C. 75. quum — carius pecudes compararentur. Cal. 27. ab eo tempore exercitibus comparatis. A. 9. manum in ultionem domini compararat. T. 25.

i. q. *parare*. veneni olim in se comparati arguebat. T. 49.

i. q. *conferre*, *componere*, *zusammenstellen*, *vergleichen*, *gleich stellen*. ut Verrio qu. Flacco compararetur. Gr. 18.

inde *ad pugnam componere*. hunc — Threci et mox hoplomacho comparavit. Cal. 35.

*Comparatio* i. q. *collatio*. ex comparatione adstantis alicujus procerioris. A. 79.

unde i. q. *certamen*. non audenti in comparationem se demittere. Rh. 6.

*Comparere*. repente comparuit (ἐφαίνετο) incolumis. A. 14. postera luce non comparuit. A. 94. ac statim non comparuisse (ἀφανῆ γενέσθαι.) Rh. 4.

*Compellare* i. q. *accusare*, *ad jus sistere*. quod compellari apud se majorem potestatem passus esset. C. 17.

*Compellere*. c. praepos. *ad*. L. Antonium — ad deditionem fame compulit. A. 14. quosdam ad excusandi se verecundiam compulit. A. 35. al. ad necem. A. 66. Cal. 23. Ner. 35. ad mortem. T. 56. ad confessionem. Cl. 15. ad pugnam. Cl. 21. ad cavendum ulciscendumque. Cl. 37. ut suspicione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur. Vesp. 14. quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset. T. 8. ad manubias et rapinas necessitate compulsum. Vesp. 16.

sequ. *ut*. nec ut tandem appeteret, compelli nisi a matre potuit. Vesp. 2. neque ut repudiaret, compelli a Dict. Sulla ullo modo potuit. C. 1. Crassum Pompejumque — compulit, ut — peterent. C. 24.

*c. infinit.* nisi eum Thrasyllus — differre quaedam compulisset. T. 62. edicti — gratiam facere non alia magis re compulsus. Dom. 14.

i. q. *in unum locum pellere, cogere*. ad monumentorum — deversoria plebe compulsa. Ner. 38.

*pro simpl. pellere*. eruptione hostium subita compulsus in scapham. C. 64. Sabinum et reliquos Flavianos — vi subita in Capitolium compulit. Vit. 15.

*Compendium*. i. q. *lucrum*. ex morte compendium captans. T. 48. ne ex lusu quidem aleae compendium spernens. Cal. 41. uberius compendium nactus. Vit. 2. compendii spe (*Ersparniſs*.) Cl. 20.

compendio cujusque horum vel etiam studio aut libidine. Cl. 29.

*Comperire*. i. q. *Cognoscere*. c. accusat. Sullae morte comperta. C. 3. negavit se quicquam comperisse. C. 74. de comperta Murenae conjuratione. A. 66. de conjuratione comperta. Dom. 21. comperta morae causa. A. 94.

*comp. de aliqua re*. de qua victoria — comperit. Dom. 6.

*sequ. accus. c. inf.* ut comperit paratos, qui — prohiberent. C. 16. equorum greges — comperit pabulo abstinere. C. 81. ut primum occisum eum heredemque se comperit. A. 8. quum — multos manumissos comperisset. A. 42. cui — matronam ministrasse compererat. A. 45. comperit deinde, Juliam — damnatam. T. 11. ut comperit — publice vota suscepta. T. 54. quum comperisset, Seleucum — perquirere. T. 56. compererat, provincialem — numerasse. Cal. 39. quem — necem Claudio parare, compererat. Oth. 1. ut destinasse compererat Augustum. Vesp. 9. *ex* nonnullis comperi sequ. Ner. 29. *e* pluribus comperi. Tit. 3.

*passive*. comperta conjuratio. v. supra. compertus adulterare matronas. A. 67. uxorem in stupro generi compertam. T. 35. i. q. *deprehensam*. (*Tac*. A. 1, 3. nullius flagitii compertum. coll. 4, 11. v. Glossar. Liv.)

compertum habeo. C. 66. pro comperto polliceri aliquid. Ner. 31. i. q. *pro certo*.

*Compes*. ut pistorem — compedibus vinxerit. C. 48. Cosmum — non ultra quam compedibus coercuit. A. 67. hunc — conjecit in compedes. Vit. 12.

*Compescere*. i. q. *cohibere, coercere*. multitudinem — compescuit. C. 16. histrionum licentiam adeo compescuit, ut sequ. A. 45. hostiles motus — per legatos compescuit. T. 37. legiones —

compescuit. Cal. 1. externas cerimonias, Aegyptios Judaicosque ritus compescuit. T. 36.

*Competere* i. q. *convenire*, *congruere*. ut neque messium feriae aestati, neque vindemiarum autumno competerent. C. 40. Burm. et Ernest. praetulerunt *aestate*. Sed v. Oudend. et Wolf.

tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit. Oth. 12.

*absol.* si cujusquam neptium suarum competeret aetas h. e. congrueret, apta esset. A. 31. cf. *Tac.* A. 3, 46. „oppidani neque oculis neque auribus satis competebant.“ Hist. 3, 73.

*Competitor* (*Mitbewerber*). e duobus competitoribus. C. 19. ubi e glossem. additum *consulatus*.

potentissimos duos competitores — superavit. C. 13.

ut exceptis consulatus competitoribus de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur. C. 41. ubi alii male *petitoribus*, quum intelligendi sint, qui cum Caesare petebant. Contra inepta est lectio: *e competitoribus* C. 23. ubi omnino de candidatis honorum sermo.

*Compitales Lares*, *Compitalicii ludi*. A. 31. v. ind. prim.

*Complanare* lacum. C. 44. montium juga. Cal. 37.

*Complecti*. Britannicum artius complexus. Cl. 43.

*Complexus*. ut — vix pauci complexu togaque objecta protexerint. C. 14.

*Complere*. alveum Tiberis completum olim ruderibus. A. 30.

*Complures*. A. 79. T. 12.

*Compluvium*. palmam in compluvium Deorum Penatium transtulit. A. 92.

*Componere* i. q. *formare*, *efformare*. vultum ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Cal. 50. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 76, 5. *vultu composito*. *Tac.* A. 1, 7. cunctis ad tristitiam compositis. Id. 3, 1.

unde *de scriptis* i. q. *meditari*, *formare*, *scribere*. comp. aliud Graece. A. 89. Latine. Gr. 1. comp. versum. A. 98. Cl. 1. carmen. T. 70. Ner. 52. laudes, ἐπινίκια. Cal. 20. Ner. 43. commissiones. Cal. 53. historiam. Gr. 10. multa varii generis prosa oratione composuit. A. 85. Gr. 8. composuit variae eruditionis aliquot volumina. Gr. 6. composuit et de vita sua octo volumina. Cl. 42. vitae memoriam prosa oratione composuit. Cl. 1. componi aliquid de se — offendebatur. A. 89. libellos Ineptiarum — componere instituit. Gr. 21. Pollio Asin. parum diligenter parumque integra veritate compositos putat (Caes. commentarios). C. 56. *Tac.* A. 1, 1. „res — compositae sunt“ h. e. *descriptae*, *relatae*. Id. 4, 32. „qui veteres populi Rom. res composuere.“

meditata et composita oratione. A. 84. h. e. studiose elaborata.

i. q. *sedare*, *ordinare*, quod turbatum est. ad componendum Orientis statum. Cal. 1. comp. negotium h. e. litem. Cal. 40. composita seditione civili. C. 4. compositis seditionibus. T. 25. compositis Germanicis rebus. Vit. 9.

*ex composito* Cl. 37. ubi referendum ad *nunciatus*, non ad *irrumpere*, h. e. ex consilio, de quo convenerat inter doli machinatores, *nach Verabredung*.

*Comportare.* caesorum reliquias colligere sua manu et comportare. Cal. 3.

*Compos* pr. potis alicujus rei. fecit ipse se compotem voti. A. 28. compos factus votorum meorum. A. 58. populum Rom. voti compotem fecit. Cal. 13. cujus (spei) brevi compos. Tit. 5. adhuc se mentis compote. Vesp. 5.

*Compotor.* compotorum tuorum Rhetorem. Rh. 5. ex *Cic.* Phil. 2, 17. Al. inepte *competitorum.*

*Comprehendere.* vehiculis comprehensis. T. 38. Cal. 39. h. e. undique coactis ad itineris velocitatem.

bella omnia — viginti voluminibus comprehendit. Plin.

*Comprimere* i. q. *coercere, sedare.* tumultus, rerum novarum initia, conjurationes. A. 19. motum. Vesp. 4. seditionem. Cal. 4. tunc quidem res compressa est. Vesp. 6.

*Comprobare* i. q. *probare.* nonnisi ab ipso electum comprobaverunt. A. 21. eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent. Galb. 16. quum — universi, quasi de ipso dictum, exsultantes comprobassent. A. 53. populus — et accepit in contumeliam ejus, et assensu maximo comprobavit versum. A. 68. domum — hactenus comprobavit, ut diceret. Ner. 31. nihilominus rem comprobaret. Cl. 29.

*Computare.* computata ratione temporum ab anno sequ. Dom. 4.

*Conari*, ἐπιχειρεῖν. excusare se conantibus. A. 15. interficere conatus est. A. 16. bis Romam redire conatus. T. 72. plures notare conatus. Cl. 16. miles — statim Divum appellare conatus est. Dom. 23.

si conaretur quis (contradicere), absterrito. C. 20.

*Conata* pass. conata perficere. Galb. 17.

*Conatus.* primo statim conatu. Ner. 12. conatibus Galbae primus accessit. Oth. 4.

*Concameratus* locus. A. 90.

*Concavus.* oculis et temporibus concavis. Cal. 50.

*Concedere* i. q. *secedere.* ad otium concessit. Cl. 5. in specum. Ner. 48.

conced. alicui aliquid i. q. *cedere*, nostr. *abtreten.* legata vel partes hereditatum. A. 66. uxorem — petenti Augusto concessit. T. 4. concedente Polemone. Ner. 18.

i. q. *permittere* (*gestatten*, *gewähren*, *überlassen.*) alicui vitam. C. 68. A. 13. 16. quicquid unquam dono dedisset, concedere. T. 11. concessum a patre peculium. T. 50. beneficium. Galb. 14. Tit. 8. jus. Dom. 7. privilegium etc. Vesp. 8. non plus decimis concessis. Galb. 15. ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Tit. 7. subsiciva — veteribus possessoribus — concessit. Dom. 9.

ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria.

*c. infin.* nemini non — unum servare concessit. C. 75. feminis ne gladiatores quidem — spectare concessit solis. A. 44. cognomen usurpare. Cl. 24. spectare conceditur. Ner. 12.

*sequ. ut.* plerisque vix concessit, ut — annua vacatio esset. A. 35. concessit, ut — acciperet. A. 40. concessum, ut scenici — diriperent. Ner. 11.

i. q. *ignoscere, condonare.* professis apud se obscoenitatem cetera quoque concessisse delicta. Ner. 29.

*Conceptus.* v. *Concipere.*

*Concerpere.* literas prandenti sibi redditas concerpsit. Ner. 47.

*Concertare.* pluribus quondam de regno concertantibus. A. 21. quum audiret reges — concertantes apud se super coenam de nobilitate generis. Cal. 22.
*Concha.* conchas legere. Cal. 46. unionum conchae (*Perlenmuscheln.*) Ner. 31.
*Conchylium.* fascias purpurae ac conchylii distribuit. Cal. 17. (v. *Plin.* 9, 36.)
*Conchyliata* vestis, ἁλουργής. C. 43.
*Concĭdere* (a *Cadere*). turris terrae motu concidit. T. 74. Lares — conciderunt. Ner. 46. quum par quoddam mutuis ictibus concidisset. Cl. 34. consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse. T. 73. quum ille ad primum gustum concidisset. Ner. 33.
*Concīdere* (a *Caedere*). essedum argenteum — concidi imperavit. Cl. 16.
*Conciliare.* conciliato populi favore. C. 11. conciliandae hominum gratiae — studium. Cal. 3.
ad conciliandos pollicitationibus militum animos. Oth. 6.
cui jam pridem per communem factionis venetae conciliatus esset h. e. *commendatus.* Vit. 7.
quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Ter. 1.
existimabatur Servilia etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare. C. 50. (de lenocinio.)
*Conciliator.* promtissimus affinitatis cujusque — conciliator. A. 48.
*Concilium.* Sec. multos: dimisso *concilio* A. 93. Sed non dubitandum, quin legi oporteat *consilio.* v. Gronov. et Oudend. Eodem vitio Dom. 12. multi legunt: frequentissimo *concilio.* Utroque enim loco de judicibus sermo est. v. Gronov. ad *Liv.* 44, 2., Glossar. Liv. sub v. *Concilium*, et Clav. Cicer. sub v. *Consilium.*
*Concinere.* concinentibus signis. T. 37. Al. male *convenientibus.* vocibus undique concinentium. Cal. 6. tragoedo pronuncianti concinere. Cal. 54.
*Concinnitas.* vitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate. A. 86. ut ex cod. Salmas. aliisque, quos Oudend. laudat, dederunt Ernest. et Wolf. Servavimus vulg. *inconcinnitate.* v. not.
*Concio.* v. *Gell.* 18, 7. ubi: „*concionem* autem tria significare, *locum*, et *verba*, *suggestum*que, unde verba fierent." mox: „item significare *coetum populi assistentis*, item *orationem ipsam*, quae ad populum diceretur sequ."
de *coetu populi* v. *militum.* pro concione. C. 53. extrema concio (*die letzten in der Versammlung.*) ibid.
ne pro concione qu. populi aut apud milites. Cal. 24. vocata concione. Vit. 15. advocata concione. Cl. 22. convocatis ad concionem militibus. C. 66.
vocatas ad concionem (legiones.) Cal. 48.
profugit concionem, ibid. al. *concione.* v. not.
de *oratione ipsa.* in concione aut per edictum. A. 25. habuit — super ea re concionem. C. 5. conciones regum ac ducum ex T. Livio. Dom. 10. Sed Tit. 7. legendum: *in cognitionibus patris*, non *concionibus.* v. not. et voc. *Cognitio.*
*Concionari*, orationem habere pro concione. videre concionantem. C. 33. concionante se, admissa turba paganorum,

apud milites. A. 27. nonnunquam — praeconis voce ad populum concionatus est. A. 84. ne tempus quidem concionandi habuisse eum. C. 55. quem graviter pridie concionatum de Caesare. C. 85. more concionantis. Rh. 6.

*Concipere.* i. q. recipere aliquid in se, admittere (*fassen, empfangen.*)

concepta opinione veteri. A. 6. (nisi potius *concepta* pertinet ad praeced. *religio.*) spe, quam et ostentis, et praedictionibus — conceperat. T. 14.

in spem imperii venit, jam pridem sibi per haec ostenta conceptam. Vesp. 5.

unde: tanta fiducia non modo senectam, sed etiam perpetuam singularemque concepit felicitatem. Ner. 40. pro: fiduciam v. spem concepit senectae, felicitatis.

*litem, judicium concipere* i. q. *incipere, instituere litem,* ob formulam, quae conceptis verbis pronunciari solebat. pro litibus ac judiciis ubicunque conceptis. Cal. 40.

*de feminis* i. q. utero foetum recipere, nostr. *empfangen.*

Caesarionem, quem ex Caesare patre Cleopatra concepisse praedicabat. A. 17. Tiberium ut ex adulterio conceptum. T. 62. Claudiam, ex liberto suo — conceptam. Cl. 27. infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. A. 63. coactae conceptum a se abigere. Dom. 22. (ubi esse potest partic. *τὸ conceptum*, vel est a substant. *conceptus*, ut Burm. putat.)

*Conceptus* subst. flagrante triclinio ex conceptu camini. Vit. 8.

*Concitare.* ad audendum aliquid concitasset (colonias.) C. 8. ut et concitarentur ad convicia, et concitati proderentur. T. 54. non tam ipsum a Sejano concitari solitum. T. 61. concitato in se odio. Ner. 45. ad despiciendam vitam exemplo manip. militis concitatum. Oth. 10.

*Conclamare.* conclamantibus plerisque. T. 75. ab universis conclamatum est. C. 80. Ner. 46.

*Conclave.* sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. A. 72.

*Concludere.* piscina porticibus conclusa. Ner. 31.

*Concors.* concordi et consentiente collega. C. 19.

*Concorditer.* cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit. T. 7.

*Concordia.* quietem et concordiam suadere. Oth. 8. *Concordiae aedes, cognomen.* v. ind. prim.

*Concremare* commentarios. Cal. 15. epistolas. Oth. 10.

*Concrescere.* callis — plurifariam concretis. A. 80. Al. *contractis.* v. Oudend.

*Concubinus.* Icelum e veteribus concubinis. Galb. 22. *Concubina.* Ner. 28. 44. Dom. 12. 22.

*Concubinatus.* nuptarum concubinatus i. q. consuetudo cum nuptis. Ner. 28.

*Concubitus.* monstrosi concubitus repertores. T. 44. quasi a concubitu mariti. A. 94. invitabat — in amplexus atque concubitum. Cal. 22. in concubitu ejus deprehensus. Cal. 24. singula enumerans bona malave corporis atque concubitus. Cal. 36. quantum quaeque uno concubitu mereret. Cal. 40. matris concubitum appetisse. Ner. 28. in concubitu dilecti adolescentuli confossus est. Cl. 29. quum perductae pro con-

cubitu sest. quadringenta donasset. Vesp. 22. assiduitas concubitus. Dom. 22.

*Concupiscere.* adeptum se, quae concupisset. C. 22. dominationis, quam aetate prima concupisset. C. 30. qui triumphum — tam inepte senex concupisset. Vesp. 12.

*c. infin.* nihil tam efficere concupiscebat, quam sequ. Cal. 37. prodire in scenam concupiit. Ner. 20. creditur — concupisse — objicere. Ner. 37. quum et spectare antiqui moris supplicium — concupisset. Cl. 34. quum discerpi Senatorem concupisset. Cal. 28.

*Concurrere.* ad quem audiendum quum — concurrissent. C. 32. Contra C. 15. quos — ad resistendum *concucurrisse* cernebat. v. Burm. et Oudend. ad h. l., Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 20, 7. Senatus — ad Curiam concurrit. Tit. 11. Al. *cucurrit.* (Omnino maxima est inconstantia in exhibenda utraque forma hujus perfecti in libris aeque atque editionibus, ut ipsis scriptoribus magis tribuenda videatur, quam librariis, unde unam regulam sequi quamvis melius existimantes, non sustinuimus.) in Capitolium concursum est. Cal. 6.

*de conflictu,* Gr. συῤῥαγῆναι. classis Sicula et Rhodia concurrerunt. Cl. 21. inter se ad internecionem concurrerunt. Oth. 12. nec concursurum cum Galba fuisse. Oth. 10.

*Concursare.* repertus a concursantibus. Oth. 7.

*Concursus.* turbae. A. 14. hostium. A. 91. ad quem quum fieret concursus. Rh. 2.

qui Liburnicam — velut fortuito concursu confringerent. Ner. 34. (*Liv.* 29, 27. *Caes.* B. Civ. 2, 6.)

*Concutere.* concusso terrae motu theatro. Ner. 20.

*Condemnare.* sorte judex in reum ductus tam cupide condemnavit. C. 12. super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit. Cal. 38. quosdam — suspicione minima inauditos condemnavit. Galb. 14. quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent. T. 5. quo locupletiores mox condemnaret. Vesp. 16. cond. aliquem in antliam. T. 51. ad metalla, munitiones viarum, ad bestias. Cal. 27. Cl. 14. capitis. Dom. 11. capitali poena. Dom. 14. perfecerat, ut etiam more majorum puniendi condemnarentur. Dom. 11. (Graeca brevitate pro infin. *puniri* h. e. ad poenam s. supplicium moris antiqui.) haruspicem — audiit condemnavitque. Dom. 16.

*ambitus* condemnatis. C. 9. *de* ambitu condemnatos. C. 41. quosdam — lege Scantinia condemnavit. Dom. 8. eas in causa Aem. Lepidi condemnavit, *quasi* adulteras et insidiarum adversus se conscias. Cal. 24.

i. q. *facere, ut quis condemnetur.* reum majestatis apud judices fecit et condemnavit. T. 8. Cn. Pisonem accusavit condemnavitque. Vit. 2. v. Glossar. Liv. sub voc. *Damnare.*

*Condere.* Omnino est aliquid *ponere; constituere* aliquo loco, pr. *locum dare* cum aliis v. juxta.

*cum praep. in v. sub et accus.* cineres in urnas. Cal. 15. barbam in auream pyxidem. Ner. 12.

venenum in aur. pyxidem. Ner. 47. lege jam in aes incisa et in aerarium condita. C. 28.

*cum ablat.* libros Sib. — condidit duobus forulis. A. 31. reliquias — Mausoleo condiderunt. A. 100. (ubi vulg. praemittunt *in*, delendum ob praecedens *ac*, quod sequentem

vocalem respuit, usumque linguae, quo accusat. praepositioni *in* jungi solet huic verbo additae, uti exempla modo exhibita docent, ita ut actio condentis magis respiciatur, quam locus, in quo res posita jacet.) reliquias monumento condiderunt. Ner. 50.

*simpl.* humatus et conditus est extremis Esquiliis. Horat. fin.

i. q. *abdere*, *abscondere*. sub lectum se condere. Cal. 51. pugiones — rursus condidit (nostr. *einstecken.*) Ner. 49. unde: motis necdum conditis ancilibus. Oth. 8. h. e. *repositis*. Inde *de tempore finito, absoluto*, ut *diem condere* saepissime apud poetas et *Plin.* ep. 9, 36, 4. ubi v. Schaefer., Paneg. 80. fin., ubi Schwarz. Gr. καταδύειν, nos: *einen Tag begraben* i. q. *endigen.* Ita *lustrum condere* A. 97. T. 21. h. e. ut peractum sacrificio sollemni celebrare. *Liv.* 1, 44. „idque *conditum lustrum* appellatum, *quia is censendo finis factus est.*" Id. 3, 24. 35, 9. 38, 36. 40, 46. 42, 10.

*conditum oleum* C. 53. non a *condere* esse videtur, sed a *condire*, quod vide.

i. q. *statuere*, *aedificare*, ut ἱστάναι pro κτίζειν. cond. urbem. A. 7. 18. 47. 60. Cal. 21.

*Conditor*, κτιστής. urbis. A. 7. C. 81. insulae. A. 98. generis. Vesp. 12.

*Conditorium*, θήκη, λάρναξ. A. 18. Cal. 52. *Plin.* ep. 6, 10, 5.

*Conditio*, status, in quo homo vel res versatur, περίστασις, *Zustand*, *Lage*.

cond. temporum. C. 16. Cal. 31. 60. Oth. 4. ex conditione tumultuque temporum. Vesp. 10. aliquanto deteriore conditione. C. 86. lenioribus paulo conditionibus (*Verhältnisse.*) A. 65. miseratus est conditionem suam. Cl. 36. conditionem Principum miserrimam ajebat. Dom. 21. praesentem conditionem verae origini anteposuit. Gr. 21.

Inde *locus, quem quis inter alios, max. in Rep., obtinet genere vel dignitate et auctoritate*, nostr. *Stand*, *Rang*, *Verhältnisse*, quo sensu alias *status* dicitur, ut a *Cicerone* Leg. 1, 7. fin. v. Clav. Cicer. sub v. *Status*. Ita

*de generis locique nobilitate.* reliquos pro conditione cujusque sustinuit ac fovit. A. 17. duplex Octaviorum familia — conditione diversa. A. 2. (Sequitur, alteram honoribus summis functam, alteram in equestri ordine constitisse.) de familiae conditione. Vit. 1. nullus tam abjectae conditionis tamque extremae sortis fuit. Cal. 35. adversarios, quasi plane conditionis ejusdem, observare, captare. Ner. 23. quum — exstitisset conditionis incertae h. e. obscurae originis. Ner. 57. quo magis et aetatis et conditionis admoneretur. Dom. 2. (Praecesserat: ut fratri se et operibus et *dignatione adaequaret.*)

nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam praedicantes. Cl. 25. h. e. gentis nobilitatem s. locum inter reliquas nationes.

*de statu civis vel peregrini, ingenui vel servi, varioque libertinorum, qui vel justam libertatem assecuti, vel in dediticiorum numero, vel Latinorum jure erant.* v. not. ad A. 40. quum et de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset. A. 40. magna com-

moda constituit pro conditione cujusque, civi — Latino — feminis. Cl. 19. Flaviam — Latinae conditionis. Vesp. 3. peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina, duntaxat gentilicia. Cl. 25.

nostr. *Vorschlag*, *Bedingung*. quamquam magnis conditionibus invitaretur. C. 3.

qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. C. 42. conditionem recepit (nostr. *einen Vorschlag annehmen*). Galb. 9. arripiente eo conditionem. Rh. 6. motis deditionis conditionibus. C. 75. quasi ad conditionem pacis militibus eductis. Oth. 9.

Antonium — seras conditiones pacis tentantem. A. 17. conditione proposita, ut. A. 52.

ea conditione, ut. Galb. 15. conditione ea, ut. Vit. 15. Dom. 9. ea sola conditione, ne. T. 26.

sub conditione, si. C. 68. Cl. 24. Vit. 6. sub conditione, ne. T. 13.

*de matrimonio* (*Heirathsvorschlag*, *Heirathspartie*). Octaviam — conditionem ei detulit. C. 27. multis ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum legit (sc. cui daret filiam Juliam). A. 63. nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret. Cl. 26. remansit in coelibatu, neque sollicitari ulla conditione amplius potuit. Galb. 5. (cf. *Plin.* ep. 1, 10, 8. „inter *altissimas conditiones*, generum non honoribus principem, sed sapientia, elegit." ubi v. Schaefer. Id. 1, 14, 9. „*in diligentis conditionibus*.")

*et de illicito coitu*, ut nos: *Gelegenheiten*. conditiones quaesitas per amicos. A. 69. (cf. *Capitolin.* Anton. Philos. c. 19. „siquidem Faustinam satis constat apud Cajetam *conditiones* sibi *et nauticas et gladiatorias* elegisse." *Lamprid.* Heliogab. c. 5. „Romae denique nihil egit aliud, nisi ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent eosque ad aulam perducerent, *ut eorum conditionibus frui posset*." et c. 8. „ut ex eo *conditiones* bene vasatorum hominum colligeret.")

*Condicere* alicui coenam (*sich bei jemanden zusagen.*) T. 42. subita condictaque coenula h. e. non diu praeparata, sed mediocris et cibi communis. Cl. 21.

*Condire.* conditum oleum. C. 53. πεφαρμακευμένον, κεκαπηλευμένον, nos: *angemachtes Oel.* v. not. cf. *Martial.* 3, 49. „*olfacere* haec malo pocula, quam bibere." Alii a *condere* deducunt, ut sit *vetus oleum*, *nimis diu servatum.*

*Condiscere* (*zusammen einlernen*). qui diversi in factiones plausuum genera condiscerent. Ner. 20.

*Condiscipulus.* ad condiscipuli sui matrem. Dom. 1. inter condiscipulos querens. Ner. 22. condiscipulos et aequales suos. Vit. 14.

*Condormire* (*einschlafen.*) deposita lectica inter aliquas moras condormiebat. A. 78.

*Conducere*, μισθοῦν. aedes. T. 55. choragum. A. 70. v. not. et sub voc. *Choragus.*

quadringenis annuis conductum multos edocuisse. Gr. 3.

*Conducticia* domus. Terent. 1.

*Conferre* pr. in unum locum ferre. haec — in unum contuli. Ner. 19. optima quaeque in paucissimos conferre libros. C. 44.

*consilia*, dispersim antea habita, — in unum omnes contulerunt. C. 80. plerique pecunias contulerunt. C. 19. A. 57. aere collato (ἐκ συντελείας.) A. 59. ut qui in cellam Capit. Jovis — quingenties HS. una donatione contulerit. A. 30. in singulos talos singulos denarios in medium conferebat (nos: *setzen.*) A. 71. partem census omnes ordines conferre jussit (*beitragen.*) Ner. 44.

i. q. *prodesse*, ut Gr. συμφέρειν, nostr. *beitragen.* plurimum ad victoriam contulit. T. 4. et *cum dat.* plurimum coeptis contulerunt. Vesp. 6.

i. q. *transferre.* statuas — ex Capit. area — in Martium campum collatas. Cal. 34. Al. *collocatas.* — in alios culpam conferens. Vit. 15. quum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent i. q. *recepissent.* C. 68.

i. q. *tribuere. c. dat.* quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse. Cal. 20. agitatori Eutycho — vicies HS. contulit. Cal. 55. abeunti super HS. millies contulit. Ner. 30.

*se conferre* in al. locum, ad aliquem v. ad aliquod negotium, nostr. *sich begeben.*

quum — cubitum se eo contulisset. A. 6. totumque se ad quietem contulit. T. 15. ad studia se contulit. Gr. 24. ad plebem se contulit. A. 2. (e patriciatu.) ad optimates (h. e. ad partes optimatium) se contulit. A. 10. quum ille — Mytilenas se contulisset. A. 66. quum ad Brutum Cassiumque — se contulisset. Ner. 3. quum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset. Dom. 1.

i. q. *comparare* (*vergleichen*, *zusammenhalten.*) quarum (margaritarum) amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pondus. C. 47.

*Collatio*, συμβολή, pecunia a pluribus collata, maxime pecunia, quae a populo Principi dono offerebatur. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 41, 1.

filia nata — collationes in alimoniam atque dotem puellae recepit. Cal. 42. collationibus non receptis modo, verum et efflagitatis, provincias privatorumque census prope exhausit. Ner. 38. ut plerique omnem collationem palam recusarent. Ner. 44. ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Tit. 7. (cf. A. 57. „in restitutionem Palatinae domus, incendio absumtae, veterani, decuriae, tribus, atque etiam singillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt.“ et c. 59. „medico Antonio Musae — statuam aere collato — statuerunt.“)

*Confertus* (a *Confercire*). in conferta multitudine. T. 2.

*Confessio* v. *Confiteri.*

*Confestim.* Originem vocabuli deduco a verbo *fari*, unde *fastim* v. *festim* (ut *fastus*, *festum*) h. e. *kaum gesagt*, quare opponitur *ex intervallo*, ut apud *Cicer.* de invent. 1, 28. 2, 12. A *festim* factum est verbum *festinare*, cujus tamen significatio, ut fieri solet usu, a prima origine deflexit, maxime ubi a *properare* distinguitur. Hoc enim simpliciter est: celeriter a proximo se amovere, nostr. *forteilen*, sed *festinare*, multa simul agere properando, *eilig seyn*, σπεύδειν, σπουδῇ πολυπραγμονεῖν. Vera igitur videtur sententia Verii Flacci apud *Gell.* 16, 14., quamvis inepta addita ratione. Quod autem Perizon. ad *Sanct.* Min. p. 446. et 923. ed. Scheid., *Confestim* et *Con*-

*fertim* primitus idem fuisse, dicit, id vereor, ut persuadere cui possit. Subinde librarii permutasse vocabula videntur, ut apud *Horat.* epist. 1, 12, 9. ubi nescio an legendum sit: *confertim*, vel est nostrum: *fortan*, Gr. εὐθέως.

praemissis confestim clam cohortibus. C. 31. ut ei — confestim responderint. C. 70. confestim circumst. turba — congessit. C. 84. Juliam — confestim coactus est ducere. T. 7. confestim Ostiam descendit. T. 10. confestim se — Rhodum navigaturum. T. 13. neque occupare confestim. T. 24. *confestim* Pandateriam — *festinavit.* Cal. 15. post praeturam confestim inito consulatu. Cl. 1. confestimque is — ad poenam raptus est. Cl. 37. confestim se positurum — ait. Ner. 34. — *confestim ut* Apollonia rediit. A. 10.

*Conficere* i. q. absolvere, ad finem perducere.

bellum. C. 28. 37. A. 10. Dom. 6. iter. Cal. 43. Cl. 17. vias. C. 57.

i. q. *facere*, *perficere*. vestis — ab uxore et sorore — confecta. A. 73. ut — diurna acta confierent. C. 20. Vulg. notior forma substituta: *conficerentur.* v. Graev. et Oudendorp.

Sed Vesp. 8. jure deletum *confecit* post: *instrumentum imperii pulcerrimum ac vetustissimum*, quod per appositionem pertinet ad: *aerearum tabularum tria millia.*

confecit nuptias. Cl. 26. (*er schloſs die Heirath ab.*) per quorum numerum decreta confici possent. A. 35. donec residua diurni actus — conficeret. A. 78. confecta victoria. A. 17.

taxato prius modo summae, ad quem conficiendum consideret (*herausbringen.*) Cal. 38. confecto demum excitabatur. ibid. — *confici poemata.* Lucan. h. e. *conscribi*, *confingi*, ut recte Oudend. coll. *Plin.* H. N. 13, 11. Alii vim loco attulerunt.

*conficere alicui aliquid* i. q. *impetrare* (*bewirken*, *auswirken.*) alicui reditum. C. 5.

i. q. *frangere*, *consumere*, *interimere*, quasi vires, vitam ad finem perducere, ut nos: *fertig machen*, *fertig seyn.* confecti senio. Cal. 26. ut — igne confici (i. e. consumi) nequeat. Cal. 1.

ictibus excarnificatus atque confectus est. Vit. 17. duodecim propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus. Tit. 5. ceteri vulneribus triginta confecerunt. Cal. 58. exhibuit Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum. Cl. 21. conficeretur a Doryphoro (tanquam fera, sed sensu obscoenoteli.) Ner. 29. centenas varii generis feras — conficientem spectavere plerique. Dom. 19. Inde in muneribus

*Confectores* ferarum. Gloss. ἀναιρέται, *occisores.* A. 43. Ner. 12. Fortasse etiam Cal. 26. legendum: *vilissimosque senesque confectores.*

*Confidere. c. ablat.* v. Oudend. ad C. 3. cf. *Diffidere.* confisum eum novissimo illo SCto ac jurejurando. C. 86. confidens ostento. T. 19.

*c. acc. et infin.* confisus, — facilius se — veteranos convocaturum. C. 29. nisi confideret, sine bello rem transigi posse. Oth. 10.

*confidens* i. q. *impudens*, *temerarius* (male Pitisc. in indice junxit: *confidens animi*) Dom. 12. *Cic.* Tusc. Qu. 3, 7. „confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur; du-

ctum verbum a confidendo, quod laudis est.“ *Terent.* Phorm. 1, 2, 73. „homo confidens.“

*Confidentia* i. q. *temeritas*, *audacia*. diversissima in eodem vitia, summam confidentiam, et contra nimium metum. Cal. 51.

*Configere*. confixa cohors sagittis. C. 68. conf. muscas stilo. Dom. 2.

*Confingere*. conficto crimine. Cl. 15.

*Confirmare*, firmum reddere, quod debile, incertum, timidum est, de corpore et animo dicitur.

*de corpore*. confirmaturum crus (debile). Vesp. 7. remedio habenarum atque arundinum confirmabatur (crus claudum.) A. 80.

*de animo dubio et incerto vel timido*. perterritos — confirmabat. C. 66. nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. C. 14. pavidus ac metuens — non aliter confirmatus est. Ner. 24. quum consternatum ruinae metu populum retinere et confirmare nullo modo posset. A. 43. Massilienses obsidione laborantes quum adventu suo confirmasset. Ner. 2. abhorrentes quosdam cadaverum tabem detestabili voce confirmare ausus est. Vit. 10. quamquam gratulationibus confirmaretur. Ner. 34. confirmabatur quum secundissimis auspiciis et ominibus, tum virginis honestae vaticinatione. Galb. 9. haruspicio insuper confirmatum ferunt. Vesp. 5. oraculum consulentem ita confirmavere sortes. ibid. etiam de imperii spe confirmatus est. Tit. 5.

*sensum animi vel cogitationem*, *vel rem firmiorem*, *certiorem reddere*.

quam (spem) quo magis confirmaret. Cal. 12. mox confirmata est (opinio). A. 6. quam suspicionem confirmavit ipse postea. Cal. 52. Caesarem in consulatu confirmasse regnum, C. 9. confirmatum per legatos suos imperium. Vit. 9. cujus ministerio — nepotem suum ad successionem imperii confirmaret. T. 55. Unde

nostr. *bestätigen*. provincia a Caesare data et per Senatum confirmata. A. 10. conf. beneficia edicto. Tit. 8.

i. q. *affirmare*, *versichern*. confirmavit pro concione apud praetorianos. Cl. 26.

*Confiscare*, in fiscum redigere. HS. millies confiscatum. Cal. 16. confiscabantur alienissimae hereditates. Dom. 12. pecunia confiscata A. 101. i. q. in fisco parata; jung. enim *reposita*. v. Lips. ad *Tac.* A. 1, 8.

Saepe *confiscare*, ut Gr. ἀποσημαίνεσθαι (*Xen.* H. G. 2, 4, 13. τοὺς φιλτάτους τῶν ἡμετέρων ἀπεσημαίνοντο.) dicitur *de hominibus*, qui capitis damnantur, bonis fisco addictis.

devictisque his et confiscatis. A. 15. principes confiscatos. T. 49. duos Equ. Rom. sine mora corripi confiscarique jussit. Cal. 41.

*Confiteri*. quod nonnisi confessi afficiuntur hac poena. A. 33. facile confessus. Lucan.

confiteri se candidatum consulatus. A. 4. sec. plerosque. Sed melius legitur: *profiteri*.

*sequ. acc. c. inf.* plerisque confessus est, habuisse se — legem. C. 52.

*Confessio*. confessionem alicui tormentis exprimere. T. 19.

cruciatu. Galb. 10. compellere aliquem ad confessionem. Cl. 15. (confessio vitiorum. *Tac.* A. 2, 33.)

*Conflagrare.* tabulae, quae simul conflagraverant. Vesp. 8.
*Conflagratio* Vesevi montis. Tit. 8.

*Conflare* statuas. A. 52. vasa aurea. A. 71. simulacra ex argento et auro fabricata. Ner. 32. coronam auream. Galb. 12.
conjuratio Beneventi conflata. Ner. 36.

*Confligere.* biremes — magno pugnatorum numero conflixerunt. C. 39. tricies cum hoste conflixit. Vesp. 4.
duas aquilas in conspectu omnium conflixisse. Vesp. 5.
*Conflictari.* variis et tenacibus morbis conflictatus est. Cl. 2. tempestate — bis conflictatus. A. 17.

*Confluere.* multitudinem — confluentem compescuit. C. 16. ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum. C. 39. Alexandrinorum, qui Neapolin confluxerant. Ner. 20.
tot prosperis confluentibus. T. 10. — *Confluentes.* Cal. 8. v. ind. pr.

*Confodere.* maritum in gremio suo confodi. C. 81. tribus et viginti plagis confossus est. C. 82. Pinarium — coram confodi imperavit. A. 27. neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum. A. 51. graphiis confossum. Cal. 28. periit una — Caesonia, gladio a Centurione confossa. Cal. 59. non recusaturum confodi manibus ipsorum. Cl. 26. Pomp. in concubitu dilecti adolescentuli confossus est. Cl. 29. mirmillonem — confodit ferrea sica. Cal. 32. Caecinam — confodi jussit. Tit. 6. lectica ejus — concursu hostium confossa atque lacerata est. A. 91.

*Confricare* sibi faciem. Cl. 8.

*Confringere.* qui Liburnicam — velut fortuito concursu confringerent. Ner. 34.

*Confugere.* Alexandria, quo Antonius — confugerat. A. 17. simulacro, ad quod — confugerat. ibid. L. Antonium — confugere Perusiam coegit. A. 14. qui — ad Sertorium confugerant. C. 5. modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle. T. 53. conf. ad castra. Cl. 36. in Capitolium, Dom. 1.

*Confundere.* ne lusus confunderetur. Cl. 33. annum — conturbatum atque confusum. A. 31. spectandi morem confusissimum ordinavit. A. 44.
confusus somnio C. 7. i. q. *perturbatus.* v. not. v. *Plin.* ep. 3, 10, 2. ubi Schaefer., et 5, 5, 1. *Juvenal.* 3, 1.
Ita etiam *confusio* dicitur de perturbatione animi. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 86, 3.

*Congemere.* derepente velut impar dolori congemuit. T. 23.

*Congerere.* turba virgulta arida — congessit. C. 84. humum — corbulae congestam. Ner. 19. pro: *in corbulam.* v. Burm. congestis pilis superposuit altissimam turrim. Cl. 20. membra — ante se congesta. Cal. 28. congestas super manus reliquias. Galb. 22. v. not. luto — congesto per milites in praetextae sinum. Vesp. 5.
Puteolanum sinum praetervehenti — fausta omina et eximias laudes congesserant. A. 98. Antoniae, quicquid unquam Livia Aug. honorum cepisset, uno SCto congessit. Cal. 15. v. Burm. et Oudend. mortuo gratias egit laudesque congessit. Tit. 11. v. not. amarissime congestis probris. T. 54.

*Congiarium*, donum s. liberalitas a Principe populo tributa, sic dicta a congiis olei et vini, qui antiquitus dabantur, in quorum locum postea frumenti, plerumque *pecuniae* munera successerunt. Distinguitur *congiarium* a *donativo*, quod *militibus* dabatur, quamquam interdum duo vocabula promiscue usurpantur. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 2. et in observat. 30.

congiaria populo frequenter dedit, sed diversae fere summae. A. 41. populo promissum congiarium reposcenti. A. 42. proposito congiario. ibid. congiarium trecenos nummos viritim dedit. T. 20. diem utriusque tirocinii congiario plebi dato celebravit. T. 54. congiarium populo bis dedit. Cal. 17. congiaria populo saepius distribuit. Cl. 21. deductus in Forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit. Ner. 7. congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit. Dom. 4.

*de quovis pecuniae dono.* ad se commeantes uberrimo congiario prosequebatur. C. 27. praestantes poetas, nec non et artifices — insigni congiario magnaque mercede donavit. Vesp. 18. a quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit. Rh. 5.

*Congressus.* abstinuit congressu hominum diu prae pudore. C. 65. congressum ejus assiduum vitavit. T. 50.

*Congruere.* quo magis in posterum ex Kal. Jan. novis temporum ratio congrueret. C. 40.

quum temporum ratio vix congruat. Gr. 7.

mors minime congruens vitae. Oth. 12. formae minus congruebat gracilitas crurum. Cal. 3. ceteris membris — aequalis et congruens. T. 68.

*Congruentia.* insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum. Oth. 2. h. e. similitudine, aequalitate.

*Conjicere* al. in carcerem. C. 17. in custodiam. A. 27. in vincula. T. 37. Ner. 49. Vesp. 5. in compedes. Vit. 12. in periculum. Oth. 10.

*Conjectare.* nihil conjectans de aetate Galbae. Ner. 40. quantum conjectare licet. Dom. 3.

max. *de haruspicibus* i. q. *interpretari.* nemine peritorum aliter conjectante, quam laeta per haec et magna portendi. A. 95. de genitura ejus statim multa et formidolosa multis conjectantibus. Ner. 6. nec defuerunt, qui conjectarent, altero ostento periculum — portendi sequ. Cal. 57.

*Conjectores*, somniorum atque ominum interpretes. C. 7. v. *Quinctil.* 3, 6, 30. *Plaut.* Amph. 5, 1, 76. Curcul. 2, 1, 54. coll. 2, 2, 3. „dum huic conjicio somnium." Poen. 1, 3, 34.

*Conjectura*, λογισμός. sive divinitus, sive aliqua conjectura. C. 1. v. not. secuti levem conjecturam. T. 5. difficili conjectura veritatis. Galb. 7.

nec fefellit conjectura eorum (h. e. interpretatio. v. supra.), qui — augurio non aliud portendi praedixerant. Vit. 18. Ita *Ovid.* Trist. 1, 10, 15. „Augurium ratio est et conjectura futuri."

*Conjungere.* conjunctum cum Diis genus. C. 6. affinitate aliqua sibi aut propinquitate conjunctos. Ner. 35. — perductam a marito conjunxit sibi. Cal. 26. Acten libertam, paulum afuit, quin justo matrimonio sibi conjungeret. Ner. 28.

medium intervallum — ponte conjunxit. Cal. 19. supercilia conjuncta. A. 79.

conjungere consulatus i. q. continuare, continuos gerere. Cal. 17.

verum actum, divisum antea in hibernos aestivosque menses, conjunxit. Cl. 23. h. e. judicia sine interruptione s. feriis non interjectis haberi jussit. v. not. Ita *Plin.* ep. 4, 9, 10. *jungere laborem* pro *continuare.* v. Gesner.

*Conjunctiones* (sensu grammaticorum.) neque conjunctiones saepius iterare dubitavit. A. 86.

*Conjurare.* Bononiensibus — gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis. A. 17.

*Conjurati* (*die Verschwornen*, *συνωμόται.*) C. 17. 80. 82. T. 9. Cl. 11. Ner. 36. Vesp. 2.

*Conjuratio.* C. 7. 9. 14. 17. 88. A. 56. 66. 94. T. 65. Cal. 26. 56. Cl. 9. 13. Ner. 36. 56. Tit. 6. Dom. 14. 21. Lucan. *conjurationes.* C. 75. A. 19. Ner. 56. Vesp. 25.

*Connectere.* triplici serie connexi. T. 43.

*Connivere* (oculis, *μύειν.*) ad minima tonitrua et fulgura connivere. Cal. 51.

i. q. *indulgere.* connivebat in ceteris. C. 67.

*Conqueri.* postero die in Senatu conquestum. C. 20.

*c. accus.* vicem suam conquestus est. A. 66. nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera. Cal. 42.

*de al. re.* Tiberio de eadem re, sed violentius apud se per epistolam conquerenti. A. 51.

*c. acc. et infin.* deseri se conquerenti. T. 10. pretia in immensum exarsisse — graviter conquestus. T. 34. quem barbarum — ex industria sibi appositum — ipse quodam libello conqueritur. Cl. 2.

*Conquestio* de L. Caesaris morte (titulus carminis Tiberii.) T. 70.

*Conquiescere.* paulisper conquiescebat. A. 78. i. q. dormiebat, ut nostr. *ruhen*, *Ruhe halten.*

*Conquirere.* virgines, quae sibi — undique conquirerentur. A. 71. cum pueris minutis, quos — undique conquirebat. A. 83. undique conquisiti puellarum et exoletorum greges. T. 43. centum atque viginti — conquiri et supplicio affici imperavit. Vit. 10.

*Consalutare* aliquem Patrem patriae. A. 58. Imperatorem. Ner. 8. Galb. 10. Oth. 6. Vit. 8. Tit. 5. Caesar consalutatus. Dom. 1. uxorem — consalutaverat ut Augustam. Dom. 3. quidam cum Latiarem Jovem consalutarunt. Cal. 22. — populo consalutato. T. 17.

*Consalutatio.* quum — in ipsa consalutatione (exercituum) dimicandum fuisset. Oth. 9.

*Consanguinei.* fore, ut — manu consanguineorum necaretur. C. 81. consanguineos suos Ilienses. Cl. 25.

*Consauciare.* consauciatus crus et utrumque brachium. A. 20. Praetoris caput consauciavit. Ner. 26.

*Conscendere* navigium. C. 58. equum. Cal. 51. tribunal. Galb. 10. T. 17. (Inepte ind. Bernecc. dat *consc. in tribunal* T. 17., quum in textu sit: positumque in Septis tribunal — conscendit.)

*Consciscere.* etiam de consciscenda nece cogitavit. C. 36. Cl. 31.

*Conscius* (*mitwissend.*) una ex consciis. A. 65. secretorum temere conscius. T. 14. v. not.

quasi — insidiarum adversus se conscias. Cal. 24. per conscios Centuriones. Cal. 58. inter conscios Caesarianae necis. Ner. 3. inter Sejani conscios arreptus. Vit. 2. cujus necis etsi non auctor, at conscius fuit. Ner. 33. ut conscios popularium suorum atque fautores. Ner. 43. non aliter, ac si conscius et particeps foret. Oth. 6. praemonitis consciis. ibid. dum etiam latentes conscios investigat. Dom. 10.

*sibi consc. al. rei* (*sich bewuſst*, ut Gr. σύνοιδα ἐμαυτῷ.) irae atque iracundiae conscius sibi. Cl. 38.

*Conscientia* (*das Mitwissen*). non sine conscientia — libertorum. Cal. 56. *Tac.* A. 2, 77. „est tibi Augustae conscientia." Id. 2, 40. „simulata conscientia" h. e. conscios se simulantes.

nostr. *Gewissen*, max. in malam partem. quam praeter haec conscientia quoque, nec minus delatores multorum criminum arguebant. Cl. 44. neque tamen conscientiam sceleris — aut statim aut unquam postea ferre potuit. Ner. 34. quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset. Vit. 6.

*Conscribere* i. q. *scribere.* testamentum conscripsit. Cl. 44. edicta conscribere. Tit. 6.

i. q. *inscribere.* tabula — conscripta literis verbisque Graecis. C. 81.

i. q. *simul scribere, in scribendo addere.* ut in ordinem se coactum conscriberet. Cl. 38. v. Ernest.

*de lectione militum.* conscripta ex Transalpinis legio. C. 24. conscriptae in Ciliciam legiones. C. 8. e plebe provinciae legiones et auxilia conscripsit. Galb. 10.

*Consecrare* absol. i. q. *promiscuo usu eximere.* ager Campanus majoribus (i. e. a majoribus) consecratus. C. 20. equorum greges, quos — consecrarat. C. 81. (ubi male correxerunt: *Rubiconi.* Imo *in trajiciendo Rubicone* humano usu exemerat, neque opus addito nomine Dei.) loca, in quibus augurato quid consecratur. A. 7. ludis, quos primo consecratos ei (h. e. ab eo, Caesare) Augustus edebat. C. 88. ara Octavio (h. e. ab Octavio) consecrata. A. 1. decretum est, ut ea pars domus consecraretur. A. 5. in consecrando apud Memphim bove. Tit. 5. simulacrum — in parte aedium consecratum, menstruis deinceps supplicationibus — coluit. Galb. 4.

*consecr. alicui aliquid.* i. q. *dedicare, weihen.* Tonanti Jovi aedem consecravit. A. 29. tres gladios — Marti Ultori, addito elogio, consecravit. Cal. 24. locum castrorum, quibus fuerat usus — Neptuno ac Marti consecravit. A. 18. barbam — Capitolio consecravit. Ner. 12.

i. q. *sacrum dicere, inter Divos referre*, ἀποθεοῦν. defunctam — prohibuit consecrari. T. 51. Claudium laudavit consecravitque. Ner. 9. consecrati Principes. Cal. 35.

*Consecratio*, ἀποθέωσις. defunctum nullo, praeterquam consecrationis, honore dignatus. Dom. 2.

*Consenescere.* ibidem Smyrnae simulque consenuit. Gr. 6.

*Consentire.* consentit uterque nostrûm. Cl. 4. concordi et consentiente collega. C. 19. ceteros — consentire *pro* partibus. A. 12. consentientibus universis. A. 56. Senatus consentiens cum populo Romano. A. 58. consentiente deinde etiam superioris provinciae exercitu. Vit. 8. barbaros ferunt — consensisse *ad*

inducias. Cal. 5. cuncti simul spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt. Galb. 13. Senatus *in* asserenda libertate adeo consensit. Cal. 60.

*Consensus*. sponte atque consensu. A. 57. repentino maximoque consensu. A. 58. Lucii praenomen consensu repudiavit (gens Claudia.) T. 1. consensu Senatus et — turbae. Cal. 14. coronam — ipsorum consensu concessam sibi. Ner. 12. consensu flagitantes. Ner. 44. qui — quasi consensu ad poenam deposcerent. Tit. 6. cunctos ingenti consensu precantes. Dom. 13.

*Consepire*. bustum ejus consepiri, nisi humili levique maceria, neglexit. Ner. 33.

*Consequi*, sequendo attingere (*einholen*, Gall. *rejoindre*). consecutus cohortes. C. 31.

i. q. *obtinere*. vix per matrem consecutus, ut — abesset. T. 12. — i. q. *accipere*. eoque plura ex liberalitate discentium consecutus. Gr. 7.

*Conserere*. monile margaritis gemmisque consertum. Galb. 18.

*Conservare* i. q. *retinere*. ordinem institutum. C. 21. (nostr. *beibehalten*.)

i. q. *custodire*, *aufbewahren*. arborem palmae repertam conservari jussit. A. 94. Clodium — chirographum ejus conservasse. Dom. 1.

i. q. *servare*, *erhalten*. reliquos Antonii liberos — conservavit. A. 17. athletis conservavit privilegia. A. 45. vocis conservandae causa. Ner. 20. 25.

*Considere*. prius quam consideret quisque (in Senatu). A. 35. in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat. A. 43. legatos — vetuit in orchestra considere. A. 44.

considere sc. ad judicandum. Cal. 38.

evenit, ut primitus ingredienti cum fascibus Forum praetervolans aquila dexteriore humero consideret. Cl. 7.

*Consessus*. consessu frequenti (in theatro.) A. 44. — *Consessores*, qui simul in balineo sedebant. Lucan.

*Considerare*. formam, qua ludum glad. erat aedificaturus, consideravit. C. 31. feminas — diligenter ac lente mercantium more considerabat. Cal. 36.

*Considerate*. debere homines consideratius jam loqui secum. C. 77.

*Consignare*. dote inter auspices consignata. Cl. 26. quod — tabellas dotis et ipse consignaverit. Cl. 29.

*Consilium*, βούλευμα (*Entschluſs*, *Absicht*.) consilium ut praeceps immaturumque omisit. A. 8. destitutum utriusque consilium. C. 9. desperans tam praecipitis consilii eventum. C. 20. quod primus consilia conjuratorum detexerat. C. 17. consilia, dispersim antea habita — in unum omnes contulerunt. C. 80. quo facilius consilia adversariorum exquireret. A. 69. hoc consilio per conscios parum celato. Ner. 34. omnium consiliorum secretorumque particeps. Oth. 3.

consilium iniit — contrucidandi. Cal. 48. percussoribus ejus postea consilium natum — ementiendi. Cal. 51.

duo consilium communicaverunt perfeceruntque. Cal. 56. semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. Cl. 4. inops consilii. Ner. 34. (ut nostr. *rathlos* i. q. *entschluſslos* h. e. incertus, quod consilium capiat.)

*consilium, quod ab aliis datur*, nostr. *Rath*. sine adju-

mento consiliove medicorum. T. 68. consilio et arbitrio vilissimi cujusque. Vit. 12. consilium operamque obtulit. Dom. 17. ne ejus consiliis — regi videretur. T. 50. quamvis nunc tuum consilium sit et votum, celeriter reverti me. Ner. 23. (ubi *consilio* mox respondet verbum *suadere*, et *voto* verbum *optare*.)

inde *coetus eorum, qui sunt a consiliis*, βουλή, ut nostr. *Rath.*

sibi instituit consilia sortiri semestria sequ. *A.* 35. dimisso consilio (judicum). A. 93. frequentissimo consilio. Dom. 12. (Utroque loco al. *concilio*, sed falso. v. *Concilium.*) nummarios judices cum suo quemque consilio notavit. Dom. 8. nihil non de consilii (militaris) sententia egit. T. 18.

*Consiliarius.* consiliarium se offerebat. T. 33. viginti sibi — depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. T. 55. cognitionibus magistratuum, ut unus e consiliariis, frequenter interfuit. Cl. 12. Ceterum v. infra verb. *Consulere.*

*Consistere, stehen bleiben.* paulum constitit. C. 51. Al. *substitit*, ut T. 11. Oth. 9. prohibitis obviis — consistere. T. 64. Cajus ejusque posteri — in equ. ordine constitere. *A.* 2. ut neque eodem loci prae ardore consisteret. Cal. 55.

ἑστηκέναι, *sich stellen*, inde *stehen.* ne quem posthac paterentur in Foro — nisi togatum consistere. T. 64. puerum — ad fores Capitolii constitisse. *A.* 94. consistens apud ripam. T. 18. somniavit, consistere se in coelo juxta solium Jovis. Cal. 57. consistens saepe inter fratres Deos medius. Cal. 22. ut constitit h. e. ut locum cepit ad cantandum. Ner. 21.

*Consobrinus.* Pr. *consobrini* dicuntur, quorum matres sunt sorores; saepius tamen ad ulteriores etiam et impares gradus appellatio extenditur, ut Cal. 26. et Cl. 26. v. not. et ind. prim.

*Consocer*, pater generi mei vel nurus meae, quasi *Mitschwäher.* Cl. 29.

*Consolari.* ut consolandos eos magis — quam puniendos habuerit. C. 68. mori destinantem praesens consolando revocavit ad vitam. A. 53. Iliensium legatis paulo serius consolantibus. T. 52. simul illum seque consolans. Dom. 18. consolando per edicta. Tit. 8.

*Consolatorii* codicilli. Oth. 10.

*Consopire.* inter initia consopitum (signif. media, καταδαρθέντα). Cl. 44.

*Consors.* Tatius consors Romuli i. q. collega regni. T. 1. consors imperii. Oth. 8. Tit. 9.

*Consortium.* si a duobus libertis in consortium reciperetur h. e. communionem bonorum. Cl. 28.

*Conspergere.* ut — verri sibi vias et conspergi propter pulverem exigeret. Cal. 43.

*Conspicere.* conspecta aquila. T. 14. conspecto delatore. Dom. 11. *conspici* (*in die Augen fallen*). Cl. 4. — *conspecto* A. 15. pro *consulto* ex corruptela.

*Conspicari.* Inepte multi *conspicati* C. 82. pro: *conspirati*, item *conspicato* A. 15.

*Conspicuus*, φανερός. conspicuum facere aliquem i. e. reliquorum oculis exponere A. 45.

i. q. *insignis.* aedes neque laxitate neque cultu conspicuae. A. 72.

*Conspectus.* in conspectum venire. C. 35. T. 7. in conspectum fuisse h. e. venisse, ut Gr. γενέσθαι. A. 16. v. n. in conspectum al. admitti. T. 4. aliquem perducere. T. 65. se in conspectum exercituum proditurum. Ner. 43. in conspectu suo. A. 98. Cal. 27. in conspectu prandentis. Cal. 32. in conspectu omnium. Vesp. 5. cujus statua in conspectu erat. Rh. 6.

tumultuantes — solus haud dubie conspectu suo flexit. Cal. 9.

*Conspirare.* conspirasse cum M. Crasso — ut — Senatum adorirentur sequ. C. 9. quem quum conspirassent perdere. Cl. 37. consp. ad res novas. Cl. 13. qui cum Varrone Mur. in Augustum conspiraverat. T. 8.

conspiratum est in eum a sexaginta amplius. C. 80. auctor singulis universisque conspirandi simul. Galb. 10.

*Conspirati.* C. 82. Galb. 19. Dom. 17. quasi conspiratis, idemque et unum sentientibus. Ner. 43.

*Conspiratio.* C. 15. 80. A. 19. Cal. 56. Dom. 14. 17.

*Conspurcare* (sensu obscoeno). quem quum ante mortem per vim conspurcasset. Ner. 35.

*Constare* (*kosten.*) area constitit super sequ. C. 26. nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummûm constiterunt. Vit. 13. uni mellita quadragies sestertio constitit, alteri pluris aliquanto absorptio rosaria. Ner. 27. quanti funus constaret. Vesp. 19.

*bestehen.* quicquid auro argentoque constaret. A. 25.

i. q. *firmum*, *certum*, *salvum esse.* valetudo ei neque corporis neque animi constitit. Cal. 50. i. e. firma, salva fuit. si sibi pudicitia constaret i. e. salva esset. T. 2. quibus ratio impensarum constaret. Ner. 30. i. e. qui certam imp. rationem haberent s. ducerent. ut vix sibi ipse constaret Galb. 14. h. e. ut vix idem esset, vix certam mentem ostenderet.

*constat* i. q. certum est. quos fraude — inductos constitisset. A. 33. constitit inter haruspices. A. 96. quam — longe abesse constabat. Vesp. 7. constat. A. 71. Ner. 36. Tit. 7. constet licet. Vesp. 1. satis constat. C. 1. A. 10. T. 49. Cal. 3. 59. Cl. 15. quod magis constat. T. 1. quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri. Rh. 1.

*Constans.* constans fama erat. C. 6. vetus et constans opinio. Vesp. 4. constanti et opinione et sermone paene omnium. T. 39. aetate nondum constanti h. e. firma s. matura. Galb. 4.

*de animo.* nihilo securior aut constantior. T. 65. vir neque satis constans. Ner. 2.

*Constanter.* quo constantius (h. e. *firmius*, *validius*, nostr. *fester*, *nachdrücklicher*) cetera quoque exsequeretur. A. 10. uno et altero proelio tam constanter inito. Vesp. 4. h. e. *fortiter.* proelia — aliquanto constantius (h. e. *fortiori*, *alacriori animo*) inibat. T. 19. Trojam constantissime lusit Ner. 7. h. e. *fortissimo animo.*

*beständig*, *ausdauernd.* amicitias — constantissime retinuit. A. 66. quicquam amplius pati constantissime recusantem. T. 45. constantissime affirmasse. Tit. 2.

*Constantia* (*Standhaftigkeit*). C. 63. A. 42. nequaquam animi constantiam praestitit. Lucan.

*Consternare.* consternata Resp. caede Clodii. Cl. 26. adeo consternatum ferunt. A. 23. consternatus ruinae metu populus.

A. 43. consternatus — transcursu fulguris. A. 90. equo odore — cadaveris consternato. Ner. 48. qua (morte) maxime consternatus. Galb. 11. taurus securis ictu consternatus. Galb. 18. consternatis et — anxiis omnibus. Vit. 8.

*Consternatio.* super tali consternatione h. e. in tali constern. C. 20. magna consternatione. Cl. 12. non mediocrem fore consternationem. Cal. 51.

*Consternere.* constrato Circo. Cal. 18.

*Constituere* nostr. *anordnen*, *einrichten*, *festsetzen*, *bestimmen*, Gr. *καθιστάναι*.

annus, quo haec constituebantur. C. 40. Romae castra constituit. T. 37. ludos illic quinqu. constituit. A. 18. templa, aras, ludos. A. 59. lupanar. Cal. 41. quintana domi constituta. Ner. 28. — civitate, quam constituebat. Cal. 34. collegia antiquitus constituta. C. 42.

*alicui aliquid.* geminis fratribus aedes in Foro constituta. C. 10. propria Senatoribus loca. Cl. 21. alicui praemia. C. 17. commoda. Cl. 18. salaria. Ner. 10. Proconsulibus certam pecuniam. A. 36. rhetoribus annua. Vesp. 18.

i. q. *decernere.* si quid de Trib. — gravius a Senatu constitutum esset. C. 30. de inhibenda testam. licentia ne quicquam constitueretur. A. 55. Al. ne Senatus quicquam constitueret. placet semel de tota re aliquid constitui. Cl. 4. multa decreta et constituta. Ner. 53. ne quid adversus constitutum facerent. T. 75.

proripuit se — ad constitutum. Oth. 6. (ubi *constit.* est neutrum Graeco more pro: ad constitutum locum, *an den bestimmten*, *ausgemachten Ort.*) Unde: constituere

*cum aliquo aliquid.* puerum ut ducerent — heri cum his constitui. Cal. 8.

i. q. *ordinare.* Remp. C. 9. 27. triumv. Reip. constituendae. A. 27. (ut nunc: *organisiren*, *Constitution geben*, et similia.) civitatem. Cal. 34. v. supra.

nostr. *anstellen*, quod saepe Lat. *ordinare.* ducem. T. 65. praefectos pro Praetoribus. C. 75. accubante aliqua pallacarum, quas in locum defunctae Caenidis plurimas constituerat. Vesp. 21.

*Constitutio*, nostr. *Anordnung*, *Verordnung.* ex constitutione patris. T. 50.

constitutiones Senatus i. q. decreta. T. 33.

*Constringere.* constringi sine mora jussit. Cal. 35. arripi constringique jussit. Ner. 34.

*Construere.* horrea saxeo muro constructa. Ner. 38. monumentum, quod libertus ejus — filio construxerat. Dom. 8. sec. plerosque. Melius: *exstruxerat.*

*Constuprare.* aliquem. T. 44. hunc adolescentulum mutua libidine constupratum. Vit. 12. Etiam Ner. 35. multi *constuprasset* pro *conspurcasset.*

*Consuescere.* sicut consuerat. C. 73. (de qua forma v. Oudend. et quos citavit ad C. 73. T. 34. et Ner. 12.) restituere consuerat. A. 66. centumv. hastam, quam quaestura functi consuerant cogere. A. 36. Masgabam — *κτιστήν* vocare consuerat. A. 98. consuerat — reddere. T. 34. spectare consuerat. Ner. 12. exspectare lucem consuerat. Cal. 50. ubi aestivare consuerat. Galb. 4. quem — ante lucem capere consuerat. Galb. 22. explicare consuerant. Rh. 1. utque consuerat. Oth. 6. — quem

Aegisthum appellare consuesset. C. 50. quamvis — accipere consuessent. A. 41. legere se militem, non emere consuesse. Galb. 16. linere consuetum. Oth. 12.

*Consuetudo.* captum imperii consuetudine. C. 30. quae — ex consuetudine bellorum civ. duraverant. A. 32. mala consuetudine. T. 33. desideranti consu. veterem. A. 40. quod consu. antiquam retulisset. T. 32. ne quis mendum magis, quam consuetudinem putet. A. 87. Graeca consuetudine invaluit. Gr. 4. quae praeter consuetudinem ac morem majorum fiunt. Rh. 1. praeter consuetudinem. A. 97. T. 18. ad negotiorum consuetudinem rediit i. q. ad sueta negotia. T. 52. nec quicquam ex consuetudine luxus atque desidiae omisit. Ner. 42. ut neque vino neque consuetudine reliqua abstineret. Ner. 51. vomitandi consuetudine. Vit. 13. revocata coenarum rectarum consuetudine. Dom. 7. consuetudo victus. Gr. 14. ne quid oculorum consuetudini deperiret. Vesp. 2. repetisse — declamandi consuetudinem. Rh. 1. quum esset consuetudo, ut sequ. C. 21.

i. q. *communio, usus, commercium.* per hanc nutrimentorum consuetudinem. Cal. 9. quum Agrippinae consuetudine teneretur. T. 7. Octaviae consuetudinem cito aspernatus. Ner. 35. stupri consuetudinem facere cum al. Cal. 24. consuetudine mutui stupri. Oth. 2. consuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore habuerit. Tit. 10.

*Consul.* Consul designatus. C. 14. A. 27. patre Consule designato. Dom. 1. Consules designati. C. 29. A. 64. quum Consules designaret. Cl. 46. repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. C. 76. utroque anno binos Consules substituit sibi in ternos novissimos menses. ibid. trimestris Consul. C. 80. Consules eos declarantium. ibid. Consulibus, oblitis *de natali suo edicere*, abrogavit magistratum, fuitque per triduum *sine summa potestate* Respublica. Cal. 26. ut *Consules* primo non in Curiam — sed in Capitolium *convocarint* (*Senatum*). Cal. 60. Consules cum Senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occuparant. Cl. 10. *jus nundinarum — a Consulibus petiit.* Cl. 12. *jus et Consul* et extra honorem laboriosissime *dixit.* Cl. 14. qui saepe *inter duos Consules ambulabat.* Cl. 28. quum deportandum Romam corpus Augusti humeris suis *a Consulibus exposcerent* (Equites.) Cl. 5. *orationes* ad Senatum missas, praeterito Quaestoris officio, *per Consulem* plerumque *recitabat.* Ner. 15. Consules ante tempus privavit honore, atque in utriusque locum solus iniit consulatum. Ner. 43. quos — editos Consules vidit. Vit. 3. comitia in decem annos ordinavit, seque *perpetuum Consulem.* Vit. 11. — quum consuetudo esset, ut, quem ordinem *interrogandi sententias* Consul Kal. Januar. instituisset, eum toto anno conservaret. Cal. 21. v. n. — relicto novorum Consulum officio. C. 15. v. *Officium.* — relationes Consulum. Cal. 15.

sequentibus Consulibus i. q. sequenti anno. C. 1. Julio et Caesare Consulibus. C. 20. Consulem se effecturum, quod Praetor nequisset. C. 24. quum Senatus unum Consulem — fieri censuisset. C. 26.

non esse Consulem eum. C. 80. apud eundem Consulem — verba fecit. Ner. 7. nisi se Consule. Ner. 43. Consul Antonius. C. 79. 84.

*quater Consulis* h. e. qui omnino quater Consul fuit. C. 1. Tauri *bis Consulis*. Ner. 35. *ter Consulis*. Vit. 7. (Contra *Spartian*. Adrian. 1. „Vespasiano *septies* et Tito *quinquies* Css." pro: *septimum* et *quintum*, quod defendi vix potest.) uno die Consulis. Ner. 15.

*Consularis*. *vir consularis* v. *consularis* simpl. C. 4. T. 27. 61. Cl. 29. Tit. 6. Dom. 11.

*consularis* additum nomini. C. 9. A. 8. consulares. A. 62. Cal. 54. Dom. 10. Vesp. 17. v. infra.

*femina consularis* h. e. uxor viri consularis. A. 69. — *consulari familia* juvenis. Cal. 36.

*consulares legati* h. e. legati Caesaris s. Propraetores consulari dignitate in provinciis Caesaris. T. 41. v. not. et ad A. 47. appellationes litigatorum provincialium delegavit consularibus viris, quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. A. 33.

unum et alterum consulares, oblatis provinciis, non ausus a se dimittere. T. 63.

Cappadociae — consularem rectorem imposuit pro Equite Rom. Vesp. 8.

consulares exercitus praepositi. T. 32.

curatores restituendae Campaniae e consularium numero sorte duxit. Tit. 8.

nunquam non in Senatu novissimus consularium sententiam dixit. Cl. 9.

consularibus ludis. Terent. 4. h. e. honorariis Consulum ludis.

*Consulatus*. post designationem consulatus. C. 9. ad triumphum simul consulatumque decessit. C. 18. consulatus competitores. C. 19. ubi suspectum voc. *consulatus*. — consulatu excludi. C. 18. consulatus candidatus. C. 24. profiteri se candidatum consulatus. A. 4. succedere alicui in consulatu. C. 21. functus consulatu. C. 23. abeuntem consulatu. Ner. 1. exacto consulatu. Cal. 8. consulatum alterum petere. C. 24. ut absenti sibi — petitio secundi consulatus daretur. C. 26. proximo suo consulatu. C. 50. consulatus honore. Ner. 4. in secundo suo consulatu. Dom. 3. in primo consulatu. A. 61. in consulatu — extra consulatum. A. 53. in consulatu. Ner. 1. suffragator in petitione consulatus. C. 73. qui consulatum acceperat. A. 10. fiducia consulatus, quem gerebat. A. 14. consulatum — invasit. A. 26. quoties consulatus sibi daretur. A. 37. quem ad consulatum usque provexerat. A. 66. repulsa consulatus. Galb. 3. ordinarius consulatus. Galb. 6. Vit. 2. Dom. 2. consulatum gessit una. Cl. 7. consulatum in senos plerumque menses dedit. Ner. 15. solus iniit consulatum. Ner. 43. continuus consulatus. C. 76. cf. A. 26.

Claudia gens duodetriginta consulatus adepta. T. 1. Livia gens octo consulatibus honorata. T. 3. Aenobarbi functi consulatibus septem. Ner. 1.

Germanicus post quaesturam consulatum statim gessit. Cal. 1. Consul deinde iterum creatus. ibid. post praeturam confestim initus consulatus (a Druso.) Cl. 1.

consulatus Caesaris. C. 20. (de altero consul. v. not. ad C. 35. init.) 76. Augusti. A. 26. 31. Tiberii. T. 26. Caligulae. Cal. 17. Claudii. Cl. 7. 14. Neronis. Ner. 14. Galbae. Galb. 6. Vitellius perpetuus Consul. Vit. 11. consul. Vespasiani. Vesp.

4. 8. Titi. Tit. 6. Domitiani. Dom. 2. 13. Sextilem mensem Aug. e suo cognomine nuncupavit — quia hoc sibi et primus consulatus, et insignes victoriae obtigissent. A. 31.

*Consulere* i. q. *consilium expetere*, *interrogare*, *um Rath fragen*, *befragen.*

ut de bellis triumphisque hic (in aede Martis Ultoris) consuleretur Senatus. A. 29.

consuluit Senatum, quid officii sui putaret. A. 56. Praetor — Senatum consuluit. Rh. 1.

*Senatusconsultum.* h. e. decretum ex plurimorum sententiis. v. *Senatus.*

consulente Praetore (Imperatorem), an sequ. T. 58. nisi se consulto. A. 65. nisi se consulto et auctore. Cal. 34.

*consulere oraculum*, *haruspicem*, *mathematicum.*

in Liberi patris luco barbara cerimonia de filio consulenti. A. 94. consulto Delphis Apolline. Ner. 40. Carmeli Dei oraculum consulentem. Vesp. 5. adito Paphiae Veneris oraculo, dum de navigatione consulit. Tit. 5. qui prior consulebat (mathematicum). A. 94. haruspices — consuli vetuit. T. 63. consulenti de genitura sua — Sulla mathem. affirmavit. Cal. 57.

haruspicem, qui consultus de fulgure — praedixerat. Dom. 16.

i. q. *interrogare*, *fragen*, *anfragen.* quibus de rebus consulis. Cl. 4.

consultus, num sequ. A. 18. ac de hoc quoque consuluit A. 98. (praecesserat: Thrasyllum — *interrogavit.*) quum — Apellem tragoedum consuluisset, uter sequ. Cal. 33.

*consilium dare*, inde i. q. *providere*, *prospicere.* ut sibi quisque pro facultate consuleret. Oth. 10.

*boni consulere* i. q. bonum habere, benigne judicare de al. re. Horat.

*consulto* i. q. re consulta i. e. deliberata, nostr. *absichtlich*, *überlegt.*

vel consulto, vel etiam memoria lapsus. C. 56. quum praestructum utrumque consulto esset. T. 53. nisi Thrasyllus consulto — compulisset. T. 62. consulto eum ad arma isse. A. 15. v. not.

*Consultare.* consultante Cn. Pompejo de mediis. Ner. 2. quoties ad consultandum secederet (*zur Berathung*). Ner. 15. tempus ad consultandum petituros. Vit. 16.

*Consultatio.* transacta raptim consultatione. Ner. 41.

*consultationes* h. e. res, de quibus oraculum consuluerat (*Fragen*, *Befragungen*). T. 14.

*Consumere.* quum consumtum a formicis (draconem) invenisset. T. 72.

donec ipsa domus incendio consumta sit. Cal. 59.

continuum biduum epulando potandoque consumsit. T. 42.

*Consummare*, Gr. ἀποτελεῖν, absolvere, perficere. quod neque opera consummare (posset), quae instituerat. C. 30. — ante paucissimos, quam consummaturi essent (stipendia), dies. Cal. 44.

*Consurgere* i. q. surgere. subito — consurrexisse. T. 73. consurgenti ei. Ner. 19. dum consurgit. Vesp. 24.

solitus — sedens incipere, et calore demum provectus consurgere. Rh. 6.

consurgere ad res novas (i. q. movere res novas, ut nostr. *aufstehen*, *Aufstand*, *sich empören* etc.) C. 9.

*Contabulare.* qui — Hellespontum contabulaverit. Cal. 19.

*Contaminare.* urina contaminare al. Ner. 56. ne qua religio Deûm impune contaminaretur. Dom. 8. contaminatos veteri negligentia ordines purgavit. Vesp. 9.

*max. de impudicitia et libidine.* florem aetatis — contaminatum. C. 49. contaminatis paene omnibus membris. Ner. 29. omnibus probris contaminatos. A. 65. Vit. 4.

*Contegere.* pelle contectus. Ner. 29. piscina contecta porticibusque conclusa. Ner. 31.

*Contemnere.* Deos. Cal. 51. quamvis se contemni — animadverteret. Gr. 24. cont. convicia. T. 66. pro contemto se habitum. T. 73. contemtior in dies. T. 13. contemtissimae inertiae. Dom. 15. quod erat contemtiore vestitu. Ter. 2. non contemnenda manus i. q. haud exigua. T. 29.

*active.* quo contemtius abuteretur patientia hominum h. e. majore contemtu. Dom. 11.

*Contemtor* religionum. Ner. 56.

*Contemtus* subst. — *act.* contemtu omnis infamiae. Ner. 39.

*pass.* ceteras contemtui habuit. A. 93. contemtui esse. Cl. 15. contemtu magis, quam gratia electum. Vit. 7. contemtu sui. Vit. 14.

*Contendere* i. q. *ire*, *pergere.* ad destinatum locum. A. 98. ad portam. Rh. 6. in castra. Oth. 6. Romam. Tit. 5.

i. q. *certare.* de corona. Ner. 12. praeconio. Ner. 24. inter citharoedos. Vit. 4.

i. q. *studiose agere aliquid precibus* etc. quum — illi pertinaciter contenderent. C. 1. magno opere contend. *ne.* A. 27. Vit. 3. omni opere cont. *ut.* Dom. 2.

i. q. *affirmare*, sequ. acc. c. inf. Cal. 15. Dom. 6.

*contentus* partic. contentis et tumentibus oculis. T. 7. Reliqua sunt a v. *Continere.*

*Contentio*, i. q. *controversia.* orta inter advocatos levi contentione. Cl. 15.

*Conterrere.* conterritos refugisse. Ner. 6. conterritus. Ner. 49. atrocitate poenae conterritus. Dom. 11. Tedium — tantis conterruit minis. A. 27. Al. *perterruit* et *atterruit.* v. Oudend.

*Continere* i. q. tenere, ne quis agere, movere se, evagari possit.

dextram obambulantis — continuit. T. 25. manus paenulis continerent. Galb. 6. quem vinculis adhuc Romae continebat. T. 65. castra, quibus praetor. cohortes, vagae ante id tempus — continerentur. T. 37. ex insulis, quibus continebantur. A. 19. ut eodem loci in perpetuum contineretur. A. 65.

*continere se* sc. domi (nostr. *sich zu Hause halten.*) C. 81. Galb. 19.

i. q. *coercere*, *cohibere.* quos metus magis quam voluntas contineret. A. 15. ut et a peritis et assuetis socii continerentur. A. 23. continebar (i. e. prohibebar) doctissimorum hominum auctoritate. Cic. apud nostr. Rh. 2.

*de finibus regionis.* Galliam, quae saltu Pyrenaeo — Rhodano continetur. C. 25.

*de argumento libri.* quoniam libris fatalibus contineretur. C. 79. librum continentem querelas. Gr. 9 quo continebantur — SCta etc. Vesp. 8.

*Continens* sc. terra. (*festes Land, terra firma,* ἤπειρος.) quum partem reliquam copiarum continenti repeteret. A. 16. Al. *ad partem — continentem repeteret.* ex insula in continentem — transtulit eam. A. 65. transiit in continentem. T. 40.

i. q. *continuus,* συνεχής. biduo continenti. Cal. 19. — continenti scriptura. Gr. 2.

Ita *e continenti genere* (*in ununterbrochner Geschlechtsfolge*) *Cic.* Fin. 2, 19, 61.

i. q. *se continens, se cohibens a vitiis,* ἐγκρατής. in ceteris partibus vitae continentissimum fuisse constat. A. 71.

*Continentia* i. q. τὸ continere. priclitatum quendam — ex continentia (crepitus). Cl. 32.

*Contentus* pr. participium med. v. *continere,* qui se continet in aliqua re, nostr. *zufrieden.*

c. *ablat.* cont. potestate. C. 76. magisteriis. A. 2. aedibus modicis. T. 11. se uno h. e. proprio consilio. T. 18. epulo. Vit. 10. contenti simus hoc Catone (proverb.) A. 87. v. n.

contentus hoc erat, *ut* sequ. A. 82.

c. *infin.* nec contentus — eripere. C. 28. non cont. — scripsisse. C. 49. non cont. — removisse. A. 40. cavere contentus. T. 25. nec contentus — exsculpsisse. Cl. 1. nec contentus — dedisse. Ner. 22. nec corrupisse contentus. Oth. 3. non enim contentus — revocasse. Vesp. 16. (*Plin.* Paneg. 63, 5. „jussisse contentus.")

*Continuus* i. q. *sine intervallo, sine interruptione,* συνεχής, *zusammenhangend, ununterbrochen.* continui agri. C. 38. triumphos tres egit — continuo triduo omnes. A. 22. (Oppon. *interjectis diebus.* C. 37.) per continuos dies. C. 78. per septem continuos dies. C. 88. diebus continuis — assidens. Ner. 20. ceteros continuos dies. A. 98. cont. biduum. T. 42. per continuos menses. A. 23. duobus continuis noctibus. A. 94. biennio continuo. T. 38. continuo triennio natae. Cal. 7.

*continuus consulatus.* C. 76. h. e. non perpetuus, sed per plures deinceps annos sine intervallo gestus. *in continua oratione* T. 27. distingu. a *sermone.*

ut, *continuis actionibus* omissis, *singillatim* quaeque *per vices* ageret. Ner. 15. h. e. non orationes haberentur in utramque partem ab advocatis, sed per singulas partes quaerendo et respondendo a judicibus causa cognosceretur. v. not.

quamvis *continuis* triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. Cl. 20. h. e. per totum operis tractum una nec interrupta hominum serie perpetuo operante. v. not.

*Continuo,* h. e. sine temporis intervallo, itaque i. q. *statim.*

missionem continuo efflagitavit. C. 7. continuo enata soboles. A. 94. commutare continuo. T. 27.

*Continuare,* sine interpellatione deinceps gerere. continuare consulatus. A. 26. Ner. 14. Dom. 13.

modo continuantes unumquodque (praenomen) per trinas

personas, modo alternantes per singulas. Ner. 1. biennio continuato. Vit. 5. fortasse leg. *continuo.*

*Continuatio.* attenuatum te esse continuatione laborum. T. 21. h. e. laboribus sine intermissione, sine requie exantlatis.

*Contingere.* ut radiis prius quam terra contingeretur (sc. ipse Nero.) Ner. 6. si dignaretur calce contingere (crus suum). Vesp. 7.

*de finibus.* contingentes Illyricum coloniae. A. 25.

*de affinitate vel cognatione.* a matre M. Pompejum artissimo contingebat gradu. A. 4. familiae, quas ipse contingeret. Ner. 32. nullo gradu contingens Caesarum domum. Galb. 2.

i. q. *evenire*, nostr. *zu Theil werden.* cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset. C. 35. omnes Germanico corporis animique virtutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse. Cal. 3. qualis (honor) contigerat tirocinio fratrum ejus. Cal. 10.

*Contorquere.* contortis faucibus convertens (fugientes) in hostem. C. 62.

*Contra* i. q. *e regione*, *ἐναντίον*, *gegenüber.* contra theatri ejus regiam. A. 31. contra Praetoris tribunal. A. 44. contra solis exortum. A. 94. contra hemicyclium. Gr. 17. contra se. Cal. 18.

*sine casu.* contra accubare. A. 98. accumbere. Cal. 25.

i. q. *adversus*, *gegen*, *entgegen.* simulationes contra nullos C. 73. (ubi tamen melius: simul. contra *nullas*, ut *contra* sit nostr. *im Gegentheil.* v. infra.) contra voluntatem. T. 12. contra morem. Cal. 43. contra opinionem. Vit. 7. contra praedicta cadentibus rebus. T. 14. opsonia contra vetitum (sc. ὄντα Graeco more) C. 43.

i. q. *im Gegentheil*, quod vulg. *e contrario* dicunt, unde Gall. *au contraire.*

simultates contra. C. 73. v. Burm. et Oudend. contra Claudius. T. 2. contra Senatus. Dom. 23. contra plures. Vit. 2. sunt contra, qui. Vesp. 16.

*at contra.* A. 93. Galb. 15. Vit. 9. *et contra.* Cal. 51. *vel contra.* Galb. 3.

*neque* vitio ullo — *et contra* virtutibus summis. Tit. 7.

*Contrarius.* contrariae quinqueremes Ner. 31. h. e. ex adverso motae. contraria exta. h. e. adversi ominis. Oth. 8. imperaturo contrariam esse (philosophiam) Ner. 52. h. e. alienam ab imper.

*Contradicere.* quum — ambienti — multi contradicerent. C. 18. quo facilius C. Curioni — contradiceret. Rh. 1. contradixit edicto. A. (55.) 56. contradicerem tibi. A. 54. (ubi Ernest. deletum vult *tibi.* Sed v. not.) contradicente nullo. C. 20.

*Contrahere* i. q. cogere, *συναγείρειν.* auxilia. C. 4. veteranos. A. 10. copias. A. 96. Galb. 6. naves. Cal. 19. commeatum. Cal. 43. undique libros. A. 31. exemplaria. Gr. 24.

contrahere matrimonia Cal. 25. oppon. *dimittere.*

nostr. *sich zuziehen.* causam valetudinis ex al. re. A. 97. offensam. Vesp. 4. plurimum invidiae. Tit. 6. — ut Gr. *σπάω*, *συσπάω.* contractus frigore digitus. A. 80. contractis membris i. q. convulsis. Cal. 58.

*Contrectare*, manu tractare, versare, *befühlen*, *betasten.*

contrectandae pecuniae cupidine incensus. Cal. 42. contrectasse membra. Ner. 34.

*scrutandi* causa. ne feminae praetextatique pueri et puellae contrectarentur. Cl. 35.

*sensu obscoeno.* contrectatis multorum uxoribus. Dom. 1.

*Contribuere* i. q. *tribuere.* alienigenis contribuit (regna.) A. 48.

*Controversia* i. q. causa litis, et quidem *civilis*, non *criminalis.* controversias distrahere. C. 85.

*in scholis rhetorum* argumentum, de quo disputatur. donec ad controversiam ventum est. Rh. 1. veteres controversiae aut ex historiis trahebantur — aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset. ibid. olim eas appellatione Graeca συνθέσεις vocabant, mox controversias quidam, sed aut fictas, aut judiciales. ibid. proposita controversia. Rh. 6.

*Contrucidare* i. q. *trucidare.* C. 75. Cal. 28. 48. Ner. 43. Galb. 19. Dom. 17.

*Contubernium* pr. *communis habitatio in eodem tentorio.* Utebantur autem juvenes nobiles *contubernio ducum*, cohorti praetoriae ascripti, ad discendam artem militarem. Ita Caesar stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio. C. 1. v. not.

inde de *convictu* omnino et *familiaritate* dicitur, max. virorum doctorum, quibus discipuli adhaerebant.

deinde eruditione etiam varia repletus est per Arei philosophi filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris contubernium. A. 89. institutus Alexandriae — in contubernio Dionysii. Gr. 7. receptus in Planci oratoris contubernium. Rh. 6. — et de *amicitia* et *comitatu* Principum: quem ut sapientiae professorem contubernio admoverat. T. 14. Seleucum grammat. — primum a contubernio removit. T. 56. prohibitus contubernio (quum *inter comites Neronis* fuisset) Vesp. 4. ex contubernio sordidissimorum hominum. Cl. 5.

*habitatio in eadem domo.* primum in matris, deinde — in Liviae Aug. proaviae suae contubernio mansit. Cal. 10. matrem — contubernio quoque ac Palatio expulit. Ner. 34. in contubernium ultro invitatus — Palatium Capitoliumque conjunxit. Cal. 22.

*de consuetudine illicita* s. *turpi commercio.* pudicitiae ejus famam nihil quidem praeter Nicomedis contubernium laesit. C. 49. stupratum a se ac latera sibi contubernio ejus defessa. Cal. 36. Caenidem, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium. Vesp. 3. h. e. concubinam fecit. Oppositum enim contubernium justo matrimonio s. conjugio.

*Contubernalis.* neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur. C. 42. ubi intellig. contubernium militiae causa, de quo primum diximus.

*Contueri* i. q. *intueri.* obvium sibi Aug. — non sine admiratione contuitus. A. 94. si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum summitteret. A. 79.

*Contumax* h. e. qui persistit in proposito, contemtis aliorum minis vel precibus; haud dubie enim derivandum a *contemnere*, non a *tumere*, aeque ac *contumelia.* nostr. *hartnäckig*, *trotzig.*

adversus plebem adeo violentos et contumaces T. 2. (ubi *violentos* ad alterum membrum pertinet: *nonnulli — pulsave-*

*rint*, sed *contumaces* ad prius: *ut ne capitis qu. quisquam reus — sustinuerit.*) contumeliosa et minaci et *contumaci* epistola. Cl. 35. h. e. qua Imperatoris contemtum proderet; nos vertimus: *trotzig*. legionem contumacius parentem. A. 24.

*Contumacia*. nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit. A. 54. (ubi *contumacia* ad Antistium pertinet, qui admonitus etiam sententiam non mutaverat.) ob nimiam *contumaciam* et ferocitatem gravatus. Vit. 12. h. e. arrogantiam, qua sui arbitrii Vitellio parere nolebat. philosophorum contumaciam lenissime tulit. Vesp. 13.

Exemplum est sub finem capitis: *Demetrium Cynicum — appellare.*

*Contumelia*, ὕβρις, injuria cum contemtu, *Beleidigung*, *Beschimpfung des Namens und der Ehre.*

adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam. C. 79. non sine verborum contumelia. A. 13. accepit in contumeliam ejus — versum. A. 68. non tam indignitate contumeliarum. Cl. 36. omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum insectatus est. Ner. 33. nihil contumeliarum defuit, quin subiret. Ner. 45. ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet. Ner. 49. quam — contumeliis obnoxius vixerit. T. 63. v. not. et c. 66. ubi contumeliae illae enarrantur. nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Cl. 8. ut in contumeliam suam traheret, si sequ. Dom. 18. per contumeliam. C. 22. A. 7. Ner. 41. Vesp. 2. contumeliae causa. T. 27.

*Contumeliosus*. contum. epistola. Cl. 35. contum. edicta. Ner. 41.

*Conturbare*. annum a D. Jul. ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum. A. 31. (ubi *conturbare* est: ordinem restitutum movere, *confundere* ut gravius: omnia miscere.)

*Contus*. contis elidere cadavera. T. 62. contis remisque detrusit in mare. Cal. 32.

*Convalescere* ex morbo. A. 59. Cal. 6. Cl. 25. languentes ramos convaluisse. A. 92.

ut tandem annona convaluit h. e. uberior venit, laetior exstitit. A. 42.

*Convehere*. commentarios — convectos in Forum — concremavit. Cal. 15.

*Convellere* signa Cl. 13. h. e. e terra evellere. *Tac.* A. 1, 20. *vexilla convellunt*, ubi v. Gronov. — convulso latere. T. 72. de morbo σπασμοῦ.

*Convenire*. homines — ad quos juventus in ludum conveniat. Rh. 1.

i. q. *pacisci*, *componere*, ut Gr. συμβαίνειν. v. Lex. Xenoph. sub h. v. Inde imperson. *convenit* i. q. *compositum est*. signum, quod ab eo dari convenerat. C. 9. convenisse autem, *ut* sequ. ibid. et brevius: quod signum convenerat Oth. 6. pro: de quo signo convenerat.

*convenit* i. q. *constat*, ut nos: *es ist ausgemacht*, Gr. ὁμολογεῖται. veneno quidem occisum convenit sequ. Cl. 44. convenit inter omnes, tam certum eum — fuisse. Vesp. 25.

i. q. *congruit*, *aptum est*, προςήκει. negligentior, quam conveniret Principi electo. Galb. 14. et c. praep. *in*, ut nos: *es schickt sich an jemandem*, Gr. προςήκει ἐν. nihil minus *in* perfecto duce *convenire*. A. 25. Injuria fines scripsere Latinitati. v. Wolf. et not. nostr.

partic. *conveniens.* majora nec feminae convenientia negotia. T. 50. nihil convenientius ducens. A. 10. uxor bene conveniens. T. 7. Gr. εὐάρμοστος.

*Conventus* i. q. *coetus.* conventu maximo C. 49. h. e. frequentissima concione. conventus nocturni. A. 75. in conventu matronarum i. q. coetu (*Gesellschaft.*) Galb. 5.

*conventus* de *judiciis provincialibus*, quae a Praetoribus vel Quaestoribus in certas urbes cogi solebant. v. ad C. 7. et Gesner. ad *Plin.* ep. 10, 66, 1. — quum mandatu Praetoris jure dicundo conventus circumiret (Caesar Quaestor Hispaniae ulter.). C. 7. conventibus peractis. h. e. judiciis per provinciam habitis. C. 30. 56. conventum agens. Galb. 9.

inde *de urbibus ipsis, ubi conventus habebantur.* v. ad C. 7.

circa conventus mercatusque Graeciae. Ner. 28.

*Converberare.* capite converberato. Ner. 42.

*Convertere.* retinensque singulos, et — convertens in hostem. C. 62. Romam iter convertit. C. 34. piscinam — quo, quicquid totis Bajis calidarum aquarum esset, converteretur. Ner. 31. quum — se convertisset sc. ad auspicium v. omen captandum. Vesp. 7. v. Ern. et Oudend. statuam D. Julii ad Orientem sponte conversam. Vesp. 5. (sensu med.) atque ita

*conversus*, μεταστραφείς. conversus ad proximos. C. 31. Ner. 34. Dom. 16. conversus ad accusatorem. A. 51. conversus ad Thrasyllum. A. 98. v. etiam infra *converti.*

convertisse hominum oculos fulgore purp. abollae. Cal. 35. proximas quoque (provincias) convertit in se. Vesp. 4. quaqua iret, convertit homines. Tit. 5. cf. *Cornel.* Alcib. 3. „quare fiebat, ut *omnium oculos*, quotiescunque in publicum prodisset, *ad se converteret*, neque ei par quisquam in civitate poneretur.“ Gr. πάντων τὰς ὄψεις εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφειν v. ἐπισπᾶν, unde ἐπιστροφή i. q. *cura, attentio.*

*convertere animum* ad al. i. q. *intendere an. v. se conv. ad aliquid.*

etiam ad rapinas convertit animum. T. 49. v. Oudend. Cal. 38. Idem est

*converti.* in desidiam segnitiemque conversus est. Galb. 9. ad vim conversus est. Oth. 5.

conversus hinc ad ordinandum Reip. statum. C. 40. conversus hinc ad curam triumphi. Cal. 47.

*convertere aliquem.* festinantem ad corporis curam — Parthenius convertit h. e. ab illa avertit et alii rei intendit. Dom. 16.

unde *convertere* i. q. *mutare.* speciem principatus in regni formam convertere. Cal. 22.

epistolas primus videtur ad paginas et formam memorialis libri convertisse. C. 56.

fama — conversa est in maximas laudes. Tit. 7. et de *mutato animo:* legionibus, quae sacramentum mutaverant, in poenitentiam religione conversis. Cl. 13.

i. q. *interpretari* alia lingua, nostr. *übersetzen.* Eurip. versus, quos sic ipse convertit. C. 30. interdum Graecorum scripta convertere. Rh. 1. fabulae conversae e Menandro. Ter. 5.

*Convicium.* perenni opprobrio et ad omnium convicia exposito. C. 49. hunc foedissimo convicio coram prosciderunt. A. 13.

non defuit, qui eum — convicio incesseret. T. 11. adversus convicia malosque rumores — firmus ac patiens. T. 28. ut concitarentur ad convicia. T. 54. urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia. T. 66. maledicta et convicia hominum. Ner. 39. cetera convicia, ut falsa — refellebat. Ner. 41. ea demum extudit, magis convicio, quam precibus vel auctoritate. Vesp. 2. qui — per convicia et jocos — inquietarent. Ner. 34.

*Conviciari.* conviciantique oculum — excussit. T. 53.

*Conviciator.* conviciatorem rapi jussit in carcerem. T. 11.

*Convictus*, *Convictores*, utrumque a *Convivere*, v. post *Convivium*.

*Convincere. c. gen.* repetundarum convictos. C. 43. alter latrocinii, caedis alter convictus est. T. 1. — *c. ablat.* etiam scelere convictos. Ner. 31. ut *damnatos.*

*c. praep. in.* in majore fraude convictos. Cl. 15. v. Ern. convictos in affectatione imperii. Tit. 9.

*c. infin.* si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Cal. 40.

convictus quoque dicitur, ducenta sestertia expressisse juveni. Vesp. 4.

simpl. repetitam atque convictam. Dom. 8.

*Convivium.* convivio se frequenti dedit. C. 31. frequenti convivio. T. 61. pleno convivio. C. 49. A. 51. 76. Cal. 24. familiari quodam convivio. T. 13. domestico convivio. Cl. 44. sollemni convivio. Vit. 11. lautiore convivio. Cal. 32. in sermone convivii. Ner. 38. Al. *communi.* v. *Communis.*

e triclinio — in cubiculum abductam, rursus in convivium — reductam. A. 69.

e convivio egrediens. T. 72. deserto repente convivio. Cal. 45. statim e convivio abduxisse eam. Cal. 25. vel ante initum vel post dimissum convivium. A. 76. ut convivio — interponeretur. Cal. 39. in convivium — admoneri jussit. Cl. 39. protraxit convivium. Ner. 34.

convivia nonnunquam et serius inibat, et maturius relinquebat. A. 74. neque convivia inire ausus est. Cl. 35. quamvis nihil — praetermitteret, ne convivia quidem. T. 72. convivia agitavit et ampla et assidua. Cl. 32. convivia instituit jucunda magis quam profusa. Tit. 7. cum qua et convivia in primam lucem saepe protraxit. C. 52. tempestiva convivia celebrare. Cal. 45. v. *Tempestivus.*

Claudius meditatus dicitur edictum, quo veniam daret, flatum crepitumque ventris in convivio emittendi. Cl. 32.

*Conviva.* Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas. A. 70. quum convivae et coenare inciperent, priusquam ille discumberet. A. 74. multis convivarum elisis. T. 39. convivae — calicem fictilem apposuit. Cl. 32.

*Convivari.* convivatum assidue per provincias duobus tricliniis. C. 48. convivabatur et assidue, nec unquam nisi recta. A. 74. convivatus est et super emissarium Fucini lacus. Cl. 32. convivabatur assidue, ac saepius recta et dapsile. Vesp. 19.

convivabatur frequenter ac large, sed paene raptim. Dom. 21.

*Convictus* i. q. *contubernium*, *consuetudo*. usus est apud

Cornutum duorum convictu doctissimorum et amplissimorum virorum. Pers.

i. q. *societas convivii.* convictu Megistanum abstinuisse. Cal. 5.

*Convictores* pr. quotidiani convivae, unde i. q. familiares. convictores Graeculi. T. 56.

*Convocare.* convocatis ad concionem militibus. C. 66. facilius se — veteranos convocaturum. C. 29. auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit. Cl. 18. convocata plebe. Rh. 6. Senatum per praecones propere convocavit. Cl. 36.

*Cooptare*, asciscere, assumere; *optare* enim i. q. *eligere.*

collegam sibi cooptavit (in tribunicia potestate). A. 27. in cooptandis per collegia sacerdotibus. Cl. 22. pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, jus sacerdotum *subrogandorum* a collegiis ad populum transtulit. Ner. 2.

gens Claudia a Patribus in patricias cooptata. T. 1.

*Copa*, καπηλίς. Ner. 27. ex emendat. Turnebi, qui primus suasit: *copas imitantium.* Nos servavimus genuinam, quam putamus, lectionem: *institorias operas imitantium.*

*Copia.* i. q. *multitudo.* abundante rerum copia. C. 10. ex omni provinciarum copia. C. 22. ex immensa diffusaque legum copia. C. 44. ne cubi honestorum deficeret copia. A. 46. magna professorum ac doctorum profluxit copia. Rh. 1. commentariorum copia. Gr. 10. ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat. A. 98.

i. q. Gr. εὐπορία, nostr. *Vorrath.* quoties copia esset (frumenti.) C. 26.

i. q. *abundantia.* tantam copiam nummariae rei effecit. A. 41.

i. q. *facultas*, max. *de re familiari.* divisit et pecunias domesticis ex copia praesenti. Oth. 10. coloniam, quam gentili copia — tutandam olim depoposcissent Vit. 1. h. e. omni gentis suae facultate, hominum et pecuniae (nos: *mit eignen Kraften.*) Ita *Plin.* ep. 10, 63. „*ex copia* eorum, qui mutuabuntur" est *ex re familiari.* Aliter Gesner. post Gronovium.

*copiam facere alicui* al. rei. i. q. *facultatem praebere*, *concedere.* quod principalium rerum privatis copiam faceret. Cal. 39. in hortis se copiam volentibus facturum. Ner. 21. h. e. facultatem vocem suam audiendi praebiturum.

*copia* de *exercitu.* ducibus cum magna copia caesis. A. 21. parem auxiliorum copiam. T. 16. Gr. πλῆθος. Huc etiam pertinet locus Vit. 1., si *gentilem copiam* de hominibus tantum intelligis.

*copiae.* i. q. *divitiae.* posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam. Vit. 7.

de *exercitu.* validissimas Pompeji copias — invasit. C. 34. cessantibus copiis. C. 58. praemissis in Asiam copiis. C. 63. fama hostilium copiarum perterritos. C. 66. innumeras adversariorum copias. C. 68. quum hieme tota copias exercuisset. A. 16. quum partem reliquam copiarum continenti repeteret. ibid. ex militaribus copiis. A. 49. contractis ad Bononiam Triumv. copiis. A. 96. advenientem — cum ingentibus copiis. T. 2. jamque *ducibus et copiis* — appropinquantibus. Oth. 8. Betriacenses *copias et duces.* Vit. 15. *ducibus copiisque* in Italiam praemissis. Vesp. 7. partitus est copias. Vit. 9.

*Copiosus* i. q. belli copia bene instructus. intra moenia copiosissimi ac sollertissimi hostis. C. 35.

*Coprea*, scurra, *γελωτοποιός*, ut *Dio* 50, 28. vertit. Graeci etiam Lat. vocem *κοπρείας* v. *κοπρίας* exhibent. v. ad T. 61. a quodam nano, adstante mensae inter copreas. T. 61. Inepte vulg. *capreas*. interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur a copreis. Cl. 8.

*Coquere*. venenum. Ner. 33. contra vetitum cocta vendentes. Cl. 38. ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera veniret. Ner. 16.

*Cor*. tristia et sine corde exta. C. 77. si pecudi cor defuisset. ibid. cremati cor inter ossa incorruptum repertum est; cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Cal. 1. cui os ferreum, cor plumbeum esset. Ner. 2.

*de animo*. cor Zenodoti. Gr. 11. — cordi ei fuisse regem. C. 49.

*Coram*. Fuere, qui deducerent a *χῶραν* pro *κατὰ χῶραν*, *e regione*. v. Scheid. ad *Sanct*. p. 234. Mihi magis arridet derivatio a *cora*, *κόρη*, *pupilla oculi*, cui etiam convenit dictio *incoram*. Quod autem *coram* producit priorem syllabam, *cora* corripit, id parum moror, partim ob inconstantiam usus in ejusmodi vocabulis originis incertae, serius demum legibus astrictam, partim ob alia vocabula cognata, tamen syllabarum vi diversa, ut *vox*, *vocis* et verbum *vocare*, *dux*, *ducis* et v. *ducere*. Est autem i. q. *in conspectu* et *in conspectum*, nostr. *im Angesicht* et *in's Angesicht*. — i. q. *in conspectu suo*, *vor seinen Augen*. Pinarium — coram confodi imperavit. A. 27. quendam — coram interfici jussit. Vit. 14. concidi coram imperavit. Cl. 16. tormenta — repraesentabat, exigebatque coram. Cl. 34. clipeos et imagines ejus coram detrahi. Dom. 13. scrobem coram fieri imperavit. Ner. 49. *coram se*. v. infra.

i. q. *in conspectu aliorum* (*vor andern*, *vor jemandes Augen*.) feminam consularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam. A. 69. ubi male correxerunt: *viro*, quum *triclinio viri* jungendum et *coram* sit: *in conspectu praesentium*. ne tunc quidem aut Senatu aut populo *coram appellato*, quosdam e primoribus viris *domum evocavit*. Ner. 41. (verte: *öffentlich*, quod inepte *publice* dicere solent, cui diversa prorsus significatio.) traditio coram pugillarium. A. 39. (Graecae brevitatis constructio, quae, *ipsum in conspectu populi* libellum admonitionis tradidisse Equiti, significat.)

Saepe, ut Ebr. לְפָנִים v. מִלְּפָנִים, quod Hellenistae vertunt: *εἰς πρόσωπον*, *κατὰ πρόσωπον*, etiam *ἀπὸ προσώπου*, est nostr. *in das Angesicht*, inde *persönlich*.

hunc foedissimo convicio coram prosciderunt. A. 13. (Ita *Terent*. Adelph. 2, 4, 5. „vereor *coram in os* te laudare amplius.") ut alter coram exprobraret. T. 24. nullo non damnatorum omne probri genus *coram vel per libellos* — ingerente. T. 66. amitam Lep. ream testimonio coram afflixit. Ner. 7.

*coram c. ablat. vel subjuncto*, ut: *coram se*. T. 62. *coram ipso*. T. 43. *coram judicibus*. A. 56. *vel praeposito*. *se coram*. Ner. 33. Oth. 1. *illo coram*. Horat. *populo coram*. Tit. 10. Locum A. 69., ubi edunt *viro coram*, huc non pertinere, supra monui.

*Corbula.* corbulae congestam (humum.) Ner. 19. — *Corinthia* vasa. v. ind. prim.
*Cornix.* cornix in Capitolio elocuta est sequ. Dom. 23. Tarpejo quae sedit culmine cornix. ibid.
*Cornu.* qui feros tauros — ad terram cornibus detrahunt. Cl. 21. praecipitatum in fontem fluminis Sarni paulo post cum cornibus extitisse. Rh. 4. ita quarundam (ferarum) capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret. Dom. 19.
*cornua arcus.* dum tendit — cornua Parthus. Ner. 39.
*cornu aciei.* vix ad Antonii cornu fuga evaserat. A. 13.
*Corniculus*, munus cornicularii. deinde in Maced. corniculo, mox equo meruit. Gr. 9.
*Cornicularius*, accensus Centurionis vel alius praefecti militaris. Dom. 17. v. not. et Oudend.
*Corollarium.* v. infra post voc. *Corona.*
*Corona civica.* C. 2. v. n. (Voc. *corona* h. l., ut C. 45 et 79. et alibi in pluribus libris abest. Quum modo addatur, modo omittatur, singulis locis librorum auctoritas sequenda est. v. Casaub. ad C. 2., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 13, 5.) Tiberius civicam in vestibulo coronam recusavit. T. 26. v. not. Claud. *navalem* cor. fastigio Palat. domus juxta civicam fixit. Cl. 17. v. Oudend. — *coronae vallares ac murales.* A. 25.
*cor. laurea.* jus laureae coronae perpetuo gestandae. C. 45. quum quidam e turba statuae ejus coronam lauream candida fascia praeligatam imposuisset. C. 79. coronae fasciam detrahi. ibid. — turbatiore coelo nunquam non cor. lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis. T. 69. — *quernea* corona. Cal. 19. v. *Querneus.*
comites et participes victoriae novo genere ac nomine coronarum donavit, quas distinctas solis ac lunae siderumque specie *exploratorias* appellavit. Cal. 45.
*cor. aurea.* Aug. corpus M. Alex. — corona aurea imposita veneratus est. A. 18. capite gestans coronam auream cum effigie Jovis etc. Dom. 4. e vetere templo Jovis coronam auream librarum quindecim. Galb. 12. *radiata corona* (inter insignia Jovis.) A. 94.
*corona, praemium victoris* in ludo scen. vel alio certamine.
coronam capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam. Ner. 25. sacrae coronae. ibid. corona orationis carminisque Latini — citharae. Ner. 12. citharoedorum. Ner. 22. citharoedis — quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Vesp. 19. instituit et quinqu. certamen — aliquanto plurium, quam nunc est, coronarum. Dom. 4. Inepte vulg. *coronatorum.*
post scenicas coronas i. q. post victorias in scena. Ner. 53. coronamque eam et reliquam certaminis partem — distulit. Ner. 21. (ut nos: *er verschob — den Preis.*) —
verbenas coronasque et panificia, ut illic assolet, Basilides lib. obtulisse ei visus est. Vesp. 7. observatum etiam est, Kal. Januar. *sacrificanti coronam de capite excidisse.* Galb. 18. delicatissimis navigiis, et variarum coronarum genere redimitis. Vit. 10.
*corona* i. q. coetus hominum. dimisso consilio et corona circumstantium. A. 93.
*Coronare.* comoediam quoque Graecam — docuit, ac do

sententia judicum coronavit. Cl. 11. h. e. coronam ei adjudicavit. v. not. coronatus est. Ner. 24. tunc de oratoribus coronatum h. e. certamine de facundia. Dom. 13. praetextatus et laurea coronatus. T. 17. nautae — candidati coronatique et thura libantes. A. 98.

*Corollarium* pr. i. q. corona, inde praemium super additum. v. *Plin.* 21, 2. — corollaria et praemia alienis quoque muneribus ac ludis et crebra et grandia de suo offerebat. A. 45. v. not. cf. Gronov. ad *Gell.* 4, 14.

*Corpus.* *corpus* oppos. *animo.* v. *Animus.*

corpore traditur maculoso. A. 80. prurigo corporis. ibid. corpore maculoso et foetido. Ner. 51. corpore fuit amplo atque robusto. T. 68. corpore enormi. Cal. 50. prolixo nec exili corpore erat. Cl. 30. brevi corpore. Galb. 3. coll. Horat. gracili corpore. Ter. 5. pulcer ac decens — et quidem toto corpore. Dom. 18. ob egregiam corporis amplitudinem et speciem. Cal. 35. bona malave corporis. Cal. 36. vitium corporis. Galb. 3. Vit. 17. aliqua corporis labe insignibus. A. 38. neque corpore integri. A. 19. si parum corpore valeret. A. 33. quassato corpore. A. 81. hebetato. Cl. 2. parte ea corporis quasi praemortua. Gr. 3. — corpus virgis ad necem caedi. Ner. 49.

cura corporis. C. 45. Dom. 16. vellere corpus. Oth. 12. cf. C. 45. illaesum corpus. Cl. 16.

*gratia* corporis i. q. pulcritudo. Vit. 3. Ter. 1.

*corpus defuncti* pro *cadavere.* C. 82. A. 18. 100. T. 7. 75. Cl. 1. corruptum, tabidum. T. 51.

*de collectione librorum.* composuit — aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis. Gr. 6.

*Corpusculum.* si tibi statura deest, corpusculum non deest. Horat.

*Corrigere.* pr. *rectum facere ex pravo, v. curvum, inclinatum restituere,* Gr. κατορθοῦν.

malas labentes corrigi praecepit. A. 99. Gr. κατορθοῦν δέμας. v. Casaub.

A verbo *emendare* pr. ita differt, ut hoc sit: *menda expungere* v. *unum de pluribus mendis tollere,* ut Gesner. ad *Plin.* ep. 6, 2, 9., *corrigere* autem *rectam facere totam rem* ex prava et corrupta; saepe tamen promiscue usurpantur, ut nostra: *verbessern* et *berichtigen.* — corr. errorem. C. 28. fastos. C. 40. existimat rescripturum et correcturum fuisse. C. 56. pleraque pessimi exempli correxit. A. 30. corr. mores. A. 44. T. 59. si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. T. 33. disciplinam. Vesp. 4. 8. dicta factaque sua exquirentem acerbius et corrigentem sc. dictis h. e. *vituperantem.* Ner. 34. gestum histrionis quasi *laudans* vel *corrigens.* Cal. 54.

*Correctio morum.* in ipsa publicorum morum correctione. T. 42. suscepta morum correctione i. q. censura. Dom. 8. cf. *Censura* et *Praefectura morum.*

*Corripere.* i. q. *comprehendere, capere.* invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere. Oth. 2. corripi quasi desertores detinerique. Oth. 11. correpto deductoque ad terram Stephano. Dom. 17. quum duos Equites Rom. — corripi confiscarique jussisset. Cal. 41. correptis — universis bonis. Ner. 6. bona vivorum et mortuorum usquequaque corripiebantur. Dom. 12.

inde *correptus* i. q. *captus*, nostr. *ergriffen*. correptus valetudine. C. 72. A. 43. Dom. 2. comitiali morbo. C. 45. Ner. 33. stomachi dolore. Cl. 31. decessit paralysi altero die quam correptus est. Vit. 3. correptus misericordia. Cal. 12.

i. q. *reprehendere, increpare*. adulationes repressit et insequenti die gravissimo corripuit edicto. A. 53. ut quendam joco corripuerit, quod sequ. ibid. corripuit consulares, quod non — quodque sequ. T. 32. eorum — timiditatem et ignaviam corripuit. Cal. 45. transeuntem Isidorus — clara voce corripuerat, quod sequ. Ner. 39. corripientibus amicis. Ner. 35. Ostiensibus — graviter correptis. Cl. 38. correptus saepe a matre. Cl. 41. correpta jurgio. Galb. 5. ob haec correptus. Dom. 2.

i. q. *ad minus redigere*, συντέμνειν. impensas. T. 34. singulos (missus) a septenis spatiis ad quina corripuit. Dom. 4.

*Corroborare*. veteranum ac tironem militem opere assiduo corroboravit. Galb. 6.

corroboratis his h. e. *adultis*. T. 11.

*Corruere*. statuae equestres — corruerunt. Vit. 9. arbor — repente corruit. Dom. 15.

*Corrumpere*, διαφθείρειν. adversarios (pecunia.) Ner. 23.

*de stupro*. corr. feminam. C. 50. Oth. 3. Dom. 22. corruptum Dom. et a Nerva. Dom. 1.

*Corruptela* i. q. stuprum. corruptelis adulteriisque famosum. Cl. 16.

*Corruptor*. corruptores virginum Vestalium. Dom. 8.

*Cortina*. ex quis aureas cortinas Apollini Palat. dedicavit. A. 52. h. e. τρίποδας. v. Casaub. ad h. l.

*Corvus*. aquila — duos corvos hinc et inde infestantes afflixit (inter omina). A. 96.

*Cothurnus*. modo in crepidis vel cothurnis (in publicum processit.) Cal. 52. Pertinet ad *calciatum non civilem*, de quo init. cap., h. e. non Romanum. v. *Vell.* 2, 82. fin. de Antonio.

*Coxendix*, ἰσχίον, os, quod femoris caput excipit. A. 80.

*Creare*. Censores. A. 37. Senatores. A. 40. consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris. Vesp. 6. ubi *eligere* h. e. e pluribus legere est praecedens, *creare* h. e. electum vere facere Imper., consequens.

*Creber*. quis sententiis aut acutior aut crebrior. Cic. apud Nostr. C. 55. h. e. *locupletior*, ποικιλώτερος.

jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius. Cl. 11. crebris et minutis ictibus. Cal. 30.

*Crebro*. i. q. *saepe*, nostr. *häufig*. crebro commemorans. C. 35. exspectatione, quae crebro movebatur. C. 42.

crebro illa jactabat. A. 25. crebrius aut perfidiosius rebellantes. A. 21. is mox referre crebro solebat. Oth. 10.

*Credere*, nostr. *glauben*, *trauen*. *c. dat.* quasi rumori minus crederent. Vesp. 6. quibus de conjuratione comperta non crederetur nisi occisis. Dom. 21. quum tot criminantibus credendum esset. Cal. 30.

*credere aliquid*. neque statim creditum est. Cal. 60. vix credi potest. Ner. 23. vix ut referri audirive, nedum credi fas sit. T. 44. quod equidem non temere crediderim. Gr. 7. credensque expeditionem necessariam. Ner. 43. v. *simpl.* ut multi spectantium crediderunt. Ner. 12.

*creditum est, sequ. acc. c. inf.* C. 88. Cl. 16. ut creditum est. Vit. 6. Horat.

*credi c. infin., duabus sententiis conjunctis.* intercepisse veneno indicem creditur. C. 20. causa mortis fuisse ei creditur. T. 52. ne reliquis qu. nepotibus parsurus creditur. T. 62. vitiasse virginem — creditur. Cal. 24. creditur potionatus. Cal. 50. fuisse creditur — animi. Cl. 1. pronunciasse creditur. Cl. 15. creditur — concupisse. Ner. 37. multa — creditur destinasse. Ner. 43. creditur certe — non recepisse. Oth. 3. creditur — solitus promovere. Vesp. 16. ut — Titus quoque juxta cubans gustasse credatur, gravique morbo afflictatus diu. Tit. 2.

*credo* mediae orationi insertum. Cal. 51. Plurima hujus usus, qui alias maxime ad ironiam valet, exempla collecta vide apud Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 53, 4.

*credere alicui pecuniam* i. q. *commodare*, unde *creditum* i. q. *pecunia commodata.*

crediti servandi causa. Cl. 16. exigendi crediti jus. Vesp. 11. qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. C. 42.

*Creditor.* retinentes creditores interventu sponsorum removit. C. 18. creditorum praestolantium ac detinentium turbam — non nisi terrore calumniae amovit. Vit. 7. ut debitores creditoribus satisfacerent. C. 42. in Foro sub creditoribus cadere. Oth. 5. postquam Tusc. villa creditoribus cesserat. Gr. 11. Tusculanum tota creditor urbe venditabat. ibid.

*Credibilis.* quod vix credibile videatur. Ner. 31.

*Cremare.* lectum. C. 84. libros. A. 31. Cal. 30. corpus. T. 75. cadaver. Cal. 59. crematus. A. 100. Cal. 1. ut quoquo modo totus cremaretur. Ner. 49. poetam — igni cremavit. Cal. 27.

*Crepida.* pallium et crepidae (habitus Graecorum.) T. 13. cf. Cal. 52. — *Crepidatus.* Dom. 4.

*Crepitus.* magno tibiarum et scabellorum crepitu. Cal. 54.

edictum, quo veniam daret, flatum crepitumque ventris in convivio emittendi. Cl. 32. (*flatum* sine sono, βδεσμόν, *crepitum* cum sono esse, πορδήν, Forcellin. scite notavit.)

*Crepusculum* de vespertino fere tempore dicitur, Gr. δείλη. ὀψία. post crepusc. statim. Ner. 26.

*Crescere.* hortatus est, ut cresceret. Cl. 43. in cujus domo creverat h. e. educatus fuerat. Oth. 1. crevit invidia. T. 75.

*Crimen*, ἔγκλημα, *accusatio* sceleris contra leges commissi, a v. κρίνω, nostr. *Beschuldigung*, *Anklage*, *Beschuldigungsgrund*, inde *scelus ipsum*, cujus quis accusatur. — aliquot criminibus arreptus est. C. 23. quum Aemilio — inter cetera crimina vel maxime objiceretur. A. 51. quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur. Gr. 16. veneni se crimine arcessitum. T. 53. omne crimen pro capitali receptum. T. 61. quolibet et accusatore et crimine. Dom. 12. omnium criminum rei. Dom. 8. adulterii crimen intendere alicui. ibid. cujus criminis occasione. Dom. 10. quos gravior criminum vis urgeret. C. 27. criminum — omnium gratiam fecit. Cal. 15. reos ex diversis criminibus — condemnavit. Cal. 38. majestatis crimen apud judices motum. Cl. 16. caedis crimine teneri. Cl. 25. reum, sed falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine. Cl. 15. App. Silanum — crimine incerto occidit. Cl. 29. occidit (Octaviam) sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque. Ner. 35. quum quidam crimen ultro

fateréntur. Cl. 36. quasi deprehensum crimen voluntaria morte vitasset. Ner. 34. — ex quibus sive criminibus sive maledictis. A. 71. (ubi *cr.* sunt *vera*, *maled. ficta.*)

*Criminari.* alicui aliquid vitio dare, διαβάλλειν, ἐγκαλεῖν, ἐλέγχειν.

alii dictum factumque ejus criminantur, quasi — exclamaverit — detraxerit. A. 16.

i. q. *accusare.* quam neque criminari — auderet. T. 10. inopinantem criminatus est. T. 64. Tiberio criminante h. e. accusante. Cal. 7. quum tot criminantibus credendum esset. Cal. 30. h. e. accusatoribus. — *criminari alterum alteri.* Cal. 56. cf. *Plin.* ep. 6, 13, 2. „etiam *absenti principi* criminari," ubi al. *absente pr.*, Schaefer. citavit *Terent.* Eunuch. 5, 2, 16. „hanc metui, ne me criminaretur *tibi.*"

*Criminatio.* criminationes obtrectatorum. C. 55. ex criminationibus M. Lollii. T. 12. omnium criminationibus obnoxios reddidit. T. 54.

*Criminosus.* criminosissimus liber. C. 75. h. e. criminationibus plenus. capram nominare, criminosum et exitiale habebatur. Cal. 50. criminosissime insectatus est. T. 53.

*Crinis.* militem Gallum ab Equite Rom. oppressum trahi crinibus. Ner. 41.

*Crinitus.* stella crinita. C. 88. Cl. 46. Ner. 36. Vesp. 23.

*Cristatus.* pullus insigniter cristatus. T. 14.

*Criticus.* ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum. Cic. apud Nostr. Gr. 14.

*Crocus.* sparso per vicos identidem croco. Ner. 25. — *Cruciatus* v. sub voc. *Crux.*

*Crudus.* ex crudissimo pistrino. A. 4. h. e. rudissimo, morum incultorum. Ita *vox cruda* est i. q. *rauca*, *inculta*, opposita *molli*, *suavi.* cf. *Cic.* de Orat. 1, 27. „crudior fuit Roscius." — crudam carnem mandere. Ner. 37.

*Crudelis.* crudelem in modum. C. 75. crudelissimam caedem. Cal. 30. *Crudeliter* facta ejus. T. 61.

*Crudelitas.* in omne genus crudelitatis erupit. T. 61. super memoriam pristinae crudelitatis. T. 75.

*Cruor.* jam sitit iste cruorem; tam bibit hunc avide sequ. T. 59. cruore scena abundavit. Cal. 57. ipsumque cruore respersit. Ner. 12. totum cruore perfudit. Galb. 18.

*Cruentus.* sicut erant cruenti. Oth. 8.

*Cruentare.* fore ut sequenti die Luna se in Aquario cruentaret. Dom. 16.

*Crus.* sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. C. 82. crus — consauciatus. A 20. qui et ipse crus fregerat (lapsu.) A. 43. crura frangere alicui (inter poenas.) T. 44. A. 67. statuae fractis repente cruribus corruerunt. Vit. 9. alius debili crure. Vesp. 7. confirmaturum crus. ibid. coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat. A. 80. gracilitas crurum. Cal. 3. (Al. *crurium.* v. Oudend. Eadem forma in multis obtinet Cal. 50. et Dom. 18. ubi v. Burm.) crura gracillima. Ner. 51. crura suburere nuce ardenti. A. 68. (quod erat *hominis effeminati.*)

*Crux.* quoniam, suffixurum se cruci, ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde suffigi. C. 74. cruci figere al. Dom. 10. 11. tutorem — cruce affecit. Galb. 9. multo praeter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem jussit. ibid.

*Cruciatus.* quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam. A. 99.

cruciatus genera excogitare. T. 62.

*Crypta* i. q. *porticus* v. *cryptoporticus.* Cal. 58. (Ex hoc voc. orta *Gruft* et *Grotte.*)

*Cubare*, *dormiendi* v. *quiescendi* causa. ut — ipse humi ac sub divo cubuerit. C. 72. quum — cubitum se eo contulisset. A. 6. supinum — cubuisse. A. 16. saepe in peristylio — cubabat. A. 82. quasi ibi cubans remansisset. A. 91. ne toro qu. cubuisse ajunt, nisi humili et modice instrato. A. 73.

max. *de aegrotis.* aeger in domo Maecenatis cubabat. A. 72. ex duritia alvi cubantem. Ner. 34. (ut nostr. *liegen.*)

*in coena.* uxore supra cubante. Cal. 24. qui juxta cubabant. Cal. 32. juxta cubans. Tit. 1. — omnino *in lecto requiescere.* jus dixit — si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. A. 33. ut etiam legationes audiret cubans. Vesp. 24. cubansque, inter longos ac vulgares sermones, legere quaedam (solebat.) Gr. 24.

accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, tensas deduceret. A. 43.

vigiliae *cubandique taedio*, nunc *toro residens* sequ. Cal. 50. (*des Liegen's müde.*)

*Cubiculum*, *εὐναστήριον*, *κοιμητήριον*, *Schlafgemach.* C. 49. 81. A. 19. 69. 72. 73. 82. 100. T. 44. Cal. 7. 12. Cl. 13. 35. 37. Ner. 47. Oth. 11. Tit. 2. Vit. 8. Dom. 15. speculatum cubiculum. Horat. loco suspecto. cubicula plurifariam disposita. T. 43. custodes cubiculi. Ner. 47. delegit et equestris ordinis juvenes, qui — excubias circa cubiculum suum vice militum agerent. Galb. 10. — *cubiculo praepositus.* Dom. 16. *Xiphil.* 67, 15. *πρόκοιτος.* *Victor* Epit. 11. *procurans cubiculum.* v. *Cubicularius.*

ara Larium cubiculi. Dom. 17. v. *Cubicularis.* — sacras coronas in cubiculis circum lectos posuit. Ner. 25. v. not.

*cubiculum Principis in theatro* Ner. 12. i. q. *suggestus.* C. 76. *papilio.* *Lamprid.* Alex. Sev. 51. *Spartian.* Pesc. Nig. 11. *Plin.* 51, 4. *suggestum*, mox *cubiculum* dicit. v. ibi Schwarz.

*Cubicularis.* cubiculares imagines. A. 7. Lips. conjecit: *cubiculi Lares*, ut Dom. 17.

*Cubicularii.* servi. C. 4. *κατευνασταί*, *κατακοιμισταί.* Principis. A. 21. Ner. 38. Decurio cubiculariorum. Dom. 17.

*Cubile.* Vulg. Ner. 25. *in cubili* circum lectos. Mel. *in cubiculis.*

*Cubitus*, *πῆχυς.* anguis quinquaginta cubitorum. A. 43. — ne cubiti qu. mensuram progredi. T. 38.

i. q. *brachium*, *ἀγκών.* quotiens ego vidi patrem tuum cubito se emungentem. Horat.

*Cubitalis*, *πηχυαῖος.* simulacrum cubitali majus. Galb. 4.

*Cucumis.* cucumeris frustum. A. 77.

*Culcita*, *στρωμνή.* ut tomentum e culcita tentaverit mandere. T. 54. culcitisque et stragulis praetentatis et excussis. Cl. 35. (*culcitis* incubabant, *stragulis* tegebantur.) decubuit super lectum, modica culcita, vetere pallio strato instructum. Ner. 48. (ut *pallium* esset pro stragula, qua tegeretur.) lectoque et culcita objectis. Vit. 16.

*Culeus.* *culeo insui*, poena parricidii ex lege Pompeja. A. 33. v. n. sed tu culeum meruisti. Ner. 45.

*Culex*, carmen Virgilii. quantum mihi restat ad Culicem. Lucan.
*Culmen* domus. T. 14. Tarpejo culmine. Dom. 23.
*Culpa.* morae culpa. Cal. 37. Oppon. *necessitas.* Cl. 15. qui minore culpa tenerentur. Cal. 16. quo facilius expertes culpae (se) ostenderent. Dom. 10. in alios culpam conferens. Vit. 15.
*Culpare.* quum ob id culparetur. C. 72. in quo merito culpetur. Vesp. 16. ut etiam Neronem culpaverit. Pers.
*Culter.* cultro venatorio cinctus. A. 19. cum dolone ac venatorio cultro praestolantes. Cl. 13.
pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit sacrificanti. T. 25.
*Cultellus.* cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora jussit. Cl. 34.
*Cultrarius* i. q. *victimarius*, minister sacerdotis in sacrificio, Gr. μοσχοθύτης, μοσχοτόμος. Cal. 32.
*Cultor*, *Cultus*, *Cultura.* v. sub v. *Colere.*
*Cum* conjunctio. v. *Quum.*
*Cum* praepositio, sine dubio ab Ebr. עם, ut praeter alios etiam censuit Perizon. ad *Sanct.* p. 981. ed. Scheid. Sed Scheid. a κύω, κέκυμαι deducit, (p. 234 et 981.) ut sit ablat. a *cumis* i. q. *cumulus.*
Significat autem *conjunctionem*, *societatem* hominis vel rei, ut nostr. *nebst*, *mit.*
et cum collega et separatim. C. 10. cum Julia — vixit. T. 7. qui cum Varrone — conspiraverat. T. 8. cet. essetne quis intus *cum* Caesare i. q. apud Caesarem. Dom. 3.
quindecim mens. cum intercalario. C. 40. cum ingenti gaza. T. 49.
cum dolone — praestolantes. Cl. 13. quodam cum ferro deprehenso. Cl. 36. introisse se cum pugione. Cal. 12. cum cornibus exstitisse. Rh. 6. —
nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam. T. 12. legionem cum ignominia totam dimisit. A. 24. cf. C. 69. Cal. 44. (ubi male a nonnullis omissum est *cum.*) cum plurimorum clade. T. 55. cum gaudio nunciantem. Ner. 34. legata cum fide persolvit. Cal. 16. (Ita *Tac.* H. 2, 98. „cum fide juvit." Diverso sensu dicitur A. 4, 59. „cum fide audiebatur.") v. *Sanct.* p. 831. sequ. et Perizon. ad h. l.
*pariter cum*, *simul cum* etc. v. sub singulis his vocabulis. aequato honore cum Graecis. Ter. 5.
*cum prima luce* Burm. conjecit Cl. 34. v. Oudend. ad h. l. et Vesp. 5. ubi proponit: *cum initio.*
*Cumulus.* cui gloriae amplior adhuc — cumulus accessit. T. 17.
*Cumulare.* ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus. Ner. 8.
*Cunae.* repositus vespere in cunas. A. 94.
*Cunctari*, dubitare et per dubitationem morari, nostr. *zaudern, anstehen, sich bedenken.*
cunctanti ostentum tale factum est. C. 32. cunctari enim se. A. 56. cunctante Senatu. A. 26.
cunctandi causa erat. T. 25. cunctantem sc. respondere. Cal. 33. cunctantes sc. mori. Ner. 37.
nihilque cunctatus. Vit. 10.

sequ. *an.* diu cunctatus an. C. 81. A. 8. Cal. 58. Cl. 21. Dom. 2. primum cunctati, utrumne — an. C. 80.

cunctantibus conspiratis, quando et quomodo, lavantemne an coenantem aggrederentur. Dom. 17.

*c. infin.* neque adire cunctatus est neque dimittere. C. 70. ne honores quidem venditare cunctatus est. Vesp. 16. cf. Cal. 33. Ner. 37.

*cunctantior* ad dimicandum. C. 60. Codd. bonae notae *cunctatior.* v. Oudend. Eadem varietas apud *Plin.* ep. 2, 16, 4. „*cunctatior* (al. *cunctantior*) fortasse et cautior esse deberem." v. Schaefer. 9, 13, 6. „erat enim *cunctatior* (v. *cunctantior*) cautiorque."

*Cunctanter.* vix et cunctanter. A. 94. cunct. et necessario. T. 37. haud cunctanter. Tit. 6. quod — cunctantius confirmarentur acta sua. C. 19. Al. *cunctatius.* v. Burm. ad h. l. quae cunctantius sibi accesserant. Galb. 12.

*Cunctatio.* callida cunctatione. T. 24. sine cunctatione. A. 12.

*Cuncti.* singuli in suo quisque regno — et cuncti simul. A. 60. cuncta simul vitia. T. 42.

*Cuneus*, ordo sedilium in theatro. praetextatis cuneum suum (assignavit.) A. 44. in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis. Dom. 4.

*Cupere.* quem incolumem tanto opere cuperent. C. 1. quam servatam magno opere cupiebat. A. 17. celata cuncta cupere. T. 66. cupientem inter citharoedos contendere. Vit. 4. ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. A. 63.

*Cupiditas.* potentiae cupiditate. C. 50. afuit a cupiditate, quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi. A. 21. nec cupiditate tanta dilexit. Cal. 24. (nostr. *Leidenschaft.*)

pecuniae cupiditas. Vesp. 16. et saepe simpl. pro *avaritia*, oppos. *abstinentia.* cupiditatis immensae. Galb. 14. ceterorum increpita cupiditate. Cal. 44. cupiditatis ac saevitiae poenas luisse. Vesp. 1. pristinae cupiditatis infamia. Vesp. 19. *cupiditas* diserte opponitur *abstinentiae*, ut *saevitia clementiae.* Dom. 10. *cupiditas* atque *avaritia* junguntur Dom. 9. ubi *cupiditas* est *studium habendi*, oppos. *abstinentiae*, *avaritia* vero *tenacitas in servando*, opp. *liberalitati.*

*Cupido.* erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido, sed inconsulta. Ner. 55. contrectandae pecuniae cupidine incensus. Cal. 42.

*Cupidus.* cup. judicandi. Cl. 15. — i. q. *avarus.* natura cupidissimus. Vesp. 16.

*Cupide* condemnare al. C. 12. h. e. cum partium studio (*leidenschaftlich*, *parteiisch.*)

quos tam cupide reliquisset. T. 11. cognomen Germ. cupide recepit. Vit. 8. nihil ornamentorum — cupide appetivit. Vesp. 12. animadversionibus et poenis cupidissime interesse. Cal. 11. eloquentiam — et cupide et laboriosissime exercuit. A. 84.

cupide fruaris aetate tua. Galb. 20.

*Cupressus.* arbor cupressus. Vesp. 5.

*Cur* i. q. *cui rei* v. *quare* (v. Scheid. ad Sanct. p. 269.).

interrogatus, *cur* *igitur* repudiasset uxorem. C. 74. exquisiturum — cur eam tanto opere diligeret. Cal. 33. nihil sibi

admissum, cur — esset. Cal. 15. cur domina non veniret, requisivit. Cl. 59.

cognomen cur aut unde traxerit, ambigitur. Galb. 3.

*cur enim* sibi non licere (ubi sequens: *dicens* additicium videtur.) Cal. 34.

*cur enim non* praeficitur Urbi. Cl. 4.

*Cura*, ut Gr. ἐπιμέλεια, nostr. *Besorgung*, *Aufſicht*, i. q. *officium*, *praefectura*, *procuratio*.

cura aerarii. A. 36. Cl. 24. annonae. T. 8. repurgandorum ergastulorum. ibid. Urbis annonaeque. Cl. 18. operum publicorum. A. 37. Vit. 5. viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo dividundi. A. 37. (ubi praeced. *nova officia excogitavit.*) bibliothecarum comparandarum ac digerendarum. C. 44. ordinandarum biblioth. Gr. 21.

trium legionum — curam et imperium. C. 76. provincias, quas Tib. ad curam suam transtulerat h. e. Caesareas fecerat. Cl. 25. transiit ad curam novi belli. T. 16. ad curam Reip. admovit. A. 64. ne quam partem curamve Reip. attingeret. T. 13. Reip. curam usque adeo abjecit. T. 41. curam quoque imperii sustinuit. Vit. 2. quibus ea funeris sui curam moriens demandarat. T. 51. conversus hinc ad curam triumphi. Cal. 47.

i. q. *θεραπεία*, *κόσμησις*. cura corporis. C. 45. Dom. 16. capillorum. Dom. 18. curae Larium — assistens. ibid. ubi emendaverunt viri docti: *arae*. v. not.

i. q. *studium*, *diligentia*, *observatio*. (*Sorgfalt*, *Besorgniſs*.) Gr. ἐπιμέλεια, σπουδή.

cura et industria educatoris sui. Gr. 21. infirmitatem magna cura tuebatur. A. 82. in primis pacis tuendae curam habuit. T. 37.

curam solito exactiorem praestitit. T. 18. equum — magna cura aluit. C. 61. curam verrendis viis non adhibitam. Vesp. 5. magistratibus — coercendis tantum curae adhibuit. Dom. 8. praecipuam curam duxit — exprimere. A. 86. primam curam habuit deligendi vehicula. Ner. 44. universum denique genus — etiam cura sua dignatus est. A. 45. nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curae habuit. A. 48. rem — antiquis jam tunc curae fuisse. A. 89. nec minore cura Graeca studia secutus est. Cl. 42. magis ac magis et gratia et cura artis increvit. Gr. 3. unde *abstr. pro concreto:* doctorum maxima cura liber. Gr. 11.

i. q. *μέριμνα περί τι*, *sollicitudo* (*Sorge*, *Bekümmerniſs um etwas*.)

dimitteret omnem curam suorum. T. 11. in testificanda sollicitudine et cura de incolumitate ejus. Cal. 14. nulla ne religionum quidem cura. Oth. 8. nec magna cura redarguit. A. 55. (quamquam hoc magis ad superiora exempla pertinet; est enim non tam animi, quam facti, ut nos: *er lieſs es sich nicht sehr angelegen seyn.*)

*Curare*, curam al. rei adhibere, *ἐπιμέλεσθαί τινος*, *sich Mühe um etw. geben*, *etw. besorgen.*

*c. acc.* maxime curavit notitiam historiae fab. T. 70. h. e. operam dedit historiae.

curare eum — triclinium sacerdotum. Cl. 4. — cur. cadaver (κηδεύειν.) Ner. 49. cf. *cura funeris* supra.

simpl. *de medela morbi.* frigidis curari coactus. A. 81. qui

cunctantes continuo curarent. Ner. 37. obligari curarique se passus. Vit. 2.

Sed T. 11. legendum: secundum locum facile *tutantibus*, non *curantibus*.

*c. acc. et part. fut. pass.* i. q. *jubere*, nostr. *lassen*, Gall. *faire* c. inf.

testamentum — aperiendum recitandumque pro concione curavit. A. 17. pluribus triumph. ornamenta decernenda curavit. A. 38. quosdam — inter proscriptos curasse referendos. A. 70. sacrificanti — cultrum subjiciendum curavit. T. 25. quae illi — exsequenda curarent. T. 63. Liviae div. honores et currum decernenda curavit. Cl. 11. quod — statuas segnius locandas ponendasque curasset. Cl. 9. libros — vulgandos curasse. Gr. 8.

*c. inf.* nostr. *sich etw. angelegen seyn lassen*, i. q. *curae aliquid habere.*

neque aegrae adesse curavit. T. 51. neque voluisse vivere, neque curasse. C. 86. multa exemplaria contracta emendare — curavit. Gr. 24. quamquam bibl. incendio absumtas impensissime reparare curasset. Dom. 20. (Duker. ad h. l. legi vult *reparari*, ut est in ind. Bernecc., recte quidem, si aliorum ministerio usus dicitur Domitianus. Sed, si *curare* est i. q. *curae habere*, σπουδάζειν, *reparare* est accusativus verbi, quasi τὸ *reparare*, et salva lectione sensus: reparandis bibliothecis curam adhibuisset.) nihil — geritur, quod te putem scire curare. *Cic.* ad Div. 9, 10. cit. Gr. 14.

*sequ. ut v. ne.* ut coalesceret (palma), magno opere curavit. A. 92. curasse, ne SCtum ad aerarium deferretur. A. 94. Praetor curaret, — ut Romae ne essent. Rh. 1.

*Curator*, ἐπιμελητής. (v. ad A. 37.) cur. munerum ac venationum. Cal. 27. curatores restituendae Campaniae. Tit. 8.

*Curatio* i. q. administratio, ἐπιμέλεια (*Besorgung, Aufsicht.*) C. 15.

*Curiosus*, in malam partem, qui importune alienis se immiscet, πολυπράγμων, ἀναιδής.

curiosum ac speculatorem ratus h. e. impudentem exploratorem. A. 27. Gall. *curieux.*

*Curiose.* i. q. *diligenter, accurate*, ἐπιμελῶς, ἀκριβῶς.

curiose cavere de al. re. A. 40. Equites Rom. severe curioseque — recognovit. Cal. 16. quamvis satis curiose inquirerem. Vesp. 1.

*Curia*, aedes, ubi Senatus habebatur, βουλευτήριον. v. Clav. Ciceron. Ubi simpl. memoratur, intelligenda fere Curia Hostilia, de qua v. *Liv.* 1, 30., absumta igni in funere Clodii. De *Curia Pompeji* v. infra. Inde in varia templa Senatus convocabatur. v. Aug. 35. „apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur.“

Curia Pompeji. C. 80. v. not. 84. Pompejana Curia. C. 81. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit. C. 88. e Curia, in qua C. Caesar fuerat occisus. A. 31.

Curia Julia. Cal. 60. v. not.

sedes aurea in Curia (inter Caesaris honores.) C. 76.

recipere al. in Curiam i. q. in Senatum. C. 76. cf. C. 41 et 80.

frequenti Curia. C. 22. repleta certatim Curia. Dom. 23. in media Curia. T. 61.

liberis Senatorum — protinus virilem togam, latum clavum induere, et Curiae interesse permisit. A. 38.

ut sibi in Curiam Praefectum Praet. Tribunosque mil. secum inducere liceret — precario exegit. Cl. 12. — ut vehiculo ad Forum usque et Curiam pertenderent. Cal. 44.

*Curiata lex.* Agrippam simulque privignum Tiberium adoptavit in Foro lege curiata. A. 65. v. quos in nota excitavi, max. *Heinecc.* Ant. Rom. 1, 11. §. 5.

*Curr.ere.* Lupercalibus vetuit currere imberbes. A. 31. v. *Ovid.* Fast. 2, 283. sequ.

currere alicui ad essedum. Cal. 26. Galb. 6.

in Palatium — cucurrerunt. Oth. 8. Sed Tit. 11. leg. *concurrit*, non *cucurrit*.

*Cursitare.* T. 38. Vesp. 8.

*Cursor*, servorum genus. cursorum turba. Ner. 30. cursor Phaontis. Ner. 49. cursores suos misit. Tit. 9.

*cursores* in ludis Circensibus. A. 43. v. not.

*Cursus* solis. C. 40. ad regendos navium cursus. Cal. 46. ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. Cl. 20. — quum cursum cepisset. Oth. 6.

*cursus in Circo.* ad totius diei cursum. Ner. 22. praeter sollemnes bigarum quadrigarumque cursus. Dom. 4. in stadio cursu (certabant) etiam virgines. ibid.

*Currus.* paene curru excussus est. C. 37. (in triumpho.) milites currum prosequentes. C. 49. ascenso simul curru (triumphantis.) T. 2. Act. triumpho currum Aug. comitatus est. T. 6. et ovans et curru (h. e. justo triumpho) Urbem ingressus est. T. 9. descendit e curru. T. 20. eo curru, quo Aug. olim triumphaverat. Ner. 25. — *laureatus currus.* A. 94. v. not. Circensi pompa currum elephantorum, Augustino similem. Cl. 11. v. not.

*currus aurigantis.* excussus curru ac rursus repositus. Ner. 24.

*Curriculum.* curriculo bijugi famosorum equorum. Cal. 19.

*Curulis sella.* die Kal. Januar., quum mane pro aede Capit. Jovis paululum curuli sella praesedisset (Aug. Consul.) A. 26. laxatis sellae curulis compagibus. A. 43. in Senatu curulem perverse collocatam. Galb. 18. ubi repetendum voc. *sellam* e superioribus. Sed etiam simpl. *curulis* dicitur. (v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 59, 2., qui utriusque usus exempla Pliniana dedit.) *curuli* residens apud Rostra triumphantis habitu. Ner. 13.

*curules triumphi* oppon. *ovationi.* A. 22.

*Cuspis.* cusp. aquilae, στύραξ, σαυρωτήρ, Appian. οὐρίαχος. C. 62.

*Custos.* equi sine custode. C. 81. — dispositis circa macellum custodibus. C. 43. si qua custodes fefellissent. ibid. — custodes in Urbe disposuit. A. 43. — hortorum custodes. Cal. 59. custos Priapus (hortulorum.) Gr. 11. — non cessavit efflagitare aliquem — custodem factis atque dictis suis. T. 12. — Tribunus mil. custos appositus. T. 22. custodes (carceris.) T. 75.

custodes corporis. Cal. 55. 57. 58. in cubiculum — unde jam et custodes diffugerant. Ner. 47. excitavit aedem in Capitolio Custodi Jovi. Dom. 5.

*Custodia*, φυλακή, *die Bewachung*, *Hut.* certum nume-

rum partim in Urbis, partim in sui custodiam legit. A. 49. German. cohortem, a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam. Galb. 12. in custodiam fratri datus. Vit. 2. in eadem custodia morbo periit. ibid. custodiam portae commissi castelli retinuit. C. 68. militem positum ad custodiam aditus. Ner. 21.

i. q. *custodes*. sepsit custodia militum. A. 65. custodiae Hispanorum. C. 86. (*die Wachen.*) paucos de custodia Germanos. Cal. 45.

i. q. *carcer*. conjectum a se in custodiam. A. 27. quibusdam custodiae traditis. T. 61. (coll. Vit. 2. v. supra.) numerus puniendorum ex custodia. Cal. 29. quibuscunque e custodia. Cal. 32.

i. q. *carcere detenti* s. *custoditi*. in recognoscendis custodiis. T. 61. custodiarum seriem recognoscens. Cal. 29. quod ubique esset custodiae. Ner. 31. v. Burm. solus plerasque custodias — audiebat. Dom. 14.

*Custodire*. municipatim dividendos custodiendosque. C. 14. ut Glyco med. custoditus sit i. q. custodiae datus. A. 11. ut custodiretur interim vel in carcere. Vit. 17.

i. q. *servare*, nostr. *aufbewahren*, *aufheben*. (codicillos) tamdiu custoditos. T. 51.

i. q. *observare*. orthographiam — non adeo custodit. A. 88. — ut custoditum sit, *ne* sequ. i. q. per custodes s. appositis custodibus cautum, observatum. T. 7. (cf. *Plin.* ep. 4, 9, 11. „faces ignem — custodiunt i. e. servant, retinent." Id. 4, 10, 3. „custodire defunctorum voluntatem." Paneg. 65, 1. „nemini religiosius, quod juraverit, custodiendum sequ.")

*Cyathus*. ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse. C. 49. v. not.

*Cycladatus*, cyclade h. e. muliebri veste indutus. Cal. 52.

## D.

*D*. per notas scripsit — quae si quis investigare et persequi velit, quartam elementorum literam i. e. *d* pro *a* et perinde reliquas commutet. C. 56.

*Damnum* i. q. detrimentum, *Verlust*, *Schaden*. metu damni. C. 67. cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset. A. 25. suscepto in se damno. Cl. 18. majore hominum damno quam suo. Tit. 10. — multis incendiorum damna supplevit. Cal. 16.

*Damnosus* i. q. *damnum afferens*. victorias ceu damnosas Reip. increpare. T. 52. v. Gloss. Liv. i. q. *sumtuosus*, *prodigus*. non in alia re tamen damnosior, quam in aedificando. Ner. 31. v. Graev. ad h. l. *Terent*. Heaut. 5, 4, 10. „helluo, ganeo, damnosus." *Plaut*. Pseud. 1, 5, 1. Curc. 4, 1, 24. ubi v. Salmas. cf. Schwarz. Observ. 19. ad *Plin*. Paneg. 12, 2.

*Damnare*. damnati omnes. C. 89. accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. T. 61. alterum — damnandum Senatui tradidit. A. 66.

*damnati*. quoties ex damnatorum bonis pecunia superflue-

ret. A. 41. unde damnatos — praecipitari coram se in mare jubebat. T. 62. nullo non damnatorum omne probri genus — ingerente. T. 66. quum SCto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur. T. 75. damnatorum liberi Urbe pulsi, enectique veneno aut fame. Ner. 36. damnatorum occisorumque a Nerone. Galb. 10. damnatos relegatosque restituit. Cal. 15. damnatis supplicia demsit. Vit. 8.

*c. gen.* a Senatu capitis damnatus est. Cal. 2.

*c. ablat.* quos capite damnaverat. Cl. 36. cujusdam capite damnati. Ner. 10. capite damnatos. T. 61. v. *Caput.* — damnatum repetundis. Oth. 2. Al. supplent *de;* sed *repet.* est i. q. *lege de repetundis*, ut Ner. 5. damnatus *lege Pedia*, et mox: qui *pari lege* damnati erant.

*damn. ob aliquid.* ob libidines atque adulteria damnatam. T. 11.

*ad aliquid.* ad opus damnari. Ner. 31. (*Plin.* ep. 10, 41. damn. *ad* poenam, et 10, 40, 2. *in* opus damn. vel *in* ludum sequ.)

*Damnatorius.* duae tabellae, damnatoria et absolutoria. A. 33.

*Damnatio.* post damnationem. A. 65. Vesp. 13. certi damnationis. T. 61.

*Dapsile*, δαψιλῶς, *large, copiose.* convivabatur assidue, ac saepius recta et dapsile. Vesp. 19. Al. putant esse ablativum adject. *dapsilis* (v. *Sanct.* p. 309. ed. Scheid.), unde fuere, qui corrigerent: *dapsili*, alii adverbium censent, ut *facile* (v. Perizon. ad Sanct. l. c. et Oudend. ad n. l.), nempe ad Latinam formam effictum.

*Dare*, *geben*, *ertheilen.* Respondet *accipere*, *recipere*, *suscipere*; quae verba conferas. Inde dare alicui *beneficia*, *consulatum* v. alios honores, *civitatem*, *epulum*, *prandium*, *tesseras*, *praemia* et similia, quae suis locis vide.

coena data ei adventicia a fratre. Vit. 13.

*dono dare alicui* aliquid. T. 11. Maecenati pro Grammatico *muneri* datus est. Gr. 21.

dare inferias Manibus. Cal. 3. inferias Neroni dedit. Vit. 11.

*dare literas.* quod *literas* publicas sine subscriptione *ad se dederant*. T. 32. ad *epistolas* omnes horarum quoque momenta, — quibus *datae* significarentur, addebat. A. 50.

Juliam Marcello — *nuptum dedit.* A. 63. — *sepulturae dare* al. Galb. 20.

dictata dare alicui. C. 26. mandata ad al. T. 12. praecepta per libellos dare. T. 18.

negotium Aedilibus dedit, *ne.* A. 40. dato Aedilibus negotio — inhibendi. T. 34. dato negotio, *ut.* Cal. 22. dato negotio trierarchis, *qui.* Ner. 34. — datorum officiorum codicilli. Cl. 29. v. Oudend.

vertendum alii dabat. A. 89. — *operam dare* al. rei. v. *Opera.*

dare alicui locum in theatro. A. 44. ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent. T. 75. — principatum fato dari. Tit. 9.

qui testamento alterum nepotem suum — coheredem ei dederat. Cal. 16. legato eum consulari successorem dedisse.

A. 88. donec successores — praesentibus daret. T. 63. v. Oudend. ad C. 41. ubi multi: *quos ipse dedisset.*

*dare signum.* ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. C. 9. ad dandum signum. A. 16. signum excubanti Tribuno dedit Optimam matrem. Ner. 9. Sabinum — *signum* more militiae *petisse*, et, Cajo Jovem *dante* sequ. Cal. 58. v. *Signum.*

*servos ad remum dare* i. q. remigio destinare. A. 16. poenae *ad supplicium* datorum. Cal. 11. v. *Liv.* 7, 4.

aquila duos corvos afflixit et *ad terram dedit.* A. 96. (*Liv.* 31, 37. „ruente saucio equo *praeceps ad terram datus.*")

filias *in sortem dare.* A. 31. — datus fratri *in custodiam.* Vit. 2.

quercus — singulos ramos a frutice *dedit.* Vesp. 5. i. q. emisit, egit.

*sortem dare* i. q. *oraculum.* Dom. 15.

*dare* sensu obscoeno. quid ille tibi et quid illi tute dederis. C. 49.

*se dare* convivio. C. 31. alicui se in adoptionem. T. 2. v. Oudend. ad C. 64., ubi conj. *quum dedisset se in mare.*

*dare secundum aliquem.* i. q. *judicare secundum* al., *zu jem. Gunsten den Ausspruch thun.* secundum praesentes facillime dabat. Cl. 15. v. not. (Ita *vindicias dare secundum libertatem Liv.* 3, 44. alibi.)

*poenas dare* i. q. *luere, solvere, pendere.* Ner. 46.

i. q. *edere.* dare ludos. T. 7. primum daturus (munus). Cl. 21. daturum se (Palumbum) i. q. *producturum.* ibid. (praec. Palumbum *postulantibus.*) dedit et navale proelium — ibidem et gladiatores — omne genus ferarum. Tit. 7. venationes — dedit, munus etiam gladiatorium. Ner. 4. cf. c. 12. initium fec. fabularum dandarum. Ter. 4.

dare documentum al. rei. Cl. 15. Galb. 14. experimentum. Cal. 57. Ner. 22. Dom. 9. Lucan. indicium. Oth. 7. signa quaedam poenitentis dederat. Cl. 43. quoniam suspicionem retinentis dabat. Cal. 12. cf. T. 72. Dom. 9. nullam unquam occasionem dedit. Cal. 10.

i. q. *concedere, permittere.* ut absenti sibi — petitio secundi consulatus daretur. C. 26. ne laudatione qu. judiciali data. A. 56. nec defensione ulla data. Cl. 29. dare vos aliquam senectuti meae requiem. T. 24. secretum petenti — dedit. T. 25. ita nullum spatium perterritis dabat. C. 60. mori jussis non amplius quam horarum spatium dabat. Ner. 37.

*veniam dare* alicui. T. 10. 36. Cl. 38. v. *Venia.*

***De*** pr. habet notionem *sumendi* ex aliqua copia, (non „*copiam rerum*, unde quid sumitur ad aliquid explendum", ut Perizon. ad *Sanct.* p. 839. ed. Scheid., sed *sumere* ipsum notat) ac potest *ad locum* numerumque v. copiam in aliquo loco, vel *ad tempus*, vel ad rerum aliquam copiam s. *materiam, argumentum*, unde dicendi v. agendi initium et progressus, referri, itaque est nostr. *von wo aus, von wo an, zu etwas gehörig, von, über.*

Videamus in singulis.

a) *de loco.* togam de humero dejicere. C. 9. de manu reddere strenam. T. 54. de Mausoleo exaudita vox est. Ner. 46. nautae de navi Alexandrina. A. 98. qui de novo commeatu

Neapolin confluxerant. Ner. 20. tabernas tres de domo sua. Ner. 57. de Cleopatra liberi. A. 17. v. not.

unde de *numero*. de cetero numero candidatorum. C. 41. de tribus voluminibus. A. 101. v. Oudend.

major de duobus. A. 17. maximos natu de Germanici filiis. T. 54.

nummos *de suo* pronunciare. C. 19. *Liv.* 6, 15. *de vestro. de manubiis.* C. 26. T. 20.

b) *de tempore. de die* h. e. ubi pars adhuc reliqua diei, Gr. ἀφ' ἡμέρας, nos: *von Tag aus* i. q. *noch bei Tage.* v. Gloss. Liv. sub voc. *Dies*, Vales. ad *Plaut.* Asin. 4, 2, 16. discumbens de die. Cal. 37. lavabat de die. Dom. 21. ubi est: *primo die* h. e. *mane.*

*de nocte* (*bei Nacht*) h. e. nocte nondum transacta, parte noctis adhuc reliqua.

de nocte evectus. A. 97. de nocte evigilabat. Vesp. 21. v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 8, 23.

de media nocte. Cal. 26. (*Terent.* Adelph. 5, 3, 55. „*cum primo lucu* ibo hinc. — *Imo de nocte* censeo.")

c) *de re*, unde materia dicendi v. agendi sumitur; *argumento* s. *objecto.*

quaestio de pollutis sacris. C. 6. de sicariis. C. 11. de petenda civitate agitantes. C. 8. cautum est de numero gladiatorum. C. 10. de hac significare videtur h. e. de hac dicere. C. 9. de refectione Capit. C. 15. referre de al. re. C. 23. constituere aliquid de al. C. 30. appellatis de Rep. Patribus. C. 34. urgentibus de Pharnace nunciis. C. 35. nuncii de se. C. 57. asperr. de se epist. A. 51. sparsos de se famosos libellos. A. 55. tropaea de Jugurtha sequ. C. 11. etc. cui praec. mil. laus *de tam imbelli genere hostium contigisset.* C. 35.

de oratoribus coronatus. Dom. 13. h. e. *victor de oratoribus*, ut supra: *tropaea de Jug.*, quae facilior est interpretatio, quam exhibita in not. *ut unus de oratoribus.*

Inde etiam *de causa agendi* dicitur interna vel externa, unde oritur, desumitur ratio, quam quis sequitur, ex qua procedit actio, adeoque promiscue usurpatur cum praep. *ex.*

*de* consilii *sententia.* T. 18. *de* communi *sententia.* T. 35. *de sent.* judicum. Cl. 11.

*de more.* Cl. 42. Galb. 18. *de more rituque* priscae religionis. Tit. 5.

*de industria.* Cl. 29 et 33. Galb. 19.

*de* repetitum. *et de* numero *et de* conditione. A. 40. *et de* matrimonio Agr. *deque* Ner. adoptione. Cl. 43.

*de* Jugurtha, *de*que Cimbris atque Teutonis. C. 11.

*Dea.* v. *Deus.*

*Dealbare.* crux dealbata. Galb. 9. (*Cic.* Verr. 1, 55. „omnes illae columnae, quas dealbatas videtis.")

*Deambulare.* nihil aliud quam vectabatur et deambulabat. A. 83. deambulanti in litore. A. 96. solus secreto deambulabat. Dom. 21. (*de* ibi signif. de uno loco in alium, nostr. *auf u. nieder.*)

*Debellare*, *καταπολεμεῖν*, *bello superare.* nisi debellatum prius Illyricum esset. T. 17. non posse Gallias debellari nisi a Consule. Ner. 43.

*Debere.* debere homines consideratius jam loqui secum. C. 77. Principem Senatui servire debere. T. 29. sufficere illi debere ux. ornamenta. Ner. 35.

nostr. *schuldig seyn*, Gr. ὀφείλειν. per causam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam liberto. C. 2. spolia — Capitolio Palatioque debita. Cal. 46.

saepe de *fato*, a quo promissa, destinata, implenda sunt. debita sibi fato dominatione. A. 19. i. q. *destinata*. (v. Mitscherlich. ad *Horat.* Od. 1, 3, 5. „navis, quae *tibi creditum debes* Virgilium.") triumphum, quasi aut debitum majoribus suis, aut speratum unquam sibi. Vesp. 12.

*Debitum*, τὸ ὀφειλόμενον, ὀφείλημα. recipere debitum. T. 57. acerbius debitum reposcenti. Vit. 7. qui se debitum — flagitassent. Vit. 14.

*Debitor.* tabulas veterum aerarii debitorum — exussit. A. 32. ut debitores duas partes aeris alieni statim solverent. T. 48.

*Debilis.* alius debili crure. Vesp. 7. Opp. *confirmare crus.*

*Debilitas.* insignes debilitate aliqua corporis. Cal. 26. *Gell.* 4, 2. *pedis debilitas.*

*Debilitare.* lapsu debilitatum. A. 43. v. not. Adde *Liv.* 21, 40. „*contusi ac debilitati.*" et: „*claudi ac debiles equi.*" *Plin.* ep. 8, 17, 5., „multi ejusmodi casibus *debilitati, obruti, obtriti.*"

*Decantare.* ἅλωσιν Ilii — decantavit. Ner. 38.

*Decedere provincia* dicuntur magistratus peracto tempore imperii, nostr. *abgehen.* v. Clav. Cicer.

decedens ante tempus. C. 8. ad triumphum simul consulatumque decessit. C. 18. ne ea causa maturius — decederet. C. 26. decedens Macedonia. A. 4. decedentem provincia. Tit. 5.

*de Imperatore* bellum gerente. priusquam provincia decederet. Cal. 48.

*decedens* omnino i. q. proficiscens, a peregrinatione rediens. Ner. 24.

*decedere via*, honoris habendi causa magistratui, max. Consulibus. (*ausweichen.*)

assurgere et decedere via (Consulibus.) T. 31. Censorem — via sibi decedere Aedilis coegit. Ner. 4.

i. q. *aberrare via.* quum luminibus exstinctis decessisset via. C. 31. (*vom Wege weichen.*)

Sed Ner. 9. legendum: *discessit*, non *decessit.* De permutatione duorum verb. v. int. ad *Tac.* A. 2, 44.

*decedere* i. q. *mori* (*verscheiden.*) A. 101. Ner. 5. Vit. 3. Gr. 17 et 20. Horat. Pers.

*prospere decedentibus rebus* i. q. *cedentibus, succedentibus.* C. 24.

*Decemjugis.* aurigavit — Olympiis etiam decemjugem, quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. Ner. 24.

*Decempeda*, pertica decem pedum. stare ante Praetorium cum decempedis (poena militaris.) A. 24.

*Decemvir* legibus scribendis. T. 2.

*Decemviri litibus judicandis*, judices causarum privatarum. v. not. ad A. 36. et Clav. Cicer. ut centumviralem hastam,

quam quaestura functi consuerant cogere, Decemviri cogerent. A. 36.

*Decens.* pulcer ac decens. Dom. 18. v. Burm. ad C. 47., ubi Lips. conjecit: *servitia decentiora.*

*Decor* i. q. *venustas.* scias, nec gratius quicquam decore, nec brevius. Dom. 18.

*Decorus* juvenis. A. 64. εὐσχήμων, εὐπρεπής, de forma et moribus forma conspicuis.

*Decus.* justi triumphi decus. Cl. 17.

*Decorare.* T. Vinium — equ. dignitate decoravit. A. 27. Praetuli cum Oudend. *honoravit.*

*Deceres,* δεκήρεις, naves decem remorum ordinibus instructae. Fabricavit et deceres Liburnicas. Cal. 37. ex emend. Turnebi pro vulg. *de cedris.*

*Decernere, judicare, censere, constituere,* max. *de Senatu.*

in cognoscendo ac decernendo mira varietate animi fuit. Cl. 15.

in Deorum num. relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. C. 88.

*decern. aliquid.* ut Senatus quaestionem de pollutis sacris decreverit. C. 6. cunctis — abolitionem facti decernentibus. T. 4. ut ob recitationem supplicatio decreta sit. Ner. 10. qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant. C. 20. quaedam adversus sententiam suam decerni. T. 31. contentus dictaturae potestate, decretae cum consulatibus simul. C. 76.

*c. accus. nom. et partic.* ut Senatus legatos — mittendos decreverit. C. 24.

*sequ. ut.* decretum, ut sequ. A. 5. Cal. 16. —

matrim. contraxerit turpius, an dimiserit, non est facile decernere. Cal. 25. v. *Discernere.*

*decernere alicui aliquid* i. q. *adjudicare, decreto tribuere.*

ut provinciae futuris Consulibus — decernerentur. C. 19. decreta accusatoribus praemia. T. 61.

max. *de honoribus.* ex omnibus decretis sibi a Sen. populoque honoribus. C. 45. sed et ampliora — decerni sibi passus est. C. 76. qui honorem — decerni sibi passus est. T. 58. triumphus ei decretus est. T. 17. decretus ei est clipeus aureus. Cal. 16. Plautio etiam ovationem decrevit. Cl. 24. Senatus inter alia complura marmor. arcum cum tropaeis decrevit, et German. cognomen ipsi posterisque ejus. Cl. 1. Sen. statuam ei decreverat. Galb. 23. pluribus triumph. ornamenta decernenda curavit. A. 38. decretis sibi a Sen. ornamentis triumphalibus. Cl. 17. templa, quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere. A. 52. templa, Flamines, sacerd. decerni sibi prohibuit. T. 26.

i. q. *dimicare.* quum ad manus ventum esset, lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur. Ner. 26.

*Decretum.* neque decreto, neque acclamatione. A. 58. decretum Patrum. C. 16. Cl. 6. Galb. 23. facto decreto Patrum, ut. A. 44. per quorum numerum decreta confici possent. A. 35. decretum etiam publicum exstabat, quo cavebatur, ut. A. 1.

adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis universos Patres conscr. C. 78.

*decreta et constituta* (Claudii.) Ner. 33.

*decreta praefecti provinciae.* Pisoni decreta sua rescindenti. Cal. 3.

*Decerpere.* ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent. Galb. 1.

*Decertare*, certamine decernere. quam primum — decertare statuit. Oth. 9.

*Decidere.* (a *Cadere*) tunica — ad pedes decidit. A. 94. quoties — decideret lumen. T. 19.

capita omnibus simul statuis deciderunt. Galb. 1. titulus — excussus vi procellae — decidit. Dom. 15.

in Cant. lacum fulmen decidit. Galb. 8. — quia pars major (missilium) intra popularia deciderat. Dom. 4.

ad eas rei fam. angustias decidit. Cl. 9. — postquam spe decidit. Oth. 5.

Ner. 46. leg. *desisse*, non *decidisse* v. *dedisse.*

*Decidere* (a *Caedere*) i. q. *dirimere, transigere.* post decisa, quaecunque obvenissent, negotia. Vesp. 21. cf. de hoc verbo Graev. ad *Cic.* ad Att. 1, 8.

*Decimae*, liberalitatis genus. decimas maturius dabat. Cal. 26. Emendationes vir. doct. v. apud Oudend. et Burm. De eodem beneficio intelligo locum Galb. 15. liberalitates Neronis, *non plus decimis concessis* — revocandas curavit. Al. ex *Tac.* H. 1, 20. *decimam partem* liberalitatum Neronis intelligunt. v. not. ad utrumque locum. cf. Facciolat. et Heusing. ad *Cic.* de Off. 2, 17, 3.

*Decimare*, decimum quemque ad poenam legere, poena militaris.

cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. A. 24. inhiberi nullo potuit modo, quin decimare velle perseveraret. Cal. 48. recusantes — non modo immisso equite disjecit, sed decimavit etiam. Galb. 12.

*Decipere.* janitoribus deceptis. A. 19. fraude deceptum. T. 25. invito atque decepto. Vesp. 15. spe affinitatis ac tribun. potestatis deceptum. T. 65.

*Declamare*, de eloquentiae exercitatione, vel ab adolescentulis, moderantibus magistris, vel ab adultis, excolendae artis causa, vel coram auditorio ad ostentationem instituta. v. Rh. 1. 6. Gr. 4. 7. 10. A. 84. Cl. 4. Ner. 10.

*Declamationes*, orationes ad exercitandam eloquentiam scriptae.

plerique oratorum etiam declamationes ediderunt. Rh. 1.

*Declarare*, ἀποφαίνειν, i. q. *eligere.* reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. C. 80. Saepissime ita Livius. v. Glossar. Liv.

i. q. *ostendere.* Gentem Octav. Velitris praecipuam olim fuisse, multa declarant. A. 1.

*Declinare.* i. q. *avertere.* omnia se a terris tunc numina declinarunt. A. 70.

ad declinandam invidiam. C. 4. h. e. ad avertendum s. vitandum odium.

*Decocta.* sc. aqua, potio sec. *Plin.* 31, 3, 23. a Nerone inventa. Ner. 48. v. Rupert. ad *Juven.* 5, 50. not. 28.

*Decollare.* miles decollandi artifex. Cal. 32. v. *Wesseling.* Observ. 1, 20. Gronov. ad *Plaut.* Capt. 3, 1, 37. *decolare* et *decollare* rectius distinguit.

*Decolorare*, alieno colore inficere. manibus collybo decoloratis. A. 4.

*Decrepitus*. anus ac paene decrepita. Oth. 2.

*Decumani*, milites decimae legionis. C. 70.

*Decumbere*, κατακεῖσθαι. *ad epulas*. una decubuit. Cl. 33. v. Oudend. paulo post, quam in triclinio decubuit. Cl. 39.

*ad libidinem*. in aureo lecto veste purp. decubuisse. C. 49.

*quietis causa*. decubuit super lectum, modica culcita — instructum. Ner. 48.

*Decuriae judicum* h. e. *classes*. A. 29. v. *Sigon*. de judic. 2, 18., Ern. in Clav. Cicer. Fuerunt antiquitus tres; „*quartam* Aug. addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus summis." A. 32. v. not. Deinde Caligula, „ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores *quintam decuriam addidit*." Cal. 16. Denique Galba „judicibus, *sextam* decuriam adjici precantibus, — negavit."

recognoscere decurias jud. A. 29. v. *Recognoscere*. vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset. A. 32. quum decurias rerum actu expungeret. Cl. 15. h. e. decurias judiciis habendis recenseret. cf. *Actus* et *Expungere*. instanti saepius, ut civitate donatum in decurias allegeret h. e. *inter judices*. T. 51.

*decuriae equitum* T. 41. non judicum esse videntur, sed militiae equestris. v. not.

*decuriae scribarum*, collegia scribarum publicorum. Cl. 1. Ita etiam decuriae erant lictorum, viatorum, praeconum, accensorum magistratuum, unde *decuriae* et *tribus* h. e. *plebs* junguntur A. 57. v. not. et Ern. ad *Tac*. A. 13, 27.

*Decuriones*, Senatores municipiorum aut coloniarum. Decuriones colonici. A. 46. v. not. Decuriones municipiorum et coloniarum. A. 100. partem majorum plebei ac Decurionum. T. 37. (Pollentiae.) Decurio Fundanus. Cal. 23.

*Decurio cubiculariorum*. i. q. praefectus cubiculariis. Dom. 17. v. not.

*Decurrere*. ita ut extremis spatiis subsultim decurreret. A. 83. (*de* vim habet, ut in *Deambul*.)

*decurrere circa tumulum*. honor funebris, a milite memoriae ducis habitus, περιδρομή, ubi ad justi proelii formam ordines explicare, conjungere, et arma conserere solebant. v. not. ad Cl. 1., *Kirchmann*. de funer. Rom. 3, 3., Lips. ad *Tac*. A. 2, 7., et Glossar. Liv.

i. q. *se demittere*, ex superiore parte in inferiorem currere. Eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Ner. 11. (*er lief auf dem Seile herab; Xiphil*. 61, 17. ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν.)

*Decursio*. Trojae decursio. Cal. 18. (Gall. *manoeuvre*, nostr. *Waffenbewegung*, *Schwenkung*.) campestrem decursionem scuto moderatus. Galb. 6. v. Lips. ad *Tac*. A. 2, 55. et Glossar. Liv. sub v. *Decursus*. indicta decursione praetorianis, scutum sua manu praetulit. Ner. 7.

*Decursus*. destitit ante decursum. (h. e. ante finem cursus, nondum decurso spatio.) Ner. 24.

*Dedecus*. magno dedecore imperii. T. 41. i. q. *ignominia*, majore dedecore. T. 67. suo majore dedecore. Cl. 16.

*dedecora* i. q. *flagitia*, quibus quis infamia se contaminat, nostr. *Schändlichkeiten.*

aliquanto patientius mortem quam dedecora suorum tulit. A. 65. prima juventa variorum dedecorum infamiam subiit. A. 68. super cetera flagitia et dedecora. Cl. 26.

*de aliis sceleribus.* ad avertendos tantorum dedecorum rumores. Cal. 48.

*Dedecorare.* dedecoratus flagitiis omnibus. Ner. 36.

*Dedere.* dedendum cum hostibus. C. 24. — Ubios et Syg. dedentes se. A. 21. cf. infra *Deditus.*

*Dediticii* (ita scribendum, non *deditit.*, ex optimis libris probat Oudend. ad T. 9.) trecentos ex dediticiis electos. A. 15. quadrag. millia dediticiorum. T. 9.

*Deditio.* ultro ad deditionem hortatus. C. 63. deditione a ceteris facta. T. 4. L. Antonium — ad deditionem fame compulit. A. 14. edidit — et deditionem Britanniae regum (in spectaculo.) Cl. 21.

Adminio — in deditionem recepto. Cal. 44. parte insulae in deditionem recepta. Cl. 17. nisi h. l. legendum: *in ditionem*, ut Vesp. 4. „insulam Vectem — *in ditionem* redegit", non *in deditionem*, ut vulgo. Eadem varietas est C. 34. „L. Domitio — in deditionem redacto" et C. 74. „piratas — quum in deditionem redegisset." Utroque loco Ernest. probat: *in ditionem.* At jure monet Oudend. ad priorem locum, *dedidisse se illos, non in ditionem Caesaris vel populi Rom. venisse.* Quod ad praepos. *in* attinet, quae movit Ernestium, plurimis locis confirmatam probavi ad C. 34., et *in dedit. red.* conditionem coacti s. dediticii, sicut *ad dedit.* actionem cogentis notare, sententia, cujus nondum me poenitet, asserui. Ceterum cf. *Ditio.*

*Deditus.* i. q. *intentus.* Utrumque jungitur T. 61. „soli huic cognitioni adeo per totos dies *deditus et intentus* sequ." ubi *deditus* ad animi voluntatem, *intentus* ad animi vires pertinere videtur. Gr. κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, *mit Sinn u. Geist auf diese Sache so ganz gerichtet.* ludoque et epulis dedito. Cal. 32.

i. q. *studiosus*, nostr. *ergeben.* prasinae factioni ita addictus et deditus. Cal. 55. (*addictus* est antecedens, *deditus* consequens; qui se addixit rei, deditus est; utrumque conjunctum auget vim orationis.) soli huic nec ulli praeterea grammatices parti deditus. Gr. 24. vel praecipue luxuriae saevitiaeque deditus. Vit. 13. Principi — pertinaciter liberalibus studiis dedito. Cl. 40.

*Dedicare* pr. *Diis consecrare* actu sollemni, Gr. καθιεροῦν, nostr. *einweihen, weihen.*

dedic. aedem. A. 91. T. 20. templum, Capitolium. T. 40. aedes — bellis votae dedicataeque. Ner. 38. eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est. Cl. 2. aedem Jovis Olymp. — perficere destinaverunt, Genioque ejus dedicare. A. 60.

et quoniam omnino usum sollemnis dedicatio inchoare et instituere solebat, saepe i. q. *usui jam destinare, uti incipere*, ut nos: *eine Sache einweihen.*

ejusmodi domum quum absolutam dedicaret. Ner. 31. commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat.

A. 43. cf. Vesp. 19. amphitheatro dedicato. Tit. 7. dedicatis thermis atque gymnasio. Ner. 12.

i. q. *suspendere* v. *constituere*, pro rei diversitate, ut Diis sacrum, Gr. ἀνατιθέναι.

ex quis aureas cortinas Apollini Palat. dedicavit. A. 52. monile — Capit. Veneri dedicavit. Galb. 18. pugionem — in Agripp. coloniam misit, Marti dedicandum. Vit. 10. cujus effigiem habitu Cupidinis in aede Capit. Veneris Livia dedicavit. Cal. 7. pretiosissima Deorum simulacra — vicatim dedicabat. A. 57. statuas omnium — in utraque Fori sui porticu dedicavit. A. 31. cf. T. 74. cujus (equi) etiam instar pro aede Ven. Genitr. postea dedicavit. C. 61.

distingu. *ponere* et *dedicare*. statuam ei auream in Palatio posuit, et alteram ex ebore equestrem, quae Circ. pompa hodieque praefertur, dedicavit prosecutusque est. Tit. 2. h. e. sacro usui, pompae scilicet, consecravit.

omnino i. q. *constituere* v. *suspendere*, etiam de rebus minime sacris, *aufstellen*.

quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres ac praecipuos auctores dedicavit. T. 70.

*de tabula adeo obscoena*. Parrhasii tabulam — in cubiculo dedicavit. T. 44. v. Gronov. ad *Liv.* 7, 3. et Glossar. Liv.

*Dedicatio*. ludos dedicationis Pompejani theatri. Cl. 21. dedicatio patinae. Vit. 13. dedicatione pontis. Cal. 32.

*Deducere* est *ducere de uno loco in alium*, quod ex ipsa significatione praepos. *de* apparet, de qua supra vide, unde etiam venit, ut saepe sit: *in superiorem locum ducere aliquem*, cujus usus multa exempla vide in Glossar. Liv. sub h. voc. init. Plerumque tamen est: *de loco superiori in inferiorem ducere*.

*classe deducta* (ex litore in mare). C. 4. cf. *Liv.* 41, 9.

*e spectaculis detractum* repente et in arenam *deductum*. Cal. 35. correpto *deductoque ad terram* Stephano (nostr. *niederziehen*.) Dom. 17. Al. *in terram*.

sinum *ad ima crura deduxit*. C. 82. — *tiara deducta* i. q. *detracta*, *demta*. Ner. 13.

*deducere exercitum* ex al. provincia (*das Heer abführen*.) Ner. 18. Sed T. 9. legendum: *ducto* ad Orientem exercitu, non *deducto*. v. Oudend.

*ded. coloniam* (v. *Liv.* 34, 45. et 53. Drakenb. ad 39, 44.) A. 46. Ner. 9. colonos. C. 28. 81. T. 4.

*filios deducere in Forum* die tirocinii. A. 26. T. 15. Ner. 7.

*in popularia deducti* h. e. sedilia populi in theatro. Cl. 25.

unde omnino i. q. *prosequi*, προπέμπειν, sive surgat via, sive declinet. v. supra.

*duces in provinc. abeuntes*. ut — provincias cum imperio petituri hinc deducerentur. A. 29.

unde — *circum templa* deductus est. T. 17.

*deduc. tensas*. A. 43. Vesp. 5. Male Ernest. corrigit *ducere*. v. Oudend., Wolf. et a nobis notata.

Dicitur etiam *de feminis*, quae ad concubitum ducuntur, ut alias *perducere*, quod vide.

Liviam Orest. — ad se deduci imperavit. Cal. 25. cf. C. 50. de quo loco proxime.

puerum Sporum — celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit. Ner. 28. cf. de hoc verbi usu Gronov. ad *Plaut.* Casin. 2, 8, 36.

*deducere aliquid summae* i. q. *detrahere* (*abziehen.*) deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset. C. 42. (*Liv.* 6, 5.) Ita: *Tertia deducta est* C. 50. duplici sensu: *tertia pars detracta est*, vel: *Tertia femina perducta est*, sensu obscoeno, in quo facetia Ciceronis.

*deducere rationem* A. 42. pro *rationem habere* ferri vix potest. *Ovidius* quidem Trist. 5, 1, 71. „ut hic *deducta* legantur" pro: *scripta, composita.* Ep. ex Pont. 1, 5, 13. „luctor *deducere versum.*" 4, 1, 1. „*deductum carmen* ab illo" sequ. Amor. 3, 8, 27. „*proque bono versu* primum *deducite* pilum" al. Sed diversus semper sensus in illis: *una serie ab initio ad finem perducere, continuare*, nostr. *fortführen, durchführen*, id quod l. c. non valet. Substitui igitur virorum doct. auctoritate: *rationem duceret.*

*Deductus.* nasum et a summo *eminentiorem*, et ab imo *deductiorem.* A. 79. Oppositi ratio probabiliorem reddit interpretationem: *depressiorem*, *demissiorem*, *humiliorem*, quae est Graevii (nos: *die oben herausgebogne*, *hohe Nase senkte sich nach unten.*) Casaub. intelligit: λεπτόν h. e. *tenuem*, quasi in acutum flexo deorsus acumine desinentem, ut cum Burm. Oudendorp. Exempla poetarum, ut: *deducta fila*, *deducta vox*, quae afferunt, parum quadrant; nummi accuratam effigiem, quam in interpretando sequaris, vix praebent. Etiam res eodem fere redit.

*Deesse.* i. q. *non adesse.* si pecudi cor defuisset. C. 77. tres uncias, quae ponderi deerant. Galb. 12.

si deessent candidati Senatores. A. 40.

unde *deesse alicui* i. q. *non adesse, non auxiliari.* qui Reip. defuissent. C. 75.

deesse reo in judicio. A. 56. Opp. *superesse* h. e. *adesse.*

*non deesse.* studium et fides erga clientes ne juveni qu. defuerunt. C. 71. nunquam aut officium hom. aut reverentia publica (ei) defuit. Cl. 6. nec eventus defuit. Vesp. 7. auctoritas et quasi majestas quaedam — deerat. ibid.

nihil contumeliarum defuit, quin subiret. Ner. 45. neque votum sibi, neque animum deesse confodiendi eum. A. 51. non defuit plerisque animus adoriri. Cal. 56. —

*nec tamen desunt, qui* — scribant. T. 5. (praeced. *quidam*, mox: *sed ut plures tradunt*, est igitur nostr. *auch.*) adeo *ut non defuerint*, *qui* traderent. Cl. 9. h. e. *ut etiam nonnulli tradiderint.*

*nec defuit* vir praetorius, qui — juraret. A. 100. (nostr. *auch fand sich*, *es fand sich sogar.*) non defuit, qui eum — convicio incesseret. T. 11. non defuerunt, qui — voverent. Cal. 14. et tamen non defuerunt, qui — ornarent. Ner. 57. facta — quibus modo delator non deesset. Ner. 32. nec defuerunt, qui conjectarent. Cal. 57. (nos: *es fehlte nicht an Leuten.*) non deerant, qui secus interpretarentur. Tit. 5. nec defuerunt, qui interpretarentur. Galb. 8. Vesp. 5. nec defuit, qui ostentum sic interpretaretur. Dom. 23.

*Defatigare.* ut serius subsequentes defatigaret. C. 65. Gronov. formam antiquam: *defetigaret* intrudere voluit. Sed v. Burm. — *Defectio* v. *Deficere.*

*Defendere.* optim. partibus, quas secum simul defendissent. C. 1. omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset. C. 53. in Senatu defendenti Nysae causam. C. 49. causam Caesaris defendenti. Rh. 1. apud — Proconsulem defendens reum. Rh. 6. Masintham — quum adversus Hiempsalem regem tam enixe defendisset. C. 71. regem Archel., Trallianos, et Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit. T. 8.

quo difficilius defenderetur. Ner. 43. sc. populus ab immissis feris. Al. *defenderentur* sc. ferae pro *arcerentur, propulsarentur*, ut saepe *defendere periculum, ignem, frigus*, simil.

*Defensio.* quasi plane defensione ac patrocinio res egeret. C. 52.

in defensione divitis rei. Vesp. 13. crimine incerto, nec defensione ulla data. Cl. 29.

Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros (scripsit Claudius.) Cl. 41.

*Defensor.* Aemil. Paulum C.que Curionem — ingenti mercede defensores paravit. C. 29.

*Deferre* i. q. *ferre ab uno loco in alium*, max. *inferiorem.* v. *Deducere.*

lectum pro Rostris in Forum — detulerunt. C. 84. (ubi notandus usus perfecti *detulerunt* sensu ἀορίστῳ, v. Wolf., unde non opus emendatione Casaub. *detulerant*, et praegnans, quam dicunt, significatio verbi pro: *in Forum detulerunt et pro Rostris posuerunt.*)

Senatorum humeris delatus in Campum crematusque. A. 100. jussique sunt omnes aegri in publicam porticum deferri. T. 11. lectica in castra, et inde — in Curiam delatus est. Ner. 8. clam gestatoria sella delatus in theatrum. Ner. 26. ne SCtum ad aerarium deferretur. A. 94.

*deferre rem* i. q. *indicare, referre*, nostr. *anzeigen, hinterbringen.*

se de conjuratione ultro ad eum detulisse. C. 17. quasdam insidias temere delatas. Cl. 36.

unde i. q. *accusare* (nostr. *eine Sache anbringen,*) de rebus et hominibus.

delaturum se nomen ejus. C. 30. reos caedis absentes deferre statuit. A. 10. ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat. Vit. 13. extraneo vel etiam domesticorum aliquo deferente. Cl. 9. (h. e. *clam accusante.* cf. *Delator.*)

*deferre ad aliquem* i. q. *accusare apud al.* (*bei jem. anbringen.*) quosdam per indicem delatos ad Senatum. Ner. 39. hunc delatum. Dom. 15. ad quem (fiscum) deferebantur. Dom. 12. omnium inimicitiae ad nos deferentur. T. 28.

*deferre alicui aliquid* i. q. *tradere, demandare* (*übertragen.*) cognitionem Senatui detulit. C. 23.

i. q. *offerre, tribuere.* sibi summam Reip. deferentes. Cal. 1. delatam sibi summam imperii. Ner. 3. alteri Syriam prov., alteri praefecturam Urbis confestim detulit. T. 42. multis (consulatibus), quum deferrentur, recusatis. A. 26. Patris patr. cognomen universi — detulerunt ei. A. 58. coll. T. 67. petenti honores consularia ornamenta detulit. Cl. 5. praemia

coronarum, quae unquam sibi — civitates detulissent. Ner. 32. — Octaviam — conditionem ei detulit. C. 27.

*Delator* i. q. *accusator*, max. clandestinus, *calumniator*. v. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 34, 1. 35, 1. et Observ. 36. p. 535. — conspecto delatore ejus. Dom. 11. quam — delatoribus objecit. T. 45. nemini delatorum fides abrogata. T. 61. negavit, se delatoribus aures habere. Cal. 15. ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus. ibid. ut matris ac fratrum suorum delatores. Cal. 30. quam — delatores multorum criminum arguebant. Cl. 44. praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegit. Ner. 10. facta, dictaque omnia, quibus modo delator non deesset. Ner. 32. flagitantes, a delatoribus revocanda praemia, quaecunque cepissent. Ner. 44. inter adversa temporum et delatores mandatoresque erant sequ. Tit. 8. Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Dom. 9.

*Defessus*. quasi repente defessus procidit. Vesp. 5. stare se ante fores defessam. Galb. 4. qui — insiliunt defessos (tauros). Cl. 21.

*Deficere*, i. q. *non adesse*, *non superesse*, *non suppetere* (nostr. *fehlen*, *ausgehen*, *verschwinden*.) Gr. ἐκλείπειν. v. Lex. Xenophont. sub h. voc.

deficiens capillus. C. 45. ut et panis Romae saepe deficeret. Cal. 39. necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles. A. 46. deficiente militum ac familiarum turba. Cl. 18. nunquam deficiente materia (crudelitatis). T. 61. deficiente belli materia. Cal. 45. — progenies Caesarum in Nerone defecit. Galb. 1. i. q. *exstincta est*. ut non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit. T. 23. ut deficientes libidines excitaret. T. 43. deficientibus viribus. T. 73.

*deficere dicuntur ii*, *quos vires deficiunt*. deficientibus lecticariis. Oth. 6.

et *de animi viribus* s. *fortitudine*, *constantia*. ne deficeret, hortante. Vit. 15.

*de moribundo*. in hac voce defecit. A. 99. extractum sibi deficienti anulum. T. 73. defecisse prope lucem. Cl. 44. in ea voce defecit. Ner. 49. deficiens aestu. Plin.

*Defici*. quamvis non deficeretur — extemporali facultate. A. 84. v. not. et Oudend. quum jam non gressu modo deficeretur, sed et visu. Gr. 3. (*Ovid*. Trist. 2, 407. *tempore deficiar*. *Plin*. Paneg. 26, 6. *defectum corpore caput*, ubi v. Schwarz.)

*Defectio*, sc. virium. intellecta defectione. T. 73. alvo usque ad defectionem soluta. Vesp. 24. — ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset. Cal. 50.

i. q. Gr. ἀπόστασις, nostr. *Abfall*. nunciata Illyrici defectione. T. 16. cf. Ner. 47.

*Defectores*, ἀποστάται, οἱ ἀποστάντες. Ner. 43. *Tac*. A. 12, 50.

*Definire* i. q. *constituere*. definitis — et temporibus militiae, et commodis missionum. A. 49.

*Deflagrare*. insularum, quae in monte Coelio deflagrarant. T. 48.

*Deflectere*. deflexa omni acerbitate in Senatum. Cal. 48. donec virtutes quoque in vitia deflexit. Dom. 3.

*intransit*. paulo deflectere sc. a via. A. 93.

*Deflere.* hanc ut crudel. caedem deflevit edicto. Cal. 30. diplomata ut vetera et obsoleta deflebat. Cal. 38. Interpretantur: *ut conclamata habebat* v. *ut mortua videbat.* Recepi emendat. *delebat.* Al. *deflabat* v. *difflabat* et *abolebat.*

*Defluere.* *de navigatione.* quoties Ostiam Tiberi defluerct. Ner. 27.

i. q. *descendere.* a quibus duplex Octaviorum familia defluxit. A. 2.

*Defodere.* maximam virginem — defodi imperavit (ob stuprum. v. n.) Dom. 8.

in minore Codeta defosso lacu. C. 39.

*Deformis, indecorus, sordidus.* deformi et incondita turba. A. 35. multaque talia, etiam privatis deformia, nedum Principi. Cl. 40. deformia lucra. Vesp. 23.

*de externa specie.* deformis Urbs veteribus incendiis ac ruinis erat. Vesp. 8.

calvitio quoque deformis sequ. Dom. 18.

*Deformiter.* vivo deformiter, οὐ πρέπει. Ner. 49.

*Deformitas.* aedificiorum. Ner. 38. calvitii. C. 45.

*Deformare.* multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis. Cal. 27. Gr. αἰκίζειν.

*Defricare.* fauces ceteraque membra ad numerum in sphaeristerio. Dom. 20. v. *Cels.* 2, 14.

*Defringere*, ἀποκλᾶν. Vulg. *axe defracto* C. 37. et *gubernaculo defracto* A. 17. Rectius legitur utroque loco: *diffracto*; *defringere* est nostr. *abbrechen*, *diffringere*, *zerbrechen*: v. not. et Oudend. — defractis compluribus subselliis. Cl. 41. (*einbrechen, niederbrechen.*)

*Defungi* pr. *usque ad finem fungi*, adeoque *solvi*, *liberari* officio, labore, periculo etc.

*defunctum se fatalibus malis* Ner. 40. h. e. se jam superasse mala fato destinata.

*defungi morte* i. q. *mori.* neque sua morte defunctus est h. e. naturali morte obiit. C. 89. inde *defungi* simpl. i. q. *mori.* quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam. A. 99.

*defunctus* i. q. *mortuus.* C. 6. A. 8. 61. T. 6. 51. Cal. 6. 10. 17. 23. Cl. 1. Ner. 15. Vesp. 21. Tit. 4. 8. Dom. 2.

*Degenerare.* degenerasse eum a civili more. A. 17. quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero. Ner. 1.

*Deglubere*, ἀποδέρειν. boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. T. 32.

*Dehinc*, *ex hoc tempore* h. e. *posthaec*, Gr. ἐντεῦθεν v. τοὐντεῦθεν, nostr. *darnach* v. *hernach.*

dehinc Scipionem — devicit. C. 35. dehinc — Palatium et Apoll. petiit. Ner. 25. dehinc pubescens. T. 6. dehinc ad simult. usque processit. T. 51. dehinc mane. Dom. 16. prandium dehinc — dedit. T. 20. Al. *dein.*

de qua dehinc dicam. A. 97. de quibus dehinc dicam. Ner. 19.

nostr. *von da an, von dem an.* duplex dehinc fama est. Cal. 58. omnes dehinc Caesares. Tit. 7. — juvenes *primo* — *dehinc* vehicula. A. 49. (mel. *dein.*) absolutam *olim*, *dehinc* longo intervallo repetitam. Dom. 8. Al. *dein.*

*Dein.* C. 31. 81. Galb. 10. dein paulo post. Cl. 37. Rhegium, dein Puteolos. Tit. 5. Al. *dehinc* et *deinde.*

*prius* — *dein*. T. 61. *parumper* — *dein rursum*. Galb. 19. Al. *deinde*.

*primum* — *dein*. A. 63. *primo* — *dein*. Ner. 13. T. 59.

*primum* — *dein* — *novissime*. A. 8. *prima plebs* — *dein* — *mox*. A. 58.

*Deinde*, *ex illo tempore* h. e. *postea*, Gr. ἐκ τούτου, nostr. *darauf.*

deinde tibic. C. 84. deinde in haedo expertus. Ner. 33. deinde eruditione etiam sequ. A. 89. numeratis deinde. C. 4. urgenti deinde — hosti. Vit. 15. al.

*nachher*, *nachdem*. cum qua deinde divortium fecit. C. 6. postquam deinde etiam. Ner. 42.

*postea* — *et deinde*. A. 7. *inter initia* — *deinde*. Cl. 44. *prius* — *deinde*. C. 74. *primum* — *deinde*. A. 63. Cal. 40. Cl. 9. *primum* — *deinde et*. T. 50. *primum* — *deinde etiam*. T. 56. *primo* — *deinde*. T. 65. Gr. 9. 23. *primo* — *deinde et*. Vesp. 8.

*vel omisso priore vocabulo.* Raetici, *deinde* Germ. belli. Cl. 1. Poppaeam — *deinde* Statiliam. Ner. 35.

*ad breve* — *deinde rursum*. T. 68. Al. *demum*. v. Goerenz. ad *Cic.* Acad. 2, 16, 49.

*in pluribus membris*. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 52, 4. — mox — et rursus — iterum deinde. Vit. 12.

matrem *primo*, *deinde* filiam, *nec multo post* nepotem. C. 26. *primo* — *deinde* — *postremo*. T. 61.

*primo* — *deinde* — *novissime*. Gr. 6. *primum* — *deinde* — *ac mox*. Vit. 15. ante omnia instituit — deinde — ac — tunc. Ner. 32.

*primum* et excell. triumphum egit Gall., *sequentem* Alex., *deinde* Pont., huic *proximum* Afric., *novissimum* Alex. C. 37. stipendia *prima* — *dein* — *posthaec* — *exin* — *inde* — *inde*. T. 9. ubi al. *deinde*.

alias alio tempore: Lepidi (omitt. *primum* v. *primo*) — *deinde* — *mox* — *exin* — *ac praeter has* — *item* — *ad extremum*. A. 19.

Ceterum discrimen inter *dein* et *deinde* vix extricaveris. *Dein* brevior forma est pro *Deinde*.

*Deinceps* h. e. *ubi ab hoc initium ceperis*, ad sequentem ordinem v. continuam seriem plerumque refertur. (v. *Sanct.* Min. p. 652. ed. Scheid.) Gr. ἐφεξῆς, nostr. *von da an*.

summa rerum, quas deinceps gessit. C. 34. Cn. et deinceps ab eo reliqui. A. 2. deinceps eadem ratione sequentes literas. A. 88. prius quam nasceretur, et ipso natali die, ac deinceps. A. 94. deinceps procedente tempore. T. 1. temporibus Appii et deinceps aliquamdiu. Cl. 24. certamina deinceps obiit omnia. Ner. 23. magisque ac magis deinceps per aetatis gradus. Tit. 3. deinceps stato die quotannis. Cl. 1. menstruis deinceps supplicationibus coluit. Galb. 4.

nam deinceps neque in Sen., neque apud populum, neque apud mil. locutus est unquam. A. 84.

*deincepsque* nemini non suorum — concessit. C. 75.

*Denique*, ubi plura narrata sunt, ultimum addit et claudit narrationem, i. q. *postremo* v. *ad extremum*, nostr. *endlich* i. q. *zuletzt.* Exempla sunt innumera.

denique una cohors. C. 68. denique tempore extremo. C. 75. denique occidit. Ner. 35. al. adeo denique consternatum ferunt. A. 23. Al. *namque*. Sed *denique* est: *ut paucis dicam*,

ut nostr. *endlich*, Gall. *enfin.* v. Graev. ad l. c., Salmas. et Duker. ad *Flor.* 1, 16, 3. et Freinsh. ind. Flor. Ita etiam *postremo.* v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 2, 3, 3. — *et* — *que* — *denique.* A. 21. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 66, 5.

*Dehonestare.* remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant. Cl. 30. i. q. *deturpabant.* Ita *Tac.* H. 4, 13. „simili oris dehonestamento." (*Verunstaltung.*)

*Dejerare.* per numen Drus. dejeravit. Cal. 24. quod nunquam per Genium suum dejerassent. Cal. 27.

*Dejicere.* ut togam de humero dejiceret. C. 9. v. Oudend. dejecta ab humeris toga. A. 52. repentina tempestate dejecto funere h. e. cadavere de rogo. Dom. 15. Al. corrigunt: *disjecto* v. *derelicto* v. *deserto.* v. not. utrumne illum — e ponte dejicerent. C. 80.

*Delabi.* complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt. T. 39.

aquila leniter delapsa. A. 94.

*Delectari.* maxime delectatus est Raetico. A. 77. delectabatur etiam comoedia veteri. A. 89. praecipue delectatus insula. T. 40. quibus poetis admodum delectatus. A. 70. bestiariis — adeo delectabatur. Cl. 34.

*Delectus* v. *Deligere.*

*Delegare.* i. q. *demandare*, ἐπιτρέπειν. cui ordinandas biblioth. delegaverat. C. 56. cf. Gr. 21. quo delegante curam — suscepit. appellationes — Praef. delegavit Urbis. A. 33. delegatus pacandae Germaniae status. T. 16. quum interim — etiam delegaret plurima assidue. T. 63. jurisdictionem — delegari magistratibus solitam. Cl. 23. nulli delegavit officium. Ner. 32. *simpl.* i. q. *mandare*, *jubere* (*anweisen*, *Anweisung geben*). Cassium Long. — occidendum delegaverat. Cal. 57.

*Delere.* scripta sua spongia linguave delere jussos. Cal. 20. ita multa et deleta, et inducta, et superscripta inerant. Ner. 52. — diplomata — delebat. Cal. 38. ex emend. pro *deflebat.*

residuam Spartaci et Catil. manum — in itinere delevit. A. 3.

*Delibare.* pr. *summam* v. *primam partem de al. re sumere.*

delibante tantummodo eo summarum acervos. A. 57. ejusque osculum delibatum h. e. de summis labiis sumtum. A. 94. quasi pudicitiam delibatam a Caesare. A. 68. h. e. primitias pudicitiae degustatas a Caesare.

*Deliberare.* de necanda (filia) deliberavit. A. 65. si de singulis articulis temporum deliberabimus. Cl. 4. neque in commune quicquam, neque propalam deliberabat. Ner. 15.

*Delicatus.* i. q. *delectus*, *exquisitus*, unde *mollis*, *jucundus*, *deliciis destinatus.*

usum vini omnemque delicatiorem cultum ademit. A. 65. delicatissimis navigiis. Vit. 10.

*delicati* i. q. pueri molles, effeminati, παιδικά. quosdam e gratissimis delicatorum. Tit. 7. v. Casaub. ad *Spartian.* Adrian. 4. — *delicata* i. q. amica, concubina. Vesp. 3.

*Delicate.* segniter et delicate iter conficere. Cal. 43. h. e. molliter.

*Deliciae.* amor ac deliciae generis humani. Tit. 1. (nostr. *Liebling.*)

in deliciis habuit (adolescentulum). Vit. 12. h. e. usus est adolesc. ut delicato suo.

erat tum in deliciis aulae histrio. Juvenal.

*Delictum.* delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur. C. 67. vitia quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus. A. 66. in coercendis delictis. Galb. 9. cetera quoque concessisse delicta. Ner. 29. levi atque joculari delicto. Juven. (In edit. vitiose est *dilecto.*)

(*Delictum*, quum sit a *delinquere*, Gr. ἁμαρτία et ἁμάρτημα unice convenit.)

*Deligare.* deligatis ad palum noxiis. Cl. 34. virorum ac feminarum ad stipitem deligatorum. Ner. 29. veretris deligatis. T. 62. — alterius collo et ascopera deligata. Ner. 45.

*Deligere.* h. e. *de numero aliquo legere.*

ipse potissimum delectus est. Vesp. 4. curam habuit deligendi vehicula. Ner. 44. delegit et equ. ordinis juvenes. Galb. 10. Male al. *delegavit.* in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat. ibid.

*Delectus* v. *Dilectus.* Nihil interest, hanc vel illam formam sequaris; nam *delectus* est *lectio de numero aliquo*, et *dilectus* lectio *e multis*, quasi *dislectus*, ut res eodem redeat. Sed quoniam optimi codd. Suet. frequentant formam *dilectus*, et eadem a Festo exhibetur, adoptare eam malui cum Oudend., qui tamen minus in servanda ea sibi constitit. Ceterum alia res est in verbo, ubi ob significationis diversitatem *deligere* et *diligere* distinguenda sunt. cf. etiam Schwarz. in supplem. not. ad *Plin.* Paneg. p. 578., Oudend. ad C. 79.

nullo dilectu. Cl. 15. ἀκρίτως. nullus posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi. Ner. 37. (*Wahl*, *Auswahl.*) dilectu habito. A. 31. majorum minorumve puerorum dilectu. A. 43. non sine magno ordinum hominumque dilectu. A. 74.

*de militibus* (*Aushebung.*) exhausta Italia dilectibus. C. 79. dilectibus ubique acerbissime actis. Cal. 43. dilectum quoque in Urbe egit. Vit. 15.

*Delirus.* ut insipientis atque deliri. Ner. 33.

*Delirare.* quod adhuc se mentis compote deliraret jam filius suus. Vesp. 5.

*Delitescere.* in Campaniae secessu delitescens. Cl. 5.

*Delubrum.* D. Julii gladium tenens, detractum delubro Martis. Vit. 8.

*Demandare.* trium legionum curam et imperium — Rufioni demandavit. C. 76.

quibus ea funeris sui curam moriens demandarat. T. 51. jurisdictionem — potestatibus demandavit. Cl. 23. demandatum bellum. A. 10. proximo collusori demandata vice sua. Cal. 41.

mergendum mari — servis ipsius demandavit. Ner. 35.

ablegari eum ob seditionis periculum et in proximam civitatem demandari. Cal. 9. h. e. servandum tradi. amicam ejus, abductam marito, demandatamque interim sibi. Oth. 3. Lacedaemoniis publice — demandatus. T. 6. testamentum, quod — demandaverat virgini Vestali maximae. C. 83.

*Dementia.* imposne mentis an simulata dementia. A. 19.

*Demere.* barbam, capillum. C. 67. statuae quidam Aug. caput demserat. T. 58. simulacra — quibus capite demto suum imponeret. Cal. 22. Sed Cal. 33. leg. *demetetur* pro *demetur.* quum demsisset cuidam appositam notam. Cl. 16. ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia demsit. Vit. 8.

fabulis fidem firmare aut historiis demere. Rh. 1.

ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret. T. 42.
*Demerere.* avunculum — subsecutus, magno opere demeruit. A. 8. h. e. *sibi devinxit*, *conciliavit*.
*Demereri.* Claudium ne qua non arte demereretur. Vit. 2. Cajum ne quo non genere demereretur. Vesp. 2. alium alia via militem demerebatur. Oth. 4. nihil habere se, quare eos demereatur. Cl. 40. Gr. χαρίζεσθαι. v. Lex. Xenoph. sub h. v.
*Demergere.* pullis per contemtum religionis mari demersis. T. 2. quibus (venenis) mox a Claudio demersis. Cal. 49. repugnantes vulnerare cloacisque demergere assuerat. Ner. 26. parte Liburnicarum demersa. A. 17. vehementi Circio bis paene demersus est. Cl. 17.
*Demetère.* tam bona cervix — demetetur. Cal. 33. vulg. *demetur*.
*Demigrare.* sub Kal. Jul. demigrasse in hortos. T. 35.
*Deminuere.* „*Deminuitur* id quod decrescit s. minus fit quam fuerat, ideo quod ejus pars pereat s. adimatur (scrib. erat: *perit* s. *adimitur*), sed tamen unum manet. *Diminuitur* vero id, quod contunditur, confringitur et attenuatur, aut dissipatur in minutiores partes, sicut bona, opes, vectigalia possunt *deminui* iis quid detrahendo, at *diminui* dilapidando, dissipando vel herciscundo.“ Ita Oudend. ad C. 5., ubi, ut plerisque aliis locis, haec verba temere confunduntur.
tribun. potest., cujus vim Sulla deminuerat. C. 5. quorum auctoritatem ut — invicem deminueret. C. 11. fenore deminuto. A. 41. militum numerum deminuere. Dom. 12.
*Deminutio* mentis i. q. *Alienatio*. A. 99.
*Demittere.* puerum — demissum coelo catena aurea. A. 94. sorticula in urnam cum ceteris demissa. Ner. 21. ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos. A. 92.
Liviae — aquila gallinam albam — demisit in gremium. Galb. 1.
in comparationem se demittere. Rh. 6.
*Demonstrare.* quod spectatorem — demonstrasset digito. A. 45.
*simpl.* adversarium suum demonstravit. Cl. 37. quasi Jupiter — unum ex eis demonstrasset. A. 94.
matronam — demonstrasse procuratoribus suis dicitur. Ner. 32. histrio — ita demonstraverat, ut bibentem natantemque faceret. Ner. 39.
orantes opem valetudini, demonstratam a Serapide per quietem. Vesp. 7.
quo distinctius demonstrari cognoscique possint. A. 9.
*Demori.* in demortuorum locum. C. 41. in locum Tribuni pl. forte demortui. A. 10. in demortuae locum. A. 31. (cf. *Liv.* 5, 31. 26, 23. 40, 19.)
*Demum.* post biduum demum. A. 10. appellato demum collegio obtinuit. C. 23. mortuo demum. A. 31.
tunc demum. Cal. 9. hibernisque demum mensibus. A. 24. id demum se habiturum. Oth. 6. ita demum. Vit. 14.
pro *tandem*. uno demum navigio aegerrime effugit. A. 16. ut demum — palam factum est. Cal. 6.
quod oppidum Hisp., frustra diu oppugnatum, demum succenderit. Galb. 3.
*Denarius*, quatuor sestertii, resp. Graecorum drachmae.
neque ex quoquam plus denario auferente. A. 57. quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset. A. 67.

quisque — in singulos talos singulos denarios in medium conferebat. A. 71. singula millia denariorum praetorianis (largitus est.) T. 48. pronunciato militi donativo, centenis viritim denariis. Cal. 46.

*Denegare.* quum deprecantibus — aliquamdiu denegasset. C. 1. aviae Ant. secretum petenti denegavit. Cal. 23. admissis — honores denegavit. Ner. 15.

*Denique.* v. supra post *Dehinc*, *Dein*, *Deinde*, *Deinceps.*

*Denotare.* quem — ut mollem et effeminatum denotare omni probro consuerat. Cal. 56.

*Dens.* dentes (habuit) raros et exiguos et scabros. A. 79. dens Neroni exemtus. Vesp. 5.

*Densus.* inter angustias densumque agmen. Cal. 51. densissimo et laetissimo obviorum agmine. Cal. 13.

*Denubere.* cui etiam (tanquam feminae), sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. Ner. 29.

*Denudare.* qui matresfam. et adultas aetate virgines denudarent. A. 69.

*Denunciare*, ἐπαγγέλλειν, πϱοειπεῖν, σημαίνειν. nostr. *ankündigen, verkündigen, erklären* etc.

i. q. *praedicere*, *portendere.* Caesari futura caedes evident. prodigiis denunciata est. C. 81. quae periculosa et adversa sacrificanti denunciata essent. A. 96. prodigium, quo denunciabatur. A. 94. ut — et futura denunciarent mala. T. 59.

i. q. *asseverare*; *edicere*, max. *de minis.* quum Cato identidem nec sine jurejur. denunciaret, delaturum se nomen ejus. C. 30. denunciante Pompejo, pro hostibus se habiturum. C. 75.

i. q. *indicere*, *edicere*, max. *de militia*, ut Gr. ἐπαγγέλλειν et πϱοειπεῖν. v. Lex. Xenoph.

ut neque itineris, neque proelii tempus denunciaret. C. 65. denunciato ad novum Imperatorem itinere. Cl. 13.

i. q. *jubere* v. *vetare.* Equiti Rom. — denunciavit, abiret sequi. Cal. 55.

satis habuit pro concione denunciare, ne perseverarent. C. 75. denunciavit, ne se amplius — nominaret. T. 27. quum ipse — ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denunciasset. Cal. 48.

*Denunciatio* i. q. *Delatio.* accusatorum denunciationes. A. 66.

*Denuo.* urbes — subversas denuo condidit i. q. restituit, πάλιν ἔκτισε. A. 47.

*Deparcus.* sordidos ac deparcos esse. Ner. 30. Opp. πολυδάπανος, πολυτελής.

*Depellere.* ostenta a semet in capita procerum depellere. Ner. 36. infantes firmiores necdum tamen lacte depulsos. T. 44.

*Dependere.* dependente brachio. C. 82.

*Deperire.* qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. C. 42. ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret. Vesp. 2.

*de amoris impotentia.* quasi amore sui deperiret. Vesp. 22. Ita etiam

*Deperditus.* Paridis histrionis amore deperditam. Dom. 3.

*Depingere.* depictum orbem terrae in membrana. Dom. 10. Al. *in membranas* v. *membranis.* v. Duker. et Oudend. — maculam, velut depicti draconis. A. 94.

depictas gemmatasque indutus paenulas. Cal. 52. h. e. pictas sc. acu. v. Oudend.

depictas minio assulas. Gr. 11.

*Deplorare.* Cicerone — deplorante temporum statum. C. 20. deploravit temporum statum. Galb. 10. deplorato Italiae statu. Rh. 6.

*Deponere.* Galli bracas deposuerunt. C. 80. deposito patrio habitu. T. 13. gladiis depositis. Cal. 48. assurgere et lacernas deponere. Cl. 6. veste deposita. Cl. 16. deposita lectica. A. 76. nummos — ad signa deponi. Dom. 7. depositorum summa. ibid.

i. q. *abjicere, relinquere, renunciare alicui rei,* nostr. *niederlegen, aufgeben.*

qui dictaturam deposuerit. C. 77. deposito honore. A. 36. depositurum se quandoque (imperium.) T. 24. ut deponere imperium tentaverit. Cl. 36. deposito adoptivo (nomine.) Ner. 41. *deposita* legati, *suscepit* Caesaris appellationem. Galb. 18. hanc qu. actionem deposuit. C. 15. deponere simultates. C. 73. (ubi oppon. *recipere.*) cf. Vesp. 6. deposita provinciae spe. C. 13.

*deponere apud aliquem aliquid* i. q. *tradere, committere,* ut nostr. *niederlegen.*

testamentum — depositum apud se, virgines Vest. protulerunt. A. 101. depositum reposcere. Oth. 3.

*Deportare.* qui opsonia — retinerent deportarentque ad se. C. 43.

dum per vicos deportaretur. A. 78. corpus Decuriones — deportarunt. A. 100. deportandum Romam corpus Augusti. Cl. 6. corpus Romam per milites deportatum est. T. 75.

quod ubique esset custodiae, in Italiam deportari — praeceperat. Ner. 31.

ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria (sc. vehiculis v. navigiis). T. 18. Al. *deponerentur.*

comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. Cal. 39.

*Deposcere.* populo Rom. deposcente supplicium Haloti sequ. Galb. 15. quod suam quoque caedem depoposcisse cognoverat. Cl. 11. poenam in se ultro depoposcerunt. C. 68. ad poenam dep. aliquem. Tit. 6. impar militum ardori pugnam deposcentium. Oth. 9. ludos extraord. pro victoria ejus Germ. depoposcit. Vesp. 2. quum auxilia — ducesque — depoposcisset. Dom. 2. viginti sibi — depoposcerat sequ. T. 55.

missis, qui sibi nomine exercitus deposcerent (consulatum.) A. 26. partes sibi — tuendas in Rep. depoposcit. T. 25. primas sibi partes Cassius Chaerea — depoposcit. Cal. 56. quam (coloniam) tutandam olim depoposcissent. Vit. 1.

*Deprecari* pr. *precibus aliquid defendere et quasi amovere,* Gr. παραιτεῖσθαι. v. *Gell.* 6, 16.

unde saepe i. q. *veniam petere sibi* vel *aliis,* ut παραιτεῖσθαι Suid. συγγνώμην αἰτεῖν, nostr. *abbitten.* deprecantibus — veniam dedit. T. 36. ut ne capitis qu. quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit. T. 2. collaudans vocem deprecantis. Cal. 33. in hunc postea deprecantem. Vesp. 14., quibus locis est: *sibi veniam petere,*

vel *aliis* i. q. ἐντυγχάνειν, *preces interponere pro al., intercedere,* nostr. *fürbitten.*

deprecantibus amicissimis viris. C. 1. deprecanti populo Rom. A. 65. Ita etiam

*depr. pro aliquo.* pro Laodicenis — Senatum deprecatus est. T. 8. pro quo quatuor filii deprecabantur. Cl. 21. filios deprecari pro patre conatos. Vit. 14.

i. q. *precibus aliquid a se amovere*, nostr. *verbitten.* in deprecanda graviore adult. poena. A. 5.

dictaturam magna vi offerente populo — deprecatus est. A. 52. invidiam, quae sibi fieret, deprecati sunt i. q. ne sibi talis invidia fieret. Cal. 9.

*sequ. ne.* Senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur. C. 29.

*Deprehendere.* i. q. *invenire, offendere*, nostr. *finden, antreffen, ertappen*, Gr. καταλαμβάνειν.

*depr. aliquem.* deprehensos intra castra Julianos. C. 75. juxta cubiculum ejus lixa quidam deprehensus est. A. 19. cf. Cl. 13 et 36. confestim is *pro deprehenso* ad poenam raptus est. Cl. 37. (Gr. ὡς ἐπ' αὐτοφώρῳ.) in concubitu ejus quondam deprehensus. Cal. 24.

cubicularios ejus cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos. Ner. 38.

*depr. aliquid* i. q. *cognoscere, detegere.* fraude deprehensa. A. 10. ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet. Cal. 60.

v. simpl. *invenire.* ut occisum deprehendit. C. 35. deprehensis in lecto ejus — serpentis exuviis. Ner. 6. mandata Neronis de nece sua — clam missa deprehenderat. Galb. 9. quum etiam chirographum ejus — concionis deprehendisset. Tit. 6.

*c. acc. et inf.* quum, quosdam etiam libertini generis mitti, deprehendisset. A. 44.

*Depugnare*, διαγωνίζεσθαι, διαμάχεσθαι, saepe de certamine singulari.

munere in Foro depugnavit Furius Leptinus — et Q. Calpenus. C. 39.

non defuerunt, qui, depugnaturos se armis pro salute aegri — voverent. Cal. 14. v. not.

*Derepente.* derepente — congemuit. T. 23. quum — Mausoleum derepente patuisset. Vesp. 23.

*Deridere.* praebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus. Cl. 4. ne quid faciat, quod conspici et derideri possit. ibid. deridens ut inflatum sequ. Rh. 2.

*Derisus.* usque ad ineptias atque derisum. T. 70.

*Derisor.* derisores vocabat. Cal. 38.

*Desaevire.* quum affatim desaevisset h. e. saevam libidinem exhausisset. Ner. 29.

*Desaltare.* desaltato cantico abiit. Cal. 54.

*Descendere.* quum mane ad comitia descenderet. C. 13. quum — descendisset ad litus. A. 16.

descendenti in aciem (sc. ad litus et classem.) A. 96. Ostiam descendit. T. 10.

descendit e curru. T. 20. descendentem e tribunali. Cl. 15. descendentem (de essedo). Galb. 18.

descensurum eum ad Olympia inter athletas (sc. in arenam). Ner. 53.

ut qui — ad mangonicos quaestus sustinendae dignitatis

causa descenderit. Vesp. 4. sc. de loco, quem obtinebat h. e. se demiserit. nostr. *sich erniedrigen.*

*Desciscere.* i. q. *deficere.* neque — quisquam omnino descivit. C. 68. ut malum iis, qui descissent, minaretur. Ner. 40. postquam — Galbam et Hispanias descivisse cognovit. Ner. 42. ne desciscentibus aggregarentur. Ner. 43. desciscere a patre. Tit. 5.

aliquanto celerius ad saevitiam descivit, quam ad cupiditatem. Dom. 10. i. q. animum flexit.

*Describere*, nostr. *abschreiben.* descr. legem. Cal. 41. qui describerent (exemplaria). Dom. 20. librariis, qui eam (historiam) descripserant, cruci fixis. Dom. 10.

nostr. *beschreiben.* qualis a se ipso et in Satiris describitur. Horat.

*Descriptio* i. q. *distributio*, *Vertheilung.* descr. legionum et auxiliorum. T. 30.

*Deserere.* i. q. *relinquere.* deserto convivio. Cal. 45. deserto tribunali. Cl. 33. statione deserta. A. 24. deserto funere. Dom. 15. ex emend. Ern. pro *dejecto.* v. not.

unde *deserere aliquem* i. q. *destituere*, *solum relinquere*, ut nostr. *verlassen.*

ut sedentem una proximi deseruerint. C. 14. desertum a suis contrucidarunt. Galb. 19. pro mortuo deseri jussit. Dom. 2. vitrico, deseri se etiam in Senatu conquerenti. T. 10. deserta desolataque reliquis subsidiis aula. Cal. 12. proculcatam desertamque Remp. Vesp. 5. (ubi post Oudendorp., nihil mutandum esse, ostendi.) causam optimatium — deseruit. A. 12.

*Desertor*, in re militari, qui stationem vel signa injussu ducis relinquit.

desertorum ac seditiosorum et inquisitor et punitor acerrimus. C. 68. ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit. Oth. 11.

*Desiderare*, optare, ut aliquid adsit, quod abest, nostr. *wünschen*, *vermissen*, *verlangen*, Gall. *desirer.*

desideranti consuetudinem veterem. A. 40. quam (domum) fulmine ictam desiderari a Deo haruspices pronunciarant. A. 29. — unde *desiderari* nostr. *vermiſst werden.* qui desiderabatur, repente comparuit. A. 14.

desideravit nonnunquam M. Agrippae patientiam et Maecenatis taciturnitatem. A. 66. h. e. deesse sensit, expertus est, ut nostr. *er vermiſste.*

inde i. q. *postulare*, *wünschen*, *verlangen.*

ne quid a quoquam candidato desiderarent. A 40. quocunque tempore — stomachus desiderasset. A. 76. cibum desideranti negatum. T. 73. quasi secretum eo desiderante. Cl. 10. aliquid secretioris latebrae — desideravit. Ner. 48. qui velut desiderantem oblectarent. Cl. 43. — quorum spatium maxime desiderabat sc. Nero. Ner. 38. v. not.

*Desiderabilis.* ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. T. 21. (*Liv.* 24, 5.)

*Desiderium*, nostr. *Wunsch*, *Verlangen*, quod optamus, ideoque precando vel postulando expetimus.

donec desideria militum ordinarentur (*Forderungen.*) A. 17. v. *Tac.* A. 1, 19 et 26.

i. q. *preces*, *Wünsche*, *Bitten*. tanta comitate adeuntium desideria excipiens. A. 53.

ad quem omnia desideria sua referrent. A. 94. in ceteris desideriis hominum. Tit. 8. v. *Plin.* Paneg. 79, 6.

nostr. *Sehnsucht*, sensus animi, quo amissum requirimus. auxit — desiderium defuncti etiam atrocitas insequentium temporum. Cal. 6. permitteretur reviscre necessitudines, quarum desiderio teneretur. T. 11. desiderio amicae. Ner. 5.

*Desidere*, *diutius commorari*. desedit apud Nicomedem. C. 2. ibi homines adolescentulos totos dies desidere. Rh. 1.

unde i. q. *otiosum esse*, nostr. *müſsig sitzen*. ne desidere in discrimine sociorum videretur. C. 4.

*Desidia* i. q. *otium*, *vacatio a negotiis*. insulam ἀπραγόπολιν appellabat, a desidia secedentium illuc e comitatu suo. A. 98.

unde i. q. *negligentia*. si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent. T. 33. desidia quorundam et infantia. Gr. 4.

i. q. *inertia*. ex consuetudine luxus atque desidiae. Ner. 42. paulatim in desidiam segnitiemque conversus est. Galb. 9.

*Desidiosus* i. q. *negligens*. desidiosior in professione Grammaticae habebatur. Gr. 8.

*Designare*. Consules. Cl. 46. designatus Consul etc. v. *Consul*. — designati Principis omen. Cal. 8.

Senatori — codicillos (misit,) quibus Praetorem eum extra ordinem designabat. Cal. 18.

i. q. *significare*, *dicere*. ideo ipsum non juvenes designasse — sed viros. Ter. 4.

*Designatio*. post designationem consulatus. C. 9.

*Desilire*. quum desiluisset in mare. C. 64. furtim desiluisse de muro. Ner. 23. mulionem — ad calciandas mulas desiluisse. Vesp. 23. Vulg. *desiliisset* et *desiliisse* his locis omnibus, ut *transiliit* C. 68. pro *transiluit*. v. Oudend. ad C. 64., et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 66, 1.

*Desinere*. *c. inf.* nec prius — frequentare desiit. A. 53. designant — quaerere ultra aut opinari. C. 66. morari eum inter homines desisse. Ner. 33. (uti codd. pro *desiisse*. v. Oudend.) ne ream qu. interpellare desiit. T. 45.

*c. accus.* se artem desituros, promittentibus. T. 36. (*Gell.* 2, 12. „*ad desinendam seditionem.*")

*pass.* Censores creari desitos. A. 37. (*Gell.* 1, 10. „*sermone abhinc multis annis jam desito.*")

*simpl.* nostr. *aufhören*. atque in hoc desisse versu. Ner. 46. ubi al. *decidisse*, cod. Salm. *dedisse* corrupte pro *desisse*. Idem vitium apud *Plin.* Paneg. 58, 3.

*Desistere*. i. q. *abstinere aliqua re jam decreta* v. *coepta*, nostr. *abstehen*, *einhalten*.

fuerat animus — sed metu — destiterunt. C. 82. conatus est, sed — territus destitit. T. 63. non prius destiterunt, qnam sequ. Cal. 9. perruperunt in triclinium usque, nec nisi viso destiterunt. Oth. 8. cogitavit, nec nisi verecundia — destitit. Ner. 18. peregrinationes — suscepit, sed Alexandrina ipso profectionis die destitit. Ner. 19. aut agat, aut desistat. T. 24.

*c. infin.* i. q. *cessare*. hostem — non prius destitit insequi, quam sequ. Cl. 1. ut — diris exsecrationibus incessere non

ante destiterit, quam sequ. Cl. 12. ne sic quidem impedire rem destitit. C. 14. rogare non destitit. Vit. 17. neque ex eo destitit, participem — agere. Tit. 6.

*Desolare.* deserta desolataque reliquis subsidiis aula. Cal. 12. (*Tac.* A. 1, 30. „desolatus aliorum discessione.“ 12, 26. „desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis.“ et 16, 30. „viduata desolataque.“ Ita Gr. μονωθείς i. q. ἐρημωθείς.)

*Desperare.* desperans tam praecipitis consilii eventum. C. 20. desperatis rebus. C. 36.

*Desperatio.* ad desperationem redactus. A. 81. in eam coegit desperationem, ut sequ. C. 20. in desperatione rerum. Ner. 2. magis pudore — quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum. Oth. 9. perficiendi desperatione. Ner. 43. (Ita Gr. ἀνελπίζω, ἀνέλπιστος et ἀνελπιστία, et ἀπελπίζω et ἀπελπισμός. *Diodor.* 2, 25. ἀπελπίσαντες περὶ τῆς νίκης; mox ἀπηλπικόσι τὰ πράγματα. 11, 38. τοῦ ζῆν ἀπελπίσας et 17, 106. ἀπελπίσαι τὸ ζῆν. coll. 19, 36. ἀπήλπισαν τὰ κατ' Ὀλυμπιάδα πράγματα et c. 50. ἀπελπιεῖν αὐτῆς τὰ πράγματα. cf. Schweighaeuser. Lex. Polybian. sub v. Ἀπελπίζειν.)

*Despicere.* despiciens etiam maternam Aug. originem. A. 4. ad despiciendam vitam. Oth. 10. ad tam insignem despecti Senatus contumeliam. C. 79. despectissimum quendam ex Corneliorum genere. C. 59. avia Aug. pro despectissimo semper habuit. Cl. 4. neque in hac despectus parte jaceres. Ter. 5. — Ner. 19. legend. *dispicere*, non *despicere*. v. not.

*Despectus* subst. despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem ratus. Galb. 17.

*Despondere.* alicui filiam. A. 63. Cl. 27. Oth. 1. *Desponsare.* desponsata. C. 1. Cl. 27.

*Destillationes.* A. 81. κατάῤῥους. Prorsus improbanda scriptura: *distillat.*

*Destinare* i. q. *decernere*, *constituere*, nostr. *bestimmen*, *beschlieſsen*, *die Absicht* v. *im Sinne haben.* aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. C. 10. ut destinarat. A. 79. ut destinasse compererat Augustum. Vesp. 9.

*destin. aliquid.* plura ac majora in dies destinabat. C. 44. multa et immania — creditur destinasse. Ner. 43. destinata negotia C. 80. (ubi non opus addito: *negotia*, neque tamen sine libris delendum.) Caesare expeditionem — destinante. A. 8. a D. Julio saepius destinatum (portum). Cl. 20. legationem — destinaverunt. Galb. 16.

destinatus locus. A. 93. dies caedi destinatus. C. 9. destinata summa. A. 42. donum destinatum. Galb. 18. ager destinatus. C. 70. destinato per edictum die. Ner. 13. destinata die. Oth. 6. destinati (sc. gladiatores.) Cl. 34. —

*destinato* (ablat.) C. 60. Oppon. *ex occasione.* — *ex destinato.* Cal. 43.

c. *infin.* quem quum pars — cremare destinaret. C. 84. ipsum et Senatum aggredi destinarant. A. 19. tesseras dare destinavit. A. 40. quamvis dare destinarat. A. 42. quum illam — praecipitare in mare destinasset. T. 14. repetere Capreas destinavit. T. 73. destin. — nuncupare. Ner. 55. destinaverat — imitari et Herculis facta. Ner. 53. sedem — transferre eo destinasse. Cal. 8. destin. — regiam restituere. Cal. 21. aedem — perficere destinaverunt. A. 60. ut — edicere destinarit. Dom. 9.

inedia mori destinantem. A. 53. cf. T. 53. herede Caesare mori destinasse. Cal. 38. causis, propter quas mori destinasset. Rh. 6.

destinatum Augusto erat, nihil super ea re — statuere. T. 13.

*destin. aliquid* v. *aliquem alicui*, nostr. *bestimmen.*

ornamenta operibus ac templis destinavit. Tit. 8. e lapidibus templo Cap. Jovis destinatis. Dom. 8. die, quem necandae matri Nero destinaverat. Oth. 3. dies caedi destinatus. C. 9. ipso die, qui erat nuptiis destinatus. Cl. 26.

consulatum quoque traditur destinasse (equo.) Cal. 55. neque conjurati cuiquam imperium destinaverunt. Cal. 60. nobilissimo cuique exitium destinavit. Ner. 36.

nomina — morti destinatorum. Cal. 49.

filiam — Fausto Sullae destinatam. C. 27. quam matrimonio destinarat. Oth. 10.

collegam se Pompejo destinantibus. C. 26. an sibi successorem destinaret (Germanicum.) Cal. 4.

cujus filios — successores palam destinaverat. Dom. 15.

*destinati Consules* v. *alii magistratus* i. q. *designati.*

Flamen Dialis destinatus. C. 1. Augur destinatus. Cal. 12. destinati magistratus. T. 31. comitiorum consularium die destinatum. Dom. 10. (*Tac.* A. 1, 3. „*destinari Consules.*" *Spartian.* Adrian. 4. „cujus studio etiam *legatus* — *destinatus est.*" Saepe tamen discrimen est inter *destinationem* et *designationem;* illa enim Principis vel Senatus et populi voluntatem, haec publicam electionem atque auctoritatem significat. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 77, 1. et 95, 2.)

*Destituere* aliquem i. q. *deserere*, *relinquere*, *deficere ab aliquo*, inde *fallere.*

destituere amicum (in judicio.) A. 56. Massilienses — repente destituit. Ner. 2. talem Principem — terrarum orbis tandem destituit. Ner. 40. fore, ut quandoque destitueretur. ibid.

alarum altera castris appropinquantem — destituere conata est. Galb. 10.

laetum eum atque fidentem — Fortuna destituit. A. 65. h. e. *fefellit*, *spe et subsidiis privavit.*

unde *destitutus* i. q. *relictus a subsidiis*, *auxilio vitae*, v. *spei*, *consilii inops.*

destitutus morte liberorum. T. 54. (*verlassen durch den Tod.*) morte parentum — destitutus. Gr. 9. (*verlassen*, *hülflos.*)

*a re familiari* destitutus. Ner. 10. (ubi al. omittunt praepositionem, sed *a re fam.* est nostr. *von Seiten*, *in Hinsicht.* v. quae diximus ad voc. *a* et not. ad l. c.)

*simpl. destitutus.* Ner. 32. i. q. *consilii inops*, *deceptus.* v. not.

destituto similis. Galb. 11.

ingredientem destituebant poplites minus firmi. Cl. 30. h. e. *quasi deserebant*, *haud satis sustinebant* (*sie verließen ihn*, *unterstützten ihn nicht.*) —

destitutum utriusque consilium morte Pisonis. C. 9. h. e. *omissum*, *erepto subsidio.* — honorem a Nerone destitutum abolitumque. Cl. 45. Oudend. interpretatur: *rescissum et irritum factum*, haud satis accurate; nam hoc est *abolitum*, con-

tra *destitutum* i. q. *omissum*, *haud exhibitum*; deinde insecuta est ipsa abolitio. —

ne frequentes ac jamdudum opperientes destitueret. C. 81. h. e. frustra opperiri sineret, solos in Curia exspectare eum vellet.

*Destitutio.* quod post destitutionem Nero in adipisc. morte manu ejus adjutus existimabatur. Dom. 14. h. e. *quum destitutus esset*, *quum omnes ab eo defecissent*.

*Destringere.* destricto gladio. Cal. 56.

*Destruere.* templum — prope funditus destructum. Vesp. 9.

*Destructio.* civitates murorum destructione punire. Galb. 12.

*Desultorii* equi h. e. juncti equi ad exercitationem equitum, qui ex uno in alterum in velocissimo cursu transiliebant. C. 39.

*Desumere.* desumta sibi Flam. via — munienda. A. 31.

*Desuper*, i. q. *de loco superiore.* aprum jaculis desuper petiit. T. 72. ut unguenta desuper spargerentur. Ner. 31.

*Detegere*, quod celatum, absconditum, involutum erat, nudare et in lucem protrahere.

capite detecto. C. 57. i. q. *nudato*, demta galea. Male Ernest. suasit: *retecto.* v. Oudend.

detecta facie agnitus est. Ner. 48. (praec. *adoperto capite et ante faciem obtento sudario.*) modo celans, modo detegens plagam. Oth. 11.

detectis armis. T. 37. Vit. 11. h. e. detractis involucris s. tegumentis, quae in itinere induci armis solebant. — quandoque ossa Capyis detecta essent. C. 81. h. e. eruta sepulcro.

unde i. q. *prodere*, *manifestare*.

neque quis esset, ante detexit. C. 56. ut occulti adversarii — detegerentur. A. 15.

detecta Equitis Rom. fraude, quem, prodentibus servis, — comperetat. Oth. 1.

quod primus consilia conjuratorum detexerat. C. 17. detecta conjuratio v. conspiratio. C. 14. 75. A. 19. Cl. 9. Ner. 36. 56. Lucan. Cal. 56.

trepidatione detectus. T. 19. sensu med. i. q. qui se prodiderat.

errore detecto. T. 62. odium — in Druso primum detexit. T. 50.

*Detergere.* ut — sudorem quoque frontis brachio detergeret. Ner. 25.

fossas omnes — oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. A. 18.

*Deterior.* quum se in Urbe non solum Antonio Gniph., sed ceteris etiam deterioribus postponi videret. Gr. 8. neque enim deteriores esse aut Hisp. exercitu — aut praetoriano. Vesp. 6. nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse. Cal. 10.

*Determinare.* senatoria et equestria officia bienni spatio determinaturus. Galb. 15.

*Deterrere.* sanos quidem homines a scribendo deterruit. C. 56. plerosque modestia et pudore deterruit. T. 47. quamquam deterrentibus amicis. C. 70. tunc plane deterritus. C. 14. appetisse et ab obtrectatoribus ejus — deterritum. Ner. 28. deterritum putant, ne prius discerperetur. Ner. 47. (ubi Ernest.

recte monet, *ne* pendere a verbo timoris, quod lateat in verbo *deterritum.*)

*Detestari.* sortem populi Rom. palam et clare detestata est. Cl. 3. detestatum civilia arma. Oth. 10. incolumem gravissime detestata mortuum laudibus tulit. Oth. 12. quum — detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam. Vit. 12.

*Detestabilis.* invisus ac detestabilis. T. 63. omni parte vitae detestabilis. Ner. 5. detestabili voce. Vit. 10. negantis, quicquam ex se — nisi detestabile et malo publico, nasci potuisse. Ner. 6.

*Detinere.* quum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicundo detinerent. A. 97. Tiberium diu secreto sermone detinuit. A. 98. non ausus a se dimittere, usque eo detinuit. T. 63. ut — subinde decedentem provincia detinuerint. Tit. 5. quas (copias) secum ad secundos casus detinuerat. Oth. 9. (ubi tamen malim: *retin.*) creditorum detinentium turbam. Vit. 7. ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso, detinerent. Cl. 15. (sc. *ab abeundo*, ne quis h. l. probet: *retin.* v. Oudend.)

detentus quondam medio Foro a turba. Cl. 68. ne quid circa haec occupatum avocaret detineretve. Ner. 23. eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit. Oth. 11. ut — alius in manu detinentis reliquerit signum. C. 62.

quo diutius in admiratione sui detineret (sc. ad veteres oratores abiturum.) Ner. 52.

*Detrahere, ex loco superiore in inferiorem*, v. omnino *de aliquo loco trahere*, unde saepe i. q. *demere*, nostr. *niederziehen*, *niederreiſsen.* qui feros tauros ad terram cornibus detrahunt. Cl. 21.

neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est (de equo.) A. 38.

quem quum detrahi jussisset (de gremio Dei.) A. 94. pedibus e tribunali detractus est. Rh. 6.

detrahere aliquem de spectaculis v. e spect. Cal. 35. 55. Ner. 32. Dom. 10. (Al. omittunt praepositionem. v. Oudend. ad Cal. 35. et Dom. 10.)

alicujus clipeos et imagines (suspensas.) Dom. 23.

*de aliquo loco trahere*, nostr. *wegziehen*, *abziehen*, *wegnehmen.*

spiranti adhuc detrahi anulum jussit. Cal. 12. anulum quoque aequo animo detracturum sibi. C. 33. detr. coronae fasciam. C. 79. detractum socculum. Vit. 2. ex aure matris detractum unionem. Vit. 7. templis compluribus dona detraxit. Ner. 32. gladium detractum delubro Martis. Vit. 8. ob detractam lectis argenteam laminam. Cal. 32. vestem detractam sibi. C. 84. veste detracta. C. 26. unde: omni ornatu tanquam veste detracta. C. 56. (de qua structura verborum v. sub finem hujus ind. sub v. *Enallage.*) — collegia *detraxit* C. 42. inepta est lectio pro *distraxit.* v. *Distrahere.*

unde i. q. *demere, adimere*, nostr. *entziehen, nehmen.*

fisco detrahi aliquid. A. 40. detracta provincia (Quaestoribus.) Cl. 24. multis rebus ac locis vetere appellatione detracta. Ner. 55.

adeoque *omittere*, quod addendum erat v. addi *solet.*

quasi pompae simulacrum Dei detraxerit. A. 17. detractae conjunctiones. A. 86.

*Detrectare* (v. *Detractare*, quae forma promiscue occurrit. v. Oudend. ad C. 54. et A. 24.) i. q. *spernere*, *respuere*, *recusare* v. omnino *nolle*, nostr. *verschmähen*, *sich entziehen*.

quamquam nec imperata detrectarent. C. 54. populo clam palamque detrectante dominationem. C. 80. Germ. etiam Principem detrectabant. T. 25. partim tergiversantibus, partim aperte detrectantibus h. e. obsequium negantibus. Ner. 47.

causa detrectandi sacramenti. A. 24. plerisque judicandi munus detrectantibus. A. 32.

i. q. *detrahere de al. laude*, nostr. *verkleinern*.

*c. dat.* sibi primo, mox omnibus detrectaturus. Pers.

*Detrimentum.* clades majoris infamiae quam detrimenti. A. 23. ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus est (in aleae lusu.) A. 71.

*Detrudere.* quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrusit in mare. Cal. 32.

*detr. aliquem de* v. *ab al. re.* i. q. *dejicere*, *removere.* difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi. C. 29.

ut detrudendi Domitii causa (sc. de consulatu) consulatum alterum peterent. C. 24.

*Deturbare* i. q. *dejicere.* a quo deturbari expellique se viderat. Oth. 7.

*Deturpare* (*entstellen*, *verunstalten.*) pulcros et comatos — occipitio raso deturpabat. Cal. 35.

*Deurere.* deustis utrimque lateribus. Dom. 5. Al. *decisis.*

*Deus.* simulacrum Dei. A. 16. (h. e. Neptuni antea nominati.) a Deo (Apolline). A. 29. propitiato multum Deo (Serapide.) Vesp. 7. is Deus (Apollo.) A. 70. fratres Dei (*Dioscuri*). Cal. 22. Deorum Dearumque habitu. A. 70. sexque Deos vidit Mallia sexque Deas. ibid. (h. e. τοὺς δώδεκα θεούς, quos *majores Deos* dicunt.) omne frumentum Deos comedisse. ibid. heroum Deorumque, item heroidum ac Dearum personae. Ner. 21.

Aesar Etrusca lingua Deus. A. 97.

vae, puto, Deus fio. Vesp. 23. h. e. *jam*, *puto*, *ἀποθέωσις instat*, jocose de morte.

quasi proprio suo ac peculiari Deo. A. 5. in Deorum numerum v. inter Deos referri. C. 88. A. 97. Cl. 45. Dominus et Deus noster (de Domitiano.) Dom. 13. — simulacra juxta Deos. C. 76.

caerimonia Deorum. C. 6. Deorum aedes. v. *Aedes.* Deorum insignia. Cal. 52. fana templaque Deûm. C. 54. dono Deûm oblatum. Vit. 7. ne qua religio Deûm impune contaminaretur. Dom. 8.

Dii immortales. C. 6. A. 31. 58. Dii Manes. T. 75. circa Deos atque religiones. T. 69.

si Dii volent. Cal. 8. faventibus Diis. Galb. 10.

Dii me perdunt. T. 21. Dii me Deaeque pejus perdant. T. 67.

(De forma *Dei* pro *Dii* rariore quidem, sed ab optimis libris saepissime comprobata, v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 8, 8, 5. et Schwarz. ad Paneg. 52, 1. observ. 46. et not. ad 68, 1.)

*Divus* Julius, Augustus al. v. ind. prim. suis locis. Divum appellare. Dom. 23.

dum nova Divorum coenat adulteria. A. 70. — *Divae*, Musae. Gr. 6.

*sub divo* i. q. *sub Jove*. C. 72. (ubi Oudend. hanc formam praeferendam docet alteri: *sub dio*.) et A. 82.

*Dea Syria*, Astarte. Ner. 56. simulacrum aeneum Deae (Fortunae.) Galb. 4.

infantem — per omnium Dearum templa circumferens. Cal. 25. — *Dii Deaeque* v. *Deus*.

*Divinus*. SCtum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat. C. 84.

rem divinam facere i. q. sacrificare. T. 44.

*Divinitas* post mortem. A. 97. ἀποθέωσις.

*Divinitus*. sive divinitus, sive aliqua conjectura. C. 1. v. not. casu quodam, an divinitus. Cl. 13.

*Divinatio*. C. 55. (*Gell.* 2, 4. „Quum de constituendo accusatore quaeritur, judiciumque super ea re redditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio subscriptiove in reum permittatur, ea res atque judicum cognitio *divinatio* appellatur sequ.") Manifestum est, nomen impositum ob incertum rei futurae eventum.

*Devehere*. devectae Romam sortes. T. 63. praecepit, triremes — magna ex parte itinere terrestri Romam devehi. Cal. 47. corpus ad Urbem devectum. Cl. 1. — Misenum usque devectus. T. 72.

*Devellere*. quasi concubinas ipse develleret. Dom. 22. h. e. *depilaret*, nisi de alia libidine sermo, de qua quaerere pudet. Id quidem certum, ineptam lectionem esse: *divelleret*.

*Devenire*. in adversariorum devenit potestatem. C. 36. Remp. — in tutelam ejus ac velut in gremium deventuram. Vesp. 5.

*Devertere* h. e. *de via aliquo se vertere, decedere*. Male al. *divertere, diversorium* etc.

nemine — tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. T. 12. v. Oudend.

*Deversorium* v. *Deversoriolum*. C. 72. De varia lectione v. comment. interpr. et nostr. not.

per stabula ac deversoria. Vit. 7. ad monumentorum bustorumque deversoria plebe compulsa. Ner. 38.

*Deversorius*. dispositae per litora et ripas deversoriae tabernae. Ner. 27.

*Deverticulum*, semita, quae a via deflectit (*Seitenweg, Abweg*.) ut ad deverticulum ventum est. Ner. 48.

*Devexus*. per devexum pulpitum subeuntem. Ner. 13. h. e. *supinum, molliter inclinatum*, absolute, nullo subeuntis respectu. v. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 71, 1.

*Devincere*. C. 35. 37. Antonio devicto. A. 20. usque ad devictum Antonium. A. 49. hoste mox devicto. Cal. 1. devictisque his et confiscatis. A. 15.

*Devincire*. tam alto repente somno devinctus. A. 16. Al. *devictus*. v. Burm. et Oudend. Eadem confusio Dom. 22. ubi aeque legendum: devinctus Domitiae nuptiis. nostr. *gefesselt*.

*Devitare*. nihil in hoc quidem aliud devitans — quam δυςφημίαν nominis. A. 92. nihil aliud secessu devitasse se, quam — suspicionem. T. 11. quum in turba osculum sibi ingerentem quamquam refugiens devitare non posset. Gr. 23.

*Devius.* per devios tramites. A. 16. itinere devio per ignorantiam locorum retardati. Galb. 20. per aspera et devia. T. 60. — parva ac devia civitas. Vesp. 4.

*Devolvere.* ad humillimas devolutus preces. Lucan.

*Devovere.* devotus vobis animus. T. 67. quibus rebus et devotissimos sibi — reddidit. C. 67. scenae arenaeque devotus. Cal. 30.

*Devotiones* i. q. dira carmina, incantationes. veneficiis quoque et devotionibus impugnari se. Cal. 3.

*Dextans,* decem partes assis. Repositum hoc vocab. e libris Ner. 32. Vulg. *dodrans.*

*Dexter.* cum Jove dextram jungere. C. 81. injecta in puppem hostium dextra et abscisa. C. 60. dextrum genu lapide ictus. A. 20. dextri pedis pollice. Cal. 57.

dextrâ atque sinistrâ. C. 37. a parte dextra. Vit. 9.

*Dexterior.* sinisteriore funali equo — dexteriore. T. 6. dexteriore humero. Cl. 7. in dexteriore latere ejus. Galb. 21.

*Diadema,* fascia caput cingens, insigne regum. v. Lips. ad *Tac.* A. 6, 37.

admotum capiti suo diadema. C. 79. (i. q. *candida fascia,* de qua ante.) statua sibi cum diademate ad Appii Forum posita. T. 2. nec multum afuit, quin statim *diadema sumeret,* speciemque principatus in *regni formam* converteret. Cal. 22. in consecrando apud Memphim bove Api diadema gestavit. Tit. 5.

regnum Arm. Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. T. 9.

precanti, tiara deducta, diadema imposuit. Ner. 13.

*Diaeta, conclave, cubiculum,* saepe *pars domus, pluribus cubiculis constans.* in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat. Cl. 10. v. *Plin.* ep. 2, 17, 15. 5, 6, 31. et Gesner. ad §. 38. 7, 5, 1.

*Dialectos.* dial. Doris. T. 56. v. not.

*Dialogus.* recitantes et benigne et patienter audivit, nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. A. 89. pro dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat. T. 42.

*Dicare.* pars carminum — Jovi Capit. dicata. Ner. 10.

*Dicax* et *Dicacitas* v. post *Dicere.*

*Dicere.* haec eum ad verbum dixisse. C. 30. breviter vis omnia dicam. T. 59.

populum Rom., vel dicam hominum genus. Cal. 13. v. Oudend. ut ita dicam. Cl. 4. pro dicto accepit, quod visu suspicabatur. C. 53.

suam Caesarisque munificentiam unius Caesaris dici. C. 10.

*dicens* et *docens* confusa. Tit. 9. cf. Rh. 4. de quo loco v. infra. C. Oppius adeo indiff. *docet,* ut — *dicat.* C. 53. ubi al. *scribat;* sed *dicere* frequentissimum de scriptoribus. Ita *dicunt* passim et *dicitur,* ut A. 13. ut — respondisse dicatur. Ner. 32. demonstrasse — dicitur. ubi al. *creditur.* Tit. 9. dicitur etiam — affirmasse. al.

*dicitur* sequ. acc. c. inf. *dicitur* — pavefactus gemitus maximos edidisse — postridie quoque graviter *prolapsum* identidem obmurmurasse. Oth. 7. quo loco simul est anacoluthon, duabus sententiis uni verbo *dicitur* diverso modo subjunctis. v. not. et Oudend. —

*dici*. quod patronum suum — celasse olim diceretur. A. 27. ut optimi status auctor dicar. A. 28.

*dicere* i. q. *nuncupare, creare*. ipse ab eo Magister Equ. diceretur. C. 9. quum Dictatorem dicere a Senatu juberetur. T. 2.

dicere sententiam. C. 79. Cl. 9. v. *Sententia*. dicere testimonium. Gr. 9.

dicere alicui diem. C. 12. v. *Dies*. — dicere causam i. q. *se defendere*, de reis. v. *Causa*.

*jus dicere*. C. 16. 43. A. 33. 72. Cl. 14. Dom. 8. Rh. 6. cf. *Jurisdictio*.

*dicere* de *eloquentia*, unde: dicendi ratio. C. 55. Gr. 10. dicendi genus. A. 86. modicae in dicendo facultatis. Galb. 3. ludus dicendi. Rh. 4. ubi male al. *docendi*; nam statim sequitur *docuit*. *dicendi magister* i. q. rhetor, magister artis oratoriae. C. 4. A. 89. *Plin*. Paneg. 47, 1. — qui possit, quum declamat, σαφῶς dicere, quae dicenda sunt. Cl. 4. dicere aut scribere. Gr. 4.

de *carmine* v. *cantu*. ut aliquid et de Domitio diceret h. e. *cantaret*. Vit. 11.

*dicere aliquid in aliquem*, pro *de aliquo*, ut nos: *auf jem. etwas sagen*. versum illum in te posse dici. T. 21. cf. quasi de ipso dictum. A. 53. in hunc dixit sequ. Ner. 2. in se dictum. Pers. fin.

i. q. *adversus* al. de *conviciis*. cui concessisti, ut, in quem vellet, diceret. Rh. 5. in te et in tuos dicere. ibid.

si qua posthac aut cogitarentur gravius *adversus se* aut dicerentur. C. 75. ubi *cogitare* lenius est interpretandum, ut sit *male sentire* v. *existimare*, eamque existimationem prae se ferre, *dicere* i. q. conviciis incessere.

*Dictum* i. q. alias *verbum, vox* (nostr. *ein Wort, eine Rede, ein Ausspruch*.)

praegravant tamen cetera facta dictaque ejus. C. 76. (*facta* narrantur c. 76., *dicta* c. 77., ubi „non minoris impotentiae *voces*" dicuntur.) dicta factaque quorundam calumniatus. A. 12. (*dicta*, quasi — jactassent, *facta* sequ.) alii dictum factumque ejus criminantur. A. 16. (sc. *dictum*, quasi — adepturum, *factum*, ac — detraxerit.)

lege majestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. Ner. 32. matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius. Ner. 34. qui se dictis aut carminibus lacessissent. Ner. 39. ut rationem factorum meorum dictorumque reddam. T. 28. custodem factis atque dictis suis. T. 12. dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua laesisse. T. 58. eadem dictorum factorumque saevitia aderat. Cal. 32. omnium factorum dictorumque veniam et oblivionem in perpetuum sanxit. Cl. 11. sermonis tamen nec inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium. Dom. 20. dicto non infaceto notatum ferunt cujusdam. Gr. 23. dicta praeclare. Rh. 1.

*dicta collectanea*, ἀποφθέγματα, liber Caesaris. C. 56.

*Dicax* (*Cic*. Orat. c. 26. „non tam *dicax* fuit, quam *facetus*. Est autem illud acrioris ingenii, hoc majoris artis.")

valetudine mentis liberius dicax. C. 49. dicax. Rh. 5.

*Dicacitas*. v. *Quinctil*. 6, 3, 21. „proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem *urbanum* fuisse dicunt, *dicacem* negant." „*dicacitas, scurrilis et*

*scenica.*" §. 42. „in narrando autem Cicero consistere *facetias* putat, *dicacitatem* in jaciendo." sequ. cf. *Cic.* de Orat. 2, 54.

erat dicacitatis plurimae, et sic scurrilis ac sordidae, ut ne praetextatis quidem verbis abstineret. Vesp. 22. maxime dicacitatem affectabat in deformibus lucris. c. 23.

*Dictare* h. e. *praedicere*, *praeire*, *quae alius excipiat*, unde saepe i. q. *praecipere*.

quos codicillos, dubium fuit — an nomine Augusti Livia, et ea, conscio Tiberio an ignaro, dictasset. T. 22. quum patris nomine et epistolas ipse dictaret. Tit. 6. quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam. Dom. 13.

studiosi juris, qui scripsissent vel dictassent ea (testamenta.) Ner. 32. h. e. testatoris nomine scribae calamo excipienda praeivissent, adeoque i. q. fecissent, sed ita, ut non ipsi perscriberent. — non translatos, aut dictante aliquo exceptos (versus.) Ner. 52. hunc M. Coelius — significabat dictasse Atratino, accusatori suo, actionem. Rh. 2. h. e. orationem accusatoriam fecisse.

*Dictata, praecepta, a magistris alicujus artis discipulis proposita.* v. Clav. Ciceron. ut disciplinam singulorum (gladiatorum) susciperent, ipsisque dictata exercentibus darent. C. 26. i. q. eos *instruerent*, *artem edocerent*.

*Dictitare* i. q. *saepius dicere*, *dicere solere*.

Cn. Pompejus ita dictitabat. C. 30. Al. vitiose *dictabat*. Caprineum dictitabant (insulam.) T. 43. mater Ant. portentum eum hom. dictitabat. Cl. 3. quod antiqui etiam puellas pueras — dictitarent. Cal. 8. identidem dictitans. Ner. 49. (sequente recta oratione.)

*Dictator.* dicere Dictatorem. T. 2.

*Dictatura.* Sullam nescisse literas, qui dictaturam deposuerit. C. 77. v. not.

perpetua dictatura Caesaris. C. 76. contentus dictaturae potestate, decretae cum consulatibus simul. ibid. dictaturam magna vi offerente populo — deprecatus est Augustus. A. 52. Livia familia dictatura honorata. T. 3.

*Diducere.* mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jussit. T. 53.

i. q. *disjungere*, *distrahere*, *separare* id, quod *conjunctum*, *contractum* est.

diducto matrimonio. Oth. 3. i. q. *soluto*. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 66, 1.

*Dies.* annum ad cursum solis accommodavit (Caesar), ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, et, intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. C. 40. —

quaedam It. civitates diem, quo primum ad se venisset (Aug.), initium anni fecerunt. A. 59. —

nec diei modo, sed et noctis, quibus datae (epistolae) significarentur, (momenta) addebat. A. 50.

quia suffecturus dies non videbatur. C. 84.

diebus ac noctibus. Ner. 31. medio ac frequenti die. Cal. 15. vergente jam die. Oth. 7.

in disponendo die. T. 11. per totum diem. A. 24. T. 21 toto die. Tit. 8. totos dies. A. 45.

ad totius diei cursum. Ner. 22. — nec amplius quam uno die — vidit. T. 51. — *bis die*. v. *Bis*.

eodem die. C. 20. uno atque eodem die. Cal. 25. eo die. Ner. 22. eo ipso die, quo sequ. Cl. 2. ipso die, qui sequ. Cl. 26. die, quo sequ. Oth. 8. ipso, quo dimicatum erat, die. Dom. 6. ipso profectionis die. Ner. 19. quibus diebus. A. 43. — centum solos dies posthac victurum. A. 97. — die Kalendarum Jan. A. 26.

insequenti die. A. 53. Vesp. 5. sequenti die. Vesp. 5. in sequentis diei mutat. tempus. A. 44. v. *Insequi*.

die proximo. A. 94. Cal. 25. Dom. 4. postero die. C. 20. in posterum diem. Cl. 32.

interjectis diebus. C. 37. vix uno interposito die. Cl. 26. per continuos dies. C. 78. Cal. 28. per septem contin. dies. C. 88. per octo cont. dies. Ner. 40. diebus continuis. Ner. 20. ceteros continuos dies. A. 98. — *in die, in diebus, in dies*. v. *In*. — *de die*. v. *De*. — *post diem*. T. 35.

intra paucos dies. Cal. 25. paucissimis his diebus. C. 66. ante paucissimos, quam — dies. Cal. 44.

ante paucos, quam obiret, dies. T. 74. in paucis diebus. A. 94.

usque ad supremum *vitae* diem. A. 61. et simpl. supremo die. A. 99. ut me supremus dies — eripiat. T. 67. supremum diem obire v. simpl. diem obire. T. 4. Cl. 1. Vesp. 1. Gr. 5. Neronem diebus ultimis sequ. Vesp. 6.

observabat et dies quosdam (sc. *ut tristes*, v. c. postrid. nundinas, Nonas.) A. 92. v. n.

neque diei, neque temporis habita ratione (*faustus* dies esset, an *tristis*.) Vit. 8. dies Alliensis. Vit. 11. v. not. — ob totius diei diritatem. Ner. 8. ut — diem cladis quotannis *moestum* habuerit ac *lugubrem*. A. 23. quum diem quoque natalem ejus inter *nefastos* referendum suasisset. T. 53. nullus a poena hominum cessavit dies, ne *religiosus* quidem ac *sacer*. T. 61.

lusit, praeterquam *Decembri mense*, aliis quoque *festis profestisque* diebus. A. 71. per festos Decembris mensis dies. Cal. 6. festi et sollemnes dies. A. 75. Vesp. 2. profesti dies. Dom. 21. pluviis et festis diebus. C. 65. dies cujusque sollemnes. A. 53. etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnunquam festis quoque antiquitus et religiosis. Cl. 14.

*addito genit.* sponsaliorum die. A. 53. nuptiarum. A. 66. dies virilis togae. A. 66. Cal. 15. Cl. 2. dies tirocinii. T. 54. adoptionis die. Galb. 18. triumphi die. C. 37. Vesp. 12. die comitiorum. A. 40. comitiorum consularium die. Dom. 10. sub diem comitiorum. A. 46. die Senatus. A. 53. Latinarum diebus. Cl. 3. die Circensium. A. 16. Dom. 4. ludorum die. A. 68. quodam muneris die. A. 43. Cal. 35. citra spectaculorum dies. A. 43. epuli die. Dom. 13. exequiarum die. A. 100. ipso profectionis die. Ner. 19. primo praeturae die. C. 15. primo imperii die. Vit. 12. qui principatus dies in posterum observatus est. Vesp. 6. dies caedis. C. 81. dies necis. Cl. 11. quorundam supplicii dies. T. 75. dies cladis. A. 23.

*natalis dies*. A. 64. T. 53. Cl. 11. cf. *Natalis*. — lustricus dies. Ner. 6. v. *Lustricus*.

Septim. sacrorum qu. die. Dom. 4. sec. vulg., sed rectius leg. *Septimontiali sacro*. v. not.

diem caedi destinatum non obisse. C. 9. destinato die. Ner. 13. destinata die. Oth. 6. per certos dies. C. 43. deinceps stato die quotannis. Cl. 1. diebus statutis. Cl. 42.

*dies* de tempore causae dicendae (*gerichtlicher Termin*). *diem dicere alicui* i. q. *ad jus vocare*. qui C. Rabirio perduellionis diem diceret. Cl. 12.

*dies* solvendi (*Zahlungstermin.*) quibus solvendis annuum diem finiit. A. 101.

*dies* femin. eadem die. C. 73. illa die. Dom. 11. una atque eadem die. Gr. 9. destinata die. Oth. 6.

*dies* saepius omittitur. v. *Natalis*. cf. etiam Lips. ad *Tac.* A. 4, 45.

*Diurnus.* acta diurna. v. *Acta.* diurni commentarii. A. 64. v. *Comment.* — diurnus victus. Ner. 36. octingena nummûm millia diurna. Ner. 30.

*Differre* i. q. *in vulgum ferre*, *divulgare*, ut nos: *austragen*, *ausbringen*.

promissum jus anulorum, — fama distulit. C. 33. rumore ab obtrectatoribus dilato. A. 14. cf. *Liv.* 34, 49. *Tac.* A. 1, 4. 3, 12.

*differre aliquid* i. q. in aliud tempus transferre, Gr. ἀναβάλλεσθαι, ἀνατιθέναι.

profectionem — non distulit. C. 59. nec profectione dilata. Ner. 22. differre quaedam (supplicia.) T. 62. triumphum ipse distulit. T. 17. coll. c. 20. coronam eam et reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit. Ner. 21. neque distulit sc. expeditionem. Cal. 43. ut — dilatus sit expeditionis Britannicaè dies. Galb. 7. rem distulit. Vit. 15. an se contineret, et quae apud Sen. proposuerat, agere differret. C. 81. (vel, diversa interpunctione: quae — propos. agere, differret, ut etiam Burm. edidit.)

esse, qui magnum nescio quid afferret, nec differendum. Dom. 16. cogitatione in posterum diem dilata. Ner. 47.

ut stipendia quoque nill. — *protrahi ac differri* necesse esset. Ner. 32. ut nos: *die Zahlung hinziehen u. verschieben.* — *non distulit, quin.* C. 4. Al. male: *non destitit.* v. Oudend.

*differre aliquem* tanquam *spectaculum.* quem Armen. regem — quum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset. Ner. 13. hunc — lanistae vendidit, dilatumque ad finem muneris sequ. Vit. 12. ut pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus. A. 44.

*differre aliquem* i. q. *in aliud tempus rejicere.*

venientem — non admiserat ac per servulum suum in septimum diem distulerat. T. 32. petentem quum distulisset. Vesp. 23. Ita etiam intellig. gestu in aliud tempus differenti. C. 82. sc. Cimbrum rogantem. v. Oudend. ad h. l., Ernest. ad Vesp. 23., et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 26, 3.

*differre* intrans., Gr. διαφέρειν, *sich unterscheiden*, pr. in diversam partem se ferre. utrumque ordinem non tam libertate inter se quam dignitate differre. Vesp. 9.

*Differentia* (*Unterschied*). de differentia eorum, qui manumitterentur. A. 40.

*Dilatio*, ἀναβολή, in re forensi, prorogatio judicii in alium diem.

quoad Cassius Sev., interpellatis judicibus, dilationem petiit. Gr. 22. —

*de honore ad tempus negato.* in solatium dilationis ac morae. Ner. 15.

*Difficile* adverb. difficile expedire nomen. Gr. 11. difficilius se — detrudi. C. 29. quo difficilius defenderetur. Ner. 43. paulo difficilius (recepta est rhetorica.) Rh. 1.

*Difficulter.* non difficulter obtinuit. Cl. 41. impetrasse, haud sane difficulter. Vit. 14.

*Difficultas.* servos, non contentus, multis difficultatibus a libertate, et multo pluribus a libertate justa removisse. A. 40.

in magnis omnium rerum difficultatibus. T. 16. inter tot rerum difficultates. T. 21.

in annonae difficultatibus. A. 41. magna difficultate nummaria. T. 48.

difficultas organi hydraulici. Ner. 41. i. q. difficilis et artificiosa structura.

*Diffidere.* c. ablat. quum ingenio ejus diffisus, tum occasione. C. 3. v. Burm. et Oudend.

*diffidens*, absol. qui sibi rebusque parum fidit, nostr. *ängstlich, ohne Selbstvertrauen.*

nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Cl. 35. Ita *Justin.* 38, 7. „multo se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum.“

sic quoque diffidens T. 65. h. e. conditioni rerum parum credens.

*Diffidentia* copiarum. Oth. 9.

*Diffringere.* axe diffracto. C. 37. gubernaculo diffracto. A. 17. Ita leg. pro *defracto.* v. *Defringere.*

*Diffugere.* diffugientibus cunctis. C. 82. ut — opifices diffugerint. Cal. 57. unde jam et custodes diffugerant. Ner. 47. quia sui diffugerant. Cl. 10.

*Diffusus.* ex immensa diffusaque legum copia. C. 44. super immensos aureorum acervos, patentissimo diffusos loco. Cal. 42.

*Digerere* i. q. *ordinare*, διατάττειν. dig. bibliothecam. C. 44.

*Digitus.* saepius digitum laevae manus ostentans. C. 53. quod spectatorem — demonstrasset digito. A. 45. viden', ut cinaedus orbem digito temperat. A. 68. dextrae — manus digitum salutarem — imbecillum interdum sentiebat. A. 80. ut recens et integrum malum digito terebraret. T. 68. non sine molli quadam digitorum gesticulatione. ibid. rursus aptasse digito (anulum.) T. 73. ut infestis digitis ora et oculos simul ludentium infantium incesseret. Cal. 25. ut oblatos victoribus aureos — voce digitisque numeraret. Cl. 21. quamquam laniatis digitis. Dom. 17. per intervalla digitorum. Dom. 19.

exceptis *pedibus*, quorum *digitos* restrictiores habebat. Dom. 18. *pedibus* prope *humanis*, et in modum *digitorum* angulis fissis. C. 61.

*Dignus.* absol. interrogatus, an essent alii digniores. A. 54.

*c. ablat.* si quando quid invisitatum dignumque cognitu advectum esset. A. 43. haec partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna. Ner. 19. solos scire audire Graecos, solosque se et studiis suis dignos. Ner. 22. ut Nerone dignus revertar. Ner. 23.

solum successione imperii dignum. Oth. 4. ubi al. *suc-*

*cessionis*, quod recepit Burm., Oudend. hoc uno loco intrudendum jure negat.

*Digne.* non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus. A. 66.

*Dignitas*, Gr. ἀξίωμα, (v. not. ad *Plutarch.* Agesil. 4, 3.) status, quem quis in Republica obtinet honoribus vel aliis meritis, *Auszeichnung*, *Würde*, *Rang*.

in asserenda dignitate. C. 16. v. Casaub. per quos dignitatem suam defensurus esset. C. 33. in tuenda sua dignitate. C. 72. assertores unicos dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse. T. 2. competitores, multum et aetate et dignitate antecedentes. C. 13. plebeja (gens), nec potentia minor, nec dignitate. T. 1. sustinendae dignitatis causa. Vesp. 4. ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. C. 41. T. Vinium — equestri dignitate honoravit. A. 27. senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Cl. 24. ne sic quidem quicquam dignitatis assequi — potuit. Cl. 5. abjecta spe dignitatis. Cl. 5. clarior studiis, quam dignitate. Galb. 3. quaestoriae dignitatis. Ner. 15. (ubi repetendum *nonnullis* e sequentibus.) fratrem Senatorem praetoriae dignitatis. Vesp. 1. quatuor filios amplissimae dignitatis — reliquit. Vit. 2. sacerdotum et numerum et dignitatem — auxit. A. 31.

ut — jure ac dignitate matronali exsolverentur. T. 35.

unde: auctoritas dignitasque formae. Cl. 30. pro loci dignitate. Cal. 41.

*Dignari*, dignum aliquem censere, Gr. ἀξιοῦν, nostr. *würdigen*, *der Ehre werth halten*.

*c. ablat.* al. cura sua. A. 45. sermone. T. 53. responso. Dom. 13. uxorio nomine. Cal. 25. honore. Dom. 2. honore coenae. Vesp. 2. partibus de coena. Dom. 11.

*c. infin.* si dignaretur calce contingere. Vesp. 7. neque assurgere, neque salutare se dignantem. Vesp. 13. ne dominis quidem jam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum, greges ducere. Ner. 22. (ut Gr. ἀξιοῦν saepe i. q. *velle*, pr. opera dignum judicare.)

*Dignatio* i. q. *dignitas*, Gr. ἀξίωσις. (Ita *Thucyd.* 2, 61. τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν.)

mansitque apud eos, non sine summa dignatione. C. 4. Male al. *indignatione*. v. not.

reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Cal. 24. tantae dignationis est habitus. Galb. 7. ut fratri se et operibus et dignatione adaequaret. Dom. 2. ad famam dignationemque docendo pervenit. Gr. 5. Africam integerrime nec sine magna dignatione administravit. Vesp. 4. jure ac dignatione Urbi quodammodo pro parte aliqua adaequavit (Italiam ejusque colonias.) A. 46.

cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 47, 1. et 77, 5.

*Dignoscere* v., ut optimi libri, *Dinoscere.* ut nemo dinosceret. Oth. 12.

*Digredi.* digrediens inde itinere nocturno. T. 6. quum — permanerent, digresso eo (e triclinio.) A. 74. quum post epulas triclinio digrederetur. Ner. 43.

*de desertione matrimonii.* qui digressam a marito post biduum statim duxerat. C. 43.

*Digressus.* paucos admodum in digressu exosculatus. T. 10. in digressu papillas quoque exosculatus. Ner. 34.

*Dijudicare.* qui judicia centumviralia — extra ordinem dijudicarent. Vesp. 10. Al. *judicarent.*

*Dilabi.* plerosque dilabi ad resumenda, si qua vis fieret, arma. Cal. 48. dilabentibus etiam, qui simul erant. Vit. 16.

*Dilargiri.* cetera item, quae cuique libuissent, dilargitus est. C. 20.

*Dilatio.* v. *Differre.*

*Diligere*, pr. dilectu facto h. e. virtutum v. meritorum habita ratione aliquem amare. *Diligere* igitur est judicii, *amare* sensus atque affectus, quamquam usus loquendi parum observavit discrimen, quod in propria verborum significatione obtinet.

diligebat usque adeo (milites), ut sequ. C. 67. pro quibus meritis quanto opere dilectus sit. A. 57. sic probatus et dilectus a suis. Cal. 4. ante alias dilexit M. Bruti matrem, Serviliam. C. 50. dilexit et reginas sequ. C. 52. Liviam — dilexitque et probavit unice ac perseveranter. A. 62. reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Cal. 24. ipse etiam — summe dilectus a Paeto Thr. est. Pers. libertinam — quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit. Oth. 2. aviae memoriam tanto opere dilexit, ut sequ. Vesp. 2.

*Dilectus* partic., ἐρώμενος, nostr. *Liebling.* ex dilectis unum. A. 98.

*Dilectus* substant. v. *Delectus.*

*Diligens.* ex re familiari, cujus diligentissimus erat. Gr. 23. (nostr. *genau.*)

*Diligenter.* domesticam disciplinam — diligenter severeque rexit. C. 48. Gr. ἀκριβῶς.

aliquid diligenter et acute scienterque — dicere aut scribere. Gr. 4. v. *Acute.*

*Diligentia.* dixit jus non diligentia modo summa, sed et lenitate. A. 33.

*Diluculum.* primo diluculo. Vit. 15.

*Diluere*, Gr. διαλύειν, solvendo v. temperando auferre, minuere.

ut invidiam aliqua cavillatione dilueret. Vesp. 23.

*Dimetiri.* miserat jam ad dimetiendum opus primipilarem. Cal. 21. scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum. Ner. 49.

*Dimicare.* ipse prosperrime semper — dimicavit. C. 36. quanta fortitudine dimicarint (milites Caesaris.) C. 68. nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est. C. 60. ipso, quo dimicatum erat, die. Dom. 6.

*de pugna gladiatorum.* quo laxius dimicaretur, sublatae metae. C. 39. spectavit ferro dimicantem. Cal. 27. retiarii tunicati — gregatim dimicantes. Cal. 30. gladiatores — sicubi infestis spectatoribus dimicarent. C. 26. neque post hanc vocem, quasi venia data, quisquam dimicare vellet. Cl. 21.

Sed A. 13. non leg. alios — sortiri vel *dimicare* jussisse, sed *micare*, quod vide.

*Dimicatio.* in media dimicatione. A. 10. in serum dimicatione protracta. A. 17. ipsa dimicationis hora. Dom. 6.

*Dimidius.* reliquos dimidia parte multavit. C. 42. ex parte dimidia heres. A. 101. coll. T. 23.

*Dimidiatus.* dimidiatum aprum (apposuit.) T. 34. cf. *Capi-*

*tolin.* Pertin. 12. „ut dimidiatas lactucas et carduos — apponeret." v. *Gell.* 3, 14. — o dimidiate Menander. Terent. 4.

*Diminuere* v. *Deminuere.*

*Dimittere*, Gr. ἀφιέναι, nostr. *entlassen.*

*dim. aliquem.* Tiberium in Illyricum dimissurus. A. 97. unum et alterum — non ausus a se dimittere. T. 63. ut a se per speciem honoris dimitteret. T. 65. ab amplexu et osculo suo dimisit omnes. Oth. 10. ne quem sine spe dimitteret. Tit. 8. securum hilaremque dimisit. Dom. 11. dimissus e cohorte amicorum. Ner. 5.

i. q. *repudiare.* dimissa Cossutia, quae — praetextato desponsata fuerat. C. 1. dim. uxorem. A. 62. 63. 69. T. 7. 10. 35. Ner. 35. Dom. 8. dim. e matrimonio. T. 49. dim. matrimonia. Cal. 25. Opp. *contrahere.* — Berenicen statim ab Urbe dimisit. T. 7. —

*dim. captivum*, nostr. *frei lassen.* conjectum a se in custodiam, deinde Urbe interdicta dimissum. A. 27. captus est; unde dimissus. Ner. 2.

*dimittere numerum, multitudinem aliquam*, nostr. *aus einander gehen lassen.*

dimissis lictoribus. C. 16. post dimissum convivium. A. 76. omnibus deinde dimissis. A. 99. dimissa schola. Gr. 6. 18. — dimissis octo legionibus. C. 29. dim. exercitum. C. 28. 30. decimam legionem — cum ignominia totam dimisit. A. 24. cf. C. 70.

*munere dim. aliquem*, nostr. *einen seines Amts entlassen.* legatos — cum ignominia dimisit. Cal. 44. ut cupidum judicandi dimisit. Cl. 15.

i. q. *in varios locos mittere*, ut ἀφιέναι saepe pro διαπέμπειν.

reliquas (cohortes) in hiberna et aestiva circa finitima oppida dimittere assuerat. A. 49. v. *Circa.* Consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. A. 64. comites servosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias — dimiserat. C. 4. per provincias edicta dimisit. Galb. 10.

equorum greges — quos vagos et sine custode dimiserat. C. 81.

*dim. aliquid* i. q. *omittere.* coactus est, triumphum dim. C. 18. dimitteret omnem curam suorum. T. 11.

*Dimovere.* dimota paganorum turba. Galb. 19. dimotis plagulis (lecticae.) Tit. 10.

*Diploma*, literae publicae, quibus a magistratu vel Principe beneficium vel tale quid concedebatur, sic dictae a forma duplici, in quam complicari solebant, ut δίπτυχα.

in diplomatibus, libellisque et epistolis signandis. A. 50. etiam diplomatibus primisque epistolis suis ad quosdam provinciarum praesides Neronis cognomen adjecit. Oth. 7.

prolata Div. Julii et Augusti diplomata ut vetera et obsoleta delebat. Cal. 38. v. n. quibus post editam operam diplomata civitatis Rom. singulis obtulit. Ner. 12. h. e. civitatem Rom. per diplomata concessit.

*Diribitorium*, aedificium publicum urbis Romae, a *diribendo* h. e. *distribuendo* dictum. Cl. 18. v. not.

*Dirigere.* sagittas tanta arte direxit. Dom. 19. ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. Cl. 20. aggere — directo in

Appiae viae formam. Cal. 19. directa acie in litore Oceani. Cal. 46.

*Dirimere.* diremit nuptias praetorii viri sequ. C. 43.

*Diripere.* Lusitanorum quaedam oppida — diripuit hostiliter. C. 54. clades Brit., qua duo praecipua oppida — direpta sunt. Ner. 39. Gallias exercitibus diripiendas permittere. Ner. 43. custodes diffugerant, direptis etiam stragulis. Ner. 47.

licentia diripiendi pomorum et opsoniorum rerumque missilium. A. 98. (de qua constructione v. not. et infra sub finem hujus indicis.)

ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent ac sibi haberent. Ner. 11.

Vettium, pignoribus captis et direpta supellectile, male mulcatum — conjecit in carcerem. C. 17. Al. vitiose *dirupta.* Sed vera sententia Torrentii, qui in pignorum captione illa vel a lictoribus vel a plebe dilacerata et spoliata interpretatur. cf. Oudend. Casaub. *direpta* putat i. q. *divendita*, eoque sensu vit. Pers. fin. „editum librum continuo *mirari* homines et *diripere* coeperunt," nostr. *reiſsend wegkaufen.* Sed hoc minus convenit seditiosae turbae, de qua priore loco sermo est.

*Direptio.* edidit et in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam. Cl. 21.

*Diruere.* urbes. C. 54. villam. C. 46. praetoria — etiam diruit ad solum. A. 72. abolendam Caesarum memoriam, ac diruenda templa. Cal. 60. diruto Circi max. arcu. Ner. 25. monumentum — diruit per milites. Dom. 8.

*Dirus.* ut dirum observare al. A. 92. Oppon. *ut laetum.* dira avis. Cl. 22. i. q. *tristis.*

diris exsecrationibus incessere al. Cl. 12. Druidarum religio, dirae immanitatis. Cl. 25.

*Diritas* morum. T. 21. i. q. *tristitia, crudelitas.* — *diritas* diei. Ner. 8. *de tristi omine.*

*Discalciatus.* ut — prodierit in publicum, sine cinctu et discalciatus. Ner. 51.

*Discedere.* disc. e medio. C. 1. discedens. A. 53. discessitque jam vesperi. Ner. 8. ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus discederent. C. 29. ita ut ab eo nunquam discederet. Pers. — eos, qui discedere et abire coeptabant. Oth. 11. (Bernecer. in ind. de discrimine quaerit; id manifestum videtur; *discedere* est: *ordines relinquere*, nostr. *aus einander gehen*, sed *abire* i. q. *a loco proficisci*, nostr. *abreisen, abgehen.*)

*Discessio.* quum SCtum per discessionem forte fieret. T. 31.

*Disceptare* i. q. *disputare, contendere.* ob immodicas altercationes disceptantium (in Senatu.) A. 54. solus audiit disceptantes (pro tribunali cognoscens.) A. 93.

*Discere.* majores nostri, quae liberos suos discere — vellent, instituerunt. Rh. 1.

ad exercitanda discentium ingenia. Gr. 17. ex liberalitate discentium. Gr. 7.

primo textrinum, deinde — literas didicit. Gr. 23.

*c. infin.* disce, miles, militare. Galb. 6. ut tanta mercede nihil sapere disceres. Rh. 5.

*Discipulus.* Dom. 10. Gr. 9, 17. 24. Rh. 1. 4. al. — discipulos dare alicui. Ner. 33.

*Disciplina* i. q. *institutio*, Gr. παιδεία, *Unterricht*. ut disciplinam singulorum susciperent. C. 26.

ut — proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. Gr. 15. Senecae — in disciplinam traditus. Ner. 7.

i. q. *res, qua quis instituitur, quam discit*, unde *scientia, ars*.

novum genus disciplinae. Rh. 1. augurandi disciplina. Gr. 1.

*plur.* Graecae disciplinae. A. 89. quibus ille disciplinis tantam sit sapientiam assecutus. Gr. 11. paribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus. Tit. 2.

inter ceteras disciplinas pueritiae tempore imbutus et musica. Ner. 20.

*disciplinae liberales* i. q. *eruditio, studia*, quae hominibus ingenuis conveniunt, ut ars poetica, eloquentia, juris scientia. Cal. 53. Cl. 3. Ner. 52. Galb. 5. Gr. 1. 15.

i. q. *ordo, regula, ad quam quis instituitur*, unde saepe i. q. *obsequium*, nostr. *Zucht, Ordnung, Gehorsam*.

legio disciplina cultuque Romano instituta et ornata. C. 24. (ubi *instituta* ad *disciplinam*, et *ornata* ad *cultum* pertinet.) — Unde saepissime *de ordine severae militiae*, ut:

exactor gravissimus disciplinae. C. 65. disciplinam severissime rexit. A. 24. disciplinam acerrime exegit. T. 19. nulla familiae aut militis disciplina. Vit. 10. correcta statim castrorum disciplina. Vesp. 4. ne quam occasionem corrigendi disc. praetermitteret. Vesp. 8.

et *de ordine atque obsequio domesticorum*. domesticam disciplinam — diligenter severeque rexit. C. 48. disciplina domus. A. 65.

*Discernere*. non est facile discernere. Cal. 25. ubi a plerisque damnatur hoc verbum, substituto: *decernere*. Illud esse: *e pluribus cernere*, atque inde *constituere*, quod est *decernere*, sive, ut *Walther*. Observ. p. 21., illud antecedens esse, hoc consequens, in nota monui, adeoque res eodem redit. cf. quae supra dixi de voc. *Delectus*. — jam discretis professionibus. Gr. 4. i. q. *distinctis*.

*Discrimen* i. q. *differentia*. sine ullo sexus discrimine. Cal. 8. sine discrimine, liberi servique. A. 52.

i. q. *periculum*, pr. conditio incerta, anceps, nostr. *gefährliche, bedenkliche Lage*.

in discrimine sociorum. C. 4. recidit rursus in discrimen aliud. C. 17. non sine magnis suis — discriminibus. A. 14. minima commoda non minimo sectantes discrimine. A. 25. illudens discrimini publico. T. 2. discrimen vitae adiit. T. 6. quo praecipue non jam metu, sed discrimine. T. 13. metus undique imminentium discriminum. T. 25. magno dedecore imperii, nec minori discrimine. T. 41. nonnunquam eum discrimen vitae adisse. Cal. 4. Caesare proeliante et tantis discriminibus objecto. Cal. 45. summo discrimine. Cl. 1. nec discriminibus quidem caruit. Cl. 9. accessit ad tanta discrimina. Galb. 11. ut non quidvis discriminis — subirent. Oth. 9. sane urgente discrimine. Tit. 6. reos — discrimine liberavit. Dom. 9.

*Discerpere*. avem regaliolum — volucres varii generis discerpserunt. C. 81.

pro Rostris in concione paene discerptum. C. 17. paene discerptus a populo. Cal. 2. quum discerpi Senatorem concupisset. Cal. 28. ne prius, quam in Forum perveniret, discerperetur. Ner. 47. evenit, ut — semiustum cadaver discerperent canes. Dom. 15.

*Discinctus.* ut stare per totum diem juberet ante Praetorium, interdum tunicatos discinctosque. (ignominiae militaris genus.) A. 24.

reliquias (Augusti) legerunt primores equestris ordinis, tunicati et discincti. A. 100.

*Discindere.* cunctantem flagellis discidit. Cal. 35. maxillam ictu discidisse. Cal. 58. vestem — detractam sibi atque discissam. C. 84. veste discissa, capite converberato. Ner. 42. veste discissa seminudus in Forum tractus est. Vit. 17. Al., ut saepe, *descissa.*

*Discidium* i. q. *Divortium.* Dom. 3. v. *Tac.* A. 2, 86. 12, 40. cf. Oudend. ad T. 7. et Gronov. ad *Liv.* 25, 18.

*Disciplina*, *Discipulus* v. post verb. *Discere.*

*Discordia.* ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant. C. 19. civili discordia. C. 5. reconciliatus post primam discordiam Antonio. A. 62. futuram quandoque inter collegas discordiam. A. 96. Galliam — principum discordia inquietam. T. 9. quum — discordia inter Triumviros exorta esset. T. 4. ob discordiam parentum expositus. Gr. 21.

caede in theatro per discordiam admissa. T. 37.

*discordiae.* inter plebem et Equitem causam discordiarum serens. Cal. 26.

ob exitiabiles inter se discordias. Cl. 25.

*Discrepare.* discrepat impers. Cl. 44. Oppon. *convenit.* sed quod discrepat, sit in medio. Vit. 2.

*Discrimen* v. pop. *Discernere.*

*Discruciare.* quasi eundem mox et discruciatum necasset. A. 14.

*Discumbere.* in convivio. C. 48. A. 70. 74. Cal. 37. 45. Cl. 32. Ter. 3. Sed Cl. 33. non mutandum *decubuit*, quod boni codd. exhibent. v. ibi Oudend. cf. *Decumbere.*

*Discurrere.* more victorum cum palma discucurrit. Cal. 32. discurrens forte gregarius miles. Cl. 10. per ambitum lacus — discurrens. Cl. 21. ad primum nuncium discurrentes. T. 75. coll. Ner. 57. ut plebs pileata tota Urbe discurreret.

per Bajanum sinum equis discursurum. Cal. 19.

*Discutere.* neque ex eo infamiam — discutere valuit. C. 79. quia discussa res est. Dom. 2. (nos: *die Sache zerschlug sich.*)

cf. Freinsh. ind. Flor. et Glossar. Liv. sub h. v.

*Disjicere.* tropaea. Cl. 11. statuas. C. 75. Cal. 34. sepulcra. C. 81. disjecta parte muri. Ner. 25. disjectae terrae motu civitates. T. 48. vicina Urbi oracula etiam disjicere conatus est. T. 63. — disjecta novarum tabularum exspectatione. C. 42. — classiarios — immisso equite disjecit. Galb. 12.

*Dispansa* dextrae manus palma. Dom. 19.

*Dispar.* et voluntate dispari, et existimatione. Vit. 5.

*Dispensator*, servus rei familiari, maxime pecuniariae, praefectus, Gr. οἰκονόμος, ἐπίτροπος, διοικητής, διανομεύς. A. 67. Galb. 20. Vesp. 22. ordinario dispensatori breviarium rationum efferenti. Galb. 12. ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis. Ner. 44.

*Dispensatio*, officium dispensatoris. servo Caesaris pro impetrata dispensatione decies HS. expresserat. Oth. 5. quendam e caris ministris, dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem. Vesp. 23.

*Dispergere*. dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. A. 80.

amborum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent. T. 34.

Praetor. cohortes, vagae ante id tempus, et per hospitia dispersae. T. 37.

*Dispersim*. consilia, dispersim antea habita — in unum omnes contulerunt. C. 80.

*Disperire*. dispeream, si seque (in obtestando.) T. 59.

*Dispertire*. epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat. Vit. 13.

*Dispicere*. tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset. Ner. 19. h. e. *visu penetrare*, nostr. *durchsehen*, quod unice convenit tenebris. Frustra Oudend. defendit *despicere*. cf. *Cic*. Acad. 2, 19, 61. „*tantis offusis tenebris*, ne scintillam quidem ullam nobis *ad dispiciendum* reliquerunt." Ita *Plin*. ep. 1, 5, 10. „*dispicies* ipse." v. ibi Schaefer. Id. 7, 33, 5. *dispice*, atque saepius in epistolis ad Trajanum: *dispice, Domine*.

*Displicere*. quod displicuisset ulli e tribus. C. 19. eos, qui maxime displicuissent. Cal. 20. displicere Imperatorem in Hispania factum. Galb. 16.

non displicet nobis. c. acc. et inf. Cl. 4.

*Disponere*, per varios locos certo ordine ponere, διϊστάναι, διατιθέναι, nostr. *aufstellen*.

dispositis per opportuna loca stationibus. A. 32. disposita statione per ripas Tiberis. T. 72.

stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. T. 37. custodes in Urbe disposuit. A. 43. juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit. A. 49. dispositis circa Fori templa armatis cohortibus. Ner. 15. ballistis machinisque dispositis. Cal. 46. commeatibus per municipia et colonias dispositis. T. 38. jussi sunt omnes aegri — per valetudinum genera disponi. T. 11. cubiculo scorta dicitur habuisse disposita. Horat. — cubicula plurifariam disposita. T. 43. dispositae per litora et ripas deversoriae tabernae. Ner. 27.

*disponere tempus*, Gr. διατιθέναι, varias temporis partes suis singulas negotiis destinare. in disponendo die. T. 11. (*bei der Eintheilung des Tags*.)

bona male disponere i. q. *male collocare* h. e. *diffundere*, nostr. *schlecht eintheilen*. Ner. 39.

*Disputare*, docte disserere, exponere de aliquo argumento.

Diogenes Grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus. T. 32. primus dicitur Latine ex tempore disputasse. Gr. 16. alternis disputare. Gr. 4. v. *Disserere*.

*Disquisitio*, *Untersuchung*, cognitio de al. re.

Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit. C. 15. C. Caesarem abeuntem consulatu — ad disquisitionem Senatus vocavit. Ner. 2.

*Dissecare*. multos — medios serra dissecuit. Cal. 27.

*Dissensio*. spe novae dissensionis, quae per M. Lepidum movebatur. C. 3. subinde redintegrata dissensione civili. Ner. 3. in

simili dissensione multa varie molientem. T. 3. provinciam intestina dissensione — inquietam. Galb. 7.
per dissensionem diversa censentium. Cl. 10.

*Disserere.* assidue disseruit. Gr. 2. mane disserere. Gr. 4., ubi *declamare* et *disputare* distinguuntur.. Nempe *disputare* est, in utramque partem, adversariorum maxime habita ratione, rem exponere et defendere; *disserere*, docte et ad formam artis tractare, (nostr. *abhandeln,*) saepe per colloquium; *declamare*, aliquod argumentum orationi subjicere et eloquentiae arte enarrare.
i. q. *colloqui, sermonem facere.* de ratione ac difficultate cujusque disserens. Ner. 41.

*Dissidere.* cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit, mox dissedit h. e. animo ab ea alienatus est. T. 7. v. Oudend.
histriones, propter quos dissidebatur. T. 37. h. e. discordia et caedes orta erat.

*Dissimulare*, studiose *celare*, *occultare*, quod re vera est, *verbergen, verheimlichen.*
vitia male diu dissimulata. T. 42. nulla dissimulandi (sc. vitia) cura. Ner. 27. plerosque dissimulare vitia et *callide obtegere.* Ner. 29. dissimulata itineris causa. T. 37.
dissimulata diu causa. Cl. 15. h. e. *non prodita*, *celata.* dissimulata vacatione. Cl. 15.
dissimulata origine. Dom. 12.
dissimulata Senatus mentione. Ner. 37. h. e. *oppressa, praetermissa.*
*non dissimulare* i. q. *prae se ferre,* nostr. *äuſsern, etwas nicht verbergen wollen.*
neque dolore dissimulato. A. 66. qua (voluptate) teneri se, *neque dissimulavit unquam*, et saepe *ingenue professus est.* A. 45. h. e. tantum aberat, ut occultare studeret, ut potius ingenue profiteretur. mediocritatem pristinam *neque dissimulavit* unquam, ac frequenter *etiam prae se tulit.* Vesp. 12. — sed nec ipse ignorasse, aut dissimulasse ultima vitae suae tempora videtur. Cl. 46. h. e. neque celare homines voluisse, instare sibi mortem seque hoc scire.
*non dissimulare* sequ. acc. c. inf. i. q. *libere profiteri*, *prae se ferre.* C. 10. 73. Cal. 2. Cl. 1. Ner. 22. Oth. 5. quamquam haud dissimulans. Galb. 19. (nostr. *er gestand selbst.*)
*Dissimulanter.* palam nec dissimulanter. T. 21. neque dissimulanter. Ner. 33.
*Dissimulatio*, studium v. ars celandi alios, quae vere sentimus v. cogitamus.
spectaculo publico per dissimulationem interfuit. C. 31. quae ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. Cal. 10. partim intemperantia, partim dissimulatione h. e. ne cui aegrum se proderet. T. 72.

*Dissipare.* extractus rumoribus falsis, quos conspirati — de industria dissiparant. Galb. 19. simul rumor dissipatus, destinasse victorem Vitellium sequ. Vesp. 6.

*Dissolvere.* simulacrum Jovis, quod dissolvi (sc. a basi, loco moveri) transferrique Romam placuerat. Cal. 57.
i. q. *dimittere*, Gr. *διαλύειν*, nostr. *aus einander gehen lassen, auflösen.*

collegia, praeter antiqua et legitima, dissolvit. A. 32. Germanorum cohortem — dissolvit. Galb. 12.

*Dissuadere.* vitrico — multum dissuadente. A. 8. dissuadentibus paternis amicis. Dom. 2.

*c. infin.* societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. T. 2.

*Distendere.* distento sago impositum in sublime jactare. Oth. 2. v. Casaub.

nec temere unquam triclinio abscesſit, nisi distentus ac madens. Cl. 33. h. e. *cibis refertus.*

ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente, veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento distenderet. T. 62. (genus cruciatus. Est autem h. l. *distenderet* praegnanti sensu dictum pro: distentos urina fidicularum simul tormento cruciaret.)

*Distichon.* vel hoc disticho apparet, jactato a militibus. C. 51. qui tamen (mimus) sic quoque hoc disticho enotuit. Oth. 3.

*Distillationes* v. *Destillationes.* Est enim Graecum κατάῤῥους.

*Distinguere* pro *Disstigere* (a Gr. στίζειν, pungere) i. q. *dispungere*, punctis describere, definire, itaque *notis quibusdam discernere.* quum praenominibus cognominibusque variis distingueretur (gens Claudia). T. 1. cognomines et tantum praenominibus distinctos. Vit. 2. distinxitque sc. iram atque iracundiam. Cl. 38. sunt, qui literatum a literatore distinguant. Gr. 4. multa exemplaria — emendare, ac *distinguere*, et annotare curavit (de Grammatico) Gr. 24. ubi est i. q. *interpungere*, commata v. stigmata addere.

inde i. q. *variare*, *ornare*, ornamentorum varietate dispungere.

coronae distinctae solis ac lunae siderumque specie. Cal. 45. distincta stellis aureis chlamys. Ner. 25. cuncta — distincta gemmis unionumque conchis erant. Ner. 31. parietes phengite lapide distinxit. Dom. 14. — distinctis — compluribus cellis. Cal. 41. (cf. cubicula plurifariam disposita. T. 43.)

quo *distinctius* demonstrari cognoscique possint. A. 9. h. e. *accuratius*, argumento per species s. capita rerum exposito.

*Distorquere.* plerosque — novo quaestionis genere distorsit. Dom. 10.

manibus pedibusque articulari morbo distortissimis. Galb. 21. — *distorti* i. q. monstrosi, quibus membra sunt distorta. A. 83.

*Distrahere.* i. q. *dissolvere.* cuncta collegia — distraxit. C. 42. (A. 32. collegia — *dissolvit.*) distrahere controversias. C. 85. i. q. *dirimere.*

i q. *divendere.* cui instrumento distrahendo. Cal. 39. ut pluris postea distraheret. Vesp. 16.

*Distribuere*, Gr. διαδιδόναι, nostr. *vertheilen*, de rebus et hominibus.

*de rebus.* togas insuper ac pallia distribuit. A. 98. forensia insuper viris, feminis ac pueris fascias — distribuit. Cal. 17. plebei sportellis cum opsonio distributis. Dom. 4. primae (classi) sexcenta sestertia — distribuit sequ. T. 46. congiaria populo saepius distribuit. Cl. 20.

*distr. negotia.* reliquas (vias) triumphal. viris — sternendas distribuit. A. 30.

*de hominibus.* octog. civium mil libus in transmar. colonias distributis. C. 42. ex milit. copiis legiones et auxilia provinciatim distribuit. A. 49. Judaeorum juventutem — in provincias gravioris coeli distribuit. T. 36.

*Distringere.* Cal. 56. leg. *destricto gladio,* non *distr.* De confusione utriusque verbi v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 37, 2. et 94, 2., qui recte monet, *distringere* esse in diversas partes distrahere.

*Ditio,* potestas, dominium alicujus rei vel hominis.

liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini (servos.) Cl. 25.

toto Illyrico — perdomito et in ditionem redacto. T. 16. Ita etiam Cl. 17. legendum videtur: „parte insulae *in ditionem* recepta," et Vesp. 4. „insulam Vectem — *in ditionem* redegit," ubi vulg. *in deditionem*, alterum locum cum aliis etiam emendavi. cf. *Deditio.*

Commagenen, ditionis regiae usque ad id tempus, in provinc. formam redegit. Vesp. 8.

*Diu* pr. i. q. *Die*, ut *noctu,* inde i. q. *multo die* v. *longo tempore*, nisi est a Graeco διά, quod *durationem* significat. Exempla afferre, non attinet.

*jam diu.* cinis — exstinctus et jam diu frigidus. T. 74.

*tam diu.* Cal. 29.

*diutissime.* firmiter ac diutissime imperaturum. Vit. 14 diutissime vixit. Rh. 2.

*Diutinus.* diutino morbo. Cal. 1.

*Diuturnus.* diuturni rei. A. 32. in diuturna valetudine Galb. 3. in tam diuturno spatio. C. 68.

*Diurnus.* v. post voc. *Dies.*

*Divellere.* divulsa sentibus paenula. Ner. 48. Sed Dom. 22. leg *devellere* concubinas.

*Divertere.* ut a schola et magistris diverterat, h. e. *discesserat* Pers. v. Oudend. Alia res est loco T. 12. et in voc. *Deversorium*, *Deverticulum*, quae v. sub *Devertere.*

*Diversus* h. e. in contrariam vel in varias partes versus.

diversae partes i. q. *contrariae.* C. 1. A. 51. e parte diversa. C. 29. diversae partis advocatus. Gr. 9. diversa factio. C. 20 T. 3. diversissima in eodem vitia. Cal. 51. diverso genere vitiosi. A. 86. etiam de subsequentibus diversa fama est. C. 44. quae diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum jussit. Ner. 23. — ut diversa omnia comperit. Ner. 34 — congiaria diversae fere summae, modo — modo — non nunquam. A. 41. munus — dedit, diversis temporibus a locis. T. 7.

per dissensionem diversa censentium. Cl. 10.

*e diverso* i. q. *contra*, *aliter.* alii e diverso (putant.) C. 86 hunc e diverso professum. A. 27. immo e diverso. Dom. 9.

*Diverse.* legionarii, qui multifariam diverseque tendebant h. e. castra v. stationes multis diversisque Urbis regionibus habebant. Galb. 19.

quibus diversissime afficiebatur h. e. contrario prorsus modo. T. 66.

*Diversitas.* incertum diversitas tradentium facit. Cal. 8.

*Divortium.* cum qua deinde divortium fecit. C. 6. cf. A 62. Cl. 26. Tit. 4. divortium suum cum uxore. Dom. 10. post divortium Octaviae. Ner. 35. post divortium. T. 7.

divortiis modum imposuit. A. 34.

*Dives.* admodum dives. C. 1. ditem admodum et pulcram. Galb. 3. libertos divites et senes. Ner. 35. in defensione divitis rei. Vesp. 13.

*ditissimus.* additis — ditissimis primipilarium. Ner. 9.

*Divitiae.* divitiarum et pecuniae fructum non alium putabat, quam profusionem. Ner. 30.

*Ditare.* vitrici hereditate ditatus est. Ner. 6. mortuae testamento paene ditatus est. Galb. 5.

*Divexare.* neque in divexanda quicquam pensi habuit. Ner. 34. Inde cum aliis emendavi Cal. 3. clientelas *divexanti* pro *diu vexanti.*

*Dividere* alicui aliquid. campum — agrumque — divisit extra sortem ad vig. millibus civium. C. 20. agrum Camp. plebi divisit. A. 4. tribulibus suis — singula millia nummûm a se dividebat. A. 40. cf. C. 38. A. 46. 98. Oth. 4. Ner. 10. cura frumenti populo dividundi. A. 37. panaria cum opsonio viritim divisit. Cal. 18. — *simpl.* modo munera dividebat — modo nummos sequ. A. 75. passim divisit (merum.) Vit. 10.

*c. praep. per.* divisis per veteranos agris. Dom. 9. — ut aurum — promercale per Italiam provinciasque divideret. C. 54. nostr. *zum Verkauf ausgeben.* Al. e gloss. *divenderet.* cf. Ner. 26. dividendae praedae, ubi al. suaserunt *divend.*

i. q. *numerum aliquem per plures locos disponere*, ut nostr. *vertheilen.* solus, municipatim dividendos custodiendosque (conjuratos) censuit. C. 14.

partibus divisis. C. 80. h. e. distributis inter se negotiis in caede Caesaris, nostr. *die Rollen vertheilen.*

*div. aliquid in plures partes, theilen, eintheilen.*

spatium Urbis in regiones vicosque divisit. A. 30. rivum Anienis — divisit in plurimos lacus. Cl. 20. divisi in factiones. Ner. 20. Naevii Punicum bellum — divisit in septem libros. Gr. 2.

non dividit verba. A. 87. h. e. non disjungit in plures syllabas. nostr. *die Wörter trennen.*

*Divisores*, qui in campo Martio tribubus pecunias dividebant, a candidatis conducti. A. 3. v. not. cf. *Cic.* ad Att. 1, 16.

*Divinus*, *Divinitus*, *Divinatio*, *Divus* etc. v. post v. *Deus*, *Divitiae* post v. *Dives*, *Divortium* post *Divertere.*

*Divulgare* i. q. *in vulgus edere*, *vulgo notum facere*, nostr. *unter die Leute bringen.*

ne divulgaret injuriam. T. 62. chirographa omnium — divulgavit. Cal. 24. identidem divulgavit c. acc. et inf. Cl. 39. h. e. crebro sermone in vulgus edidit. ne poena acrior mimum omnem divulgaret. Oth. 3. — divulgato facto. Vesp. 6. de insidiarum caedisque genere haec fere divulgata sunt. Dom. 17. h. e. *vulgo narrata.* versiculi, imperante mox eo divulgati. Cal. 8. carmina parum adhuc divulgata. Gr. 2.

*Docere. absol.* artes, literas profiteri. primus ad famam dignationemque docendo pervenit. Gr. 5. quos utraque lingua domi forisque docuisse. Gr. 1. docendi genus. Gr. 17. ratio docendi. Rh. 1. docuit majore fama, quam emolumento. Gr. 9. audisse, postea docuisse. Gr. 10. Latine docere. Rh. 2. docuit Romae. Gr. 23. in pergula docuit. Gr. 18. docuit in D. Julii domo. Gr. 7. cf. 15. 17. 18.

*doc. aliquid.* philosophiam primo, deinde rhetoricam, novissime grammaticam docuit. Gr. 6. docuit et rhetoricam. Gr. 7.

comoediam Graecam docuit. Cl. 11. h. e. com. a se scriptam discendam histrionibus dedit (*er lieſs ein griech. Lustspiel einlernen.*)

*doc. aliquem.* docuit multos et nobiles. Gr. 11. plurimos docuit. Gr. 20. cf. c. 13. 16. Rh. 2. 3. al. nepotes et literas et natare aliaque rudimenta per se plerumque docuit. A. 64.

i. q. *ostendere, demonstrare.* quum, quaedam se — detulisse, docuisset. C. 17.

mitt. legationis, quae doceret sequ. Oth. 8.

ita *de auctore.* circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet. C. 53. cf. Terent. 1.

*Doctus.* nec minus Graece quam Latine doctus. Gr. 7. absolute, mediocriter doctus. Gr. 4. ut sapientes et doctos viros. Ner. 23.

*Doctores.* antiquissimi doctorum sc. grammaticae. Gr. 1. nonnulli de notissimis doctoribus. Gr. 3. liberalium artium doctores. C. 42.

*Doctrina.* de *scientia,* quae docetur. multique ac varii et in doctrina et in Rep. usus. Gr. 1. in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens. Cal. 3. h. e. Graeca et Latina eloquentia et *sermone* s. *grammatica scientia.* (Cal. 53. eloqu. et *eruditio.*)

i. q. *eruditio.* ob ingenium et doctrinam. Gr. 18. in studiis atque doctrina. Gr. 20. multiplici variaque doctrina censebatur. Gr. 10. ut nullius ingenii minimaeque doctrinae. Cal. 34.

*Docilis* ad cetera. Cal. 57. *Docilitas* ad omnes fere tum belli, tum pacis artes. Cal. 3.

*Documentum,* id quod aliquid docet, ostendit, probat.

sero tandem documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. A. 94. h. e. eventus postea docuerunt sequ.

clementiae civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt. A. 51. quamquam multa documenta egregii Principis daret. Galb. 14. proprio negotio documentum daturum, quam aequus judex in alieno negotio futurus esset. Cl. 15. (h. e. clementiam, civilitatem, egregium se Principem, saepe probavit, ostendit; proprio negotio ostensurum etc.)

*Dodrans,* novem unciae assis, inde i. q. tres quadrantes cujusvis summae v. numeri.

quinque pedum et dodrantis fuisse tradit (staturam Aug.) A. 79.

ter instituit heredes — C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante reliquo. C. 83. — Ceterum Ner. 32. *dextans* restitutus pro *dodrante.*

*Dolere, c. accus.* quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis. A. 69. i. q. *conquesta esset.*

se quoque vicem eorum dolere. T. 52. (nostr. *beklagen bedauern.*)

*aegre ferre aliquid, graviter affectum esse al. re,* Gr. λυπεῖσθαί τι. — dolebam, mihi idem non licere. Rh. 2.

dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum. A. 16. Agrippinam abegisse post divortium doluit. T. 7. nihil au-

tem aeque doluit, quam ut malum se citharoedum increpitum. Ner. 41. unum hoc maceror et doleo. Ter. 5.

*Dolor. corporis.* vesicae. A. 80. stomachi. Cl. 31. excruciatum doloribus nocte tota. Cl. 44.

*animi*, nostr. *Verdruſs*, *Aerger.* dolore non dissimulato. A. 66. super animi dolorem. Oth. 5.

ignominiae dolore. Vesp. 8. fatendo dolorem. Ner. 59.

*Schmerz*, *Kummer.* velut impar dolori. T. 23. quasi obliterata jam doloris memoria. T. 52. dolore ac taedio amissarum sarcinarum. Ter. 5.

*Dolium.* ut — bene dolia picarentur. Cl. 16.

*Dolo*, pugio virga lignea absconditus. Hesych. δόλωνες, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

cum dolone ac venatorio cultro praestolantes. Cl. 13. dolonem interjecit. Dom. 17. Vulg. *dolum.*

*Dolus.* astu magis ac dolo. T. 65. inimicorum dolo. Gr. 9.

*Domare.* domuit — Cantabriam, Aquitaniam etc. A. 21. quasi domitì Oceani insigne. Cl. 17.

*Domesticus*, *Domicilium*, v. post voc. *Domus.*

*Dominus* i. q. *possessor*, ut dominus equi. C. 61. domini insularum. C. 41. T. 48.

Opponitur fere dominus *servis*, ut Gr. δεσπότης, quoniam servi apud Romanos ad *res*, non ad *personas* referebantur, adeoque jus vitae et necis in servos illis competebat. v. *Heinecc.* Ant. Rom. 1, 8, 2. Confer loca Plinii infra excitanda.

*libertos servulosque* cujusque, prout *domino patronove* gratus quis esset. C. 27. (*liberti* ad *patronum*, *servuli* ad *dominum* pertinent.) *patronus dominusque* non minus severus, quam facilis et clemens. A. 67. (Sequuntur exempla de *libertis* et *servis.*)

domini ergastulorum (quibus *servi* detinebantur.) T. 8. domini factionum (gladiatores enim *servi.*) Ner. 5. 22. periculum a *custodibus domino* portendi. Cal. 57. *servus* Agrippae — manum in ultionem *domini*-compararat. T. 25. omnes (*servos*), qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem *domini*, si convaluissent. Cl. 25.

petitur *puer*, quod *domini* voluntate fuerit liber, in libertatem. Rh. 1. quo referret obitum *domini servulus.* Ter. 1. 5. nec *servum* meliorem ullum, nec deteriorem *dominum* fuisse. Cal. 10.

Unde mimus in comoedia: *o dominum aequum et bonum* (sub persona servi.) A. 53.

servili etiam adulatione Tiberius in Curia: bonum et salutarem Principem — Senatui *servire* debere, mox: et bonos et aequos et faventes vos habui *dominos*, et adhuc habeo. T. 29. Claudius etiam *dominos* identidem appellavit populum. Cl. 21. — Eadem vis vocabulo est, ubi de *regio imperio* usurpatur; reges enim Romanis erant *tyranni*, tanquam *domini servis;* itaque totus quidem populus, *regnum* s. *dominationem rerum* sibi tribui (ut a *Virg.* Aen. 1, 282. versu: *Romanos, rerum dominos* etc. repetito ab Augusto, v. A. 40. coll. Cal. 35. „*Dominus gentium populus*"), lubenter audiit, sed uni idem arrogari, ut *servitium* aversatus est.

Hinc die natali Augusti affirmatum a P. Nigidio: *dominum* terrarum orbi natum. A. 94. et prodigio denunciabatur, *regem* populo Rom. naturam parturire. ibid. et carmine de

Galba: oriturum quandoque ex Hispania *Principem dominumque rerum.* Galb. 9.

Prudenter igitur *Principes* h. e. primos viros populi Rom. civili, ut *Imperatores* militari nomine appellari se maluerunt, quam *dominos*, Augustus (Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. A. 53. ubi v. not.) et Tiberius. (Dominus appellatus a quodam, denunciavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret. T. 27.) Contra Caligula μοναρχικώτατος (ut *Dio* 59, 3.) non civilem modo, sed etiam humanum modum transgressus est. v. Cal. 22. et not. coll. c. 52. Maxima arrogantia fuit Domitiano, qui epistolam sic coepit: Dominus et Deus noster hoc fieri jubet. Dom. 13. et libenter audiit acclamari: Domino et Dominae feliciter. ibid. cf. *Martial.* 8, 2., id quod Trajanus, ut reliquam impotentiam, immutavit. (Huc faciunt loca *Plinii* Paneg. 2, 4. „non enim de *tyranno*, sed de *cive*, non de *domino*, sed de *parente* loquimur." 7, 6. „non enim *servulis tuis dominum*, — sed *Principem civibus* daturus es Imperator." 55, 7. „sedem obtinet *Principis*, ne sit *Domino* locus." 45, 3. „scis, ut sunt diversa natura *dominatio et principatus*, ita non aliis esse *Principem* gratiorem, quam qui maxime *Dominum* graventur." 85, 2. „qui poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii *Domini*, alii *servi* videbantur?" et 88, 1. „plerique Principes, quum essent *civium domini*, libertorum erant *servi*.") *Martial.* 10, 72. v. Schwarz. ad 2, 4. et 55, 7. ex cit. Plinii locis.

Ceterum patres etiam saepe a liberis dicti *domini*, sine dubio ex vetere instituto, ubi patresfam. vere habebant dominium liberorum. v. *Heinecc.* Ant. Rom. 1, 9. Hoc tamen nomen Augustus domi etiam recusavit (dominum se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est. A. 53.) Uxores etiam *dominae* appellatae a maritis, indigna blanditia erga sexum sequiorem, quae inde omnem aetatem ad nostra usque tempora invasit. Eo more Claudius, occisa dudum Messalina, requisivit, *cur domina non veniret.* Cl. 39. (De hoc et simili usu voc. *dominus* v. Lips. excurs. ad *Tac.* A. 2, 87.)

*Domina.* Cl. 39. et Dom. 13. sensu diverso. v. quae proxime de voc. *Dominus* dicta sunt.

*Dominari*, Gr. τυραννεῖν s. τυραννεύειν. si non dominaris sequ. T. 53.

*Dominatio*, δεσποτεία, τυραννίς. De discrimine *principatus* et *dominationis* v. supra.

usum occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. C. 30. ut et abusus dominatione existimetur. C. 76. populo — clam palamque detrectante dominationem. C. 80. quasi debita sibi fato dominatione. A. 19. statione militum, hoc est vi et specie dominationis, assumta. T. 24. dominationis suae fautores atque rectores. Ner. 35. ne — dominationem sibi asserere perseveraret. Oth. 9. omnem vim dominationis tam licenter exercuit sequ. Dom. 1. — post dominationem. Vesp. 13. interpretantur: *post susceptum imperium.* Sed cum optimis libris scrib. *post damnationem.*

*Domus* i. q. *aedes.* Incitato equo — domum etiam et familiam et supellectilem dedit. Cal. 55. non ausus extorquere possessoribus proximas domos. A. 56.

milites *domos senatorias* salutandi causa ingredi — prohibuit. Cl. 25.

paterna domus. Vit. 16. suburbano. Cl. 5. Al. *suburbana domo.*

post pontificatum max. in Sacra via *domo publica* habitavit. C. 46. (ἐν κοινῷ, ἐν δημοσίῳ.)

domum ablocare. Vit. 7. domus conducticia. Terent. 1.

fastigium domus. C. 81. vestibulum domus. A. 100. culmen domus. T. 14. docuit in atrio Catilinae domus. Gr. 17. — mei domus Catonis. Gr. 11. — *domus aurea* Neronis. Ner. 31. 38.

*domus Horatii* ostenditur circa Tiburni luculum. Horat.

tunc *domus priscorum ducum* arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae. Ner. 38.

ardens domus (in spectaculo.) Ner. 11. — *Palatina domus.* v. ind. prim. sub voc. *Palatium.* —

domum clam refugit. C. 16. domum retulerunt. C. 82. domum se abripuit. T. 45. domum se contulit. (ex acie.) Vesp. 1. magistr. ac Senatu domum accitis. A. 28.

plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit. C. 85.

in domum Vespasiani. Vesp. 5.

in Antonii domo. C. 83. in ea domo, in qua occubuerit. Cal. 59. habitavit — in domo, quae Calvi oratoris fuerat. A. 72. in domo Maecenatis. ibid. in D. Julii domo. Gr. 7.

Pompejorum domus. Gr. 15. e Carinis ac Pompejana domo. T. 15. e Tiberiana domo. Vit. 15.

neque in ludo — sed in domibus. C. 26. tabernas tres de domo sua circa Forum. Ner. 37.

alteri — domo et provinciis suis interdixit. A. 66. domo ei interdictum est. Gr. 14. ut — domo quoque egredi vetuerit. T. 50.

decretum est, ut ea pars domus consecraretur. A. 5. domo, quam postea in templum gentis Flaviae convertit. Dom. 1. in area Capitolina novae domus fundamenta jecit. Cal. 22.

*domos* genitivo casu singulari pro *domus* scripsit Augustus. A. 87.

*domus* i. q. *gens*, *familia.* v. Freinsh. ind. in Justin., Schaefer. ad *Plin.* ep. 1, 14, 6. sua domusque suae majestas. A. 25. tibi domuique tuae, Caesar Auguste. A. 58. fidentem sobole et disciplina domus. A. 65. nullo gradu contingens Caesarum domum. Galb. 2. ob miserationem prope afflictae domus. Cal. 13. domo Nuceria, sive ille stirpis antiquae. Vit. 2. morem, tantum in domo sua haerentem. Galb. 4.

*Domi.* domi et inter suos. A. 61. quintana domi constituta. Ner. 26. quae domi luserat ipse. Ter. 3.

*domi forisque.* Cal. 3. Cl. 22. Gr. 1.

*Domicilium.* sedes ac domicilium imperii. Cal. 8. per domicilii translationem. Ner. 9.

*Domesticus.* domesticis de rebus. C. 56. domestico convivio. Cl. 44.

sponsalia filiae, natalemque geniti nepotis — tantum domestica religione transegit. Cl. 12.

*vestis domestica.* A. 73. Oppon. *forensia* sc. vestimenta. ita ut erat, in veste domestica. Vit. 9. (*Capitolin.* Anton. Pius c. 6. „cum privatis vestibus et domestica quaedam gerens."

v. Casaub. *Cic.* Fin. 2, 24. „ut vestitum, sic sententiam habeas, aliam domesticam, aliam forensem.")

velut in domestico communique moerore. Cal. 5. h. e. gentili, communi suae gentis.

*domestici* sunt, qui ad domum s. familiam aliquam pertinent, nostr. *Hausgenossen.*

aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad Urbis magistratus. A. 89. (*Familienmitglieder.*) in proximo cujuscunque domesticorum coenaculo manebat. A. 78. admonentibus domesticis. Tit. 8. extraneo vel etiam domesticorum aliquo. Cl. 9. divisit et pecunias domesticis. Oth. 10. (ubi sunt servi domus ejus.)

ea momenta domestici ad aliquid petendum magno opere captabant. Vesp. 21. ut domesticis persuaderet sequ. Dom. 14.

*Domesticatim* h. e. per singulas domos. C. 26.

*Donum.* donis ac pollicitationibus sollicitare al. Dom. 2.

dono offerre alicui aliquid. C. 28. quae (imago) dono a me Principi data. A. 7. quicquid unquam dono dedisset. T. 11.

velut dono Deûm oblatum (exercitus excepit.) Vit. 7.

quicquid praeterea *ad donum* aderat. C. 84. Recepi alteram lect. *ad manum.* v. not.

dona militaria. A. 8. 25. T. 32.

i. q. ἀνάϑημα, ut Gr. δῶρον. fana templaque Deûm donis referta. C. 54. dona atque ornamenta templorum. Vit. 5. aedes — opulentissimis donis adornavit. A. 30. decretum, quo — Capit. Jovi donum ex auro sacraretur. T. 53. fraudatam se (Fortunam) dono destinato. Galb. 18.

*Donare.* nihil non per comites atque libertos pretio addici aut donari gratia passus est. Galb. 15. neque donavit, neque manumisit (h. e. nihil pro patrefam. egit post adoptionem.) T. 15.

*donare negotium* i. q. litem prorsus deponere. Cal. 40. ubi distingu. *componere* h. e. pactionem facere de negotio.

quum — peteret *donari* quasi proprio suo ac peculiari *Deo* h. e. veniam pet. in gratiam Dei. A. 5. Ita Gr. εἰς χάριν τινὸς λαβεῖν τι et χαρίζεσϑαι. v. Freinsh. ind. in Flor. et Duker. ad *Flor.* 3, 5, 10.

*donare aliquem al. re.* al. aureo torque. A. 43. caeruleo vexillo. A. 25. al. aureis anulis i. q. equestri dignitate. Vit. 12. donatus quing. Sest. et anulo aureo. C. 39. comites don. novo genere coronarum. Cal. 45. al. hasta pura. Cl. 28. corona civica. C. 2. militaribus donis. A. 8. al. aliorum patrimoniis aedibusque. Ner. 30. ingentibus donatum praemiis. T. 20. munera, quibus a Pompeja — donatus est. T. 6. artifices don. insigni congiario magnaque mercede. Vesp. 18. provinciam libertate, judices civitate Rom. et pecunia grandi. Ner. 24.

legionem — civitate donavit. C. 24. urbes Latinitate aut civitate. A. 47. civitate don. C. 42. 76. T. 51.

venia donare aliquem. Dom. 9. 10.

*Donatio.* super alias donationes. C. 50. — una donatione. A. 40.

*Donativum,* liberalitas Principis erga *milites,* initio imperii vel per alias occasiones sollemnes. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 2. cf. *Congiarium.*

pronunciato militi donativo, centenis viritim denariis. Cal. 46. militi donativum proposuit. Ner. 7. quum in verba ejus absentis jurantibus donativum grandius solito praepositi pronunciassent. Galb. 16. ne tunc qu. donativi ulla mentione facta. Galb. 17. donativum etiam pollicitum. Galb. 20. diu cunctatus, an duplum donativum militi offerret. Dom. 2.

*Donec*, nostr. *bis*, ubi *terminum* significat, *quo vere factum est aliquid*, *c. indic.*, ut C. 1. 28. 82. A. 16. T. 45. Rh. 1. al.

ubi *consilium animumque agentis*, *c. conjunct.*, ut C. 16. A. 17. 48. 78. C. 45.

*Dormire*. non amplius, quum plurimum, quam septem horas dormiebat. A. 78. dum ceterae matronae dormirent. A. 94. lacunaria, quae noctu super dormientem — deciderent. Ner. 54. quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. Cl. 37.

*Dormitare* (*schlummern.*) Cal. 38.

*Dorsum*. per Apennini dorsum. C. 44.

*Dos*. uxoris dote multatus. C. 1. collationes in alimoniam atque dotem puellae recepit. Cal. 42. cum dote et flammeo per sollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit. Ner. 28. dote inter Auspices consignata. Cl. 26. tabellas dotis consignare. Cl. 30.

*dotes*. in puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt. Tit. 3. (corporis animique virtutes. Cal. 3.)

*Dotare*. Vitellii hostis sui filiam — dotavitque etiam et instruxit. Vesp. 14. (*dotavit* pecunia, *instruxit* supellectili.)

*Draco*. serpens draco. T. 72. draconem repente irrepsisse ad eam. A. 94. maculam velut depicti draconis. ibid. dracone e pulvino se proferente. Ner. 6.

*Dubius*. societas dubia et incerta. A. 17. nutantes ac dubiae civitates h. e. quae dubitabant s. deliberabant de defectione, non: de quibus dubitabatur. C. 4.

haud dubia signa. Vesp. 5. haud dubio bello. Oth. 8. h. e. quum jam de bello dubitari amplius non posset. — nec id dubium est. A. 71. quod ne cui dubium sit. Rh. 1. ne cui dubium foret, quod exemplar — eligeret. Vit. 11.

quamvis dubium nemini esset, quin sequ. Oth. 9.

ne cui dubium omnino sit sequ. acc. c. infin. C. 52.

*dubium an*. C. 58. A. 28. T. 10. 22. v. *An*.

*Dubie*. haud dubie principibus patronis annumeratus est. C. 55. tumultuantes — solus haud dubie conspectu suo flexit. Cal. 9. haud dubie nobilissimus. Galb. 2.

*Dubitare*, nostr. *zweifeln*. sequ. *quin*. nemine dubitante quin sequ. T. 17.

*sequ. acc. c. inf.* non dubitans etiam citra bellum posse terreri. Cl. 35.

nostr. *ungewiſs seyn*, *sich bedenken*, Gr. ἀπορεῖν. *c. infin.* A. 53.

tuque dubitas, Cimberne Annius, an Varr. Fl. imitandi sint tibi. A. 86.

dubitavit, an obtemperaret. Cl. 36. ubi *an* pro *annon*, ipsa vi vocis: *dubitare*, nostr. *ungewiſs seyn*, *ob man nicht etwas thun solle*.

*non dubitare* c. inf. (*sich nicht bedenken*, *kein Bedenken tragen.*) C. 23. A. 26. 86. T. 24. 27. Cl. 37. Ner. 40. Dom. 2.

*Ducenarii* judices. ad tres judicum decurias quartam addidit ex

inferiore censu, quae *ducenariorum* vocaretur, judicaretque de levioribus summis. A. 32. (Lecti hi erant ex iis, qui ducena tantum sestertia possiderent. cf. not.)

*ducenarii procuratores* h. e. quibus stipendium s. salarium esset ducenorum sestertiorum. Cl. 24. *Dio* 53, 15. ibi excit.

*Ducentesima* auctionum. Cal. 16. Al. *centesimam*. v. not.

*Ducere*. exercitum in v. per regionem. C. 58. T. 9. 14. A. 94. victimas in Capit. praelato titulo. A. 59. funus triumphali porta ducendum. A. 100.

ordines ducere i. q. Centurionem esse. Vesp. 1. — greges (aurigarum) ad cursum ducere. Ner. 21.

duc. aliquem in carcerem. C. 20. in vincula. C. 79. ad supplicium. T. 57. *simpl.* duci imperavit. Cal. 27. (ut nostr. *abführen*, *fortführen*.) Ita *Plin.* 10, 97, 3. „perseverantes duci jussi."

ducere uxorem (nostr. *heimführen*.) C. 1. 21. 43. 52. A. 62. T. 7. Vesp. 1. ad duc*endum* eam uxorem. Cl. 26. uxor sortitione ducta. T. 35.

sorte ducere judices al. i. q. ducta sorte eligere. C. 12. A. 35. Cl. 6. Tit. 8. Dom. 4.

rationem ducere. A. 42. uti edidi pro vulg. *deducere*, quod voc. vide. Fortasse legendum *subducere*, ut *Cic.* Fin. 2, 24. *subducta utilitatis ratione*, ubi v. Goerenz.

i. q. *habere*, *existimare*. nec pro ostento ducendum. C. 77. nihil convenientius ducens quam sequ. A. 10. nihil antiquius duxit quam sequ. Cl. 11. officii duxit. T. 11. praecipuam curam duxit. A. 86. sequ. inf. — potiores duxisse virtutes. T. 21. eam laudem hic ducit maximam. Terent. 2. —

*Orcus vobis ducit pedes*. Ner. 39. h. e. Pluto vos per pedes ad Manes trahit, ut recte Lips. Ita *Homer*. Il. 18, 537. ὀλοὴ Κὴρ — *τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν*. coll. *Hesiod*. Sent. Herc. 156—158. ubi v. Heinrich. Similiter *Plaut*. Menaechm. prolog. 65. „Rapidus (fluvius) raptori pueri *subduxit pedes*, abstraxitque hominem in maximum malam crucem."

*Ductus*. partim ductu, partim auspiciis suis. A. 21. Claudii ipsius ductu. Vesp. 4.

*Ductor* turmae puerorum majorum (in lusu Trojano.) T. 6.

*Dux*, ἡγεμών. non modo ducis, sed etiam militis functum munere. A. 10. neque apud ducem, neque apud milites. Dom. 10. ire se ad exercitum sine duce et inde reversurum ad ducem sine exercitu. C. 34.

in perfecto duce. A. 25. ut se acrem et severum ducem ostenderet. Cal. 44. cladem temeritate et negligentia ducis accidisse. T. 18. non tam indulgentia ducis quam auctoritate. C. 69. quum exercitu ampliore et non instrenuo duce opus esset. Vesp. 4. *duces et exercitus*. A. 12. *ducibus et copiis* appropinquantibus. Oth. 8. *ducibus copiisque* in Italiam praemissis. Vesp. 7. tribus legionibus cum duce legatisque et auxiliis omnibus caesis. A. 23. tribus eorum ducibus cum magna copia caesis. A. 21.

dux Romanus. Terent. 1. primus Romanorum ducum. Cl. 1. duces Germanorum. ibid. Consules et duces. C. 56. domus priscorum ducum. Ner. 38. proximum a Dis immort. honorem memoriae ducum praestitit, qui imperium populi

Rom. ex minimo maximum reddidissent. A. 31. super triginta ducibus justos triumphos etc. — decernenda curavit. A. 38. conciones regum ac ducum. Dom. 10.

adversarum partium dux. Vit. 18. defectionis duces. Ner. 42. nullo certo duce (in tumultu.) Oth. 8. duces puerorum. Ner. 20.

i. q. ὁδηγός, *Führer*, *Wegweiser*. tandem ad lucem duce reperto. C. 31.

*Ducatus*, ἡγεμονεία. in omni ducatu. T. 19. ducatus et imperia. Ner. 55. (Illud est minus, hoc majus; nam imperator multis ducibus praeest.)

*Dudum*. jam dudum. C. 81.

*Dulcis*. quicquid come loquens, atque omnia dulcia dicens. Ter. 5.

*Dum* i. q. *eo ipso tempore, quo* sequ. inservit περιφράσει participii praesentis vel aoristi, ut nostr. *indem*, quod est Gr. ἐν τῷ c. infinitivo. Plerumque jungitur *indicat. praesentis*, ut a Graecis in viva narratione.

dum trajicit — captus est. C. 4. eo ipso momento, dum spatiatur una. T. 14. dum adventus sui spem facit. T. 51. dum vincula minatur, affirmavit. T. 57. dum redeo — comedi. A. 76. dum interrogat, repente defecit. A. 99. ea demum extudit, dum — appellat. Vesp. 2.

dumque consurgit ac nititur — exstinctus est. Vesp. 24. dum de navigatione consulit, etiam de imperii spe confirmatus est. Tit. 5. dum — scalpit, inquit. Dom. 16. colluctatum diu, dum — conatur. Dom. 17. (post accus. c. inf.) egit et causas, verum rarius, dum amplissimam quamque sectatur. Rh. 6. plerosque — dum etiam latentes conscios investigat, novo quaestionis genere distorsit. Dom. 10. auditus est — dum ex eo quaerit. Dom. 4.

(Ita *Plin.* ep. 5, 6, 1. „*amavi*, quod — *suasisti*, *dum putas* insalubres.“ *Virgil.* Georg. 4, 559. „haec — *canebam*, Caesar dum magnus — *fulminat* — *dat* jura — viamque *affectat* Olympo.“ ubi v. Voss. ad vers. German. egregie disputantem contra nescio quem, qui Latinitatem hujus structurae temere impugnavit.)

*c. indic. perfecti*, eodem sensu. dum voluit. Cic. apud Nostr. C. 56. dum — pervenit. ibid.

Dicendum hic de loco A. 94. „lego, Atiam — *dum* ceterae matronae *dormirent*, obdormisse.“ Conjunctivus pendet ab oratione obliqua; in recta esset: Atia, *dum* ceterae matr. *dormiunt*, et ipsa obdormiit. Al. correxerunt: *domum irent* v. *venirent*, *convenirent* et alia hujusmodi, quibus nunc opus esse nego.

nostr. *bis*, ubi idem valet, quod in structura partic. *donec*. Ubi *terminus temporis* significatur, indicativus, ubi *animus agentis* v. *loquentis*, conjunctivus sequitur.

*c. indic.* dum veniam ad id tempus. T. 24. (Est enim futurum, non conjunct. praes.)

*c. conjunct.* exspectaverunt, dum retia extraherentur. Rh. 1. Sed A. 78. vel legendum: *dum* — *deportatur*, vel *dum* est Gr. ὁπότε.

*dum* i. q. *dummodo*. oderint, dum probent. T. 59. oderint, dum metuant. Cal. 30.

*dum* encliticon, Gr. πως. nihildum. C. 7. *nondum, vixdum* v. *Non* et *Vix*.

*Dummodo*. dummodo scirent. C. 1.

*Duntaxat*, i. q. *tantum*, *modo*, *solum*. duntaxat adolescens adhuc. C. 55. exceptis duntaxat sequ. C. 75. cf. A. 47. T. 2. Tit. 10.

i. q. *certe*, *saltem*. usurpare Romana nomina, duntaxat gentilicia. Cl. 25. de quibus prodi possit aliquid duntaxat a nobis. Gr. 4. vitia quoque et delicta, *duntaxat modica*, perpessus. A. 66. (h. e. *saltem quae modica essent*, non ejus momenti, ut Salvidieni Rufi et Cornelii Galli, quae non perpessus est. Injuria igitur Goerenz. ad *Cic.* Fin. 2, 7, 21. pro certo contendere videtur, corrigendum: *duntaxat modice*, ubi admodum dure interpretatur: *modice perpessus* Graeco πεπονθώς. Longe facilius *perpeti* dicimus i. q. *ferre*, *tolerare*; immodica non tulit Augustus.) Ceterum de usu voc. *duntaxat* cf. loca *Cic.* ad Att. 2, 14. „duntaxat ad prid. Non. Maj.“ Orat. 1, 58. „ad hoc duntaxat, ne sequ.“ et l. 2, 28. „duntaxat hactenus, ut sequ.“ *Flor.* 4, 12, 61. „ad Septentrionem quoque duntaxat intra Rhenum atque Danubium.“ *Plin.* ep. 1, 2, 2. „figuris duntaxat orationis.“ v. Heusinger. 3, 9, 26. „duntaxat ad breve tempus.“ 8, 16, 2. „duntaxat intra domum.“ 9, 13, 4. „inimicos suos, duntaxat minores.“

*Duo*. accus. plur. *duos*. Cal. 41. Oth. 1. 5. duos solos. Dom. 10. duos primos. Cl. 14. ubi cod. Salmas. *duo* primos, de qua forma v. Graev. et Oudend. ad h. l., Goerenz. ad *Cic.* Leg. 3, 13, 30.

*Duplex*. quae tamen (oratio) duplex fertur, una — altera. C. 55. duplex seditio. T. 25. duplicem curam administravit, annonae — et repurg. ergastulorum. T. 8. duplicem triumphum egit. Dom. 6. cognomine duplici fuit. Gr. 3. duplici proelio — *quorum* priore sequ. A. 13.

*exta duplicia* A. 95. „victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra.“ v. not. cf. Gesner. ad *Plin.* ep. 2, 20, 13. — tabellae duplices. A. 27. i. q. *diptycha*.

*Duplicare*. legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. C. 26. v. *Stipendium*.

tesseras nummarias duplicavit. A. 41. post duplicata ex Augusti testamento legata. T. 48.

auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse. Vesp. 16.

*Duplum* donativum. Dom. 2.

*Dureta*. insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat. A. 82.

*Durus*. durius cadentibus rebus. T. 14. i. q. *gravius*, *tristius*.

*Duritia*. duritiam lenitatemve multarum (legum) — moderatus est. Cl. 14.

duritia alvi. Ner. 34. *Plin.* 28, 19. „*duritia ventris*“ al.

*Duracina uva*. A. 76. v. *Plin.* 14, 1. *Martial.* 13, 22.

*Durare*, nostr. *fortdauern*. quicquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Ner. 38. munera, quibus — donatus est, durant T. 6. h. e. *adsunt adhuc*, *exstant*. durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita. Gr. 24. quae in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum civ. duraverant, aut per pacem etiam

exstiterant. A. 32. luctus publ. duravit etiam per festos Decembris mensis dies. Cal. 6.

nostr. *ausdauern, aushalten.* durarent secundisque se rebus servarent. Cal. 45. ex *Virgil.* Aen. 1, 207.

nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret. Cl. 26.

*Dynastae,* reguli populorum barbarorum. epistolae ad reges ac dynastas. T. 26.

# E.

*E s. Ex* respondet fere partic. *de,* parvo discrimine, quod *de* summam partem, unde aliquid desumitur vel procedit, *e* mediam significat, adeo nullo plerumque ad sensum momento, ut saepe promiscue adhibeantur. Dicitur autem

*de loco, unde* initium v. progressus alicujus rei.

ex equestri ordine. A. 63. e ludo mirmillo. Cal. 32. ex praeda al. dare. C. 26. frum. accipere e publico. C. 41. e litore invitare al. Cal. 32. audiit ex proximis castris. Ner. 48. v. *Audire, Cognoscere* al.

ante nomen urbis: orta est ex Regillis. T. 1. vel regionis: Sext. Clodius e Sicilia. Rh. 5. manibus — e collo pendentibus. Cal. 32. ubi accuratius esset *de.* — transire e loco in alium. v. *Transire.* detrahere *e* spectaculis. v. Oudend. ad Cal. 35. et Dom. 10. e strato prosilire. Dom. 16.

ex al. matrem esse. A. 62. ex qua jam pater erat. A. 63. ex qua illi nata est. C. 1. filia ex al. A. 62.

*de materia.* monilia e gemmis. Cal. 55. ex ebore statua. Tit. 2. donum ex auro. T. 53. panis ex herba. C. 68. ex auro panes et opsonia. Ner. 37.

Similia: ex manubiali praeda. A. 30. ex qua summa. A. 57.

*de numero,* ubi est partitivum. e duobus competitoribus. C. 19. ex omni provinc. copia. C. 22.

ex omnibus — honoribus. C. 45. ex plurimis maximisque honoribus. T. 26. ex omni numero. A. 17. 66. mariti e plebe. A. 44. qui e plebe. A. 46. e plebe homines. A. 51. e plebe homo. Cl. 13. ex utroque genere plerasque. A. 47. e cetero genere hominum. A. 57. ex aliquo ordinum genere. C. 27. ex omnium mag. genere. Cl. 46. ex militaribus copiis. A. 49. ex secessibus. A. 72. ex Parthorum obsidibus. Cal. 19. ex noxiis. Cal. 27. ex disciplinis. Cal. 53. ex quibus sive criminibus sive maledictis. A. 71. ex omnibus. Cal. 17. ex his. Cal. 24. ex quibus. A. 9. 21. 29. 65. T. 21. ex quis. A. 52. Al. exque his. v. Burm. ex iis, qui sequ. C. 41. alter e Cascis. C. 82. Proculum ex acceptissimis libertis. A. 67. unum e familiaribus et emissariis suis. Dom. 11. ubi v. Oudend. puero e ministris. Galb. 8. ex viginti trec. millibus — ad centum quinqu. retraxit. C. 41.

*de tempore.* ex eo, Gr. ἐκ τούτου. C. 20. 22. 79. A. 94. Cal. 22. 55. Vesp. 8. ex eo tempore. C. 20. T. 15. ex consulatu ipsius primo usque ad sequ. C. 83. ex Kal. Jan. C. 40. Cal. 17. —

*ex tempore* loqui. A. 84. versum compos. ex tempore. A. 98. ex tempore. T. 70. opp. *a cura.*

ex tempore disputare. Gr. 16. poemata faciebat ex tempore. Gr. 23.

quae ex consuetudine — duraverant. A. 32.

saepe i. q. *post*, ut Gr. ἐκ et ἀπό. ex praetura. C. 18. 71. A. 3. ex consulatu. A. 83. Vit. 2. ex honore quaesturae. Tit. 4. ex intervallo. Cl. 41. ex longo intervallo. Horat.

Saepe *causam* significat, internam vel externam, unde origo s. initium alicujus dicti v. facti, adeoque dicitur pro *ob*, ut Gr. ἐκ, nostr. *aus*, vel respondet Gr. κατά, nostr. *nach*, *angemessen*, *zufolge*, et similibus.

ex commendatione Pompeji. C. 75. ex commend. publica. A. 46. ex causa novi generis. Cl. 16.

ex levi suspicione. A. 66. ex levibus offensis. Cl. 26. ex criminationibus Lollii. T. 12.

ex diversis criminibus. Cal. 58. ex voluntate alic. T. 13. ex auctoritate alic. T. 11. 54.

ex hac inobservantia. A. 76. ex re levissima. Cal. 35. e studio sciscitandi. Cl. 10.

ex vulnere perire. A. 11. (ἐκ τραύματος.) ex insidiis. Cl. 12. pericl. ex continentia. Cl. 32.

amissa Junia ex partu. Cal. 12. ex valetudine. Cl. 26.

ex nocturno visu. A. 91. ex occursu visam. T. 7. ex occasione. C. 60. v. Burm. et Oudend.

ex sententia. C. 87. ex animi sententia. T. 59. ex industria. Cal. 50. Cl. 2. 38. Vesp. 16. Tit. 9. Dom. 16 et 19. ex consuetudine. C. 40. Dom. 9. 17. e more. C. 6. Al. *ex* more, ut C. 80. Ner. 10. magis ex natura et priore vita sua, quam ex imperii majestate. Vit. 10. oratio ex persona Caesaris. C. 55. ex fide. C. 74. Galb. 9. ex copia praesenti. Oth. 10.

appellatio mensis e suo nomine. C. 76. heres ex triente al. A. 101. cf. C. 83. T. 23. Cl. 6. ex maxima parte. A. 78. ex magna parte. C. 85.

ex instituto. Tit. 8. ex vetere instituto. A. 98. ex professo. Tit. 9. ex destinato. Cal. 43.

ex compacto. C. 20. ex composito. Cl. 37. ex improviso. A. 16. 94. ex inopinato. Galb. 10.

ex tuto. T. 73. ex integro. A. 16. 34.

e diverso i. q. *contra*, Gr. ἐκ τοῦ ἐναντίου v. τοὐναντίον. C. 86. A. 27. Dom. 9. Sed C. 29. e parte diversa (sc. ὄντας) i. q. diversae partis, pertinet ad usum praepos. partitivum.

ex adverso. C. 39. T. 33. v. *Adversus.* ex aequo Gr. ἐξ ἴσου. T. 11.

*e Republica* C. 19. est *in commodum Reip.*, *ut convenit Reip.*, sc. causa agendi desumta e Rep., non ex alia re. Est eadem structura, quae obtinet in: *e fide* simil., atque ita: uti ei *e Rep. fideque sua* videretur. Rh. 1. Praeter exempla, quae citavi ad C. 19. cf. *Cic.* Leg. 2, 26, 66. ibique Goerenz. Orat. 2, 29. „multas etiam *e Republica* seditiones saepe esse factas" h. e. non contra Remp., utiles adeo et salubres. *Plin.* ep. 5, 14, 5. v. Horat. Turs. ed. Schwarz. p. 250.

*Ebrietas.* Cl. 5.

*Ebur.* ex ebore statua. Tit. 2.

*Eburneus.* lectus eburn. C. 84. praesepe eburn. Cal. 55. eburn. quadrigae. Ner. 22. tabulae eb. Ner. 31.

*Ecce.* ecce Caesar nunc triumphat. C. 49.

*En.* indignabundus et clamitans: *en*, Romanos, rerum dominos sequ. A. 40. en cor Zenodoti, en jecur Cratetis. Gr. 11.

*Ecloga.* expressit eclogam. Horat. Plerique: *elogium.*

*Ecquid* i. q. *num*, Gr. μήτι. v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 20, 11. ecquid iis videretur — transegisse. A. 99. ecquid poeniteret. T. 45. ecquid sciret. Dom. 4. ecquid in Urbe novi de Nerone. Ner. 48.

*Edere* i. q. producere, proferre, exhibere, aliorum oculis vel auribus subjicere.

*edere spectacula.* C. 44. 49. T. 47. Cal. 20. 21. Cl. 21. 28. Ner. 11. quoties quid spectaculi usquam publice ederetur. A. 44. ed. ludos. C. 10. 89. A. 10. 43. Vit. 2. Circenses. Cal. 18. Ner. 7. munera. A. 48. Cal. 18. Cl. 2. Tit. 7. 8. venationes. C. 10. 38. 39. A. 43. Ner. 7. Dom. 4. ubi vulg. *redderent.* v. not. agones. Ner. 22. gladiatores. A. 45. navales pugnas. Dom. 4. novum spectaculi genus, elephantos funambulos, edidit. Galb. 6. edidit et — expugnationem direptionemque oppidi. Cl. 21. —

*edere vocem* etc. voces propalam edebat. C. 77. merito laudatam vocem edidit. Tit. 8. uno modo gemitu sine voce edito. C. 82. gemitus maximos ed. Oth. 7. ed. cachinnum. Cal. 57. hinnitus edere (de equo.) Ner. 46.

unde i. q. *dicere*, *profiteri.* reticere ipse genituram suam nec velle edere perseverabat. A. 94. perperam editos census. Cal. 34. nostr. *angeben.* nunquam non utriusque se libertum edidit. Gr. 12. h. e. *dixit*, *professus est.* Otiose enim Bernecc. in ind. quaerit, an sit, profiteri se lib., an libris editis praescribere. Respondendum, esse omnino: profiteri se libertum, voce s. sermone, et librorum titulis, et quavis alia occasione.

i. q. *renunciare*, *nuncupare magistratum*, nostr. *angeben, ernennen.*

candid., quos ipse edidisset; et edebat per libellos. C. 41. Vulg. *dedisset.* v. interpr.

quos editos Consules vidit. Vit. 3. h. e. *renunciatos.* (Ineptissime ind. Berneccer. editi filii, *nati.* Vit. 3.)

*edere scripta* i. q. *vulgare*, *in publicum emittere*, nostr. *herausgeben.*

plerique eruditorum certatim *ad eum* multa *de his* ediderunt. T. 70. libello, quem *de* cura capillorum *ad* amicum edidit. Dom. 18. ed. orationem. C. 55. declamationes. Rh. 1. historiam. Galb. 3. librum. Cl. 38. Gr. 3. librum edidit: non esse sequ. C. 52. sic certe collectae editaeque (controversiae) se habent. Rh. 1. qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant. A. 55. nec — aliena pro suis edidit. Ner. 52. perperam edere aliquid i. q. falso perscribere. C. 56. quum ille Agr. juv. nomine asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset. A. 51. ed. alicujus laudes. Dom. 10. —

*edere liberos* i. q. *parere.* infans — immaturus est editus. A. 63. ex nepte Julia — editum infantem. A. 65. an marem editura esset. T. 14. Permutantur *editus* et *genitus.* A. 94. v. Oudend.

*de fertilitate plantae.* vitem — trecenta sexag. qu. vasa edidisse. Gr. 23. Oudend. probat Ursini emendationem: *uvas.*

*operam edere.* in opera scenae arenaeque edenda. T. 35. ad edendas in scena operas. Cal. 58. in opera edenda (*de impudicitia.*) T. 43. v. Oudend. ob editam in caede Galbae operam. Vit. 10. (cf. Dom. 14. „quod — Nero in adipiscenda morte *manu ejus adjutus* existimabatur.")

*editum*, locus editus. erat illi locus in edito singularis. A. 72.

*Edicere*, publice notum facere aliquid voce praeconis, vel, quod saepius, scripto proposito, Gr. ἐπαγγέλλειν et προκηρύττειν, nostr. *öffentlich bekannt machen, ankündigen.*

edictis jam comitiis. C. 18. Al. *editis.* Sed v. Oudend.

Senatus in Pomp. Curiam edictus est. C. 80. h. e. edicto convocatus, nostr. *ansagen.*

Consulibus oblitis de natali suo edicere. Cal. 26. (Dio: ἐς τὰ γενέθλια ἱερομηνίαν ἐπαγγέλλειν.) v. *Natalis.*

de iisdem — *Censores* ita edixerunt. Rh. 1. h. e. hoc edictum emiserunt, promulgarunt.

*de Principibus.* ut — edixerit — non placere. A. 44. edixit, strenas se recepturum. Cal. 42. edix., matrimonium sibi repertum sequ. Cal. 25. edic., revocatam eam in pulvinar suum. Dom. 13. edixit et, reverti se sequ. Cal. 49.

*edicere, ne* i. q. edicto vetare. T. 40. Dom. 9.

*Chaldaeos* edicere, Oudend. suadet Vit. 14. pro *dicere.*

*Edictum*, scriptum publice propositum (*ein Anschlag, öffentliche Bekanntmachung.*)

*ed. magistratuum*, max. *Consulum.* Consul edicto praefatus — se acturum. C. 28.

per edicta obnunciare. C. 20. unde: edicta Bibuli. C. 9. 49.

Senatus priusquam edicto convocaretur. Tit. 11.

*ed. Principum*, quibus a Caesaris inde temporibus promulgabant, quaecunque ad populum ferre placuisset, vel jubendo et suadendo, vel vetando, vel etiam reprehendendo et increpando (*Anschlag, Proclama*, ut nunc barbare loquuntur.)

conjurationes — non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi notas. C. 75.

aut in concione aut per edictum. A. 25. quodam edicto. A. 28. professus edicto. A. 31.

libros totos et Senatui recitavit, et populo notos per edictum saepe fecit. A. 89.

populo — turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit. A. 42. insequ. die gravissimo corripuit edicto. A. 53. saevitiae populum increpuit edicto. Galb. 15. jocis lacessitus contradixit edicto. A. (55.) 56. Senatum populumque gravissimo objurgavit edicto. Cal. 45. (h. e. literis ab exercitu Romam missis et publice propositis.) frustra monitum edicto coercere. Ner. 4. quum patris nomine *et epistolas* ipse dictaret, *et edicta* conscriberet. Tit. 6. equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta. Cal. 53.

non edictis inhiberi luctus publicus potuit. Cal. 6. uno die viginti edicta proposuit. Cl. 16. utrumque excusavit edicto. Cl. 38. viatores ne — transirent, monuit edicto. Cl. 25.

praetor. cohort. uno exauctoravit edicto. Vit. 10. praeterita omnia (beneficia) uno confirmavit edicto. Tit. 8. dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret sequ. Cl. 32. edictum de exscindendis vineis propositum. Dom. 14. edicta quasi viventis proferre. Ner. 54. carpsit (defunctum fratrem) obliquis orationibus et edictis. Dom. 2. *epistolas orationesque et edicta* alieno formabat ingenio. Dom. 28.

*ed. magistratuum sub Principibus.* ut — venalis pependerit sub edicto Praefectorum h. e. ut bona ejus, ut mali nominis, proscripta fuerint a Praefectis aerario i. e. Praetoribus. Cl. 9. v. not.

qui se *in praetura* omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat. Vesp. 15.

*ed. ducum bellicorum*, nostr. *Proclamationen.*

edictis tandem Vindicis contumeliosis et frequentibus permotus. Ner. 41. per provincias edicta dimisit, auctor singulis universisque conspirandi simul sequ. Galb. 10.

*Ediscere.* (*auswendig lernen.*) ne periculum memoriae adiret, aut in ediscendo tempus absumeret. A. 84.

*Edocere.* (pr. ad finem usque docere, inde i. q. simplex *docere.* Gr. ἐκδιδάσκειν. *Xen.* Oecon. 12, 16.) Gr. 3. 18. *Plin.* Paneg. 26, 1.

*Educare.* plurimorum liberos et *educavit* simul cum suis et *instituit* (illud ad morum disciplinam, hoc ad literas pertinet.) A. 48. quia manipulario habitu inter milites educabatur. Cal. 9. apud quam simul educabantur. Cal. 24.

*aufziehen.* ne quis illo anno genitus educaretur. A. 94. tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. ibid.

se natricem populo Rom., Phaethontem orbi terrarum educare. Cal. 11. Al. *educere* v. Oudend.

*Educator.* cura et industria educatoris sui. Gr. 21.

*Educere.* in cubiculum reg. eductum (sc. e triclinio.) C. 49. quum gregem ven. e navi educerent. Rh. 1.

quem — Apolloniam quoque secum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat. A. 89.

educere militem (sc. e castris.) C. 65. Oth. 9.

*Edulia.* pro edulibus. Cal. 40. vulg. *eduliis.* v. Oudend.

*Effari.* trepidanter effatus sequ. Ner. 49.

*Effeminatus*, μαλακός, qui muliebria patitur. A. 68. Cal. 56.

*Efferare.* vultum — ex industria efferabat. Cal. 50. Al. *efferebat* frequenti confusione, de qua v. Oudend.

*Efferre.* thesauros, quos Dido reg. fugiens Tyro secum extulisset. Ner. 31. ut secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret. Galb. 8. humum effodit et corbulae congestam humeris extulit. Ner. 19. suo collo quaedam (rudera) extulit. Vesp. 8. duos pugiones, quos secum extulerat. Ner. 49.

biennio continuo — pedem porta non extulit. T. 38.

*efferre mortuum*, Gr. ἐκφέρειν. v. Lex. Xenoph. sub h. v. num. 2.

totidem milites praetor. extulerunt eum in publicum. A. 99. apparatissimo funere elatum. Ner. 9. prope regio extulit funere. Ner. 30. translatitio extulit funere. Ner. 33. multi — morte simulata funere elati. Ner. 23. elato mortuo mandarat. T. 57. (melius: *clare.* v. not.) eum quoque extulit intra pau-

cos annos. Pers. h. c. mortuum vidit et extulit, ut nostr. *einen begraben.*

ingenuum se — coeperat *ferre*. Vesp. 23. legendum, non *efferre*.

i. q. *tollere,* sursum ferre. benignitas mea me ad coelestem gloriam efferet. A. 71.

elata laeva. C. 64. elato alte malleo. Cal. 32. elatis pedibus. Galb. 18.

*efferri* i. q. *abripi*, Gr. *μετεωρίζεσθαι* (v. *Diod.* 1, 53. *ταῖς προκατεργασθείσαις πράξεσι μετεωρισθείς.* 2, 24. *θεοῦ φωνῇ μετεωρισθείς.* 3, 72. *μετεωρισθέντα τῇ ψυχῇ* al.)

canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur. Cal. 54. maxime popularitate efferebatur. Ner. 53. cf. *Cic.* ad Att. 1, 8. „in eo genere sic studio efferimur."

quo gaudio elatus. C. 22. Gr. *μετέωρος.* elatus inflatusque tantis velut successibus. Ner. 37.

*Efficere* i. q. perficere, ut Gr. ἐκτελεῖν i. q. διατελεῖν.

portum Julium — effecit. A. 16. tantam copiam nummariae rei effecit. A. 41. cf. *Effingere.*

sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset. C. 56. (nostr. *herausbringen.*)

Gr. διαπράττειν. ne Curio praemia darentur, effecit. C. 17. Consulem se effecturum, quod Praetor nequisset. C. 24.

*Efficax.* promerendi amoris mirum et efficax studium. Cal. 3.

*Effingere.* quo minus — gestum histrionis quasi laudans vel corrigens, palam effingeret. Cal. 54. heroum Deorumque — personis effictis ad similitudinem oris sui. Ner. 21. Sed plerique codd. habent *effectis* h. e. perfecte elaboratis. v. Oudend. Eadem varietas Dom. 19. „ut duobus ictibus quasi cornua *effingeret* v. *efficeret.*" v. Duker. et Oudend.

*Effigies.* cujus effigiem habitu Cupidinis — dedicavit. Cal. 7. nummo vel anulo effigiem impressam. T. 58. coronam aur. cum effigie Jovis ac Junonis Minervaeque. Dom. 4.

statuae triumphali effigie. A. 31.

se effigiem cremati euntem in coelum vidisse. A. 100. h. e. *speciem*, εἴδωλον.

*Efflagitare.* missionem continuo efflagitavit. C. 7. non cessavit efflagitare aliquem — custodem factis atque suis. T. 12. quasi efflagitante populo. Dom. 3. collationibus non receptis modo, verum et efflagitatis. Ner. 38. suppliciter nec non et minaciter efflagitantes, aut *remaneret,* aut secum omnes pariter *abduceret.* Tit. 6. ubi vulg. ex imperitia librariorum: *ut* remaneret.

*Efflare* animam. ante efflatam animam. A. 99. priusquam plane efflaret animam. Dom. 2.

*Effluere.* ictu fulminis — prima nominis litera effluxit. A. 97.

*Effodere.* primus rastello humum effodit. Ner. 19. per angustias effossae cavernae. Ner. 48.

partim effosso monte, partim exciso. Cl. 25. (illud de *terra*, hoc de *saxo* dicitur.) effosso lacu. Dom. 4. —

Tegeae — effossa sunt sacrato loco vasa operis antiqui. Vesp. 7.

prius oculis ejus sua manu effossis. A. 27. (Heins. maluit: *effusis*, probante Oudend. Non opus esse videtur correctione. *Effodit* Augustus prae ira gladio vel pugione, quem forte

gerebat. Ceterum v. Burmann. ad *Vellej.* 2, 52.) oculos effodere conatur. Dom. 17.

*Effringere.* tabernas effringere et expilare. Ner. 26. nostr. *aufbrechen.*

Sed *effregerat* crus A. 43. et crura *effregit* A. 67. corrig. in *fregerat* et *fregit.* v. Oudend.

Ita: utrique mox crura *fregisse.* T. 44. quum prolapsus— crus *fregisset.* Gr. 2.

*Effugere* (de eo, qui fuga vere evadit periculum.) navigio aegerrime effugit. A. 16. Ita Gr. ἐκφεύγειν.

*Effundere.* Dacos, qui se in Pontum et Thraciam effuderant. C. 44. pr. de fluminum exundatione, ut nostr. *ausströmen, sich ergiefsen, ein Land überschwemmen.* Gr. ἐκχύεσθαι. Polyb. 1, 19, 3. ἐξεχέοντο. de equitibus.

populi Rom. sexum, aetatem, ordinem omnem — effudisse se. Cal. 4.

*effundi*, nostr. *ausbrechen, sich ergiefsen.* in jocos effusus est. A. 98. effusus subito in cachinnos. Cal. 32. et inde

*Effusus* i. q. *immodicus* (*ausgelassen über die Maafsen*) effusissimo studio. Ner. 40.

effuse liberalis. A. 71. exceptus effusius. Ner. 22. (de plausu.)

cf. *Tac.* A. 1, 54. „Maecenati *effuso in amorem* Bathylli." *Plin.* ep. 7, 24, 4. „fovere *effusius* al." 7, 30, 1. „quum omnes, quos probas, *effusissime* diligas." Paneg. 84, 4. *Polyb.* 32, 11, 4. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους τῶν νέων, οἱ δ' εἰς ἑταίρας ἐξεκέχυντο sequ.

*Effutuere*, futuendo profundere. aurum in Gallia effutuisti. C. 51.

*Egelidus.* egelida aqua vel sole multo calefacta. A. 82.

*Egere.* quasi plane defensione ac patrocinio res egeret. C. 52. praesentia ejus urbicas res egere. Ner. 23. inops atque egens. Gr. 8. (non sunt eadem, sed *egens* est, qui caret rebus necessariis, *inops*, qui auxilio aliorum.)

*Egestas.* tanta egestate rei familiaris. Vit. 7. (nostr. *Dürftigkeit.*) egestatem objicere alicui. Cl. 16.

*Egerere.* specus egestae arenae. Ner. 48.

*Egestio.* pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem. Ner. 38. (*Wegräumung.*)

ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis (clystere) subveniretur. Cl. 44. (*Ausräumung.*)

*Ego.* h. e. *quod ad me attinet*, nostr. *ich selbst.* ego perdidi sequ. A. 71. quotiens ego vidi sequ. Horat. Cn. Lentulus — Plinius Sec. — ego. Cal. 8. —

*oppos.* aliis. ne Judaeus quidem — quam ego. A. 76. et ego et mater tua exspiremus. T. 21.

ego — sed tu. Ner. 45. *ego* tibi Theog. videor? Cl. 40. (ubi vis est in pronomine.)

ego vero. T. 21. ergo ego. Ner. 47. ego tamen vir sum. Vesp. 13.

*nos* — gustavimus. A. 76. nos, mi Tiberi sequ. A. 71.

*Equidem.* A. 3. Cl. 1. Gr. 7. v. *Quidem.*

*Egredi.* draconem repente irrepsisse ad eam, pauloque post egressum. A. 94.

*c. ablat.* quamvis statuisset non egredi tabernaculo — egressus est tamen. A. 91. egressus triclinio. Cal. 36. vixdum

triclinio egressum. Tit. 6. spectaculo egr. Cal. 56. egr. theatro. Cl. 13. domo egredi. T. 50. non egressus est villa. T. 65. egredi *ab* Urbe. Cl. 23. ubi singularis vis est in addita praepositione. cf. *a*. Id minus valet altero loco T. 40., ubi aeque alii: *ab Urbe* egrediens, melius cum optimis libris simpliciter scribitur: *Urbe*, quod *egrediens* ibi nihil aliud, quam *proficiscens*. Ceterum in ea constantia scriptoris servandum etiam puto ablativum locis: A. 91. egredi *tabernaculo*, et Ter. 4. egressus *Urbe* est, quamvis multi exhibeant: *tabernaculum*, et *Urbem* altero loco libri omnes. v. Oudend. ad A. 91.

*c. accus.* est *superare*, *transcendere*, nostr. *über etwas hinausgehen*.

filio tantum quod pueritiam egresso. A. 63. non egressus praeturae gradum. Galb. 3. nondum quintum atque triges. egressus annum. Ter. 4.

*Egressus* substant. in egressu navis. C. 59. primo egressu. Oth. 8.

*Egregius* i. q. insignis. egregia corporis amplitudo. Cal. 35. egregia merita. T. 2.

quod egregium civem Hectorem amisissent. T. 52.

*Ejicere*. calculis per urinam ejectis. A. 80. quos enectos aestus in proxima litora ejecit. Cal. 49. — quia reges ejecit — quia Consules ejecit i. q. *expulit*. C. 80.

*Ejulatus*. ejulatus vim patientium virginum imitatus. Ner. 29.

*Elabi*. quum elapsum baculum cito resumsisset. Ner. 24.

si quem reorum elabi gratia, rumor esset. T. 33. ne quod maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur. A. 32.

*Elaborare* i. q. operam dare efficiendae v. perficiendae alicui rei.

nihil aeque elaboravit, quam ut imitarentur sequ. A. 64. vulg. *laboravit*. Ita etiam Ner. 41. edidi: tanto opere *elaboratae* perfectaeque a se artis, quod placuerat jam Burmanno et Oudend. *Res* enim *arte laborata* dici potest, non *ars ipsa*, nisi a poeta. v. Burm. Saepius autem excidit praep. *e* in compositis. cf. infra voc. *Evigilare*. De discrimine verborum *laborare* et *elaborare* et de eorum permutatione in libris v. Goerenz. ad *Cic.* Fin. 1, 4, 10.

*Elanguescere*. observatum est, sub cujusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Galb. 1.

*Elegans* genus eloquendi. A. 86. h. e. *accuratum*, *lectum* (nostr. *gewählt*.)

quis verbis aut ornatior, aut elegantior. Cic. apud Nostr. C. 55.

*Elegantia*. quorum pleraque vix privatae elegantiae sunt, A. 73. (de supellectilibus.) v. *Gell.* 11, 2.

*Elegi* sub titulo Horatii. Horat.

*Elementa*, *στοιχεῖα*, *das Alphabet*. C. 56.

*Elenchi*. opusculum suum annalium Ennii elenchorum. Gr. 8. Oudend. putat, arguisse et carpsisse stilum Ennii et voces quasdam. Fortasse magis in historicis rebus arguendisque erroribus versatus est, quamquam illud quoque ad criticum pertinet.

*Elephantus*. elephanti trecenti (in apparatu bellico Iubae.) C. 66. elephanto per provinciam vectus est (Cn. Domitius.)

Ner. 2. currus elephantorum (in Circ. pompa aviae Liviae decretus a Claudio.) Cl. 11. v. not.

quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. C. 37.

elephanti viceni hinc et inde commissi (in venatione a Caesare edita.) C. 39.

Eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Ner. 11. elephanti funambuli. Galb. 6.

quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. A. 53.

*Elevare*, levius facere aliquid ex priore statu, detrahere, minuere.

ut et praeclara facta ejus pro supervacuis elevaret. T. 52. versic. fidem eadem haec elevant. Cal. 8.

*Elicere*. ut eum in publicum elicerent. Galb. 19. elicientium et cogentium se ad querelas h. e. elic. querelas et cog. sequ. Cal. 10.

*Elidere*. prae turba elisi exanimatique. C. 39. elisi per eum tumultum sequ. Cal. 26.

multis convivarum et ministrorum elisis. T. 39. (saxorum lapsu.) contis atque remis elid. cadavera. T. 62. elidere leonem vel clava, vel brachiorum nexibus. Ner. 53.

*Eligere*. eligerent ipsi (Imperatorem.) Galb. 16. cf. Vit. 7. trecentos ex dediticiis electos. A. 15. nonnisi ab ipso electum (regem) comprobaverunt. A. 21. magistri e plebe cujusque viciniae electi. A. 30. Praestantiores libri: *lecti*. Tiber. privignum suum elegit sc. generum. A. 63. Al. *legit*, quod typothet. errore in editione locum tenuit. equ. ordo bis patronum eum — elegit. Cl. 6. amicos elegit. Tit. 7. ab Aug. nepotibus ejus praeceptor electus. Gr. 17. ne cui dubium foret, quod exemplar regendae Reip. eligeret. Vit. 11.

electissimi pugiles. Cal. 18. interemto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Cal. 49.

*Elinguis*. titubantia oris prope mutum et elinguem. Vit. 6.

*Elleborum*. cui tam diu non prodesset elleborum. Cal. 29.

*Elogium*, titulus, inscriptio alicujus rei.

tres gladios — Marti Ultori, addito elogio, consecravit. Cal. 24. h. e. cum tabula, cui causa consecrationis inscripta.

custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio — a calvo ad calvum duci imperavit. Cal. 27. h. e. titulo culpae, ob quam custodiae datus erat.

i. q. *laus* s. inscriptio ad alicujus laudem.

nec contentus, elogium tumulo ejus versibus a se compositis exsculpsisse. Cl. 1. imagines et elogia universi generis. Galb. 3.

tali ad Augustum elogio Horat. h. e. commendatione cum laude. In eadem vita mox a multis scrib. *expressitque elogium*. Melius leges: *eclogam*. v. Oudend.

*Eloqui*. cornix in Capitolio elocuta est. Dom. 23. — genus eloquendi. A. 86.

*Eloquens*. temporum suorum et eloquentissimus. Galb. 3.

*Eloquentia*. C. 55. A. 84. in utroque eloquentiae doctrinaeque genere. Cal. 3. coll. minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit. Cal. 53. Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor. Rh. 5. ad eloquentiam praeparandam. Gr. 4. praecepta eloquentiae tradere. Gr. 7.

*Elucere.* saeva natura — aliquanto magis in Principe eluxit. T. 57. (praec. non *latuit.*)
*Eludere* i. q. *fallere,* callide aliquem v. aliquid a se deflectere.
ad eludendas vaticinationes. C. 69. quum — vim legis eludi sentiret. A. 34.
sciscitantes — mendacio elusit. Vit. 17.
*Emanare* i. q. *vulgari.*
emanasse Sullae dictum. C. 45. ut emanaret in vulgus, sequ. acc. c. inf. Ner. 6.
*Emancipare* i. q. ex propria possessione alteri tradere.
totum agrum redemit emancipavitque. Oth. 4. *Tac.* H. 1, 24. „ut — agrum sua pecunia emtum *dono dederit.*"
*Emendare.* qui describerent emendarentque (exemplaria.) Dom. 20. exemplaria emendare, ac distinguere et annotare. Gr. 24.
*emend. legem.* hanc quum aliquanto severius quam ceteras emendasset. A. 34.
*Emendate.* bene atque emendate scribere. C. 56.
*Emendicare.* pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni. C. 54. stipem quotannis die certo emendicabat a populo. A. 91.
*Ementiri.* amplificando ementiendoque. C. 66.
*sequ. acc. c. inf.* Cal 51. Ner. 22. 33.
*Emere.* legere se militem, non emere consuesse. Galb. 15. quo melius emtum sciatis. C. 50.
immenso emere al. Cal 39. bolum quanti emerent. Rh. 1. ducentis millibus nummûm Q. Catulo emtum. Gr. 3. hero suo emtus de catasta. Gr. 13.
Cajum et Lucium adoptavit, domi per assem et libram emtos a patre Agrippa A. 64. sc. ut ea emtione in jus et dominium suum transirent. v. *Adoptare.*
*Emtio.* A. 24. 98. — *Emtor.* quem emtorem familiae pecuniaeque in testamento Augusti fuisse. Ner. 4. v. not. et quos citavi, *Brisson.* de form. p. 586. *Heinecc.* 2, 10, 6.
*Emerere.* citra commoda emeritorum. A. 24. ubi vulg. additur *praemiorum.* Sed *emerita* sunt i. q. *praemia emeritae militiae,* vel, quod aliis placet, *emeritorum* est mascul. a v. *emereri,* ut *milites emeriti* intelligantur. — commoda emeritae militiae. Cal. 44. v. not. ad A. 24. et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 15, 4.
*Emergere.* Trito, qui e medio lacu per machinam emerserat. Cl. 21.
*Emicare.* quod — tantum flammae emicuisset. A. 94. turrem excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus — ignes emicarent. Cal. 46.
*Eminere.* quo magis pietas emineret. Cal. 15. ubi al. *eniteret.* v. Burm. et Oudend., et J. A. Ernest. ad *Plin.* Paneg. 5, 1. p. LXII. ed. Schaefer.
statura fuit eminenti. Cal. 50. — nasus a summo eminentior. A. 79. Oppon. *ab imo deductior.*
*Emittere* flatum crepitumque ventris. Cl. 32. emitti e cavea. Ner. 29.
emittere lacum. C. 44. Cl. 20. 21. nostr. *ablassen.* emissa impetu aqua. Cl. 32.
librum emittere. Cl. 33. famam emittere. Cal. 60.
manu emittere aliquem. Vit. 6., secundum nonnullos etiam Cl. 24.

*Emissarium* Fucini lacus. Cl. 20. 32. *Tac.* A. 12, 57. *effluvium lacus* dicit.

*Emissarius*, clam ad explorandum emissus, explorator. v. not. ad Dom. 11. et Cl. Cicer. solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos. Galb. 15. unum e familiaribus et emissariis suis. Dom. 11.

*Emolumentum* provinciae. C. 22. major emolumenti spes quam damni metus. A. 25. docuit majore fama quam emolumento. Gr. 9.

*Emungere.* patrem tuum cubito se emungentem. Horat.

*Enasci.* ex ea (arbore) continuo enata soboles. A. 94. gibbam sibi pone cervicem auream enatam. Dom. 23.

*Enavigare.* Rhodum enavigavit. T. 11. (praepos. *e* finem navigationis significat.)

*Enecare.* libertis servisque ejus ferro et igni crudelem in modum enectis. C. 75. enecti veneno aut fame. Ner. 36. enectos (veneno pisces.) Cal. 49.

in podagrae morbum incidit, cujus impatiens veneno sibi perunxit pedes, et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua vixerit. Gr. 3.

*Enimvero* pro *sed*, *at.* T. 12. Ner. 36. v. *Plin.* Paneg. 81, 4. et ibi Schwarz. coll. c. 2, 8. et 25, 3.

*Eniti.* precibus enitens — ut sequ. C. 26.

i. q. *parere.* simpl. enixae quaedam in spectaculis dicuntur. Ner. 23. quam enixam. Cal. 25. *c. accus.* T. 4. Cal. 8.

*Enixe*, σπουδαίως, φιλοτίμως. enixe defendere al. C. 71. a qua — appetitus ultro existimatur, et aliquanto enixius sequ. Galb. 3. auctores restituendae tribuniciae potestatis — enixissime juvit. C. 5. quo enixius opem ferret. T. 50.

*Enormis.* statura fuit eminenti — corpore enormi. Cal. 50. erat in eo enormis proceritas. Vit. 17.

*Enotescere.* qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit. Oth. 3. Al. *innotuit.* v. not. et Schwarz. Observ. V. p. 493. ad *Plin.* Paneg. c. 5, 2.

*Enumerare.* oratores enumerans. C. 55. ne singillatim minora quoque enumerem. Cl. 29. ne enumerem sequ. A. 51.

*Enunciare.* pluribus et per ambitum verborum rem enunciandam. T. 71.

*Eo* et *Eodem* v. *Is* et *Idem.*

*Ephebi.* spectavit assidue et exercentes ephebos. A. 98. cf. Cal. 58., ubi *pueri nobiles* ex Asia ad edendas in scena operas evocati dicuntur. — exhibuit — pyrrhichas quasdam e numero epheborum. Ner. 12. h. e. exhibuit e numero epheborum ad saltandas pyrrhichas. v. not. et quos ibi citavi.

*Epigramma.* famosa epigrammata C. Calvi. C. 73. epigramma in Augustum. A. 70. liber epigrammatum Augusti. A. 85. epigr. Asinii Galli in Pomponium Marcellum. Gr. 22. Maecenatis in Horatium. Horat.

*Epinicia* cantare. Ner. 43.

*Epistola.* epistolae Caesaris. C. 26. ep. Caesaris ad Senatum, ad Ciceronem, ad familiares. C. 56. epistolas ad Senatum Caesar primus ad paginas et formam memorialis libri convertit. C. 56. Ciceronis ep. v. *Cicero* in ind. primo. epistola Augusti ad Pomp. Maeram. C. 56. autographa ep. Augusti. A. 71. cf. A. 76. Cal. 8. T. 21. Cl. 3. 4. Antonii ad Aug. A. 7. 69. Augusti ad Horatium. Horat. Atteji Philol. ad Hermam. Gr. 10.

Junii Novati asperrima ep. de Augusto. A. 51. Tiberii ad Aug. ibid. Tiberii ad Senatum. T. 26. 67. Caligulae ad Sen. Cal. 23. Senatum epistola in ultionem sui Reique publ. adhortatus est. Ner. 41. ep. Othonis. Oth. 7. exemplar epistolae verae sive falsae def. Othonis ad Vespasianum. Vesp. 6. epistola communis legionum nomine. Cl. 24. recitata vetere epistola Graeca Senatus populique Rom. Cl. 25. epistola Horatii. Horat. Camilli epist. contumeliosa et minax et contumax ad Claudium. Cl. 35.

formalis epistola h. e. forma sollemni conscripta. Dom. 13.

*epistolis libellisque* legendis ac rescribendis. A. 45. in *diplomatibus libellisque et epistolis* signandis. A. 50. quum patris nomine et *epistolas* ipse dictaret et *edicta* conscriberet, *orationes*que in Senatu recitaret. Tit. 6. *epistolas orationes*que et *edicta* alieno formabat ingenio. Dom. 20. perlectis epistolis officiorumque omnium breviariis. Vesp. 21.

quicquid epistolarum erat — concremavit. Oth. 10.

epistolarum officium. Horat. nos in scribendis epistolis adjuvabit. ibid. cf. *a manu*, *a libellis*, *ab epistolis* etc. sub praepos. *a*.

*Epotare*. ob epotam vini amphoram. T. 42.

*Epulae*. ludo et epulis dedito. Cal. 32. epulis adhibere al. Cal. 27. familiaribus epulis interponere al. Ner. 22. epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat. Ner. 27. epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat sequ. Vit. 13.

*Epulum*, convivium publice datum. munus populo epulumque pronunciavit in filiae memoriam. C. 26. adjecit epulum et viscerationem. C. 38. abundantissimum epulum Senatui dedit equestrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Cal. 17. inter spectacula muneris largissimum epulum dedit. Dom. 4. posteriore epulo. Cal. 17. publico epulo. Cal. 52. epuli die. Dom. 13.

milites non contenti epulo ubique publice praebito. Vit. 10.

de *quovis convivio*. iisdem etiam epulum in conspectu suo praebuit. A. 98.

*Epulari*. biduum epulando potandoque consumsit. T. 42. epulanti in arce cum sacerdotibus. Cl. 44. media in orchestra frequenti populo epulatus. Ner. 20. epulatus largiter. Lucan. coetus epulantium. Cal. 32. caesis gens est epulata juvencis. Dom. 9. e *Virgil.* Georg. 2, 537.

Senatorum jus publice epulandi. A. 35. v. not.

*Epulatio*. qua epulatione. Cal. 18.

*Equus*. equum conscendere. Cal. 51. equum inscendere. Ner. 48. Tit. 4. in agmine nonnunquam equo, saepius pedibus anteibat. C. 57. sine paludamento equoque. A. 10. equo rarius, lectica assidue vectus est. Dom. 19. equo odore abjecti in via cadaveris consternato. Ner. 48. dimissis equis inter fruticeta ac vepres. ibid. ancipiti proelio equos dimittebat, et in primis suum sequ. C. 60.

equorum studio vel praecipue — flagravit. Ner. 22. exercitationes campestres equorum et armorum. A. 83. equi et armorum exercit. T. 13. equos desultorios agitare. C. 39. assidua equi vectatio. Cal. 3. equus insignis Caesaris. C. 61. Incitatus equus. Cal. 55.

equorum greges, quos — consecrarat, ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere. C. 81.

curriculo bijugi famosorum equorum. Cal. 19. bis senis equis candore eximio trahentibus. A. 94.

Act. triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus dexteriore veheretur. T. 6. triumphum utriusque Jud. equo albo comitatus est. Dom. 2. Gr. ἐπὶ κέλητος. — phalerato equo. Cal. 19. Cl. 17. Neapolin — albis equis introiit. Ner. 25. equo merere. Gr. 9. — senio vel aliqua corporis labe insignibus (Equitibus) permisit, praemisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire; mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque et triginta retinere eum nollent. A. 38. v. not. Equites Rom. — recognovit, palam *ademto equo,* quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset. Cal. 16.

*Eques.* Pinarius Eques Rom. A. 27. Caecilius Atticus Equ. Rom. T. 7. patruum Claudium Equitem Rom. ad id tempus. Cal. 15. (Scilicet nullo magistratu, qui aditum in Senatum faceret, functi in equestri ordine illi substiterant.)

non es Eques. quare? non sunt tibi millia centum h. e. ne pars quidem quarta census equestris. T. 59. v. not. et infra: *equester census.*

Equitem Rom. — ipsum bonaque subjecit hastae. A. 24. quum praetereuntes duos Equites Rom. locupletes sine mora corripi confiscarique jussisset. Cal. 41.

latum clavum — etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab Equite Rom. adoptatus esset. Cl. 24. libertinos, qui se pro Equitibus Rom. agerent, publicavit. Cl. 25. Equitem Rom. — erasit judicum albo. Dom. 8.

comitiis tribuniciis, si deessent candidati Senatores, ex Equitibus Rom. creavit. A. 40.

manus Equitum Rom., quae armata praesidii causa circumstabat. C. 14.

quum plerique Equitum attrito patrimonio bellis civ., spectare ludos *e quatuordecim* non auderent metu poenae theatralis sequ. A. 40. v. not. unde: *in Equite spectare.* Dom. 8. h. e. inter Equites e quatuordecim, et *equestria.* Cal. 26.

Equites Rom. natalem Augusti biduo semper celebrarunt. A. 57.

ad scenicas quoque et gladiatorias operas etiam Equitibus Rom. aliquando usus est. A. 43. v. not. collatis locis: ludis Dec. Laberius Eques Rom. mimum suum egit. C. 39. tirones — in domibus per Equites Rom. atque etiam per Senatores armorum peritos erudiebat. C. 26. praeturae consulatusque honore Equites Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam. Ner. 4. notissimus Eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Ner. 11. exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosque Equites Rom. Ner. 12. v. not. unde Caligula equestrem ordinem ut *scenae arenaeque devotum* assidue proscidit. Cal. 30.

Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis. A. 38. v. not. unumquemque Equitem rationem vitae reddere coegit. A. 39. triumviratus recognoscendi turmas Equitum. A. 37. Equites

Rom. severe curioseque, nec sine moderatione recognovit. Cal. 16. recognitione Equitum. Cl. 16.

elisi per eum tumultum viginti amplius Equites Rom. Cal. 26.

in quinque et triginta Senatores trecentosque amplius Equites Rom. — animadvertit. Cl. 29.

Eques Rom. necem Claudio parat. Oth. 1.

Eques Rom. Neroni reconditos Didonis thesauros promittit. Ner. 31.

jurgium Senatoris Equitisque Rom. Vesp. 9.

decretum, ut, quoties gereret consulatum, Equites Rom., quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum, inter lictores apparitoresque. Dom. 14.

Commemorantur adhuc singuli Equites Rom. C. 48. T. 35. 57. Cal. 18. 27. 55. Cl. 15. Ner. 5. Vit. 14. al.

*Eques* pro *ordine equestri.* abolitionem ejus (legis) pertin. postulante Equite. A. 34.

inter plebem et Equitem causam discordiarum serens. Cal. 26.

Senatui quoque et Equiti oleum praebuit. Ner. 12. provincias et exercitus Equiti Rom. ac libertis permissurum. Ner. 37. — Circensibus loca Equiti secreta a ceteris tribuit. Ner. 11. recenso Senatu et Equite. Vesp. 9.

*equites* de *quovis equitatu.* tricenis equitibus hinc et inde commissis (in Circo.) C. 39. Thessali equites. Cl. 21. v. not. — regem affuturum cum decem legionibus, equitum triginta millibus. C. 66. — equites quum per publicum, dimota paganorum turba, equos adegissent. Galb. 19.

recusantes — immisso equite disjecit. Galb. 12. jamque equites appropinquabant sequ. Ner. 49. equites praetoriani. Cal. 45. Cl. 21.

*Equester.* equester census. A. 40. (quadringenta millia HS.) equestres census. C. 33. v. not. equester ordo. A. 100. coll. Cl. 6. Cal. 30. 49. 53. vir equestris ordinis. T. 51.

equestris dignitas. Senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Cl. 24.

Cossutia familia equestri, sed admodum dives. C. 1.

equestris militia. equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat. A. 46. equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. Cl. 25. (*Plin.* ep. 7, 25, 2. „*equestribus militiis* functus.") —

equestre certamen, pars certaminis quinquennalis. Ner. 12. proelium duplex, equestre ac pedestre (in Circo.) Dom. 4.

*equestria* sc. loca v. sedilia. Cal. 26. v. supra: *in Equite spectare.*

statua ex ebore equestris. Tit. 2.

*Equitare.* armorum et equitandi peritissimus. C. 57. Tit. 3.

*Equitatus.* cum equitatu insecutus. Cal. 45. equitatu armato circumdedit (legiones.) Cal. 48.

*Equile* marmoreum. Cal. 55.

*Eradere.* splendidum virum (h. e. Equitem Rom.) albo judicum erasit. Cl. 16. coll. Dom. 8. eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam. Dom. 23.

*Erepere.* quod is a tergo insulae per aspera et devia erepsisset ad se. T. 60.

*Ergastulum,* locus, ubi servi rustici per agros vincti detinebantur.

ergastula recognovit. A. 32. (Praecess. rapti per agros viatores sine discrimine, liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur.) curam administravit repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant, quasi exceptos supprimerent non solum viatores, sed et quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset. T. 8.

*Ergo,* pr. ablativus vocis ἔργον. v. Perizon. ad Sanct. p. 647 et 901. ed. Scheid.

in transitu sermonis v. narrationis, ut Gr. οὖν, nostr. *also.*

est ergo. C. 6. decedens ergo. C. 8. ad securitatem ergo. C. 23. quum ergo. C. 31. postulante ergo. C. 83. sanxit ergo. A. 29. remansit ergo. T. 12. rediens ergo. T. 72. ergo nov. Neronis anno. Galb. 1.

inservit sermoni v. quaestioni indignantis. ergo ego nec amicum habeo, nec inimicum? Ner. 47. nostr. *also habe ich* v. *so habe ich denn* sequ. — repete ergo sequ. C. 78.

*Eripere.* Masintham — abstrahentibus statim eripuit. C. 71. unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit. A. 56. ne eriperet legibus reum. ibid.

ut me supremus dies huic mutatae vestrae de me opinioni eripiat. T. 67.

ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet. Ner. 49.

provincias Caesari et privilegium eripere. C. 28. judicibus concessum a Claudio beneficium — eripuit. Galb. 14. erepturam et ipsam, quae dedisset. Galb. 18. auxilio fugae erepto. C. 60. ereptam sibi gloriam recusandi. C. 79. eripi sibi vitam immerenti. Tit. 10.

*Erogare.* in Tiridaten — octingena nummûm millia diurna erogavit. Ner. 30.

*Error.* per errorem nominis. C. 85. Cal. 30. errore detecto. T. 62. fraude vel errore inductos. A. 33. corrigere errorem. C. 28. (praec. *per oblivionem.*)

nostr. *Verirrung, Fehler.* quod — praeterit, communis hominum error est. A. 88.

petulantiam — sensim quidem primo et occulte, et velut juvenili errore, exercuit. Ner. 26.

*Errabundus.* quum luminibus exstinctis decessisset via, diu errabundus sequ. C. 31.

*Erudire.* tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per Equites Rom. atque etiam per Senatores — erudiebat. C. 26.

*Eruditi.* plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. T. 70.

*Eruditio.* eruditione varia repletus est. A. 89. composuit variae eruditionis aliquot volumina. Gr. 6.

distingu. *eruditio* ab *eloquentia* Cal. 53. ubi est *philologia, literae Graecae et Latinae.* v. Ern. ad h. l.

*Eruere.* per sorores — erutum (cadaver levi cespite *obrutum*).

Cal. 59. posse erui (thesauros) parvula molientium opera. Ner. 51. eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluniae ex penetrali — eruerat. Galb. 9.

Equiti Rom. liberius jurganti oculum eruit. Ner. 5.

*Erumpere.* manus gladiatorum, quae oppido eruperat. A. 14. Cod. Torrent. *oppidum.* v. Oudend. repressam Tiberii saevitiam, quae mox eruperit. Cal. 6.

mox in omne genus crudelitatis erupit. T. 61. paulatim — jocularia et *latebras* omisit, nullaque dissimulandi cura ad majora *palam erupit.* Ner. 27.

*Eruptio* hostium. C. 64. A. 96.

*Esculus.* v. *Aesculus.*

*Esse.* non minora illa — indicia *fuerint* (εἶεν ἄν, γένοιτ' ἄν.) C. 63. Al. male: *fuerunt.*

constans fama erat. C. 6. constans opinio est. C. 50. fuitque suspicio. Cal. 60.

seu sol, seu imber esset. C. 57.

fuerat animus, sequ. infin. v. *Animus.*

erat illi — cupido. Ner. 55. erat in eo enormis proceritas sequ. Vit. 17. est ergo in genere et sanctitas regum sequ. C. 6.

*c. genit.* cibi minimi erat atque vulgaris fere. A. 76. cf. Galb. 22. cibi plurimi traditur sc. fuisse. Drusus animi fluxioris remissiorisque vitae erat. T. 52. erat non solum magnae, sed etiam callidae inopinataeque saevitiae. Dom. 11. fuit naturae acerbae. Gr. 9.

fuisse traditur et modicae staturae, et male pedatus — munditiarum vero paene muliebrium. Oth. 12. qui luxuriae immoderatissimae esset. Ner. 51. ullius momenti esse apud aliquem. Dom. 10.

*alicujus esse* i. q. *ad al. pertinere*, nostr. *einem zugehören, angehören.*

ut ejus esset sequ. Galb. 7. cujus gentis familia est nostra. C. 6.

boni pastoris esse, sequ. infin. T. 32. i. q. bono pastori convenire.

*c. ablat.* qua is aetate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. A. 65. si pupillari aetate essent. A. 66. fuisse traditur excelsa statura sequ. C. 45. corpore fuit amplo atque robusto sequ. T. 68. statura fuit eminenti sequ. Cal. 50. cf. Cl. 30. Ner. 50. Galb. 21. Vesp. 20. Dom. 18. Ter. 5. Horat. al.

secundiore fama fuit. C. 2. et re et existimatione magna fuit. A. 3. quo nomine fuit mater. C. 6.

bono animo estote. Vit. 8. ut tandem mutuo erga se animo vellet esse. Tit. 9. v. *Animus.*

*esse in al. re.* in imperio esse. C. 25. in armis esse. C. 69.

erat ei in oblectamentis serpens draco. T. 72. erat tum in deliciis aulae histrio. Juven.

coena ejus in fabulis fuit. A. 70. sibi quoque in fatis esse omnia impudica matrimonia. Cl. 43. esse in fatis, ut sequ. Vesp. 4.

quantum in se esset. T. 11.

*c. dat.* vel simplici vel duplici. testimonio est. C. 68. eum optimatium partibus quandoque exitio futurum. C. 1. saluti

fuit, quod sequ. A. 14. ne cui periculo aut noxae apud victorem forent. Oth. 10. nec ideo libertas — fraudi cuiquam fuit. A. 54.

quos videret et gladiatori praesidio gratiaeque esse. Cl. 21. praesagio fuit — vox. Ner. 6.

se cuicunque obvio praedae futuram. Galb. 4. despectui esse. Galb. 17. ut mors ejus — majori miraculo fuerit. Oth. 12. nostris exemplo fuit ad imitandum. Gr. 2. magis opprobrio legentibus, quam gloriae et fructui esse. Gr. 24. utramque rem — antiquis jam tunc curae fuisse. A. 89.

*ab hoc* sunt i. q. descendunt. Galb. 3. ab Anco Marcio sunt Marcii Reges — a Venere Julii. C. 6.

*esse* pro *venire*, ut Gr. γίγνεσθαι. militibus in conspectum fuisse. A. 16. Al. *venisse*. v. not. jam istam in volucrum fore potestatem. A. 15. Gr. γίγνεσθαι εἰς. Vulg. omitt. *in*. v. not. et Oudend.

futurum, ut. A. 97. fore, ut. C. 21. Dom. 15. 16.

nihil esse Rempublicam. C. 77. οὐδὲν εἶναι. ne Vitellius Germ. intra eundem Kalendarum diem usquam esset. Vit. 14. cf. *Plaut.* Pseud. 1, 3, 18. „mortuus est, qui *fuit*; qui *est*, vivus est."

*id est*. C. 56. A. 32. 88. 97. Galb. 3. Dom. 17. *hoc est*. T. 24. Galb. 8. Vesp. 11. Glossematis fere suspectos locos habent, quibus praefixa haec formula. v. Burm. ad A. 88. Oudend. ad A. 32. Sed universe nihil pronunciandum, maxime in scriptore, qui grammaticum agere assueverat et singulis accuratiorem addere interpretationem. Ita in dialogicis tantum scriptis Ciceronis deprehendi, notavit Goerenz. ad *Cic.* Acad. 1, 2, 8., et saepius occurrit apud Plinium, v. c. Paneg. 61, 7. v. etiam, quae Ern. ad A. 88. Ceterum dubia sane additamenta locis Nostri A. 32. Vesp. 11. et Dom. 17. quibus vide, quae annotavi.

sunt qui putent. C. 86. (ubi al. *putant*, perpetua varietate. v. Burm. ad h. l. et Oudend. ad T. 73. Accuratius de re exposuerunt Goerenz. ad *Cic.* Acad. 2, 22, 70. et Fin. 2, 20, 70., qui simplici formae: *sunt qui*, solum subjunctivum vindicat, et Gernhard. ad *Cic.* Off. 1, 2, 5.) sunt contra, qui opinentur. Vesp. 16. sunt, qui tradant. Ner. 54. Galb. 20. Gr. 13. sunt, qui putent — alii — nonnull. T. 73. (Sed A. 15. non, ut Burm. ad C. 86. vitiose citavit, est: *sunt, qui traderent*, sed: *exstiterunt, qui traderent*.) sunt, qui — distinguant. Gr. 4. Contra servandus indicativus locis Cl. 40. „*quidam sunt* adhuc in domo mea, qui me patronum non *putant*," et Rh. 1. „renunciatum est nobis, *esse homines*, qui novum genus disciplinae *instituerunt*." (Nihil impedit, quod sequitur: „ad quos juventus — *conveniat*." Rhetores homines erant certi satisque noti, juvenes auditores multi et incerti.)

fuerunt, qui interpretarentur. A. 94. fuit et, qui suaderet. A. 100. v. *non deesse* sub v. *Deesse*. miror fuisse, qui traderent. Cl. 27.

ut esset, cujus ministerio — circumveniret. T. 55. nuncians esse, qui magnum nescio quid afferret. Dom. 16.

*est* i. q. *licet*. facile est aestimare. A. 57.

*Esse* i. q. *edere*. ut biberent, quando esse nollent. T. 2.

*Essedum*, vehiculi genus a Gallis Britannisque repetitum, quo in itineribus et expeditionibus Romani etiam uti solebant.

nos in essedo panem et palmulas gustavimus. A. 76. quum — iter essedo faceret. Cal. 51. comitante — in essedis cohorte amicorum. Cal. 19. solitus etiam *in gestatione* ludere, ita essedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. Cl. 33. taurus — essedum ejus invasit. Galb. 18. essedum argenteum sumtuose fabricatum. Cl. 16.

ad essedum currere alicui. Cal. 26. v. not. Galb. 6.

*Essedarius*, gladiator ex essedo pugnans. Cal. 35. Cl. 21. v. *Lips.* Saturn. 2, 12.

*Et* saepe addit verba ἐπεξηγητικῶς. pedibus prope humanis *et* in modum digitorum ungulis fissis. C. 61. tristia et sine corde exta. C. 77. Plura exempla (namque hic paucis defungemur) vide in corollario hujus indicis sub v. *Pleonasmus.*

Ceterum cf. Goerenz. ad *Cic.* Acad. 1, 5, 21. et Hermann. ad Viger. p. 838. not. 323.

*et — et — que.* et literas, et notare, aliaque rudimenta. A. 64.

nam *et* — jocabatur; multa*que* decreta sequ. Ner. 33.

*que et* Gr. τε, καί, v. τε, τε. chlamyde peltaque et galea. Cal. 25. prudentiaque et aetate. Galb. 10. dotavitque etiam et instruxit. Vesp. 14. v. Burm. ad C. 11 et 13.

*que et* Gr. δὲ καί. habuitque et ipse concionem. C. 5. interque eos et aeneatores. C. 32. Est in his *et* pro *etiam*, de quo proxime.

*et autem.* v. Burm. ad A. 73., Oudend. ad Vesp. 22. cf. *Autem.* docuit autem et Rhetoricam. Gr. 7.

*et tamen.* et tamen fieri solet. Cl. 15. et tamen — rapti. T. 61.

*et quidem.* C. 39. A. 16. 53. 62. T. 45. salutatoribus scrutatores semper apposuit, *et quidem* omnibus, *et* acerbissimos. Cl. 35. v. *Quidem.*

*et* pro *etiam.* dilexit et reginas. C. 52. edidit et peregre spectacula. Cal. 20. nam et proscriptionis tempore. A. 70. nam et, si quid res exig. sequ. A. 89. et deposita lectica. A. 78. v. Oudend. uno ex his — et in antliam condemnato. T. 51. nonnunquam et testibus. T. 61. veteres Gr. et Rhetoricam docebant. Gr. 4. unde jam *et* custodes diffugerant, direptis *etiam* stragulis, amota *et* pyxide veneni. Ner. 47. et ipse. T. 10. 61. al. in quibus et ipsis. A. 89. et ipse spem imperii cepit, magnam quidem *et* ex conditione temporum. Oth. 4. (ubi tamen plerique omittunt alterum *et*.)

*et etiam.* v. mox sub *Etiam.* — *et quoque.* v. infra.

*sed et* post *non modo*, *non solum*, *non tantum.*

non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. C. 88. non trib. modo legionum, sed et praef. al. dedit. A. 38. non legitimos atque ordinarios modo, — sed et catervarios. A. 45. non modo faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequebantur. A. 57. non Antonii modo epistolae — sed et sine auctore not. versus. A. 70. non modo — supersedit, sed et — collaudavit. A. 93. non modo praetulit, sed et in cubiculo dedicavit. T. 44. non modo Princ. sollicitud. sed et parentis affectum. Tit. 8. non solum viatores, sed et sequ. T. 8. nec tantum carmina — sed et orationes. A. 89. non in Amph. modo, verum et in Circo. Dom. 4. non gressu modo def., sed et visu. Gr. 3.

Saepe in hac constructione permutatur in libris cum voc.

*etiam*, vel prorsus omittitur, unde incertum judicium, ubi a scriptore additum, ubi a librariis insertum sit. Exempla supra exhibita docent, Suetonium saepius addere. Dubiae lectionis sunt loci:

non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent. C. 68. (Al. *sed etiam*, al. *sed* simpliciter.) non in Foro modo, nec Amphith., sed et in Circo et in Septis, et aliquando sequ. A. 43. (Oudend. dedit *sed et*, equidem omisi *et* cum Burm.) certi damnationis, sed et ad vex. ign. vit. T. 61. (Omisi *et* cum cod. Memm.) ipsos non solum fam. coenae adhibuit, sed et sequ. Tit. 9. (Oudend. abjecit *et*.) v. de hac ellipsi praeter Burm. et Oudend. ad C. 14. et alios passim locos Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 3. cf. Hermann. ad Viger. p. 837. not. 319. b. — cf. *Etiam*.

*et — et — sed et*. sacerdotum *et* numerum *et* dignitatem, *sed et* commoda. A. 31. Ita saepe *sed et* dicitur, ubi *non solum* vel tale quid antea subintelligendum. specie grav. ac morum corrig., sed et magis naturae btemperans. T. 59. v. Oudend. tantum afuit, ut — impertiret, ut — vetuerit; sed et — fraudavit. T. 50.

inter quos virginibus Vestal., sed et militibus universis. T. 76. maximae parti provinc. ac militum, sed et univ. plebi urbanae. Cal. 13. ex testamento Tiberii, sed et Liviae Augustae. Cal. 16. in Sicilia — et in Gallia — sed et certamen quoque. Cal. 20. impunitatem praediaque ampla, sed et discipulos dedit. Ner. 33.

Atque eadem prorsus res est, ubi initio capitis vel commatis *sed et* ponitur, ad continuandam orationem. Nam pr. est i. q. *sed non haec tantum*, *sed et* sequ. ut nostr. *aber auch*, Gr. ἀλλὰ μὴν et ἀλλὰ μὴν καί. Exempla sunt:

religio est, concepta opinione veteri — sed et mox confirmata est. A. 6. sed et Trojae lusum edidit frequentissime. A. 43. cf. C. 74. 75. A. 29. 68. 92. 98. T. 50. Cal. 54. Galb. 4. v. etiam sub voc. *Sed*.

*Etiam* initio etiam cultu notabilem ferunt. C. 45. etiam libros totos — recitavit. A. 89. al. post unum vel plura membra. C. Octavium etiam — plerosque — Dec. Brutum etiam. C. 83. alias — unam etiam. C. 24. interdum — nonnunquam — vel etiam. A. 24. lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. A. 33.

*etiam* saepissime valet ad augendam vim orationis, ut nostr. *sogar*, *auch*.

necem comminata est, etiam strictos gladios — intentans. C. 14. existim. enim Servilia etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare. C. 50. solum etiam largius appetisse. C. 53. C. Memmii — etiam suffragator fuit. C. 73. etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis. C. 75. quosdam etiam infimi generis. C. 72. principem etiam in civitate locum. A. 51. etiam Proconsulibus decerni. A. 52. univ. denique genus — etiam cura sua dignatus est. A. 45. quae sibi undique, etiam ab uxore, conquir. A. 71. Mnesterem — etiam inter spectacula osculabatur. Cal. 55. etiam invito Neptuno victor. se adeptarum. A. 16. omne crimen — etiam paucorum verborum. T. 61. etiam Augusto audiente. ibid. etiam quibus — demandarat. T. 51. al.

*et etiam*. sed et ampliora etiam. C. 76. (ubi jung. *sed etiam*,

quod transitum facit, ut C. 49. „*sed* C. Memmius *etiam*,“ atque *et ampliora* h. e. adhuc ampliora.) ascriptum et columnis etiam. Oudend. dedit Ner. 45.

*que etiam*. duravitque etiam. Cal. 6. recitavitque etiam publice. Dom. 2. maritavit, dotavitque etiam et instruxit. Vesp. 14. v. Burm. et Oudend. ad C. 76. et Vesp. 14., Goerenz. ad *Cic.* de Leg. 3, 2, 4.

*atque etiam*. v. *Atque*. — non enim — atque etiam. C. 69. *et* commutavit *etiam, et* instituit, *atque etiam* sequ. A. 24. — *aut etiam*. Cl. 22.

et in tertiis heredibus nuncupatum, legato *etiam* — prosecutus, commendavit *insuper*. Cl. 6. adjecit *insuper etiam*. C. 10. in quibus — etiam. C. 50.

*quum etiam*. A. 28. etiam quum. Gr. 7.

*etiam nunc*. instrumenti ejus — parsimonia apparet etiam nunc. A. 73. locus etiam nunc sequ. Vesp. 1. residuis integrisque etiam nunc (copiis). Oth. 9. ubi, ut saepe apud historicos et more Graeco, praesens *nunc* pro perfecto *tunc*. Nos aeque: *auch jetzt noch* pro: *auch da noch* in narratione. Alii tamen, fortasse ex correctione, *etiam tunc*. v. Burm. — *etiam tunc* (initio sermonis, *auch jetzt noch*.) C. 31. —

*etiam tum* i. q. *tum adhuc*. in castris tiro etiam tum. T. 42. praetextatus etiam tum. Cal. 10. parvulum etiam tum. Cl. 27. filios etiam tum parvulos. Dom. 15. v. Oudend. quamquam etiam tum — morbo variante. A. 98. dubia etiam tum causa. Dom. 8. Al. *etiamnum*.

*sed etiam* post *non modo, non tantum* etc.

non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem. A. 4. non modo ducis, sed etiam militis functum munere. A. 10. non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine. A. 7. non privatum modo, sed etiam obnoxium. T. 12. non modo studendi solatium, sed etiam sermonis — usus. T. 61. non modo — erasit, sed etiam — redegit. Cl. 16. non modo negavit, sed etiam sequ. Galb. 14. Oudend. *sed et*.

Saepe *etiam* omittitur post *non modo*, ut in plerisque libris locis his:

non modo cessit, sed — abstinuit. C. 14. ubi v. Burm., qui tamen in textu reliquit *etiam*. non literas modo, sed syllabas. A. 88. non Romae modo, sed provincias peragranti. A. 60. proelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. C. 60. non modo domi, sed in theatro. Ner. 10. (ubi tamen malim additum *et*, ut Dom. 4. *verum et in Circo*.) non modo — exceptum ab eo, sed — oratum. Galb. 22. Oudend. omisit *etiam* cum aliquot libris etiam loco Cl. 16.

*Etsi*. etsi non auctor, at conscius. Ner. 33. etsi non — at certe Cal. 12.

*etsi* subjungit sententiam T. 61.

*Euripus*, fossa, qua Circus max. cingebatur. C. 39. v. not.

*Evadere*. simpl. quod se — *circumclusum* passus esset evadere. T. 20. multis — elisis (in spelunca) praeter spem evasit. T. 39. reus mutatione temporum evasit. Ner. 5. quod aliter evasurus — non fuerit. Cl. 38. ut — nando evasisse eam comperit. Ner. 34.

quum — decessisset via, diu errabundus, tandem ad lucem — per angustissimos tramites pedibus evasit. C. 31.

sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocuae evaderent. Dom. 19. Gr. διελθεῖν.

*evadere aliquem.* Carnulius me evasit. T. 61. cujus quondam nocturnas insidias — vix praemio dato evaserat. C. 74.

*evad. ad* v. *in aliquem locum.* nando evasit ad proximam navem. C. 64. vix ad Antonii cornu fuga evaserat. A. 13. ut aegre, nec nisi postico, evadere in Palatium valuerit. Cl. 18. primo Praeneste, inde Neapolin evasit. T. 4.

*ad locum superiorem.* nec nisi strata sub pedibus veste ad aversum villae parietem evasit. Ner. 48.

*Evehi.* inde praeter consuet. de nocte ad occasionem aurae evectus. A. 97.

*Evellere.* arbor cupressus — evulsa radicitus atque prostrata. Vesp. 5.

*Evenire.* praemisso agmine laetum evenit auspicium. Vit. 9. Al. praem. *agmini.* v. n.

*in bonum pactem,* nostr. *gelingen.* quod quum praeter opinionem evenisset. C. 16.

*in malam partem,* et saepe per εὐφημισμὸν *de morte.* cf. *Accidere.*

si quid sibi eveniret. C. 86.

evenit, ut. A. 6. 43. (ubi proxime ante: *accidit, ut.*) Cl. 7. Galb. 6. neque aliter evenit. A. 96.

ut evenit h. e. ut evenire solet. A. 78.

*Eventus,* nostr. *Erfolg, Ausgang,* in utramque partem. bellorum omnium eventus. A. 96.

dubium, eventu meliore an voluntate. A. 28. desperans tam praecipitis consilii eventum. C. 20. eventum esse in manu Fortunae. Ner. 23. varioque et animo et eventu. Cl. 16. quantum postea eventu paruit. Vesp. 4. nec eventus defuit. Vesp. 7. h. e. res bene successit.

*Evertere.* arbor, quae privato adhuc Vespasiano eversa surrexerat. Dom. 15.

ad evertendam Remp. sobrium accessisse. C. 53.

*Evidens.* ut cuique evidens sit. Vit. 7. signum evidens. Ner. 6. futura caedes evidentibus prodigiis denunciata est. C. 81. terrebatur ad hoc evidentibus portentis. Ner. 46. mors ejus — evidentissimis ostentis praecognita est. A. 97. quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus, apparuit. Galb. 1. evidentissimis rapinis ac sacrilegiis. C. 54. h. e. non clandestinis, sed apertis.

*Evidentissime* apparuit. T. 45.

*Evigilare* i. q. expergisci, ut nostr. *aufwachen, aufstehen.*

si vel officii, vel sacri causa maturius evigilandum esset. A. 78. Vulg. male: *vigilandum.* v. not. et Burm. somni brevissimi erat; nam ante mediam noctem plerumque evigilabat. Cl. 33. utque evigilavit. Galb. 4. maturius semper ac de nocte evigilabat. Vesp. 21.

*Evilescere.* propter quae usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemtui esset. Cl. 15.

*Evincere.* nec, ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. T. 37. v. not. ad C. 1. *vincerent* sequ. et Casaub. ad h. l.

*Evocare.* quum Rhodiorum magistratus — evocasset sc. Rhodo Romam. T. 32. quem famil. literis Romam evocarat. T. 62. jucund. literis Bajas evocavit. Ner. 34. Loll. Paulinam — subito ex provincia evocavit. Cal. 25. pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati. Cal. 58. plures Alexandria

evocavit. Ner. 20. quosdam e primoribus viris domum evocavit. Ner. 41. evocare manes et exorare tentavit. Ner. 35. quem ex Africa in auxilium evocarat. A. 16. ne hieme initioque anni ad judicandum evocarentur. Galb. 14.

*Evocati* dicebantur milites veterani, qui emeritis stipendiis ad arma redibant. (*Dio* 45, 12. Ἀνακλήτους vertit, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν. cf. 55, 24.) Scutario cuidam, evocato quondam suo. A. 56. bello civili Pompejan. partium Centurio an Evocatus. Vesp. 1.

delegit et equ. ordinis juvenes, qui, manente anulorum aur. usu, Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Galb. 10. v. not.

*Evolare.* auspicanti pullos evolasse. Galb. 18. ex vulg. lect. Sed leg. *avolasse.* Contra A. 94. leg. quum altissime *evolasset* (aquila), pro vulg. *volasset.* *Dio* 45, 2. ἀετὸς ἐμετεωρίσθη.

*Evolvere* libellos. Galb. 21. in evolvendis utr. linguae auctoribus i. q. legendis. A. 89.

*Evomere.* cibo affluente evomuisse omnia. Cl. 44. ut haustum venenum — evomuerit. Ner. 2.

*Exacerbare.* atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit. Galb. 16.

exacerbatus indicio. T. 62. exacerbati — recenti atrocitate. T. 75. exacerbatus, quod. Vit. 14.

*Exactor*, *Exactio* v. *Exigere.*

*Exaestuare* i. q. aestu exundare. fossas, in quas Nilus exaestuat A. 18.

i. q. nimis incalescere, Gall. *s'echauffer.* ut exaestuarat afflatus aura. T. 72.

*Exagitare* i. q. persequi, vexare. exagitari se materna specie verberibusque Furiarum. Ner. 34.

i. q. reprehendere, cavillari (ut nostr. *vexiren.*) pari fastidio sprevit, exagitabatque nonnunquam. A. 86. (Sequitur Maecenatem — usquequaque *persequitur* et imitando per jocum *irridet.*)

*Examen.* stateram — examine aequo. Vesp. 25.

*Exanimis.* exanimis — aliquamdiu jacuit. C. 82.

*Exanimare.* quum — lecticam ejus fulgur praestrinxisset servumque — exanimasset. A. 29. ut — saepe prae turba elisi exanimatique sint plurimi. C. 39. quo (porcello) statim exanimato. Ner. 33. exanimatus est i. q. obiit. Oth. 11.

*Exarare* sc. stilo i. q. scribere. quasi a cogitante atque generante exaratos (versus). Ner. 52. binos codicillos exaravit Oth. 10. Lucan.

*Exardescere.* cinis — exstinctus et jam diu frigidus exarsit repente. T. 74.

Corinth. vasorum pretia in immensum exarsisse. T. 34 v. not.

*Exarescere.* silva omnis exaruit radicitus. Galb. 1.

*Exarmare.* quod exarmata esset a Jove. Dom. 15.

*Exauctorare*, milites sacramento solvere, signis aquilaque ademtis, idque sine praemiis post emeritam militiam dare solitis. v. Lips. ad *Tac.* A. 1, 17. coll. c. 36., ubi recte *exauctorationem* distinguit a *missione* cum praemiis conjuncta.

alias (legiones) immodeste *missionem* postulantes, *citra commoda emeritorum exauctoravit.* A. 24. quicquid praetorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctora-

vit edicto. Vit. 10. Vitellianorum et exauctoravit plurimos et coercuit. Vesp. 8. de legendo vel exauctorando milite. T. 30.

*Exaudire.* ut — exaudiretur a procul stantibus. Cal. 53. de Mausoleo — exaudita vox est. Ner. 46.

*Excalciare.* alicui pedes praebere excalciandos. Vit. 2. jussit excalciatos cursitare. Vesp. 8.

*Excandescere* i. q. *irasci* (nostr. *aufwallen.*) quum excanduisset. Cl. 40. hactenus excanduit, ut. Ner. 40. haud ultra verba excanduit. Vesp. 14. quum — ita excanduisset, ut. Rh. 6.

*Excarnificare* i. q. dilaniare (*zerfleischen.*) minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. Vit. 17.

*Excedere c. ablat.* i. q. *egredi.* exc. theatro. Ner. 23. sacrario. Dom. 15. quod se inscio — Italia excessissent. Cl. 16. (Ind. Bernecc. exhibet accus. *Italiam*, nescio unde petitum. Ceterum v. *Egredi.*) intra Kal. Oct. Urbe Italiaque mathem. excederent. Vit. 14.

*c. accus.* i. q. *superare.* aut aequavit praestantissimorum gloriam aut excessit. C. 55. excesserat humanitatis modum. T. 29. principum et regum se excessisse fastigium. Cal. 22. nec praeturae gradum excessit. Oth. 1. senos sextantes non excessit (bibendo). A. 77. statura, quae justam excederet. T. 68. quamvis annum aetatis quinquagesimum non excesserit. Gr. 7. illud omnem fidem excesserit. Cl. 29.

*excedere* i. q. *mori.* A. 5. Cl. 45. Vesp. 2. Tit. 11., unde

*Excessus* i. q. *mors.* T. 22. 70. Cal. 1. 9. 48. Ner. 5. Vesp. 3.

*Excellens.* primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum. C. 37. excellentissimo cultu pueri. Ner. 20.

*Excelsus.* excelsa statura. C. 45.

*Excerpere.* verbis, quae Crisp. Sall. excerpsit ex Originibus Catonis. A. 86. praecepta et exempla ad verbum excerpta (ex auctoribus.) A. 89.

*Excidere* (a *Cadere.*) sacrificanti coronam de capite excidisse. Galb. 18. laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit (sc. de capite.) Vit. 9.

litigatori Graec. vox in altercatione excidit. Cl. 15.

excidere formula apud judicem i. q. causa cadere, litem perdere. Cl. 14.

*Excidere* (a *Caedere.*) qui Corinthum excidit. Galb. 3. excisae rupes durissimi silicis. Cal. 37. partim effosso monte, partim exciso. Cl. 20. edict. de excidendis vineis. Dom. 14.

*Excipere.* Differt a v. *Accipere* ita, ut hoc sit *ad se capere* aliquid alicunde oblatum, *exc.* vero *ex aliquo capere*, unde fit, ut significatio in plerisque eodem redeat.

nostr. *aufnehmen*, *empfangen.* adeuntes se Patres Conscr. — pro aede Ven. Gen. excepit. C. 78. advenientem exercitus libens ac supinis manibus excepit. Vit. 7. exceptum honorifice. Cal. 35. tanta comitate adeuntium desideria excipiens, A. 53. osculo excipere al. Oth. 6. Galb. 22. Urbem ingressum excepit terrae tremor. Galb. 18. simul hanc (barbam) excepero. Ner. 34.

vulnera excepit. A. 20. ut lapidis ictum genu, scutoque sagittas aliquot exceperit. Vesp. 4. — piro hiatu oris excepto. Cl. 27.

nostr. *auffangen.* utrumne illum — e ponte dejicerent at-

que exceptum trucidarent. C. 80. praecipitari in mare jubebat, excipiente classiariorum manu. T. 62.

i. q. *intercipere.* paene exceptus est. A. 16. quasi exceptos supprimerent — viatores. T. 8.

i. q. *suscipere.* simultates nullas tam graves excepit unquam, ut non — libens deponeret. C. 73. v. Oudend. et not.

*exc. aliquid auribus.* quasi vox Aug. per cubicularios excepta sit. T. 21.

et *animo*, unde i. q. *intelligere*, ut nos: *aufnehmen* pro *verstehen.*

velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam (sententiam.) C. 14. id a proximis aliter exceptum. T. 11. h. e. falso intellectum.

unde: *cum approbatione audire.* nota — assensu maximo excepta. T. 45. exceptus effusius. Ner. 22.

*verba dictata v. recitata perscribere*, ut nostr. *auffassen.*

orationem ab actuariis exceptam. C. 55. dictante aliquo exceptos (versus). Ner. 52. notis excipere velocissime solitum. Tit. 3.

*excipere* i. q. *ex aliquo numero eximere*, nostr. *ausnehmen.*

ut — ne Caesarem qu. exciperet. C. 28. quamquam exceptos Corneliis legibus. C. 11. exceptis consul. competitoribus. C. 41. exceptis duntaxat sequ. C. 75.

*Exceptio.* sub exceptione — si tamen sequ. C. 78.

*Excire.* legionibus et auxiliis undique excitis. Cal. 43. excitus a M. Bruto. Horat. exciente buccina Tritone. Cl. 21.

*Excitare* (a forma *Exciere.*) Gr. ἐγείρειν, ἀνεγείρειν, ἐξεγείρειν.

ut aspectu deficientes libidines excitaret. T. 43. (*erregen, aufregen.*)

quidam tumultum excitaverunt. Oth. 8. jam Gallos eum cantando excitasse. Ner. 45.

*aliquem surgere jubere*, nostr. *aufrufen*, *aufſtehen heiſsen.*

mos erat, prius aliquem, qui ante diceret, excitare. Rh. 6. quum spectaculo ludorum gregarium militem — excitari per apparitorem jussisset. A. 14.

max. *e somno.* tam arto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. A. 16. interdum ferula flagrove — excitabatur a copreis. Cl. 8. ut — obdormisceret, vixque ab advocatis — excitaretur. Cl. 33.

unde *excitari* i. q. *surgere.* excitabatur. Cal. 38. excitatus, ἐγερθείς. Ner. 47.

facere, ut aliquid exsurgat, unde i. q. *exstruere, aedificare.*

excit. templum. A. 29. turrem. Cal. 46. tumulum. Cl. 1. aedem. Dom. 5.

*Exclamare.* qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat. Cal. 12.

sequ. oratione recta. T. 61. Cal. 22. 58. Dom. 15.

sequ. acc. c. infin. A. 16. 97.

sequ. conjunct. significatione jubendi. Vesp. 19.

*Excludere* duplicis est significationis. Nam modo est *praecluso aditu non admittere*, ut: non modo missos — non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus adstantem. Oth. 3. nemine excluso h. e. nemine non admisso. A. 45. exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caji, quum — turbam summoverent. Cl. 10.

et eadem vi: consulatu excludi. C. 18. i. q. seriore petitione non admitti.

et: illos — fortuita debere excludere. Ner. 23. h. e. judicio non subjicere, eximere.

modo est *clausum emittere, edere.* ovum — fovit, quoad pullus — exclusus est. T. 14.

*Excogitare.* nova officia excogitavit. A. 37. excogitato genere suffragiorum. A. 46. sellariam excogitavit. T. 43. ut — novissime quasi genus lusus excogitaret. Ner. 29. novum atque inauditum genus spectaculi excogitavit. Cal. 19. nihil non excogitavit ad sequ. Cl. 18. excogitaverat inter genera cruciatus etiam, ut sequ. T. 62. talem a Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis. Cal. 19.

excogitatissimae hostiae. Cal. 22. novum et excogitatum honorem. Dom. 14. Male al. *inexcogitatum*, qui sensum voc. *excogitatus*, quo est i. q. *exquisitus, novo commento inventus*, non ceperunt. (*Plin.* Paneg. 88, 4. „paratum id quidem (cognomen) et in medio positum, *novum* tamen. Scias, neminem ante meruisse, quod non erat *excogitandum*, si quis meruisset.“ *Gell.* 5, 10. „captio versute excogitata.“)

*Excolere.* Urbem excoluit h. e. *exornavit.* A. 29. ut — monumentis vel novis, vel refectis et excultis, Urbem adornarent. ibid. praetoria non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis et nemoribus excoluit. A. 72. Circo max. marmoreis carceribus auratisque metis — exculto. Cl. 21.

arma, quibus exculti funus celebrabant. C. 84. Augustarum ornamentis excultus. Ner. 28.

*Excrescere.* excreverat in dext. latere ejus caro. Galb. 21. litium series ubique majorem in modum excreverant. Vesp. 10.

*Excruciare.* excruciata gravissimis tormentis. Cal. 16. excr. doloribus. Cl. 44.

*Excubare.* excubanti Trib. Ner. 9. statio militum, quae tunc excubabat. Ner. 21. excubanti cohorti. Oth. 4. quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. Cl. 37.

*Excubiae.* excubias per Urbem indixit. A. 23. adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. A. 30. inter excubias militum. Cl. 10. excubias agere circa cubiculum al. Galb. 10.

*Excubitor.* excubitor Tribunus. Cl. 42. processit ad excubitores. Ner. 8.

*Excurrere.* quum Tusculum excucurrisset. Galb. 18. Al. *excurrisset*, ut semper.

*Excusare.* quum — M. Lepidus in Sen. excusasset praeterita. A. 27. utrumque excusavit edicto. Cl. 38. — *excusare se.* orare veniam vel excusare se conantibus. A. 15.

*exc. aliquid alicui.* excusans factum etiam tenuissimo cuique. T. 11. Tribunis — excusavit, quod sequ. Cl. 12.

*exc. aliquid* i. q. *pro excusatione proferre.* excusata rei familiaris mediocritate. A. 101. valetudinem excusanti. Cal. 27. excusato languore faucium, propter quem non adesset. Ner. 41. excusante Tiberio imbecillitatem ejus. Cl. 6. h. e. deprecante ob imb. ejus.

*c. accus. et inf. v. partic.* excusanti, minus datum ad occultandam facinoris invidiam. Ner. 33. excusantes, non libi-

dine, sed ratione commissa (adulteria). A. 69. (*Tac.* A. 3, 11. *diversa excusare* i. q. diversa ad excusandum praetendere.)

unde *excusare* i. q. *munus, dignitatem deprecari.* quosdam ad excusandi se verecundiam compulit, servavitque etiam excusantibus insigne vestis. A. 35. (*Tac.* A. 11, 25. *excusatos* dicit. et mox *sponte cedentes.*)

*Excusatio.* eamque excusationem proximis mandasse. Oth. 6.

*Excutere.* convicianti oculum per Centurionem verberibus excussit. T. 53. excusso oculo. C. 68. curru excussus est. C. 37. Ner. 24. Augusti sceptrum e manibus excussum est. Galb. 1. e basi statuae tr. titulus excussus vi procellae. Dom. 15.

nostr. *durchschütteln.* culcitisque et stragulis praetentatis et excussis. Cl. 35.

*Executor* v. *Exsecutor* post *Exsequi.*

*Exemplum* a voc. *Amplus* pr. res ex ampla materia desumta et speciminis loco proposita, unde nostr *Beispiel*, παράδειγμα. pleraque pessimi exempli. A. 32. ut pessimi exempli Vit. 10. novo exemplo. Cl. 14. 23. quasi omne exemplum liberalitatis supergressus. Cal. 46. quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur. Cal. 16. ut domest. persuaderet, ne bono qu. exemplo audendam esse patroni necem. Dom. 14. praecepta et exempla publice vel privatim salubria. A. 89. extant et feminarum exempla aeque diversa. T. 2. imitari exemplum. C. 68. A. 34. ut parcim. publ. exemplo quoque juvaret. T. 34. ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo juvaret. Ner. 49. ad despiciendam vitam exemplo manip. militis concitatum. Oth. 10. non repertis, qui sequerentur exemplum. Cl. 26.

nostr. *Muster, Vorbild,* ut Gr. παράδειγμα. nostris exemplo fuit ad imitandum. Gr. 2. pietatis — exemplo sufficientis. Pers. superposuit alt. turrem in exemplum Alex. Phari. Cl. 20. i. q. alias *ad formam, ad simulacrum.*

unde omnino res, quae aliquando accidit, ad imitandum vel probandum proposita, nostr. *Fall, Vorfall, Beispiel.* improbans exemplum vetus Caninii Rebili. Ner. 15. quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Gr. 4.

exempli causa. T. 67. Cl. 11. Rh. 1. ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. T. 21.

adeoque, ubi de libris sermo, ἀντίγραφον, quod eadem verba, eandem formulam πρωτοτύπου exhibet, ad hujus quasi simulacrum effictum. v. Ernest. Cl. Cic. sub h. v.

testamentum duplex — sed eodem exemplo. T. 76. quorum (codicillorum) exemplum erat. Cal. 55. h. e. argumentum, nec summa quidem argumenti, sed eadem verba.

*Exemplar* est Gr. ἀπόγραφον, unum v. singulum aliquod, ad primam normam descriptum.

jactatum exemplar epistolae verae sive falsae. Vesp. 6. in quibusdam exemplaribus invenio. C. 55. undique investigatis (tabularum). Vesp. 8.

unde i. q. *liber*, nostr. *Handschrift, Abschrift.* exemplaribus undique petitis. Dom. 20. multa exemplaria contracta. Gr. 24.

Deinde, quum *exemplar* quasi nascatur ex *exemplo*, pro eo etiam dicitur, ut species pro genere.

ne cui in opera edenda exemplar imperatae schemae de-

esset. T. 43. ut illorum velut ad exemplar — exigerentur a civibus. A. 31. quod exemplar regendae Reip. eligeret. Vit. 11. genera, velut exemplaria, saevitiae enumerare, sat erit. T. 61. (nos: *gleichsam als einzelne Copien, Darstellungen des Originals in einzelnen Fällen.*)

Nonnunquam in libris hae voces permutantur, ut A. 34.

*Exequi* v. *Exsequi.*

*Exercere*, operam dare, ut aliquid efficiatur v. perficiatur, quasi ἐξεργεῖν, *herausarbeiten*, unde respondet nostris *üben, treiben.*

exerc. eloquentiam studiaque liberalia. A. 84. artes. Cal. 54. jus exercendi artem. Dom. 7. rhetorica prohibita exerceri. Rh. 1.

exerc. adulteria. A. 69. petulantiam, libidinem, luxuriam etc. Ner. 26.

officia cum multis mutuo exercuit. A. 53. (T. 11. mutua cum Graeculis officia *usurpans.*) strenarum commercium ne ultra Kal. Jan. exerceretur. T. 34.

inde: exerc. unguentariam tabernam, pistrinum. A. 4. furnariam. Vit. 1. negotiationes. Vesp. 16. officinas promercalium vestium. Gr. 23.

exerc. quaestionem. C. 11. legem. C. 43. (nos: *die Ausübung des Gesetzes* etc. *betreiben.*)

exercendas esse leges respondit, et atrocissime exercuit. T. 58. inceptam proscriptionem utroque acerbius exercuit. A. 27. exerc. jus tribuniciae potestatis. T. 11. vim dominationis. Dom. 1. Sed T. 33. leg. Principem *exseruit* pro *exercuit.* v. not. et Oudend. ad h. l. et ad T. 11., et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 21, 4.

nostr. *eintreiben, beitreiben.* fenus apud Helvetios exercuit. Vesp. 1. vectigalia primum per publicanos, deinde per Centur. Trib. praet. exercuit. Cal. 40.

exerc. copias. A. 16. discipulos. Rh. 1.

*exercentes* simpl. pro: *se* v. *artem* exercentes. C. 26. A. 98.

*exerceri.* paulatim et ipse meditari exercerique coepit. Ner. 20. quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur. Rh. 2.

*exercitus* partic. i. q. vexatus, exagitatus laboribus atque aerumnis. infantiam pueritiamque habuit laboriosam et exercitam. T. 6. Vulg. *exercitatam.* v. not. et Oudend., item Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 86, 3.

*Exercitare.* ad exercitanda discentium ingenia. Gr. 17.

*Exercitatio.* equi et armorum solitas exercitationes omisit. T. 13. exercit. campestres equorum et armorum. A. 83. ad campestres exercit. suas admisit et plebem. Ner. 10. Graecae exercitationes. Rh. 2. — exercitatio venandi. Cal. 5. velut exercitationis genus. Dom. 22.

*Exercitus* subst. C. 24. 28. 30. 33. 34. 52. 56. 58. A. 8. 10. 11. 12. 16. 19. 26. 64. 89. 94. 96. T. 9. 14. 25. 38. 53. Cal. 1. 22. 25. 31. 44. Cl. 29. Ner. 2. 43. 47. Galb. 10. 16. Oth. 10. Vit. 7. 8. 15. Vesp. 4. 6. 7. 9. al.

*Exhaurire.* provincias privatorumque census prope exhausit. Ner. 38. ut exhaustae quoque Urbi frequentia suppeteret. C. 42. exhausta Italia dilectibus. C. 79. ordines exhaustos caede

varia. Vesp. 9. — quum velut exhaustum (post vomitum) refici cibo oporteret. Cl. 44.

exhaustus atque egens. Cal. 38. Ner. 32. exhaustus operum ac munerum impensis. Dom. 12.

*Exhibere*, praestare, producere. Equitem Rom. — exhibere testamenti tabulas coegit. Vit. 14.

neque liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis qu. exhibendae ullam occasionem omisit. Ner. 10. moderationem clementiamque — admirabilem exhibuit. C. 75. parem moderationem minoribus quoque — exhibuit. T. 32. liberalitatem omnibus ordinibus — exhibuit. A. 41. publice munificentiam bis omnino exhibuit. T. 48.

exh. comoediam publicis spectaculis. A. 89. gladiatoria munera, pyrrhichas, quadrigarum certamina, Trojae lusum, Africanas etc. Cl. 21. naumachiam. Ner. 12. nihil sane praeterquam adolescentulum Lucium — exhibuit. A. 43. Senatores ad ferrum. Ner. 12.

quum auriganti Cajo ministratorem exhiberet. Vit. 17. i. q. *ageret*. Al. addunt *se*. v. Oudend.

se adorandum adeuntibus exhibebat. Cal. 22. v. Oudend.

*Exhilarare*. qua re admodum exhilaratus. A. 98.

*Exhinc*. v. *Exin*.

*Exhorrescere*. Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. A. 53. genituram ejus — ita parentes exhorruerunt sequ. Vit. 3.

*Exhortari*. in alloquendo exhortandoque. C. 33.

*Exigere* i. q. *expellere*. post reges exactos. T. 1. exigere uxorem. C. 50. Cl. 26.

nec potuisse unquam exigi (maculam). A. 94. nostr. *herausbringen*. Al. *eximi*. v. Oudend.

i. q. *ad finem agere*, *defungi*. exacto consulatu. Cal. 8.

i. q. *examinare*, *probare*. quarum (margaritarum) amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. C. 47. v. Serv. ad Aen. 4, 476., Oudend. ad h. l. et A. 31. ut illorum velut ad exemplar — principes exigerentur a civibus. A. 31. cf. infra *Exactus*.

i. q. *ad normae* v. *legis severitatem exercere*. disciplinam acerrime exegit. T. 19. cf. *Exactor*.

xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas severissime semper exegit. A. 45. h. e. ordini, disciplinae subjecit, coercuit. v. not. unde: exigere poenam de sontibus. C. 69. quoniam satis poenarum exactum esset. A. 27. exigebat coram (poenas.) Cl. 34.

i. q. *cogere, ut aliquid praestetur* v. *fiat*. Opp. *remittere*, *indulgere*.

*de pecunia*, nostr. *eintreiben*, *einfordern*. per causam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam sequ. C. 2. exactaque pecunia. Vesp. 23. exig. creditum. Vesp. 11. si, quas manus *remisi* cuique, *exegissem* (in lusu aleae.) A. 71. pro edulibus — certum statutumque exigebat. Cal. 40. tres uncias, quae ponderi deerant, jussit exigi. Galb. 12. liberalitates Neronis — revocandas curavit exigendasque. Galb. 15. exegit ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum sequ. Ner. 44.

unde omnino i. q. *postulare*. obsides. A. 21. exegit et ipse ab amicis benivolentiam mutuam. A. 66. exig. jusjurandum atque syngrapham. C. 23. jusjur. et cautionem exegit a singulis.

A. 98. permissa, imo exacta jocandi licentia. ibid. a quibus ratio exigi posset. A. 101. votum exegit ab eo, qui sequ. Cal. 27.

si quid res exigant. A. 49. (De variet. lect. v. Burm. et Oudend. cf. not.) si quid res exigeret. A. 89. v. Oudend. ad A. 49.

sequ. *ut.* exegit etiam, ut sequ. A. 37. (ubi est *postulavit,* quamvis sine effectu, ut saepe *cogere* al.) ut — sibi liceret, precario exegit. Cl. 12. nihil prius aut magis a comitibus exegerat, quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret. Ner. 49.

*sequ. acc. c. inf.* ut — a propinqu. urbium plebe verri sibi vias et conspergi propter pulverem exigeret. A. 89.

*Exactus* i. q. *accuratus, diligens.* curam quoque solito exactiorem praestitit. T. 18.

*Exactor* gravissimus disciplinae. C. 65. sermonis Lat. exactor molestissimus. Gr. 22.

*Exactio.* exactionum coactor. Horat. Oudend. interpretatur: publicanorum minister, iis parva mercede operam locans, exigendo tributa, vectigalia, et portoria.

*Exiguus.* quamquam exiguae vocis et fuscae. Ner. 20. i. q. *tenuis.* Gr. λεπτός.

*Exiguitas.* querente eo quondam de fisci exiguitate. Cl. 28.

*Exilis.* prolixo nec exili corpore erat. Cl. 30. exilis opp. *praepingui.* Galb. 3.

exilis ramus opp. *praevalido ac prolixo.* Vesp. 5.

*Exilium.* v. *Exsilium* post *Exsul.*

*Eximere.* exemtum anulum. T. 73. Opp. *aptare digito.* simul ac dens Neroni exemtus esset. Vesp. 5. Sed A. 94. leg. *exigi* (maculam) pro vulg. *eximi.*

biduum memoriae eximere. Cl. 11. medium qu. tempus religio et Seleucus exemit. Oth. 6.

*Exin. prima* expeditione — *dein* — *posthaec* — *exin.* T. 9. Vulg. *exhinc.* v. Oudend. ad h. l. et ad Ner. 7. ubi aeque al. *exhinc* et *exinde* pro *exin.*

exin sortitus Africam. Vesp. 4. Al. *exinde. exin* — *mox.* Galb. 6.

*Exire.* ut duae tantummodo (cohortes) exirent. Cal. 4. exituro i. q. profecturo. Vit. 7. si de potestate patris exisset. Vit. 6.

exiit opinio. Ner. 53. exierat in vulgus. Galb. 20. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 3.

*Exitus* i. q. profectio. hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus. C. 34.

i. q. *finis*, ut nostr. *Ausgang.* exitu anni. T. 4.

i. q. *finis vitae, mors.* apparuit Malloniae cujusdam exitu. T. 45. sibi tam honestum quandoque exitum darent. Cl. 1. sortitus exitum facilem. A. 99. quis ipsum maneret exitus. Dom. 15. brevi dignum exitum facturos. Ner. 46. exitum Claudii Agrippinaeque significans. Ner. 39. monstra exitum ei, qualis evenit, portenderant. Galb. 18. de Neronis exitu nunciantem. Galb. 22. memorante quodam — de Cassii Brutique exitu. Oth. 10. de Othonis exitu. Vit. 10. ab initio principatus usque ad exitum. Vesp. 12. atrocis exitus signum. Dom. 11. De loco Dom. 15. v. *Exitium.* add. *vitae.* sub exitu vitae. Cl. 43.

i. q. *eventus.* coeptorum opperiens exitum. Ner. 34. qui-

bus ostentis par respondit exitus. Vit. 9. omni exercitu — exitum praesagiente. A. 96.

*Exitium.* paene ad exitium sui. A. 94. ad exitium licentia praecipites. A. 47.

exitio suo omniumque Cajum vivere. Cal. 11. non sine piscium exitio. Cal. 49.

eum — quandoque optimatium partibus exitio futurum. C. 1. quae summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur. Ner. 36.

nobilissimo cuique exitium destinavit. Ner. 36.

Variat lectio inter *exitium* et *exitum*, ut saepe, locis:

quasi certissimum exitium caveret. T. 53. quo maxime facto maturavit sibi exitium. Dom. 15. v. Oudend. et Duker. ad h. l., Drakenb. ad Liv. 5, 27.

*Exitialis.* criminosum et exitiale habebatur. Cal. 50. — *Exitiabilis* clades. A. 23. exit. discordiae. Cl. 25.

*Existere.* v. *Exsistere.*

*Existimare.* id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans. C. 17. ambitiosius id existimans, quam sequ. A. 25. magni existimans sequ. inf. A. 40. prisci decorique moris existimans sequ. acc. c. inf. A. 43.

i. q. *judicare, colligere* ex al. re facile est existimare. A. 57., Vulg. *aestimare.* conditionem temporum illorum etiam per haec existimare quivis possit. Cal. 60. ubi eadem varietas. v. *Aestimare* et Oudend. ad Cal. 60.

i. q. *credere* et *opinionem prae se ferre, dicere.* cf. *Opinari.*

quod sane etiam vulgo existimabatur. T. 7. Unde

*existimari* i. q. *dici.* existimatur — pollicitus. C. 33. existimabatur Servilia — conciliare. C. 50. ut et abusus dominatione et jure caesus existimetur. C. 76. quo tempore existimatur — cinctus praesedisse. A. 35. ubi inepta prorsus lectio: *aestimatur.* ne — destituere amicum existimaretur. A. 56. quum existimaretur quosdam — inter proscriptos curasse referendos. A. 70. quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris. A. 79. Augustum — ob hoc Apollinis filium existimatum. A. 94. qui — surripuisse existimabatur. Cl. 32. ut nec — scire aut cogitare existimaretur. Cl. 40. existimabatur etiam — determinaturus. Galb. 15. manu ejus adjutus existimabatur. Dom. 14. quem (consulatum) adversus auspicia legesque gessisse existimabatur. Ner. 2.

cujus ea natura existimatur sc. esse. Cal. 1. existimatus — initium et causa incrementorum patri fuisse. Vit. 3.

*Existimatio* act. *judicium nostrum de aliis.* dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua laesisse. T. 58. (*Tac.* A. 1, 74. „*sinistros de Tiberio sermones habuisse.*") v. Oudend. ad h. l. et not. nostr. (*Plin.* Paneg. 62, 9. *clandestinas existimationes* dicit.) pass. *judicium aliorum de nobis,* Gall. *la renommée*, nostr. *Ehre*, *Ruf.*

laceratam existimationem suam. C. 75. et re et existimatione magna fuit. A. 3. Inepta est lectio: *aestimatione.* v. Burm. et Oudend. ad h. l., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 80, 2. sub Cajo — *secundam existimationem* circa initia imperii omnibus lenociniis colligente. Cl. 7. quosdam fortunae atque *existimationis integrae.* Ner. 12. (adject *integrae* ad utrumque nomen pertinet.) et voluntate dispari, et existimatione. Vit. 5.

*Exodium*, brevis fabula jocosa, quales agi solebant finita tragoedia, unde nomen. v. Scholiast. ad *Juvenal.* 3, 175., Rupert. de satira Roman. p. 89.

Atellanicum exodium. T. 45. scenicum exodium. Dom. 10.

*Exolescere*. ferreis ac paene jam exolescentibus literis. A. 7. donec sensim haec exoleverunt. Rh. 1. — exoletae et reconditae voces. A. 86. veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo sua haerentem. Galb. 4. exoleta (h. e. exoletos mores) revocavit, aut etiam nova instituit. Cl. 22.

*exoletus*, puer impudicus, qui corpus maribus prosternit, ἀρσενοκοίτης.

Rufioni, exoleto suo. C. 76. cum reliquis exoletis. C. 49. undique conquisiti puellarum et exoletorum greges. T. 43. libidinis in mares pronioris, et eos nonnisi praeduros exoletosque. Galb. 22. propter exoletorum et spadonum greges. Tit. 7. ut quas saepe exoletis suis prostraverit. Cal. 24.

*Exonerare*. stomachum. Cl. 33. ventrem. Vesp. 20.

*Exoptare*. exoptatissimus Princeps maximae parti provinc. ac militum. Cal. 13.

*Exorare*, nostr. *erbitten*. Praepos. *ex* eventum significat, ut in *effugere*, *evadere*, *evenire*.

exorato coram judicibus accusatore. A. 56. exoratus. Cal. 22. revocaverat, quasi *perseverantis* populi legatione suscepta, *exorandum*que praebuerat. Vit. 4.

sequ. *ut*. exorata sorore, ut sequ. A. 63. ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit. A. 65. aegre, *ne* profundo mergeret, exoratus. Cal. 16.

i. q. *vehementer orare*. exorare filiae patrem frequ. literis. T. 11. (ubi *filiae* est dativus.) evocare manes et exorare. Ner. 34.

*Exorabilis*. illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus. A. 27. facilis exorabilisque in vitricum fuit. T. 13.

*Exordiri*. tragoediam magno impetu exorsus. A. 85. Atellanis notissimum canticum exorsis. Galb. 13. ingenti spiritu classicum exorsus. C. 32.

parricidia et caedes a Claudio exorsus est. Ner. 33.

*Exordium*. de quibus singillatim ab exordio referam. T. 42. diem necis, quamvis exordium principatus sui. Cl. 11. paene ab exordio Urbis. Vesp. 8.

*Exoriri*. stella crinita — fulsit, exoriens circa undecimam horam. C. 88. utero Atiae jubar solis exortum. A. 94. flamma repente e silvis undique exorta. T. 6.

simultate cum Fulvia socru exorta. A. 62. Sed T. 37. leg. *tumultus et ortos* pro: *exortos*.

*Exortus* solis. A. 5. 94. exortus crinitae stellae. Cl. 46.

*Exornare*. urbes operibus. C. 28. locum castrorum, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit. A. 18. exornati Lares. Ner. 46.

*Exosculari*. paucos admodum in digressu exosculatus. T. 10. tota via — obvios exosculans. Vit. 7. Sporum — comitatus est, identidem exosculans. Ner. 28. allevatum dextra exosculatus est. Ner. 13. cujus effigiem Augustus quotiescunque introiret, exosculabatur. Cal. 7. quoties uxoris vel amiculae collum exoscularetur. Cal. 33. in digressu papillas quoque ex-

osculatus. Ner. 34. multi — cum plurimo fletu manus ac pedes jacentis exosculati. Oth. 12.
*Expallidus.* colore expallido. Cal. 50. vulg. *pallido.*
*Expavescere.* etiam sparsos de se — famosos libellos nec expavit, nec magna cura redarguit. A. 55. aleae rumorem nullo modo expavit. A. 71. exp. tonitrua. A. 90. T. 69. insidias. Cl. 36. mortem. Ner. 2.
*Expectare,* v. *Exspectare.*
*Expedire.* ad expediendas pecunias. C. 4. h. e. *comparandas.* nec res expediretur T. 48. h. e. quum *aes alienum dissolvi* non posset. unum difficile expedire nomen. Gr. 11. (cf. *Martial.* 1, 100, 11. „ut convivia sumtuosiora — nigrae sordibus *explices* monetae.")
*expedit* i. q. *conducit.* qualem esse eum, aut expediret illis, aut liberet. Cl. 25.
*Expeditus* i. q. *succinctus,* neque vestibus, neque sarcinis impeditus. longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus sequ. C. 57. v. not. Romam inde contendit expeditissimus. T. 5. h. e. itinere velocissimo.
*Expedite* loqui. A. 89. h. e. facile, sine difficultate, nostr. *fertig sprechen.*
*Expeditio.* C. 46. 58. A. 8. 25. 29. T. 9. 37. 46. Cal. 10. 42. 53. Cl. 1. 17. Ner. 43. 44. Galb. 7. Oth. 8. Vit. 2. Dom. 2. 6. Gr. 15. (Verbum *expedire* pro *ire in exped.* ita occurrit apud *Tac.* H. 1, 10. et 88. et 2, 99.)
*Expellere.* collegam armis Foro expulit. C. 20. quod Alexandrini regem suum — expulerant. C. 11. praefecto regis provincia expulso. C. 4. quod Dec. Brutum — provincia expellere armis niteretur. A. 10. Poenos Sicilia expulit. T. 2.
*expellere al. Urbe* i. q. in exsilium mittere, Urbe interdicere, Gr. ἐξελαύνειν.
ob expellendum Urbe Ciceronem. T. 2. peregrinos omnes — Urbe expul. A. 42. expulit et mathematicos. T. 36. (praeced. reliquos — *Urbe summovit.*) Judaeos Roma expulit. Cl. 25. —
matrem — contubernio quoque ac Palatio expulit. Ner. 34. a quo deturbari expellique se viderat. Oth. 7. ne quis possessorum expelleretur (agris.) C. 38.
*expellere* i. q. *arcere, non admittere,* nostr. *abweisen.* quidam ex officio admissionis simul expellens. Vesp. 14.
i. q. *ablegare,* et invitum quidem atque coactum. ad componendum Orientis statum expulsus. Cal. 1.
*Expendere.* profert duobus versiculis expensum Niciae. Cic. apud Nostr. Gr. 14. h. e. pecuniam se Niciae dedisse probat, atque in expensis in tabulas retulisse. v. Clav. Cic. sub v. *Expensus.*
*Expergisci.* sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. A. 78.
*Expergefieri.* illamque expergefactam. A. 94. repente expergefactus. Cl. 8. Oth. 11.
expergefactus *e somno* Tiberius est gratulantium vocibus. Cal. 6. expergefactae *somno* Caesoniae. Cal. 38., nisi leg. *expergefactae e somno Caes.* v. *expergefacta e somno Caesonia.* Ceterum promiscuum est, addas praepositionem an demas. v. Oudend.
*Experiri* a v. *perire* s. *periri,* πειρᾶν, πειρᾶσθαι, unde etiam

*peritus*, *periculum*. v. *Becman*. de originibus Lat. lingu. p. 925. sequ.

i. q. *tentare*, nostr. *versuchen*, *probiren*. hoc minus experiendos casus opinans. C. 60. grammaticos — ejusmodi fere quaestionibus experiebatur. T. 70. in haedo expertus (venenum). Ner. 33. quum vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet. Vesp. 7. ne quod non manubiarum genus experiretur. Cal. 41. Al. *expediretur*.

unde: *periculo facto cognoscere*. experturum se illa die, quam carus Senatui esset. Dom. 11. animum fidemque praetor. erga se paene internecione amplissimi ordinis expertus est. Oth. 8. Thrasyllum quoque mathematicum — tum maxime expertus est. T. 14. h. e. verum cognovit, peritiam ejus probavit.

omnino i. q. *sentire*, *cognoscere*, ut nostr. *erfahren*. saepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. C. 45. quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem hieme experiretur. A. 72. viros, quorum operam — populus sit expertus. Ter. 4.

unde etiam de *casibus* v. *calamitatibus* i. q. *sentire*, *pati*, prorsus ut nostr. *erfahren*, quod ab eadem radice deducendum.

per tot successus ter nec amplius adversum casum expertus. C. 25. graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est. A. 81.

*expertus* pass. nec nisi ante expertos aggredi proelio. C. 44. h. e. viribus eorum prudenter exploratis et tentata arte bellica. expertis et aetate provectis. T. 54. industriae expertae. Vesp. 4.

ostento sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. T. 19.

*Experimentum* i. q. *specimen*, quo aliquid probamus, explorandum damus. quum plures secund. certatim experimentum artis darent. Cal. 57. nec contentus, harum artium experimenta Romae dedisse. Ner. 22. saepe experimenta cujusque (disciplinae) etiam publicavit. Cl. 3. prima ingenii experimenta dedit. Lucan. magna saepe non abstinentiae modo, sed etiam liberalitatis experimenta dedit. Dom. 9. prodita immanitate naturae, quibus primum potuit experimentis. Ner. 7. quam — persuasionem Vit. recentibus etiam experimentis auxerat. Vit. 7. cohortem multis experimentis fidelissimam. Galb. 12. h. e. quae saepe se fidelissimam probaverat.

*Expers*. belli. A. 8. castrorum. A. 38. militiae. Vesp. 1. publicorum munerum. T. 15. insidiarum. Cl. 13. culpae. Dom. 10. marium expers. Cl. 33. Oppon. *libidinis in feminas profusissimae*.

*Expiare*. ostenta caede aliqua illustri expiare. Ner. 36. ad expiandum somnium. Galb. 18.

*Expilare*. tabernas effringere et expilare. Ner. 26.

*Explere*. posse provinc. copiis profundam ejus expleri gulam. Vit. 7. explevit censum Senatorum. Vesp. 17. (cf. *Spartian*. Adrian. 7.) quandoque imperii tempus expleri coepisset. C. 26. populi exspectationem privatis opibus explere. C. 30. spem mercantium vel frustrari vel explere. A. 75.

*Explicare* i. q. *extendere* (*ausspannen*.) intestina sua ferri ad si-

dera, explicarique per omnem terrarum et coeli ambitum. A. 94.

in explicandis oneribus Dom. 12. i. q. *expediendis sumtibus.*

narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare. Rh. 1.

spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur. Cal. 57. v. Clav. Cic. sub h. v.

*Explorare.* ad explorandum statum Galliarum. C. 24. nisi ante per se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset. C. 58. non ante transm., quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera. T. 18. explorato prius cubiculo. Cl. 35. explorata utriusque (pugionis) acie. Oth. 11. ad explorandas propius causas. Plin.

*Explorator.* explor. viae, primarum cohortium Centurio. T. 60. h. e. ad explorandam viam praemissus Centurio. — nunciatum est per exploratorem, hostem appropinquare. Vit. 16.

*Exploratorius.* comites et participes victoriae novo genere ac nomine coronarum donavit, quas — exploratorias appellavit. Cal. 45. (ob exploratum hostem.)

*Exponere.* expositus in litore. C. 4. exp. mancipia in insulam. Cl. 25. (de quo accusat. v. Oudend.) infantem ad matris januam. Cl. 27. exp. partus conjugum. Cal. 5. expositus (a parentibus). Gr. 7. 21.

expositus in prima fronte spectac. conspicietur. Cl. 4. opprobrio ad omnium convicia exposito. C. 49. porticus, in quibus apparatus exponeretur. C. 10. h. e. ad spectandum proponeretur. (nostr. *ausstellen.*)

i. q. *narrare*, Gr. διηγεῖσθαι, ἐξηγεῖσθαι.

quidam prius somnium Catuli aliter exponunt. A. 94. summatim exponere al. C. 44. Punicum bellum, uno volumine et continenti scriptura expositum. Gr. 2. vitam tredecim libris exposuit. A. 85. patris ejus res gestas — compluribus libris exposuit. Rh. 3.

i. q. *explicare*, nostr. *ausführen*, *aus einander setzen.* dicta praeclare per omnes figuras — aliter atque aliter exponere. Rh. 1.

*Exportare.* cadaver ejus, populari sandapila per vespillones exportatum. Dom. 17.

*Exposcere.* ne quid exposceretur. T. 47. quum deportandum Romam corpus Augusti — a Consulibus exposcerent. Cl. 6. multitudine unum rectorem jam et nominatim exposcente. Cl. 10. exposcentium praemia ob editam in caede Galbae operam. Vit. 10.

*Expostulare.* i. q. *efflagitare*, vehementer postulare. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 4.

expostulantibus utriusque militibus, ut sequ. A. 62. coactus est, tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum expostulare. T. 13. expostulatis ad poenam pertinacissime caedis auctoribus. Dom. 23.

*Exprimere.* sculptura gemmae — Victoriam exprimente. Galb. 10.

unde: *verbis* v. *scriptis aliquid reddere.* sensum animi quam apertissime exprimere. A. 86. mores, quos perinde exprimeret in scriptis. Ter. 4. conversum expressumque Latina voce Menandrum. Ter. 5. —

quibus — pro spongiis dicebatur uti, quod quasi et siccos madefaceret, et exprimeret humentes. Vesp. 16. convictus dicitur, ducenta sestertia expressisse juveni. Vesp. 4. servo Caesaris pro impetrata dispensatione decies Sestert. expresserat. Oth. 5.

unde i. q. *extorquere*, *elicere*, ut nostr. *herausdrücken*, *herauspressen*.

nihil exprimi quaestione potuit. A. 19. SCta vel necessitate expressa, vel verecundia. A. 57. cui — tormentis expressa confessio est. T. 19. nisi — expressa cruciatu confessio esset. Galb. 10. expressit (Horatio) eclogam. Horat.

*Exprobrare*, probri causa objicere, nostr. *vorwerfen*.

ut quidam exprobraverunt. C. 45.

*alicui aliquid*. obscoenitate oris — seni clare exprobrata. T. 45. vobis exprobrabit temeritatem sequ. T. 67. turpitudinem et impudentiam edicto exprobavit (populo). A. 42. idque exprobratum ei a sene bubulco. Vesp. 16. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat. A. 2. nomen gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur. Ner. 41.

et *omisso dativo*. quod mutuo flagitium exprobrarant. T. 44. ut nonnulli versiculis quoque praesentia exprobrarent mala. T. 59. parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante. Vit. 17. hos codicillos — exprobratos tam infeste. T. 51.

sequ. *oratione recta*. quum illi quidam in altercatione exprobrasset: quotiens ego vidi sequ. Horat.

sequ. *acc. c. inf.* A. 16. 70.

sequ. *quod*. Pompejo et a Curionibus — et a multis exprobratum est, quod sequ. C. 50.

*Exprobratio*. cum magna stultitiae et saevitiae exprobratione. Cl. 15.

*Expugnare*. expugnatus precibus uxoris. T. 21. expugnatus simpl. i. q. *exoratus*. C. 1. Vesp. 22. v. Casaub. ad C. 1. et not. nostr.

*Expugnatio* oppidi. Cl. 21. Mytilenarum. C. 2. Hierosolymorum. Tit. 5. (secundum ind. Bernecc., qui etiam dat locum Tib. 5. Sed illo loco libri habent: *oppugnatione*.)

*Expungere*. i. q. *recensere*, expunctis s. ejectis, quibus locus amplius non competeret. quum decurias rerum actu expungeret. Cl. 15. v. not.

*Exquirere*. quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. A. 69. matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius et corrigentem. Ner. 34. exquisiturum se vel fidiculis de Caesonia sua, cur sequ. Cal. 33. exquirens per se pretia. Cal. 39.

i. q. *quaerere*, *interrogare*. exquirens an. A. 99.

*Exquisitus*. post longa et exquisita tormenta. T. 62. novo et exquisitissimo calumniarum — genere. Cal. 38. coena exquisitissimae comitatis. Oth. 3.

exquisitius sermocinantem h. e. cum molesta affectatione. T. 56.

*Exscreare*. nunquam exscreare ausus. Ner. 24.

*Exsculpere*. nec contentus, elogium tumulo ejus versibus a se compositis exsculpsisse. Cl. 1. h. e. insculpto monumento expressisse. Al. *insculpsisse*. v. Oudend.

*Exsecare*, exsectis testibus. Ner. 28.

*Exsecrari*. eos, qui spectare sustinuissent, exsecratus est. Cal. 30.

*Exsecratio.* diris exsecrationibus incessere al. Cl. 12.

*Exsequi.* i. q. *perficere* aliquid, pr. aliquam rem usque ad finem sequi, nostr. *ausfuhren.*

quae illi per legatos et adjutores suos exsequenda curarent. T. 63. segnior in exsequendis conatibus. Cl. 10. nec exsequi rem perseveravit. Dom. 7. quo constantius cetera quoque exsequeretur. A. 10.

i. q. *punire, vindicare,* Gr. ἐπεξέρχεσθαι. delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur. C. 67. (Opp. *et inquisitor et punitor acerrimus.*) nec illum — aut inquirere quicquam, aut exsequi ausum. Cal. 12.

*verbis* s. *narratione aliquid exsequi* i. q. *recensere,* ut Gr. ἐπεξέρχεσθαι et διεξέρχεσθαι, nostr. *ausführen, ausführlich erzählen.* (*Thuc.* 3, 67. ταῦτα τούτου ἕνεκα ἐπεξήλθομεν. cf. Lex. Xenophont. sub voc. διεξέρχεσθαι, διεξηγεῖσθαι et διεξιέναι.) partes singillatim exsequar. A. 9. singillatim crudeliter facta ejus exsequi, longum est. T. 61. imagines et elogia universi generis exsequi longum est. Galb. 3. ne exsequar singula. Dom. 1.

*Exsecutor* i. q. *punitor, ultor.* offensarum inimicitiarumque minime memor exsecutorve. Vesp. 14.

*Exsequiae.* exsequiarum die. A. 100. quorundam illustrium exsequias usque ad rogum frequentavit. T. 32.

*Exserere.* paulatim Principem exseruit. T. 33. h. e. absconditum antea et dissimulatum ostendit. Vulg. *exercuit.* v. not. Oppositum est apud *Plin.* Paneg. 76, 5. „*statim se recipiebat in Principem.*" v. Schwarz. ad h. l.

*Exsibilare.* spectatorem, a quo exsibilabatur. A. 45.

*Exsilire.* exsiluit Theogenes. A. 94. piscis e mari exsiluit. A. 96. exsiluit gaudio. Ner. 41.

De perfecto *exsiliit,* quod exhibent vulg., v. Oudend. ad A. 94. cf. *Desilire.*

*Exsilium.* ad regnum quisquis venit ab exsilio. T. 59. revocatum quendam a vetere exsilio. Cal. 28. per sorores ab exsilio reversas. Cal. 59.

alterum levi exsilio punire satis habuit. A. 51. eos — exsilio affecit. T. 35. de semet professo exsilium indulsit. Dom. 8. ut accusatori — exsilium poena esset. Dom. 9.

*Exsul.* caput exsulis (sic enim appellabatur (Tiberius)) relaturum. T. 13. opinans, sibi quoque exsules suos (h. e. a se in exsilium missos) mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent. Cal. 28. quicquid ubique exsulum esset. Ner. 43. neminem exsulum — restituit. Cl. 12.

cur Otho mentito sit, quaeritis, exsul honore. Oth. 3.

*Exsulare.* quod integris patrimoniis exsulabant. C. 42. tunc exsulantem. A. 54. quem exsulantem — acciverat. Galb. 10.

*Exsistere.* i. q. *oriri, fieri,* nostr. *entstehen.* Usus hujus vocis pro *esse* non est Latinus.

ne quis tumultus exsisteret. A. 23. quae — duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. A. 32. statim in corpore ejus exstitisse maculam. A. 94.

quum exstitisset, qui se Neronem jactaret. Ner. 57. (nostr. *aufstehen.* Ita Act. Apost. 5, 36 et 37. ἀνέστη Θευδᾶς, ἀνέστη Ἰούδας. c. 7, 18. ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος.)

exstiterunt, qui traderent. A. 15. ut exstiterit, qui Cajo polliceretur. T. 13. vel uno exsistente, qui diceret Dom. 12. nostr. *auftreten.*

paulo post cum cornibus exstitisse. Rh. 4.

i. q. *fieri.* post cujus interitum vel saevissimus exstitit. T. 61. causa exstitit mortis (aviae.) Cal. 23. ut etiam causa mortis exstiterit. Dom. 22. fore, ut factum aliquod exsisteret sequ. Dom. 16.

*Exsolvere.* ut jure ac dignitate matron. exsolverentur. T. 35. vinculis exsolutus. Ner. 49.

*Exspectare.* exsp. lucem. Cal. 50. idque in dies exspectabat. Oth. 5. diu exspectaverunt, dum retia extraherentur. Rh. 1. non exspectato successore. C. 18.

*Exspectatio.* quorum ut quam maxima exspectatio esset. C. 26. quod — neque populi exspectationem, quam de adventu suo fecerat, privatis opibus explere posset. C. 30. disjecta novarum tabularum exspectatione. C. 42. quum exspectatio adventus Jubae terribilis esset. C. 66.

*Exspirare.* ne et ego et mater tua exspiremus. T. 21. ut exspirantium facies videret. Cl. 34.

*Exsplendescere.* in puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt. Tit. 3.

*Exstare.* decretum etiam publicum exstabat. A. 1. ut epistolae M. Tull. Cic. exstent, quibus sequ. A. 3. epistolae qu. ejus ad Senatum exstant — exstant et ad Ciceronem. C. 56. unus liber exstat — exstat alter aeque modicus. A. 85. ut scriptum apud C. Drusum exstat. A. 94. multa multorum Claud. egregia merita — exstant. T. 2. exstant et feminarum exempla. ibid. cujus monumentum exstat via Salaria. Vesp. 12.

exstatque cujusdam non inscitus jocus. Ner. 28. nonnulla ejus facetissima exstant. Vesp. 22.

ut epistola — exstiterit. Cl. 24. quia — nemo exstabat, qui adiri posset. T. 75.

i. q. *eminere, prominere.* exstantibus rigentibusque oculis. Ner. 49.

verba, facta exstantia. Lucan. i. q. insignia et vulgo nota.

*Exstinguere.* quoties decideret lumen et exstingueretur. T. 19. cinis exstinctus et jam diu frigidus. T. 74.

exstinctus est i. q. obiit. T. 7. Vesp. 24.

*Exstruere.* publica opera, Forum, templum, aedem. A. 29. templum, theatrum. C. 44. porticus. C. 10. Ner. 16.

Janos arcusque. Dom. 13. multaque a multis exstructa sunt. A. 29. exstructo plurifariam Circo. Cal. 54. id opus — exstruxerat. A. 100. thermis juxta celeriter exstructis. Tit. 7. exstructis in campo Mart. sedilibus ligneis. A. 43. rogus exstructus est in Mart. campo. C. 84. tumulo publice exstructo. A. 12. ad aram D. Julio exstructam. A. 15. ad exstruendas villas. C. 81. praetoria Juliae, profuse ab ea exstructa. A. 72. balineis in adventum suum exstructis. Ner. 35. e cujus postea lapide max. Circus exstructus est. Dom. 5.

*Exstructio.* in exstructionibus praetoriorum atque villarum. Cal. 37.

*Exsugere.* etiam Psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent. A. 17.

*Exsultare.* quum — universi quasi de ipso dictum, exsultantes

comprobassent. A. 53. exsultans rediit. Cal. 41. inchoanti primus exsultans etiam plausit. Vit. 11.

*Exsultatio.* inter exsultationes succlamationesque populi. Ner. 24.

*Exsuperare.* hanc quoque (coenam) exsuperavit ipse. Vit. 13.

*Exta.* ut, haruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora. C. 77. semicruda exta rapta foco prosecuit. A. 1. ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur. ibid. qui exta haberent. A. 96. quum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Oth. 8. — *Extispicium.* Ner. 56.

*Extabescere.* is fame extabuit. Galb. 7.

*Extemporalis* facultas i. q. fac. ex tempore loquendi. A. 84.

*Extemporalitas.* promtus et facilis ad extemporalitatem usque. Tit. 3.

*Extendere.* pretia usque eo extendens, ut sequ. Cal. 38. quod ad mediam noctem comissationes extenderet. Tit. 7.

*Externi* opponuntur *civibus.* Cal. 14., ubi mox de Parthorum rege exponitur. externa bella. T. 16.

*Exterus.* exterarum gentium multitudo. C. 84.

*Exterrere.* quum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset. C. 10.

atque etiam per somnum exterreri solebat. C. 45. exterritus sc. somno. Galb. 18.

ad mediam noctem ita est exterritus, ut ex strato prosiliret. Dom. 16.

Senatum exterritum. A. 94. rumore caedis exterritus. Cl. 10.

*Extorquere.* non ausus extorquere possessoribus proximas domos. A. 56. aurum extortum Senonibus a Camillo. T. 3. extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus. T. 37. extortum id sibi a matre. T. 51. extortis quinquaginta sestertiis. Vit. 7.

navem sibi regenti extortum gubernaculum. Ner. 46. dum ferrum extorquere conatur. Dom. 16.

*Extorris.* Nursinos — extorres egit oppido. A. 12.

*Extra.* extra consulatum. A. 53. Opp. *in consulatu.* et Consul et extra honorem. Cl. 14.

capum Stell. — divisit extra sortem ad vig. millibus civium. C. 20. extra sortem electus ad ordinandam provinciam. Galb. 7.

extra ordinem. C. 9. A. 5. 43. T. 32. Cl. 6. 23. Vesp. 8. 10. Dom. 8.

*Extraordinarius.* nactus extraordinarii imperii occasionem. C. 11. h. e. quod praetura et consulatu nondum functus peculiari Senatus vel populi decreto acciperet. v. Cl. Cic. urbanos honores, proconsulatum Afr., et extraordinaria imperia — administravit. Oth. 1. quibus imperium prorogari aut extraordinaria bella mandari placeret. T. 30.

extraord. munus. Cl. 21. oppon. *justo et legitimo.* Praetor — ludos extraordinarios pro victoria ejus (Caji) Germanica depoposcit. Vesp. 2.

*Extraneus. extranei* opponuntur *domesticis*, et sunt, qui ad eandem familiam non pertinent, ut nostr. *Fremde.* cf. *Plin.* Paneg. 37, 2. „tributum tolerabile et *facile heredibus*, *dumtaxat extraneis, domesticis grave,*“ et fin. cap. „vectigal,

quod *liberos ac parentes faceret extraneos.*" v. Schwarz. ad utrumque locum.

extraneorum coetu adeo prohibuit (filiam). A. 64. ne heredem quidem, nisi inter tertios ac paene extraneos — nuncupavit. Cl. 4. extraneo vel etiam domesticorum aliquo. Cl. 9.

*Extrarius* canis e trivio. Vesp. 5.

*Extrinsecus.* nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetivit. Vesp. 12.

*Extremus.* extremis Esquiliis. Horat. h. e. ultimo fine Esquiliarum. extremis spatiis. A. 83. h. e. sub finem spatiorum h. e. ambulationis.

vixit ad extremam senectam. Gr. 11. tempore extremo. C. 60. 75. extrema obtestatione. Vesp. 6. extremo. Vesp. 7. ad extremum. C. 35. A. 19. T. 38. Lucan.

extremis suis rebus. Ner. 6. extremis. Horat. Vulg. addunt: *judiciis,* quod glossam redolet. *Extremis* est i. q. sub finem vitae. Quod Wolf. dicit, non *extrema judicia* dici, sed *suprema,* id usu scriptoris nostri refutatur, qui Vesp. 6. scribit: *extrema obtestatione.* periculo mortis extremo. Vesp. 23.

*extrema* i. q. mors, supplicium, per εὐφημισμόν, ut Gr. τὰ ἔσχατα, nos: *das Aeuſserste.*

multaque et extrema metuentes. Cal. 54. latenti etiamque extrema metuenti. Vesp. 4.

*Extrahere.* dum retia extraherentur; aliquando extractis. Rh. 1. navem obhaerentem Tiberino vado extraxit. T. 2. extractum sibi deficienti anulum. T. 73.

Catonem extrahi Curia per lictorem jussit. C. 20. extractum (e latebra) Cl. 10. cf. Vit. 17.

i. q. *elicere ex al. loco.* Crassum Pompejumque in urbem provinciae suae Lucam extractos. C. 24. quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit. T. 37. extractus rumoribus falsis. Galb. 19.

*Extundere.* ea demum extudit, magis convicio, quam precibus vel auctoritate. Vesp. 2. v. Oudend.

*Exturbare.* i. q. *ejicere, expellere.* exturbatus inde subita vi et incerta. A. 6.

*Exuberare.* quia lucrum exuberabat. Cal. 40. h. e. abunde affluebat.

*Exuere* aliquem castris. C. 60. A. 13. veste et bonis. Ner. 32. bonis exuti. Cal. 38. exutum patrimonio. Gr. 11.

*Exuviae.* serpentis. Ner. 6. Jovis Opt. Max. A. 94. i. q. cultus, vestitus.

*Exulcerari,* sensu medii. exulceratam in fronte verrucam. Dom. 16.

*Exurere.* tabulas veterum aerarii debitorum — exussit. A. 32. Ineptum est vulg. *excussit.* v. Oudend.

## F.

*Faber.* de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero. Cl. 34.

*Fabricare.* simulacra ex auro vel argento fabricata. Ner. 32. in Amphitheatro ligneo — intra anni spatium fabricato.

Ner. 12. essedum argenteum sumtuose fabricatum. Cl. 16. ponte fabricato. C. 25. navibus ex integro fabricatis. A. 16. fabricavit et deceres Liburnicas. Cal. 37. naves mercaturae causa fabricantibus. Cl. 18.

*Fabula.* coena ejus secretior in fabulis fuit. A. 70. h. e. in ore, in sermonibus vulgi. inter ceteras diei fabulas. Dom. 15. (*Plin.* ep. 8, 18, 11. „habes omnes fabulas urbis.“ v. Schaefer. ad *Plin.* 1, 13, 2. cf. 6, 15, 1.) additum fabulae est. Ner. 6. h. e. narrationi.

i. q. δρᾶμα. in qua fabula (Hercule insano.) Ner. 21. novissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exsulem. Ner. 46. quo cantionum, quove fabularum argumento vicisset. Ner. 25. cf. Ter. 2. 5. —

*fabulae* opponuntur historiis. Rh. 1.

*Fabulosus.* Gr. μυθώδης. ne quis fabulosam aut commenticiam (rem) putet. C. 81.

*Fabularis.* maxime curavit notitiam historiae fabularis. T. 70. v. Graev.

*Fabulari.* i. q. *colloqui*, *sermocinari.* summissim fabulantes. A. 74. cum Capit. Jove secreto fabulabatur. Cal. 22. cum quo plurimum fabulabatur. Dom. 4.

*Fabulator* h. e. qui narrationibus veris vel fictis oblectat, μυθοποιός. lectoribus aut fabulatoribus arcessitis. A. 78.

*Facere.* omnia se facienda fecisse. Ner. 23.

factum esse, quod imperasset (vox renunciantis Tribuni.) T. 22. coll. Cl. 29. ne quid adversus constitutum facerent. T. 75. — hic faciet, si vos non feceritis. A. 26.

domum a Palatio Esquilias usque fecit. Ner. 31. quaedam opera sub nomine alieno fecit. A. 29. — cultellos sibi fieri jussit. Cl. 34. argentum factum. Pers. (*gearbeitetes Silber.*)

facere ludos i. q. instituere, edere. A. 10. 43. Cal. 18. Cl. 21. Dom. 4. saepe facias. Vit. 2.

prandium *fecit* pro *praebuit* est in aliquot libris. C. 37. v. Burm.

quum forte Marti rem divinam faceret. A. 1.

facere poemata. T. 70. Gr. 23. acroases. Gr. 2.

qui solus legit ac facit poetas. Gr. 11. h. e. fingit docendo, repetito usu verbi ab artificibus, ut Gr. ποιεῖν. v. Oudend. ad Ner. 21.

provinciam facere regionem. C. 35.

diem — initium anni fecerunt. A. 59. commeatus — beneficii sui fecit. T. 24. h. e. *instituit, ut a se tribuerentur.* v. Burm.

Consul primus factus est — rex postremo factus est. C. 80. quoad Consul fieret. C. 29. quod — Consulem iterum Censoremque (se) fecissent. T. 3.

pactionem facere de al. re. C. 30. testamentum. C. 83. pace facta. A. 16.

quum SCtum per discessionem forte fieret. T. 31. cf. Burm. ad c. 75.

verba facere in Senatu. A. 54. nec quis, nec inter quos, quove tempore ac loco verba faceret. Cl. 40. verba fac. apud al. pro al. Ner. 7.

stipendia facere. C. 2. A. 2. T. 9. v. *Stipendium.*

iter facere. A. 64. 82. Cal. 51. Ner. 30.

missiones veter. rarissimas fecit. T. 48. legionem — missam fecit. C. 69. missam fecit (uxorem.) Cal. 25.

vetuit vim cuiquam fieri. Oth. 11. ne qua fieret proscriptio. A. 27. ut separatim publica judicia et sortitiones jud. fierent. A. 29.

cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit. Cal. 24.

nuptias facere cum al. Cl. 29. divortium fac. cum al. C. 6. A. 62. Cl. 26. Tit. 4. apparituram magistratibus fecit. Gr. 9. quae meretricium et qui lenocinium fecissent. Cal. 40. qui pecuariam facerent. C. 42. quod pater ejus praeconium fecerat. Gr. 3. quid nepoti tuo Tib. faciendum esset. Cl. 4.

in eam rem adjutorium ei fecit Attejus. Gr. 10.

finem facere. mox finem fecit talia edendi. A. 43. initium vescendi primus fecit. Dom. 4. et qui consul. ludis initium fecerit fabularum dandarum. Ter. 4. nec licendi finem factum. Cal. 39. initium facientibus Gallis. Ner. 40. copiam facere al. rei. quod principalium rerum privatis copiam faceret. Cal. 39. se copiam volentibus facturum. Ner. 21. v. *Copia*. facta abeundi potestate. T. 10. v. *Potestas*.

exspectationem, quam de adventu suo fecerat. C. 30. quum spem clementiae in posterum fecisset. A. 27. ut, depositurum se quandoque, spem faceret. T. 24. dum adventus sui spem facit. T. 51. ne sic quidem spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Cl. 3.

fidem facere. dein, vera plane certaque esse, fecit fidem. T. 59. fidem somnio Nero brevi fecit. Ner. 7. quum — nunciaret nec cuiquam fidem faceret. Oth. 10. gratiam facere alicui al. rei. v. *Gratia*.

brevi dignum exitum facturos. Ner. 48. v. Casaub. Mox: *tu facies*, sed sensu ambiguo. v. not. naufragio etiam facto. A. 8.

populum Rom. voti compotem fecit. Cal. 13. fecitque ipse se compotem voti. A. 28. v. Casaub.

quod spectatorem — conspicuum fecisset. A. 45.

reum majest. apud judices fecit. T. 8. obtinuit, reus ne fieret. C. 23. legatum — irritum fecit. Dom. 9.

ineptis gratum fortasse fecit. C. 56. notum facere, palam fac. v. *Notus* et *Palam*.

i. q. *gestu exprimere*, *effingere*. ita demonstraverat, ut bibentem natantemque faceret. Ner. 39.

sequ. *ut*. videtur faciendum, ut ostendamus. Rh. 1. (ubi dat. *iis* pertinet ad *ostend.*) quo factum est, ut. C. 10. unde factum, ut. C. 54. et omisso *ut*. faciam sciat. A. 51.

intrans. i. q. *valere*. ne id contra commodum faceret. A. 78. nihil aeque facere ad viperae morsum. Cl. 16.

*fieri* i. q. *evenire*, *accidere*, ut Gr. *γενέσθαι*. cunctanti ostentum tale factum est. C. 32. caedem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Cal. 57. prodigium Romae factum. A. 94. tot fulgura facta sunt. Dom. 15. Al. male corr. *jacta*. v. Oudend.

*fecit* ex glossem. additum post verba: quod ante eum nemo. C. 26.

*Factum*, id quod quis fecit, *Handlung*, *That*.

facta dictaque. C. 76. A. 12. T. 28. 58. Cal. 32. Cl. 11. Ner. 32. 34. Dom. 12. v. *Dicere*. dictum factumque ejus, qua-

si — ac. A. 16. (ubi *quasi* enarrat dictum, *ac* factum Augusti.)

immanissima facta augebat atrocitate verborum. Cal. 29. neque verbis, neque factis exstantibus temperavit. Lucan.

*c. genit. v. adjectivo.* id factum ejus tanto intolerabilius est visum. C. 78. praeclara facta ejus. T. 52. si quis singulorum facta respiciat. C. 68.

factum quoddam suum. A. 27. neque enim exstare ullum suum factum poenitendum. Tit. 10. ut rationem a se omnium factorum acciperet. Cl. 43. ut facta quaeque posteris tradantur. Cal. 16. adjecit — multo arrogantius factum. C. 79.

*id quod factum est* s. *evenit*, *Vorfall*, *Ereigniſs.*

quin facti reminisceretur. Cl. 41. divulgato facto. Vesp. 6. fore, ut factum aliquod existeret, de quo loquerentur homines. Dom. 16. abolitionem facti decernentibus. T. 4. poenitens facti. Vit. 15.

*Factitare.* multa — saeve et atrociter factitavit. T. 59. quae generis ejus artifices factitarent. Ner. 20. coactiones argentarias factitavit. Vesp. 1.

*Facinus*, atrox, violentum factum. ad nullius non facinoris societatem coibant. A. 32. confessio cogitati facinoris. T. 19. ob atrocitatem facinoris. Cal. 12. ad occultandam facinoris invidiam. Ner. 33. poenas facinorum auxit. C. 42. ingentia facinora ausus. Cal. 49.

*Facetus.* facetissime Cicero. C. 50. nonnulla ejus facetissima exstant. Vesp. 22.

*Facies.* non absimilis facie Tiberio fuit. Oth. 1. facies rubida plerumque ex vinolentia. Vit. 17. facie amabiles. A. 83. puerum facie liberali. A. 94. facie honesta (erat.) T. 68. Caesoniam neque facie insigni. Cal. 25. captus facie ministri. T. 44. etiam faciem manu allevans. Cal. 36. ante faciem obtento sudario. Ner. 48. detecta facie. ibid. ut visendam praeberet faciem neque summitteret. Vit. 17. ut exspirantium *facies* videret. Cl. 34. de quo plur. v. Oudend.

ut — faciem sibi confricaret. Cl. 8. faciem quotidie rasitare ac pane madido linere consuetum. Oth. 12.

*Facilis*, vel de *ingenio*, si quis difficultatibus non impeditur,

sermone Graeco, quamquam alias promtus et facilis sequ. T. 71. (ubi voc. *promtus* significat, ei copiam linguae s. materiam nunquam defuisse, *facilis*, eum in usu hujus copiae sine haesitatione esse versatum.) Latine Graeceque vel in orando, vel in fingendis poematibus, promtus et facilis. Tit. 3.

vel *de animo* et *moribus*, si quis difficultates non objicit adeuntibus, petentibus etc., unde i. q. *benignus*, *mitis*, *mansuetus*, *indulgens* al.

patronus dominusque non minus severus, quam facilis et clemens. A. 67. facilis exorabilisque in vitricum fuit. T. 13. nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur. Vesp. 21. facili ac prodigo animo. Vit. 7. comi facilique natura. Gr. 7.

*passive.* negante quodam, facile hoc ulli feminae fore. C. 22. (nos: *thunlich.*)

*Facile*, sine magna difficultate intra vel externa. v. Duker. ad *Flor.* 3, 14.

facile tempus et locum praetulerunt. C. 80. honores adeptus est facile. A. 3. Arm. vindicanti facile cesserunt. A. 21.

secundum locum facile tutantibus. T. 11. facile id sane Tiberio patiente. Cal. 11.

aliquanto facilius phaleras et torques — dabat. A. 25. infamiam impudic. facillime refutavit. A. 71. — facile est existimare. A. 57. non est facile discernere. Cal. 25. cui facilius erat videre sequ. C. 33.

facillime agitare Ter. 1. h. e. *sine molestia*, unde *jucunde* vivere. Gr. ῥαδίως. v. Wolf.

*Facilitas.* capiebat homines quum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Gr. 23.

*de moribus.* amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit. C. 72.

de *vitio*, quo quis non curat neque moratur, quae curare debet, nostr. *Leichtsinn.* in quinque et trig. Senatores — tanta facilitate animadvertit. Cl. 29.

*Facultas.* i. q. *copia*, *occasio.* facultate L. Antonii ducis praebita. A. 15.

i. q. *opes*, *divitiae*, nostr. *Vermögen.* pro facultate quisque. A. 29. Gr. ἐκ τῶν παρόντων, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων. coll. A. 57. — quatenus suppeteret facultas. Tit. 8. plur. attritis facultatibus. Galb. 3.

nostr. *Möglichkeit.* ut sibi quisque pro facultate consuleret. Oth. 10.

*facultas dicendi* i. q. *eloquentia.* v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 1, 20, 18. coll. 2, 3, 1. modicae in dicendo facultatis. Galb. 3. quamvis non deficeretur ad subita extemporali facultate. A. 84.

*Factio.* adversante optimatium factione. C. 11. in universos diversae factionis. C. 20. quem — diversa factio per fraudem interemit. T. 3.

successor ei per factionem nominatus. Ner. 2.

i. q. *conspiratio.* sed et a singulis, et *per factionem*, et denique *civili bello* infestatus est. Cl. 13.

plurimae factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. A. 32.

*factio theatralis* h. e. homines, qui alicui histrioni favent. capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegavit. T. 37.

*factiones aurigarum* erant classes, (τάγματα,) variis coloribus distinctae, veneto, prasino, albo et russeo. v. ad Cal. 55.

prasinae factioni ita addictus et deditus sequ. Cal. 55. per communem factionis venetae favorem. Vit. 7. quod venetae factioni clare maledixerant. Vit. 14. duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Dom. 7. v. not.

domini factionum. Ner. 5. 22.

*pantomimorum factiones* cum ipsis simul relegatae. Ner. 16. qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent. Ner. 20.

*Facundia.* certamen Graecae Latinaeque facundiae. Cal. 20.

*Facundus.* quantumvis facundus et promtus. Cal. 53.

*Fallere.* fallere ac furari per jocum. Ner. 16. ne quasi ignaram fallere videretur. Galb. 3.

ut spes fefellit. Ner. 32. nec fefellit conjectura eorum, qui sequ. Vit. 18. nec res fefellit. Vesp. 25.

si qua (opsonia) custodes fefellissent C. 43. h. e. celata, clam custodibus domum relata fuissent.

*Falsus* h. e. qui se ipsum fefellit. Spurinnam irridens et ut falsum arguens. C. 81. ut falsum et secretorum temere conscium. T. 14.

pass. nostr. *verfälscht.* falsarum tabularum rei. A. 19.

i. q. *fictus.* exemplar epistolae verae sive falsae. Vesp. 6. sub crimine adulteriorum — impudenti falsoque. Ner. 35.

*Falso.* verene an falso. Galb. 12. falso renunciatum. Vesp. 15.

*Falsarius*, qui tabulas, testamenta etc. per fraudem immutat.

se maximum falsarium esse potuisse (imitando chirographa.) Tit. 3.

praecidendas falsario manus. Cl. 15. v. not. adversus falsarios tunc primum repertum sequ. Ner. 17. — v. *Heinecc.* Ant. Rom. 4, 18, 63.

*Fallacia.* per fallaciam. T. 62. Cal. 39. facile fallaciam celarunt. Rh. 1.

*Fama*, nost. *Gerücht*, *Gerede*, *Erzählung*.

fama hostil. copiarum perterritos h. e. fama de host. copiis. C. 66. alicujus immensi operis fama. Cal. 19. ab ipso Cajo famam caedis simulatam et emissam. Cal. 60. ad primam famam valetudinis. Cal. 6.

unde: constans fama erat. C. 6. ut fama est. T. 3. fama est. Ner. 21. erat fama quasi sequ. Dom. 22. non obscura fama est. Ter. 2. quam fama erat Agr. simillimam. Ner. 28. duplex dehinc fama est. Cal. 58. de subsequentibus diversa fama est. Cl. 44. fama distulit. C. 33. (ubi *fama* est nominativus. v. not.) valida fama percrebruit. C. 79.

nostr. *Ruf.* reliqua militia secundiore fama fuit. C. 2. pudicitiae ejus famam nihil — laesit. C. 49. parum secunda fama. A. 3. qua virtutis moderationisque fama. A. 21. praecesserat de eo fama saevitiae simul atque avaritiae. Galb. 12. ea fama et confirmata et aucta est. ibid. talis tantaque cum fama in Urbem reversus. Vesp. 8. summa industriae nec minore modestiae fama. Tit. 4. (Al. *summa industria, nec minore modestia et fama.* v. not.) docuit majore fama quam emolumento. Gr. 9. at illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes. Tit. 7. erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido. Ner. 55.

*Famosus*, in utramque partem a Suetonio dicitur, ut

curriculo bijugi famosorum equorum Cal. 19. h. e. *celebrium.* v. not.

plerumque tamen in *malam* de rebus, non secunda fama notis, nostr. *berüchtigt.*

famosa epigrammata. C. 73. famosa de se ac suis carmina. T. 28. sparsos de se — famosos libellos. A. 55. scripta famosa. Dom. 8. famosum carmen. Lucan.

feminae famosae. T. 35. famosi judicii nota. ibid. h. e. *ignominiosi.*

corruptelis adulteriisque famosus. Cl. 16. fam. coenarum magnificentia. Vit. 2. famosissima coena. Vit. 13.

*Fames.* famem tolerare. C. 68. ad deditionem fame compulit. A. 14. ob interclusos commeatus famemque ingravescentem. A. 16. summa tunc in civitate penuria ac fames. A. 70. pro-

pter immensam et repentinam famem. T. 52. populo famem indixit. Cal. 26. famem, pestilentiam, incendia — optabat. Cal. 31. in publica fame. Ner. 45. quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis. Oth. 9.

judicatos hostes fame necavit. T. 54. enecti veneno aut fame. Ner. 36. fame interim et siti interpellante. Ner. 48. is fame extabuit. Galb. 7.

*Familia* i. q. *stirps* v. *pars alicujus gentis*, nostr. *Linie*, Gall. *branche*.

cujus *gentis familia* est nostra. C. 6. familia equestri. C. 1. a quibus duplex Octaviorum familia defluxit. A. 2. nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit. ibid. insertus est et Liviorum familiae — quae familia, quamquam plebeja, tamen et ipsa admodum floruit. T. 3. consulari familia juvenis. Cal. 36. C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit. C. 83. asciturus in nomen familiae suae Neronem. Cl. 39. neminem unquam per adoptionem familiae Claudiae insertum. ibid. ex *gente* Domitia duae *familiae* claruerunt, Calvinorum et Aenobarborum. Ner. 1. eo nomine, quo essent ullae familiae, quas ipse contingeret. Ner. 52. universum *genus* — *familia*. Galb. 3. familia vetere et honorata. Oth. 1. de familiae conditione variatum. Vit. 1. magnum indicium splendoris familiae et vetustatis. Vesp. 1. —

filii familiarum. Vesp. 11. nonnulli patrum familiarum. A. 59.

i. q. *coetus servorum* unius domus, *das Hausgesind*. v. Lips. ad *Tac*. A. 3, 53. domum etiam et familiam et supellectilem dedit. Cal. 55. certum dominis servorum numerum indixit, nec nisi ex tota cujusque familia probatissimos — recepit. Ner. 44. emtor familiae pecuniaeque. Ner. 4. v. not. nulla familiae aut militis disciplina. Vit. 10. quum familia alicujus venalis produceretur. Gr. 4. deficiente militum ac familiarum turba. Cl. 18. Male al. *familiarium*.

i. q. *grex gladiatorum*, qui uni lanistae paret.

multiplici undique familia comparata. C. 10. venalicias et lanistarum familias. A. 42. ubi *venaliciae* familiae sunt *servi* venales, *Dion*. 55, 26. τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια, *lanist*. fam. greges *gladiatorum*, οἱ μονομαχοῦντες.

*Familiaris*. Lares familiares h. e. Lares familiae. Cal. 5. res familiaris. v. *Res*.

nostr. *befreundet*, *vertraut*. quod videaris familiaris nobis esse. Horat. fuit familiarissimus Ovidio poetae et C. Licinio. Gr. 20. Gallum Terrinium, minus sibi familiarem. A. 53. erant adeo familiares. Tit. 2.

et *substant*. super veteres amicos ac familiares. T. 55. orantibus familiaribus. Cl. 16. unum e familiaribus et emissariis suis. Dom. 11. (nostr. *Vertrauten*.) cum profusissimo quoque familiarium. Tit. 7. Cornel. Balbus, familiarissimus Caesaris. C. 81. epistolae ad familiares. C. 56. in coetu familiarium. A. 85. innixus humeris familiarium. Ner. 43. —

referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam. A. 61. (Sequ. „quibusque moribus *domi* et *inter suos* egerit" ubi *domi* spectat *interiorem* vitam, *inter suos* vitam *familiarem*.) familiare convivium. T. 13. h. e. cum familiaribus habitum. familiari coenae adhibuit. Tit. 9.

unde nostr. *vertraulich*, *freundlich*. quem familiaribus li-

teris Romam evocarat. T. 62. C. Trebatium — minus familiari vultu respexisse. C. 78.

*Familiariter.* scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc. A. 69. cum multis nobilibus familiariter vixit. Ter. 1. quibuscum familiariter vixit. Ter. 2.

coluit postea familiarissime C. Sallustium. Gr. 10. vixit una familiarissime. Gr. 16.

*Familiaritates* abstr. pro concr. i. q. *familiares.* omnesque amicitias et familiaritates — intra breve tempus afflixit. T. 51.

*Fana* templaque Deûm. C. 54. Discrimen in magnitudine et sanctitate religionis esse videtur, quae templis major. v. *Auson. Popm.* de different. verb. sub h. v.

*Far.* quin inter altaria ibidem statim viscus et farra, paene rapta e foco, manderet. Vit. 13. selibra farris. Gr. 11.

*Fari.* quum primum fari coepisset. A. 94. *Fatum, Fatalis* cet. v. infra.

*Farina.* materna tibi farina ex crudissimo Ariciae pistrino. A. 4.

*Fas.* ne fas esset h. e. per religionem liceret. T. 2. vix ut referri audirive, nedum credi fas sit. T. 44. remaledici civile fasque esse. Vesp. 9. contra fas. Cl. 39.

*Fasces.* antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. C. 20. v. not. inter officia prosequentium fascesque lictorum. C. 71. susceptis fascibus h. e. inito consulatu. Ner. 43.

fascium usu (se) prohibitum. T. 4. primitus ingredienti cum fascibus Forum. Cl. 7.

*Fascia.* praependebat (caro) adeo, ut aegre fascia substringeretur. Galb. 21.

brachio velut aegro, lanis fasciisque — obvoluto. Dom. 17.

feminis ac pueris fascias purpurae ac conchylii distribuit. Cal. 17. v. not.

i. q. *diadema.* quum — quidam e turba statuae ejus coronam lauream candida fascia praeligatam imposuisset. C. 79. detrahere fasciam. ibid.

*Fasti.* fastos correxit (Caesar), jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam — turbatos. C. 40. v. not. coll. A. 31.

i. q. *acta diurna* s. *urbana*, de quibus v. Lips. exc. ad *Tac.* A. 5, 4.

ut omne tempus — seculum Augustum appellaretur, et ita in fastos referretur. A. 100. sic enim in fastos actaque publica relatum est. T. 5. (ubi *que* est ἐξηγητικόν, nam fasti sunt pars actorum publicorum.)

fasti Praenestini a Verrio Flacco ordinati, et marmoreo parieti incisi. Gr. 17.

*Fastidium.* vitato assiduitatis fastidio. T. 10. ad fastidium vitae ab eo actum. T. 49.

i. q. *contemtus* rei, ut insulsae et insipidae.

cacozelos et antiquarios — pari fastidio sprevit. A. 86. quae quidem omitti jam video, desidia quorundam et infantia; non enim fastidio putem. Gr. 4.

i. q. *morositas* in accipienda vel spernenda re, Gall. *caprice.*

exegit ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum sequ. Ner. 44.

*Fastidire.* fastidit vinum. T. 59.

*Fastigium.* ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est. C. 76. et principum et regum se excessisse fastigium. Cal. 22.

*fastigia* Gr. ἀετοί pr. tantum erant templorum; sed Caesari decretum fastigium in domo, unde Calpurnia imaginata est, collabi fastigium domus. C. 81. v. not. tintinnabulis fastigium aedis redimiit. A. 91. fastigium templi. A. 94. fast. basilicae Juliae. Cal. 37. fast. Palatinae domus. Cl. 17. hos ludos spectavit e proscenii fastigio. Ner. 12. h. e. *ex superiori parte prosc.* v. omnino de fastigiis aedium Salmas. ad *Spartian.* Pesc. Nigr. c. 12.

*Fateri.* fatentem nihil. A. 27. fatendo dolorem. Ner. 39.

i. q. *testari.* qui dolo stupratam a se fateretur. Ner. 35.

*Fatigare.* fatigatus. A. 85. fatigatus tarditate et taedio pompae. Vesp. 12.

*Fatum.* tantam fiduciam fati habuit. A. 94. cuncta fato agi. T. 69. principatum fato dari. Tit. 9. haud dubia signa futuri cujusque fati. Vesp. 5. eadem me manent capillorum fata. Dom. 18. sibi quoque in fatis esse — matrimonia. Cl. 43. esse in fatis, ut. Vesp. 4. quasi fato debita sibi dominatione. A. 19. fato fungi i. q. *mori.* Cal. 6.

*Fatalis.* libri fatales h. e. qui fata Deorum significant, Sibyllini. C. 79. mala fatalia h. e. fato destinata. Ner. 40. quasi fatale esset sequ. h. e. fato ita constitutum. Ner. 43. nondum adesse fatalem horam. Ner. 49. (*Plin.* ep. 1, 12, 1. „est enim luctuosissimum genus mortis, quae *non ex natura nec fatalis* videtur. “ ubi v. Gesner.)

*Fataliter* h. e. decreto fati. vaticinationes, quibus felix et invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur. C. 59.

*Fatidicus.* quicquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis — vulgo ferebatur. A. 31. fatidica puella. Galb. 9.

*Faustus.* quod bonum faustumque sit tibi. A. 58. faustis ominibus — prosequebantur. A. 57. super fausta omina. Cal. 13. v. not.

*Fautor.* v. post *Favere.*

*Faux*, v. potius *Fauces.* retinens singulos, et contortis faucibus convertens in hostem. C. 62. (*Plutarch.* κατασχὼν ἐκ τοῦ αὐχένος.) infirmatis faucibus. A. 84. remedium ad fauces pollicitus. Ner. 35. excusato languore faucium. Ner. 41. salivis — arterias et fauces pro remedio fovebat. Vit. 2. fauces sibi defricare. Vesp. 20. fauces manu sua oppressit. Cal. 12. ad necem secandasque novacula fauces. Cal. 23.

*Favere.* faventibus Diis. Galb. 10. quorum studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Cal. 55. infensus turbae, faventi (sc. histrionibus v. gladiatoribus) adversus studium suum. Cal. 30.

*Favor.* conciliato populi favore. C. 11. notabilis etiam externorum favor. Cal. 14. quum adhuc favorem hominum — captaret. T. 57. majore et favore et auctoritate adeptus est, quam gessit, imperium. Galb. 14. ad retinendum ceterorum hominum studium ac favorem. Vit. 15. quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore. Vesp. 6. tanto militum gaudio ac favore. Tit. 5. in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit. Cl. 12.

nostr. *Begünstigung*, quod alias *studium*. per communem factionis venetae favorem. Vit. 7. cf. Cal. 30. „faventi adversus studium suum."

nostr. *Beifall*. maguo omnium favore. Cl. 21. h. e. acclamante populo.

*Favorabilis* h. e. cui favetur, nostr. *beliebt*, *begünstigt*.

sic vulgo favorabilis. Cal. 4. tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit. Ner. 57. (*Tac.* A. 2, 37. „favorabili in speciem oratione." coll. 12, 6., et *Flor.* 4, 4, 4. „Octavius Caesar, aetate et injuria favorabilis.")

*Favorabiliter* h. e. cum favore h. e. plausu hominum, nostr. *mit Beifall*. Trojam constantissime favorabiliterque lusit. Ner. 7.

*Fautor*. promtissimus affinitatis cujusque atque amicitiae conciliator et fautor. A. 48. (*affinitatis conciliator*, *amicitiae fautor*.) quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur. Cal. 16. olim adoptionis, mox dominationis suae fautores atque rectores. Ner. 35. (*adoptionis fautores*, *dominationis rectores*.) conscios popularium suorum atque fautores. Ner. 43. tantus optimatum fautor. Gr. 3.

*Qui favet histrioni in theatro*. v. *Factio*. erat tum in deliciis aulae histrio, multique fautorum ejus quotidie provehebantur. Juven.

studium armaturae Threcum prae se ferens, saepe cum populo et voce et gestu, ut fautor, cavillatus est. Tit. 8.

*Favilla*. vi pulveris ac favillae oppressus est. Plin. cinis e favilla et carbonibus. T. 74. nihil invenit praeter tepidam in ara favillam. Galb. 18.

*Fax*. illitis galbano facibus. Galb. 3.

*Febris*. in remissione fortuitae febris. T. 73. febrem simulasse. Oth. 6. affectus febre. Vit. 14. febrim nactus. Tit. 10. (Leg. potius *febrem*, ut scriptor sibi constet.)

*Felix*. felix et invictum — Scipionum — nomen. C. 59.

*Feliciter*. feliciter rem gere. T. 21.

*vox acclamantis populi*. feliciter patruo Imperatoris — Germanici fratri. Cl. 7. Domino et Dominae feliciter. Dom. 13. v. *Brisson*. de formulis p. 719.

*Felicitas*. crebro commemorans Pompeji felicitatem. C. 35. sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. et laeta huic precari existimamus. A. 58. (verbis ex acclamationis formula petitis.) futura magnitudo ejus et perpetua felicitas. A. 94. qui magnam felicitatem portenderet. Vesp. 5. perpetuam singularemque concepit felicitatem. Ner. 40. initium sibi suisque felicitatis futurum. Vesp. 5. felicitate mira. Dom. 6. — *Felicitatis* simulacrum. v. ind. prim.

*Femen*. ut natanti sibi inter femina versarentur. T. 44. equo quadam acie sub feminibus amisso. Tit. 4. Al. *femoribus*. v. Oudend.

*Feminalia* h. e. fasciae, quibus femina involvebantur. A. 82.

*Femina*. illustres feminae. C. 50. non temere ulla illustriore femina abstinuit. Cal. 36. feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quanto opere solitus sit illudere. T. 45. generosissima femina. T. 49. splendida femina. Oth. 1. probatissima nec ignobili femina. Vit. 3. femina consularis. A. 69.

feminam, non agnoscentem filium suum. Cl. 15. sero — vix remisit, ne feminae — contrectarentur. Cl. 35.

majoribus nec feminae convenientibus negotiis abstineret. T. 50. extant et feminarum exempla. T. 2.

feminae famosae — lenocinium profiteri coeperant. T. 35. probrosae fem. Dom. 8.

viginti uno die (abjecti tractique sunt), inter eos feminae et pueri. T. 61.

*virorum ac feminarum* ad stipitem diligatorum inguina. Ner. 29.

*viris feminisque* pecuniosioribus. A. 25.

feminis ne gladiatores quidem — nisi ex superiore loco spectare concessit solis. A. 44.

feminis jus quatuor liberorum (constituit). Cl. 19.

novum genus obsidum, feminae. A. 21. Oppon. *marium pignora.*

nec *virorum* modo pugnas, sed et *feminarum* (commisit.) Dom. 4.

*femina* Caesar probrose dictus ut homo pathicus. C. 22.

*Femur.* transfixus femore et humero. C. 68. coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat. A. 80. alterum femur subdebile. Vit. 17.

*Fenestra.* si hanc fenestram aperueritis. T. 28. cf. *Terent.* Heautont. 3, 1, 72.

*Fenus.* omnibus — aut gratuito aut levi fenore obstrictis. C. 27. notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent. A. 39. fenore deminuto. A. 41. fenus apud Helvetios exercuit. Vesp. 1.

*Fenebris.* praebita advenientibus pecunia fenebri. Cal. 41.

*Fenerator.* quum per SCtum sanxisset, ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent. T. 48. feneratores et stipulatores et publicani junguntur. Vit. 14. auctor Senatui fuit — ne filiorum familiarum feneratoribus exigendi crediti jus unquam esset. Vesp. 11.

Cercopithecum — feneratorem. Ner. 30. Lege: *Cercop. feneratione, et Panerotem, urbanis rusticisque praediis locupletatum.* Reliqua v. in nota.

*Ferax*, *Ferculum.* v. post: *Ferre.* — *Fera* v. post: *Ferus.*

*Fere*, nostr. *ungefähr.* gessit autem novem annis — haec fere. C. 25. inter omnes fere constitit. C. 87. al.

nostr. *fast immer* h. e. *gewöhnlich.*

diversae fere summae. A. 41. cibi minimi erat, atque vulgaris fere. A. 76. itinera lectica et noctibus fere — faciebat. A. 82. quae fere tempore balnei meditabatur. A. 85. quod ea fere januis dependebant. A. 91. nam fere, quoties audisset. A. 99. quod ei fere accidebat. Cl. 8. convivia agitavit et ampla et assidua, ac fere patentissimis locis. Cl. 32.

sequ. alia particula, ut *interdum*, *plerumque*, *saepe.*

Circenses ex amicorum *fere* libert. coenaculis spectabat, *interdum* e pulvinari. A. 45. in consulatu pedibus *fere*, extra consul. *saepe* adaperta sella per publicum incessit. A. 53. adducto *fere* vultu, *plerumque* tacitus. T. 68.

*Feriae.* ut neque messium feriae aestati, neque vindemiarum autumno competerent. C. 40.

i. q. *festum.* Actiacas Siculasque victorias — vetuit sol-

lemnibus feriis celebrari. Cal. 23. ut — ferias advocata concione Praetor indiceret. Cl. 22.

*Ferire.* ut hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur. Galb. 20. ita feri, ut se mori sentiat. Cal. 30. feriat jam (fulgure), quem (leg. *quum,*) volet. Dom. 15.

*Ferox*, *Ferocitas*, *Feritas.* v. post: *Ferus.*

*Ferre.* lectica in Capitolium latus est. Cl. 2.

prae se ferens (in essedo) Darium puerum. Cal. 19.

moriens ut feram mecum spem. A. 28.

*laudibus fere* al. i. q. *efferre.* Oth. 12. Vesp. 6.

*ferri* i. q. *extolli*, *se tollere.* ut supergressa (flamma) fastigium templi ad coelum usque ferretur. A. 94.

*fert animus* sequ. infin. Oth. 6. v. Burm. et voc. *Animus.*

*se ferre* i. q. *incedere, grassari.* grassatorum plurimi palam se ferebant. A. 32. opem ferre alicui. A. 10. Galb. 7. 20. T. 47. suppetias. Vesp. 4.

*ad populum ferre* C. 26. (de Tribuno pl.), nostr. *an das Volk bringen*, *dem Volk vortragen.* turbulentissimas leges — ferenti. C. 16. legem de jure magistratuum ferens. C. 28. habuisse se scriptam paratamque legem, quam Caesar ferre (sc. *se*) jussisset. C. 52.

*liberos ferre* ex uxore, i. q. *suscipere*, *tollere.* A. 4. 63. Cal. 7. Cl. 1. 27. Ner. 35. Oth. 1. Vesp. 3. Dom. 3. de uxore. Vit. 6. simplic. qui quatuor liberos tulerat. T. 47.

*nomen ferre*, nos: *einen Namen führen.* Torquati ferre cognomen. A. 43. qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit. Galb. 3. quos et ferre nomen suum jussit. A. 101. nomina barbarica ferre. Cal. 47.

Archimimus personam ejus ferens. Vesp. 19.

i. q. *accipere*, nostr. *davon tragen.* perseverantiae grande pretium tulit. T. 16. virtutum uberrimum fructum tulit. Cal. 4. Ita

*suffragia* ferre i. q. *accipere.* C. 13. (ut in Horatiano: *omne tulit punctum.*) Ita sunt etiam, qui interpretentur locum A. 46. „excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.“ v. Oudend. et not. nostr.

Sed aliis locis *ferre suffragium* est i. q. *edere.* ferebat et ipse suffragium in tribubus, ut unus e populo. A. 56.

i. q. *circumferre*, *per manus* v. *per ora tradere.* feruntur quaedam ejus orationes. C. 55. quae oratio duplex fertur. ibid. feruntur et a puero — quaedam scripta. C. 56. cujus etiam de augur. disc. volumina feruntur. Gr. 1. ac multorum de utraque arte commentarii feruntur. Gr. 4. quicquid fatidicorum librorum vulgo ferebatur. A. 31. utque vulgo mox ferrentur hi versus. C. 20.

ferebaturque vox ejus. Dom. 9.

unde i. q. *dicere.* quod saepe ex eo auditum ferunt. C. 29. etiam cultu notabilem ferunt. C. 45. adeo denique consternatum ferunt. A. 23. ita fertur interrogasse. A. 33. commutasse quaedam ferebatur. Vit. 5. ut ferunt. A. 71. Gr. 23. alii ferunt. C. 86. vaticinia, quibus felix et invictum — Scipionum nomen ferebatur. C. 59. ut ferebat. C. 79. h. e. *ut prae se ferebat*, quod jam vide.

*prae se ferre aliquid* i. q. *ostendere*, *significare*, sive verum sit, sive fictum, nostr. *äuſsern.* quam voluntatem quum

prae se identidem ferret. A. 28. odium contemtumque Tib. prae se ferens. Cal. 14. nisi quod Galba prae se tulit. Vit. 7. mediocritatem pristinam — frequenter etiam prae se tulit. Vesp. 12. studium armaturae Threcum prae se ferens. Tit. 8. inde:

*se ferre aliquem* i. q. *dicere*, *praetendere* per fraudem et mendacium.

qui ingenuum se et Lachetem mutato nomine coeperat ferre. Vesp. 23.

*ferre aliquid* i. q. *pati*, *tolerare*, nostr. *ertragen*, *leiden*.

ferenda esse praesentia. A. 87. neque tamen conscientiam sceleris — ferre potuit. Ner. 34. ultra non tulit. T. 34. Al. *non reddidit*. v. interpr.

Ita jungitur adverbiis, ut Gr. φέρειν βαρέως, χαλεπῶς al.

aegre ferre al. Lucan. graviter. T. 51. gravissime. Dom. 25. moleste. Cal. 39. indigne. T. 4. Dom. 12. Rh. 6. perindigne. T. 50. iniquissime. C. 45. lente ac secure. Ner. 40. lenissime. Vesp. 13. indifferenter. Dom. 23. civili animo. C. 75. aequo animo. Oth. 5. aliquanto patientius mortem quam dedecora suorum tulit. A. 65. nihil eum patientius quam maledicta — tulisse. Ner. 39.

*Ferax*. Aegyptum — ut feraciorem redderet. A. 18. (Non est i. q. *fertiliorem*. Terra natura est *fertilis*, sed arte ita potest succurri, ut largiorem proventum dare queat; hoc est *feraciorem reddere*.)

*Ferculum*. cineres matris fratrisque — duobus ferculis Mausoleo intulit. Cal. 15. inter pompae (triumphalis) fercula. C. 37.

i. q. pulpitum, cui incubantes Dii in tensis per Circum vehebantur, unde inter divinos Caesaris honores *tensa et ferculum* Circ. pompa. C. 76.

ferculum *in mensa* est vas, cui cibi uno tempore consumendi imponuntur, inde pro *cibis* ipsis, ut Gr. παράθεσις apud *Polyb*. 31, 4, 5. nostr. *Gericht*, *Aufsatz*. coenam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis praebebat. A. 74.

*Ferrum*. i. q. *gladius*, *pugio*. ferro cinctus. A. 35. ferro se transegit. T. 45. introisse se cum pugione — et misericordia correptum abjecto ferro recessisse. Cal. 12. quidam etiam per obscoena ferrum adegerunt. Cal. 58. Caesares omnes — ferro perisse. Cal. 60. qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur. Cl. 16. an omnes igni ferroque absumeret. Cl. 21. cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri — jussit. Cl. 34. nec solum retinere se ferrum (antea: solutum a latere pugionem) affirmavit. Vit. 15. quod non ferrum potius timeret. Dom. 14. dum ferrum extorquere conatur. Dom. 17.

ad ferrum exhibere aliquem. Ner. 12. h. e. ad operam gladiatoriam.

*Ferreus*. imagunculam — ferreis ac paene jam exolescentibus literis. A. 7. — exsequ. die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos. A. 100. v. not.

ferrea secula. T. 59. cui os ferreum, cor plumbeum esset. Ner. 1.

*Ferramenta* pugnantium. Tit. 9. i. q. *gladii*. Vulg. *ornamenta*. v. not.

*Ferula*. ferulis objurgari. Cal. 20. interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur a copreis. Cl. 8. si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit. Gr. 9.

*Ferus.* ferae gentes. C. 24. feri tauri. Cl. 21. incurrenti repente fero apro. A. 67. v. Burm.

ferum ingenium. Cal. 11.

*Fera.* cum feris sibi rem esse. C. 68. immanium belluarum ferarumque membra praegrandia. A. 72. (*belluae* sunt maris, *ferae* continentis.) confectores ferarum. A. 43. Ner. 12. tabidae ferae. Cal. 26. h. e. macilentae, viles; vulg. *rabidae.* v. not. ad saginam ferarum muneri praeparatarum. Cal. 27.

mansuetae ferae. Ner. 11. ferae pelle contectus. Ner. 29. cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. Ner. 31. feris in populum immissis. Ner. 43. uno die (dedit) quinque millia omne genus ferarum. Tit. 7. centenas varii generis feras — conficientem spectavere plerique. Dom. 19.

*Feritas.* nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat (infantem), quam feritatis. Cal. 25.

*Ferox.* ob ingenium sordidum ac ferox. A. 65.

*Ferocitas.* ob nimiam contumaciam et ferocitatem. Vit. 12.

*Festinare.* festinans in Italiam. Tit. 5. festinantem ad corporis curam. Dom. 16. quoties festinantem aliquem vides. Gr. 23.

pass. super festinatas Liviae nuptias. A. 87. festinatae rei velocitas. A. 87.

*Festinanter.* festinanter et rapide. Cal. 43. Opp. *segniter et delicate.*

festinantius publicatum est. A. 29. Al. *festinatius* a

*Festinato.* Senatus ob eundem coetum festinato coactus. Cl. 16.

*Festinatio.* pari festinatione. Cl. 18. nihil minus in perfecto duce, quam festinationemie meritatemque, convenire arbitrabatur. A. 25.

*Festus.* pluviis et festis diebus. C. 65. sollemnibus ac festis diebus. Vesp. 2. diem necis — vetuit inter festos referri. Cl. 11.

*Festivitas*, nostr. *Lieblichkeit.* infans insigni festivitate. Cal. 7.

*Fibra.* victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra. A. 95.

*Fibula.* chlamys et fibula. T. 6.

*Ficedula.* T. 42. — *Fictilis.* v. *Fingo.*

*Ficus.* ficos virides biferas maxime appetebat. A. 76. v. *Plin.* 16, 27. Al. *ficus.*

*Fides*, sec. *Cic.* Off. 1, 7, 6. *dictorum conventorumque constantia et veritas.*

*dictorum veritas*, nostr. *Zuverlässigkeit*, *Glaubwürdigkeit*, *Wahrheit*, Gr. πίστις, ἀξιοπιστία. quamvis — omnia ex fide retulissent. C. 74. (*nach der Wahrheit.*)

dubia utrimque argumentorum fide. Cl. 15. versiculorum fidem eadem haec clevant. Cal. 8. quasi plane repraesentaretur somnii fides. Cl. 37.

laboris ultra fidem patiens erat. C. 57. nam illud omnem fidem excesserit. Cl. 29. quum vix *fides esset*, rem ullo modo successuram. Vesp. 7. h. e. *vix veri simile*, *vix credi posset.* fabulis fidem firmare, aut historiis demere. Rh. 1.

*fidem facere* i. q. *homines ad credendum movere, rem veram ostendere.*

qui — quum cladem exerc. nunciaret, nec cuiquam fidem faceret. Oth. 10. h. e. *quum nemo ei crederet.* et fidem somnio

Nero brevi fecit. Ner. 7. h. e. *verum probavit.* sequ. acc. c. inf. dein, vera plane certaque esse, ipse fecit fidem. T. 59.

in fidem majestatis. Ner. 1. h. e. ut fidem facerent s. probarent, se divinae majestatis esse.

nemini delatorum fides abrogata. T. 61. h. e. nemini delat. non creditum est.

*conventorum constantia*, nostr. *Treue, Ehrlichkeit, Zuverlässigkeit.*

nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. C. 4. mansuros se in fide ac pace. A. 21. primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus. C. 10. animum fidemque praetorianorum erga se — expertus est. Oth. 8. pro concione fidem militum — invocavit. C. 33. haec est fides. Ner. 49. (His locis omnibus, ubi de subditis sermo, *fides* est i. q. *fidele obsequium*, nostr. *Treue, treue Pflichterfüllung, Gehorsam.*) Ita: uti ei e Rep. fideque sua videretur. Rh. 1. h. e. Reip. salutare, officio suo consentaneum.

ubi de superioribus dicitur, est i. q. *auxilium.* studium et fides erga clientes ne juveni quidem defuerunt. C. 71. qui pulsus a suis quasi in fidem pop. Rom. — Antiochiam se receperat. T. 49. implorare hominum fidem. T. 75. (nostr. *Schutz;* nam qui confugit ad aliquem, se credit illi, et fidei est, credita sine detrimento reddere et salva praestare.)

*de re pecuniaria.* nummulario non ex fide versanti pecunias. Galb. 9. (*nicht ehrlich.*)

max. in servandis promissis, reddendis creditis cernitur fides.

bonae se fidei esse. A. 42. h. e. *servare se promissa.* professus — fidem praestitit. Tit. 9. legata — cum fide ac sine calumnia repraesentata persolvit. Cal. 16. quum obligatam aerario fidem liberare non posset. Cl. 9. h. e. quum solvere non posset die, quo promiserat. Inde: labefacta jam fide. Vesp. 4. (nostr. *Credit.*)

*Fidei commissa* sunt hereditates alicui in praesens traditae, commissae, sed certo tempore vero heredi ex fide reddendae. jurisdictio de fideicommissis. Cl. 23. v. not.

*Fidelis.* Germanorum cohortem — multis experimentis fidelissimam. Galb. 12.

*Fidere.* laetum eum atque fidentem et sobole et disciplina domus. A. 65.

*Fidenter.* summam imperii — neque suscipere, neque recusare fidenter ausus. Ner. 3.

*Fidus.* praemissis libertorum fidissimis. Ner. 47.

*Fiducia.* qua fiducia. C. 24. A. 94. fid. consulatus. A. 14. viginti legionum. A. 16. frumentationum. A. 42. meritorum. Vesp. 13. super fiduciam imperii. Ner. 31. tantam mox fiduciam fati Aug. habuit. A. 94.

aliquanto minore spe quam fiducia. Cl. 16. v. not. fiduciam capere ex al. re. Dom. 7. haud dubia fiducia. sequ. acc. c. inf. Oth. 5.

nost. *Selbstvertrauen, Muth.* simplicitate eorum et fiducia motus. Cl. 25. victoriae fiducia. Vesp. 8. (*stolz auf den Sieg, auf den Sieg trotzend.*)

nostr. *Zuversichtlichkeit.* prodiit tanta fiducia. Galb. 19.

*Fidiculae*, tormenti genus. T. 62. Cal. 33.

*Figere.* capita ferarum sagittis. Dom. 19.

nav. coronam fastigio Palat. domus juxta civicam fixit. Cl. 17.
cruci figere al. Dom. 10. Defendit Oudend., sed separandas docuit voces.
*Figura.* tabellae ac sigilla lascivissimarum picturarum et figurarum. T. 43. — apud rhetores figura, Gr. σχῆμα, est, ut *Quinctil.* 9, 1, 4. dicit, „conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione.“ Nos *künstliche*, *feine Wendungen* appellamus.
antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere Sallustio. Gr. 10.
dicta praeclare per omnes figuras — exponere. Rh. 1. quum in lite quadam centumvir. adversario — quasi per figuram sic obtulisset. Rh. 6. causidicorum figurae. Vesp. 13. (scommata, oblique dicta. v. *Quinctil.* 9, 2, 65.) propter quasdam in historia figuras. Dom. 10. (*Anspielungen.*)
*Figurate.* quasi tempora figurate notasset. Juven. h. e. *per figuram* eodem sensu.
*Filius.* filii familiarum. Vesp. 11. Reliqua loca, ubi *filius* v. *filia* occurrit, recensere nihil attinet, quum passim repetantur.
*Filiola*, εἰρωνικῶς, ut Gr. τεκνίον. T. 53.
*Fimbriatus.* lato clavo ad manus fimbriato. C. 45. Gr. κροσσωτός. v. not.
*Findere.* ungulis fissis. C. 61. (nempe *natura*, a manu esset *scissis*. v. Oudend.)
*Fingere.* hanc (maternam farinam) finxit manibus collybo decoloratis Nerul. mensarius. A. 4. Al. *pinsit* v. *pinsuit.*
*de arte plastica.* habuit et pingendi fingendique maxime, non mediocre studium. Ner. 53. —
*de poesi.* in fingendis poematibus. Tit. 3.
i. q. *simulare.* stultitiam neminem fingere. Cl. 38.
*Fictilis.* calix. Cl. 32. Galb. 18.
*Finis.* ad finem muneris. Vit. 12. ad finem vitae suae. A. 66. quisnam esset finis vitae commodissimus. C. 87. ad ultimum vitae finem. A. 58. accessisse se ad finem mortalitatis. Cl. 46.
finem facere al. rei. v. *Facere.*
*Grenze.* qui provinciae ejus finis erat. C. 31. in finibus Germanorum. C. 25. cuidam de parte finium cum vicino litiganti. Oth. 4.
*Finire.* suspendio vitam. A. 65. quasi finitus esset (liber). Pers.
i. q. *definire, constituere.* quibus solvendis annuum diem finiit. A. 101.
*Firmus.* vixdum firmus a gravi valetudine. A. 8. arbor — viridior ac firmior resurrexit. Vesp. 5.
infantes firmiores. T. 44. — firmiora de eo judicia. Cal. 5. nostr. *zuverlässig.*
de *animo.* adversus convicia — firmus ac patiens. T. 28.
*Firmiter.* ita demum firmiter ac diutissime imperaturum. Vit. 14.
*Firme* insistere. Cal. 26.
*Firmitas* imperii. Vesp. 7.
*Firmare.* incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia. Vesp. 1. firmare se praesidiis. Galb. 19.
fabulis fidem firmare. Rh. 1.

*Fiscus.* De discrimine *fisci* ab *aeraris* v. *Aerarium.*
fisco detrahi aliquid. A. 40. querente eo quondam de fisci exiguitate. Cl. 28. ut ingratorum in Principem testamenta ad fiscum pertinerent. Ner. 32.
pensionem annuam repraesentare fisco. Ner. 44. summa aerarii fiscique inopia. Vesp. 16. primus e fisco Lat. Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Vesp. 18. ob subterfugiendum quandoque jus fisci. Vesp. 23.
fiscus Judaicus. Dom. 12. h. e. *vectigal ad fiscum pertinens* a Judaeis exactum.
*fisci.* quantum pecuniae in aerario et fiscis et vectigaliorum residuis. A. 101. (*kaiserliche Cassen.*) positis ante se cum pecunia fiscis. Cl. 18. h. e. *sacculis.*
*Fiscales* calumniae. Dom. 9. h. e. delationes de commodo fisci defraudato.
*Fistula.* coenationes laqueatae tabulis — fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Ner. 31. Al. *fistulis.* Sed leg. *fistulatis tabulis,* ut antea *eburneis versatilibus.* v. Oudend. *fistulatae tabulae* sunt fistulis instructae.
*Flagellum, Flagellare* v. *Flagrum.*
*Flagitare.* missionem et praemia flagitantes. C. 70. populo — assertores flagitante. C. 80. flagitante populo. A. 16. populo, promissum quidem congiarium reposcenti — non promissum autem flagitanti. A. 42. flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia, ut sequ. T. 25. Senatu cognitionem — flagitante. T. 28. populo auxilium flagitante. T. 48. flagitantibus cunctis coelestem vocem. Ner. 21. aquilam et signa pertinacius flagitantes. Galb. 12. caedem Senatus flagitantes. Oth. 8.
*c. dupl. accusat.* qui unquam se aut Romae debitum, aut in via portorium flagitassent. Vit. 14.
*sequ. accus. c. infin.* consensu flagitantes, a delatoribus potius revocanda praemia. Ner. 44. carnificem statim acciri — flagitavit. Cl. 15. v. Oudend.
*Flagitium* de *stupro* fere dicitur. quod mutuo flagitium exprobrarant. T. 44. super cetera flagitia atque dedecora. Cl. 26. dedecorato flagitiis omnibus. Ner. 36.
*Flagrare.* flagrante triclinio. Vit. 8. flagrante Vesevo. Plin.
*de animi cupiditate.* equorum studio vel praecipue — flagravit. Ner. 22. maxime flagrabat libidinibus in mulieres. Gr. 23.
i. q. *laborare, vexari al. re.* et impudicitiae eum, et adulteriorum flagrasse infamia. C. 52. majore adhuc et turpiore infamia flagravit. T. 44. multiplici flagravit invidia. A. 27. vel praecipua flagrabat invidia apud milites. Galb. 16.
flagrantissimo sole. Cal. 26. amor flagrantissimus. Cl. 36.
*Flagrum.* interdum ferula flagrove — excitabatur a copreis. Cl. 8. adeo ut saepe flagris objurgaretur a patre. Oth. 2.
*Flagellum.* eique Jovem flagellum tradidisse. A. 94. flagellis verberare al. A. 45. cunctantem flagellis discidit. Cal. 33. flagellis ac fustibus caesos. Tit. 8.
*Flagellare.* Cal. 26. 55. Cl. 38.
*Flamen, Flaminium.* v. ind. prim.
*Flamma.* sudabat ad flammam. A. 82. quod — tantum flammae emicuisset. A. 94. flamma repente e silvis undique exorta. T. 6. laetus flammae, ut ajebat, pulcritudine. Ner. 38.

*Flammeum*, velum, quo nuptae caput involvebant, coloris lutei. Ner. 28.

*Flatus.* flatum crepitumque ventris. Cl. 32.

*Flectere.* una voce — tam facile circumegit et flexit. C. 70. tumultuantes — solus haud dubie conspectu suo flexit. Cal. 9. ni flexisset animos. Ner. 47. *intransit.*, ut Gr. στρέφειν, nostr. *umwenden*, *umlenken.* priusquam in Capitolium flecteret. T. 20.

*Flexurae* vicorum. Ner. 38. nostr. *Krümmungen.*

*Flere.* fidem militum flens — invocavit. C. 33. nec quicquam aliud quam fleturum. Ner. 45. flens ad singula. Ner. 49. populo coram ubertim fleverat. Tit. 10. equorum greges — comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. C. 81.

*Fletus.* cum plurimo fletu. Oth. 12.

*Flos.* corpus M. Alexandri — corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est. A. 18. Compit. Lares ornari bis anno instituit, vernis floribus et aestivis. A. 31. non defuerunt, qui — vernis aestivisque floribus tumulum ejus ornarent. Ner. 57. coenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, ut flores — desuper spargerentur. Ner. 31.

*florem aetatis* — in Bithynia contaminatum. C. 49. (*Xenoph.* Symp. 8, 14. τὸ τῆς ὥρας ἄνθος. *Theocrit.* Id. 7, 121. τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ.)

*Floridus.* laudanti cuidam formam suam, ut adhuc floridam et vegetam. Galb. 20.

*Florere.* reliqui potentia atque opibus — floruerunt. A. 66. gratia quidem et potentia — matris usque eo floruit sequ. Ner. 6. quae familia, quamquam plebeja, tamen et ipsa admodum floruit. T. 3. magna professorum ac doctorum profluxit copia adeoque floruit sequ. Rh. 1.

*Fluere.* balineae marinis — fluentes aquis. Ner. 31.

*Fluctus.* paene obrutus fluctibus. C. 58.

*Fluctuare* i. q. *agitari*, *moveri*, *dubium esse.* ne semper inter spem et metum fluctuemus. Cl. 4. commilitones fluctuantes. Cl. 10. h. e. *incertos consilii*, *dubios.* De forma media *fluctuari* v. Oudend. ad Cl. 4., ubi cod. Salm. habet *fluctuemur*, Drakenb. ad *Liv.* 26, 10., Schaefer. Glossar. Liv. sub h. v.

*Flumen.* C. 32. 57. A. 67. Cal. 20. Cl. 9. Vit. 10. Rh. 4.

*Fluvius.* C. 57. A. 21.

*Fluxus.* fluxior cinctura. C. 45. h. e. *minus astricta.* Drusus animi fluxioris (h. e. *non astricti disciplinae morum*) remissiorisque vitae erat. T. 52.

*Focillare* (ex *foculare* h. e. *fovere*, a voc. *focus*, *foculus.* v. not. ad A. 17., *Becmann.* de origin. linguae Lat. p. 487.)

M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, reconciliationibusque variis male focillatam. A. 17. (*Plin.* ep. 3, 14, 4. „ipse paucis diebus aegre *refocillatus.*" et 3, 16, 12. „*refocillata.*")

*Foedus.* hunc foedissimo convicio coram prosciderunt. A. 13. non sine foeda vacillatione. Cl. 21. foedum in modum trepidus. Cl. 36.

*Foedus.* cum regibus foedus in Foro icit. Cl. 25.

*Foederatus*, foederatae urbes. A. 47. gentes. C. 24.

*Foemina*, *Foenus.* v. *Femina*, *Fenus* sequ.

*Foetor.* reconditorum verborum foetores. A. 86.

*Foetidus.* corpore maculoso et foetido. Ner. 51.

*Folliculus*, minoris pilae genus. ad pilam primo folliculumque transiit. A. 83.
*Fomentum*. v. *Fovere*.
*Fons*. fons Aponi. T. 14. Claudiae aquae gelidi et uberes fontes. Cl. 20.
praecipitatum in fontem fluminis Sarni. Rh. 4.
*Foramen*. parvis primum foraminibus, deinde toto podio adaperto. Ner. 12. prolapsus in cloacae foramen. Gr. 2.
*Forceps*. A. 75. ubi al. *forfices* et *forpices*. v. Oudend.
*Forensis*. forensia sc. vestimenta. A. 73. Cal. 17. Oppon. *domesticis*.
*Fores*. subito cubiculi fores sponte patuerunt. C. 81. apertis cubiculi foribus. A. 82. sponte foribus patefactis. Ner. 46. clausis omnium foribus. Ner. 47. foribus adopertis. Oth. 11. obseratis adhuc foribus; deinde apertis. Tit. 11.
ut — cum strato simul ante fores inveniretur. A. 6. salutandi sui causa pro foribus adstantem. T. 32. exclusisse quondam pro foribus adstantem. Oth. 3.
ut — caput interdum foribus illideret. A. 23.
ad fores Capitolii. A. 94. paene revulsae templi fores. Cal. 6.
*Foris*. foris ille, ipse Romae. C. 9. domi forisque. Cal. 3. Cl. 22. Gr. 1.
nec minore saevitia foris et in exteros grassatus est. Ner. 36.
i. q. *ante fores*. exquirens, an jam de se tumultus foris esset. A. 99.
*Forma*. de corpore hum. C. 32. 44. (ubi *forma*, *habitus* et *cultus* distinguuntur; *forma* a natura datur, *habitus* s. modus habendi corpus consuetudine acquiritur, *cultus* s. vestitus tegit et ornat corpus.) 52. A. 79. Galb. 20. Cal. 3. Tit. 3. Ner. 1. Dom. 10. auctoritas dignitasque formae. Cl. 30. formae pulcrae. Pers. —
formam, qua ludum gladiat. erat aedificaturus. C. 31. formam aedificiorum Urbis novam excogitavit. Ner. 16. lanceae novae formae. Dom. 10.
quid et qua forma regum literis rescribi placeret. T. 30. epistolae — quas primus videtur ad paginas et formam memor. libelli convertisse. C. 56. —
in provinciae formam redigere regionem. A. 18. C. 25. speciem principatus in regni formam convertere. Cal. 22.
ad impetiginis formam. A. 80.
*Formosus*. Dom. 20. Rh. 1.
*Formalis* epistola. Dom. 13. h. e. ad sollemnem formam conscripta.
*Formula*. orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam. A. 88.
ad certam stipendiorum praemiorumque formulam astrinxit (milites.) A. 49.
commeatum omnem ad certam formulam astrictum. T. 18.
*formulae* apud ICtos sunt certa et sollemnia verba, quibus actores causam s. actionem apud Praetorem edebant, unde *formula* saepe i. q. *actio* ipsa. v. Clav. Cicer. sub h. v., *Bach.* hist. jurispr. Rom. p. 226. ed. Stockmann. iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidissent. Cl. 14. h. e. litem perdidissent. v. not. quum libertino cuidam — injuria-

rum formulam intendisset. Vit. 7. h. e. libertinum injuriarum accusasset.

*Formare.* comam semper in gradus formatam. Ner. 51.

i. q. *componere*, nostr. *abfassen.* si quid res exigeret, Latine formabat. A. 89. epistolas orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Dom. 20. inventus est — ejus hac de re sermo formatus. Ner. 47.

in admirationem formata. Cl. 37. h. e. *simulans admirationem.* Est enim *formare* i. q. ad aliquam formam effingere.

*Formica.* quum consumtum a formicis invenisset (draconem.) T. 72. pennatarum formicarum multitudine oppleri. Ner. 46.

*Formido.* ad horrorem formidinemque visentium. Ner. 49. eadem formidine. Dom. 14. — componens (vultum) ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Cal. 50.

*Formidolosus.* multa et formidolosa multis conjectantibus. Ner. 6. plurima et formidolosissima, et vana et irrita videbat. A. 91.

*Fornix*, πορνεῖον. Bithynicum fornicem Curio dixit Caesarem (abstr. pro concr.) C. 49.

*Fors*, unde *Forte.* seu forte, seu tentandi causa. A. 6.

quum forte Marti rem div. faceret. A. 1. in locum Tribuni pl. forte demortui. A. 10. forte quondam — praedixerat. T. 11. is forte tunc M. Lollio offensior. T. 13. etiam forte prolapsos. Cl. 34.

*Fortuitus*, nostr. *zufällig.* (*Fortuitis* opponuntur vel necessaria h. e. quae divino arbitrio accidunt, vel quae consilio et sententia hominum agentium fiunt.) illos — fortuita debere excludere. Ner. 23. (praecessit: *omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse Fortunae.*) qui Liburnicam velut fortuito concursu confringerent. Ner. 34. accesserunt tantis *ex Principe malis* probrisque quaedam et *fortuita.* Ner. 39. quaedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt. Tit. 8. sollicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore (h. e. non arte operaque comparato.) Vesp. 6.

*Fortuitu* a nom. *Fortuitus.* complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt. T. 39. vulg. *fortuito.* v. Oudend.

*Fortuna.* De *Dea Fortuna* v. ind. prim. Tribuere autem solebant veteres Fortunae, quicquid consilio et prudentia hominum regi et effici non potest, nos antiqua magis, quam pia sententia *Glück*, *Zufall*, dicimus. laetum eum atque fidentem et sobole et disciplina domus Fortuna destituit. A. 65. quamvis minimum Fortunae casibusque permitteret. T. 19.

quoniam sinistra Fortuna Cajum et Lucium filios mihi eripuit. T. 23. ipse prosperrime semper ac ne ancipite quidem unquam fortuna — dimicavit. C. 36. tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel *ingenii*, vel *artis*, vel *fortunae* superfuit. Tit. 1. seu *fortuna*, seu *voluntate* in equestri ordine constitere. A. 2. quibus *moribus* atque *fortuna* domi et inter suos egerit. A. 61.

unde i. q. *eventus*, quem quis expertus est, nostr. *Schicksal.* veterem partium fortunam (incessens.) T. 57. militem neque a moribus, neque a fortuna probabat. C. 65. h. e. *ab eventu virtutis.* v. not. Alii *fortunas* h. e. censum s. patrimonium intelligunt. Al. legunt *a forma*, de qua vocabulorum permutatione v. etiam Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 3, 4.

i. q. *conditio*, in qua quis est forte, non sua culpa vel

opera. ex infima utrumque fortuna provexerat. A. 66. omnis pristinae fortunae restitutionem. Ner. 40. ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senat. atque ad summos honores processerint. Rh. 1.

maxime *de re familiari* dicitur, nostr. *glückliche Lage, Glücksumstände.*

quosdam fortunae atque existimationis integrae. Ner. 12.

plur. *fortunae.* libertate atque fortunis per illum frui. A. 98.

*Fortis.* C. 67.

*Fortitudo.* C. 68. A. 3. Cal. 3.

*Forum.* v. ind. prim.

*Forus* aleatorius (*Würfelbret.*) A. 71.

*Forulus.* condidit duobus forulis auratis. A. 31.

*Fossa.* fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. A. 18. trans Rhenum fossas novi et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur. Cl. 1. inchoabat fossam ab Averno Ostiam usque. Ner. 31.

*Fossura.* complanata fossuris montium juga. Cal. 37.

*Fovere.* ovum incubanti gallinae subductum nunc sua, nunc ministrarum manu — fovit. T. 14. cujus etiam salivis melle commixtis — arterias et fauces pro remedio fovebat. Vit. 2.

unde i. q. *curare*, Gr. θεραπεύειν, nostr. *pflegen.* quod se aegros et invalidos magno opere fovisset. Galb. 20. reliquos Antonii — liberos mox pro conditione cujusque sustinuit ac fovit. A. 17. ingenia seculi sui omnibus modis fovit. A. 89. ingenia et artes vel maxime fovit. Vesp. 18. quosdam e gratissimis delicatorum — fovere prolixius supersedit. Tit. 7.

*Fomentum.* quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus. A. 81.

*Fragrare.* adolescentulum fragrantem unguento. Vesp. 8.

*Frangere.* utrique mox — crura fregisse. T. 44. Thallo — crura fregit. A. 67. — qui et ipse crus fregerat. A. 43. Ita enim legendum pro *effregerat*, ut Gr. 1. quum regione Palatii — crus fregisset. v. Oudend. ad A. 43.

statuae equestres — fractis repente cruribus pariter corruerunt. Vit. 9.

*de animo.* ne animi suorum frangerentur. C. 68. Caji Luciique casu non adeo fractus. A. 65. animo male fracto. Ner. 42.

*Fragmen.* fragminibus panis infestatus (nostr. *Brocken.*) Cl. 18. subselliorum fragmina. Ner. 26.

*Frater* patruelis. C. 29. gemini fratres. C. 10. (Castor et Pollux.)

*Fraus.* i. q. *insidiae.* fraude deprehensa. A. 10. quem — diversa factio per fraudem interemit. T. 3. (h. e. *clandestina nece.*) veneno interemtum fraude Livillae uxoris atque Sejani. T. 62. obiit — fraude Tiberii, ministerio et opera Cn. Pisonis. Cal. 2. detecta Equitis Rom. fraude, quem, prodentibus servis, necem Claudio parare, compererat. Oth. 1. ad fraudem praeparatos. Galb. 10. nobiles viros — vario genere fraudis occidit. Vit. 14. ut esset, cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret. T. 55.

i. q. *dolus*, quo aliquis in errorem et damnum inducitur. quos fraude ad signandum vel errore inductos constitis-

set. A. 33. Clementem fraude deceptum redegit in potestatem. T. 25. ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset T. 35. varia fraude inductos, ut sequ. T. 54. chirographa omnium, requisita fraude ac stupro. Cal. 24. cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. Cal. 39. in majore fraude convictos. Cl. 14. quum librum soceri nondum editum fraude intercepisset. Gr. 3. nec sine suspicione fraudis. C. 20. h. e. *calumniae*.

unde i. q. *animus nocendi* (*böse Absicht.*) quia fraus aberat. A. 67.

i. q. *error*, in quem alicujus dolo incidimus. fraude superatus est. Oth. 9.

i. q. *damnum* ipsum. nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit h. e. cuiquam nocuit. A. 54.

*Fraudare.* peculio concesso a patre praebitisque annuis fraudavit. T. 50. ut mercede palmarum aurigarios fraudaverit. Ner. 5. fraudatum se justo triumpho. Cal. 48. fraudari se praemiis. Galb. 16. fraudatam se dono destinato. Galb. 18.

*Fremere.* pro contemto se habitum fremens. T. 73. maxime fremebat super. Germ. exercitus, fraudari se sequ. Galb. 16. indignante ac fremente Cajo. Cl. 9. fluctuantes nec quicquam adhuc quam frementes. Cl. 10.

*Fremitus.* inquietatus fremitu gratuita in Circo loca — occupantium. Cal. 26.

*Frequens.* frequenti Curia. C. 22. frequente Senatu. Cal. 44. plebs frequens. A. 58. de negotiis ad frequentem Senatum referendis. A. 35. consessu frequenti. A. 44. convivio se frequenti dedit. C. 31. frequenti convivio. T. 61. frequenti auditorio. Cl. 41 frequentissimo consilio. Dom. 12. medio ac frequenti die Cal. 15. —

quos frequentes — concucurrisse cernebat. C. 15. ne frequentes ac jam dudum opperientes destitueret. C. 81. ut liberti servique bis die frequentes adessent. Galb. 4. advenire frequentes ceteros. Galb. 19. apud frequentes milites. Vit. 15. — stationes mil. per Ital. solito frequentiores disposuit. T. 37

frequentibus literis. T. 11. edictis Vindicis contumeliosis et frequentibus. Ner. 41.

*Frequenter* i. q. *saepe.* A. 38. 41. T. 50. Cl. 12. 21. Vesp. 12. Dom 21.

frequentius. A. 40. 74. frequentissime. A. 43.

*Frequentia.* urbis. C. 42. magna populi frequentia. A. 97. magna frequentia. Ner. 37. Juven. magna jam ordinum frequentia. Ner. 46. adhibita publicorum sacerdotum frequentia. Vit. 11. in magna frequentia. Gr. 2.

*Frequentare* i. q. *frequentem facere* h. e. *numero implere.* Italiam duodetriginta coloniarum numero — frequentavit. A. 46.

i. q. *frequenter adire.* spectaculum. A. 31. nec prius dies cujusque sollemnes frequentare desiit. A. 53. ex secessibus praecipue frequentavit maritima. A. 72. quum aedem — assidue frequentaret. A. 91. ut frequentaretur (arbor) columbarum nidis. A. 94. tumulum — magna turba multisque luminibus frequentari. A. 98. quibus frequentabatur assidue. T. 12. qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. C. 84. locum — assidue frequentavit. Vesp. 2. scholam ejus claros quoque viros frequentasse ajunt. Gr. 7.

i. q. *cum reliqua frequentia adire.* quorundam illustrium exsequias usque ad rogum frequentavit. T. 32.

*Fretum.* freto classe trajecto. T. 2. fretum Hispanicum. Vit. 13.

*Frigus.* torpentem (digitum) contractumque frigore. A. 80. neque frigora neque aestus facile tolerabat. A. 81. — ex levi frigoris suspicione. A. 66. ex correctione Lipsii pro vulg. *rigoris*, quod servare satius duxi. v. not.

*Frigidus.* frigidam sc. aquam aegro dare. Cl. 40. frigidis (fomentis) curari coactus. A. 81.

frigidi et arcessiti joci. Cl. 21. h. e. *inepti, insulsi.*

leve ac frigidum sit, his addere. Cal. 26. (*Plin.* ep. 4, 17, 4. „omnia ista *frigida et inania* videntur." Ita etiam Gr. ψυχρός. v. quae Erfurdt de hoc voc. notavit ad *Sophocl.* Antig. 88.)

*Frivolus.* nescio quid frivoli. Cal. 39. frivolo auspicio mente recreata. Ner. 41. frivolus amentique similis. Cl. 15.

*Frons.* duram et asperam frondem. A. 94. id genus frondis. T. 69.

*Frons.* fronte lata et torva. Cal. 50. sudorem frontis brachio detergere. Ner. 24. in prima fronte spectaculorum. Cl. 4.

*Frui.* libertate atque fortunis. A. 98. commercio hominum. T. 50. cupide fruaris aetate tua. Galb. 20.

*Fructus.* ejus rei fructum percipere. A. 28. quarum virtutum fructum uberrimum tulit. Cal. 4. adjecit et fructum omnem vectigaliorum. Cal. 16. divitiarum et pecuniae fructum non alium putabat quam profusionem. Ner. 30. gloriae et fructui esse. Gr. 24.

*Fruges.* summa frugum inopia. T. 16. *Frugifera* quercus. Galb. 4. v. Graev. et Oudend.

*Frugi.* aut frugi hominem esse oportere. Cal. 37. fuit frugi et pudicus. Pers.

*Frumentum.* frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque praebuit. C. 26. frumenti denos modios (populo divisit.) C. 38. ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico ad centum quinquaginta retraxit. C. 41. v. not. universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam (obtulerunt.) C. 68.

officium frumenti populo dividundi (ab Aug. institutum.) A. 37.

frumentum in annonae difficultatibus saepe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est. A. 41. v. not. et ad C. 41.

praetorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum (constituit.) Ner. 10. v. Lips. ad *Tac.* A. 15, 72.

*Frumentariae* rei penuria. C. 34. tesserae frumentariae. Ner. 11.

*Frumentatio.* gregarius miles a frumentatione rediens. Galb. 20.

ne plebs *frumentationum* causa frequentius a negotiis avocaretur, ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit; sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque mensis acciperet. A. 40. impetum se cepisse, *frumentationes publicas* in perpetuum abolendi. A. 42.

*Frustra.* ut multi, nec frustra, opinantur. Oth. 9. h. e. *haud falsa opinione.*

*Frustrari* spem mercantium vel explere. A. 75.

*Frustum*. cucumeris. A. 77. frusta marmoris. Ner. 40.
*Frutex*. quercus singulos repente ramos a frutice dedit. Vesp. 5. h. e. ab infima arboris parte, ubi frutex e radice excreverat. v. not.
*Fruticetum*. Ner. 48.
*Fucosus*. dum fucosas laudes petit. Ter. 1.
*Fugere*. priore proelio Antonius eum fugisse scribit. A. 10. quasi fugisset ex acie. Oth. 10. obsistens fugientibus. C. 62.
*Fuga*. auxilio fugae erepto. C. 60. vix ad Ant. cornu fuga evaserat. A. 15. post Pompeji fugam. A. 16. retractum e fuga. A. 17. comes usquequaque parentum fugae. T. 6. ad quascunque legiones meditabatur fugam. T. 65. meditantem fugam. Tit. 9. fugam et subsidia fugae, classes apparabat. Cal. 51. Tribunos Centur. praet. de fugae societate tentavit. Ner. 47. magna consessorum fuga. Lucan.
*Fugitivus*. fugitivos, residuam Spartaci et Catilinae manum — in itinere delevit. A. 3. adversus fugitivos rem prospere gesserat. A. 7.
*Fugare*. Antonio fugato. A. 11. fugatae hostium naves. A. 16. fugato Sexto Pomp. A. 47.
legatum Syriae — rapta aquila, fugaverunt. Vesp. 4. fugatis ministris. Vesp. 5.
*Fulcrum*. ad fulcra lectorum sedentes. Cl. 32. h. e. *ad pedes lect.*, v. *in imo lecto*, ut A. 64.
*Fulgere*. stella crinita per septem dies continuos fulsit. C. 88.
*Fulgor*. quasi ad fulgorem solis. A. 79. fulgore purpureae abollae. Cal. 35.
*Fulgur*. quum — lecticam ejus fulgur praestrinxisset. A. 29. consternatus transcursu fulguris. A. 90. tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat. ibid. ad minima tonitrua et fulgura connivere — ad vero majora proripere se e strato — solebat. Cal. 51. fulgure adverso pavefactus. Ner. 48. avo fulgur procuranti. Galb. 4. consultus de fulgure haruspex. Dom. 16. continuis octo mensibus tot fulgura facta nunciataque sunt sequ. Dom. 15. De confusione voc. *fulgor* et *fulgur* v. Oudend. ad A. 29.
*Fulmen*. fulmine icta domus. A. 29. Juliae monumentum fulmine ictum est. A. 95. ictu fulminis. A. 97. quod fulmine afflari negetur id genus frondis. (laurus.) T. 69. in Cantabriae lacum fulmen decidit. Galb. 8.
cum fulmine et sceptro exuviisque Jovis Opt. M. A. 94. fulmen tenens. Cal. 52.
*Fumus*. Aetnaei verticis fumo ac murmure pavefactus. Cal. 51.
*Fumantia* opsonia. Vit. 13.
*Funis*. purpura coccoque funibus nexis. Ner. 30.
*Funalis* equus. T. 6. h. e. ad latus jugalium loro annexus. v. not.
*Funambuli* elephanti. Galb. 6. coll. Ner. 11.
*Fundare*. quam (molem) quo stabilius fundaret. Cl. 20.
*Fundamentum*. villam a fundamentis inchoatam. C. 46. novae domus fundamenta jecit. Cal. 22. — mansura in vestigio suo fundamenta Reip., quae jecero. A. 28.
*Funditus*. templum — a Nerone prope funditus destructum. Vesp. 9.
*Fundere*. stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Cal. 42. — fund. hostem. C. 60. le-

gione fusa. C. 25. Bessis — magno proelio fusis. A. 3. fusas — Vitellii copias. Vesp. 7.

fusis armamentis. A. 17. (non est *in mare projectis*, ut Bernecc. visum, sed *tempestate confusis* et in navem deturbatis.)

togis usus est neque restrictis, neque fusis. A. 73. h. e. non *fluxiore cinctura*, ut C. 45.

*Fungi* i. q. *administrare*, *obire*, *agere*.

functus consulatu. C. 23. Galb. 3. functi consulatibus septem, triumpho, censuraque duplici. Ner. 1. honoribus functi. C. 84. h. e. qui honores gesserant. functi sunt honoribus summis. A. 2. functus honore. A. 4. Aufidium Romae honoribus functum. Cal. 23. quosdam summis honoribus functos. Cal. 28. quaestura functi. A. 36. praetura functus. T. 4. praetura functi. Cl. 24. praetura functum Senatorem. Cl. 38. etiam quum praetura fungeretur. Gr. 7. quum aedilitate in patria fungeretur. Rh. 6. ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Dom. 4.

functus militia. Gr. 9. equestribus militiis industrie functus. Plin. — satis constat, non modo ducis, sed etiam militis functum munere. A. 10. nec eo minus muneribus imperatoriis ex consuet. fungeretur. Vesp. 24. milites vice ministrorum fungerentur. Cl. 35. officio milites functos. Cl. 29. —

*c. accus.* quo religiosius — senatoria munera fungerentur. A. 35. Al. *senatorio munere*.. qui suam vicem praesidendo fungerentur. A. 45. Al. *sua vice*. Cod. Salm. etiam: *quaesturam* functi. A. 36. v. Oudend. ad h. l.

*fato fungi* i. q. *mori*, *mortem obire*, ut rem fato necessariam. Cal. 6.

*Fungus.* super coenam quondam fungis abstinentem. Dom. 14.

*Funus.* Cyrum — mandasse quaedam de funere suo. C. 87. quibus ea funeris sui curam moriens demandarat. T. 51. mandata de funere suo. A. 101. funere indicto. C. 84. v. *Kirchmann.* de fun. Rom. p. 19.

in funere ornando. A. 100. funus triumphali porta ducendum. ibid. corpus — Romam per milites deportatum est crematumque *publico funere*. T. 75. v. *Kirchmann.* p. 20 et 21. defunctum Senatus publico funere honoravit. Vit. 3. Claudium, apparatissimo funere elatum, laudavit consecravitque. Ner. 9. Cercopithecum — prope regio extulit funere. Ner. 50. raptim inter maximos imbres translaticio extulit funere. Ner. 33. h. e. *communi*, *vulgari*. v. *Translaticius.*

statim a funere. C. 85. multi — morte simulata funere elati. Ner. 23. quum Pollent. plebs funus cujusdam primip. non prius ex Foro misisset, quam extorta pecunia sequ. T. 37. praetereunte funere. T. 57. in funere Favor archim. personam ejus ferens sequ. Vesp. 19.

repentina tempestate dejecto funere. Dom. 15. h. e. *apparatu funebri.*

triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt. Ner. 39.

*Funerare.* corrupto demum et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari. T. 51. Tiberio — pro concione laudato funeratoque amplissime. Cal. 15. funeratus est sollemni Principum pompa. Cl. 45. funeratus est impensa ducentorum millium. Ner. 50. celeriter (nam ita praeceperat) funeratus.

Oth. 11. cadaver ejus, populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo — funeravit. Dom. 17.

*Fur.* priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem Lenaeus Sallustium appellavit. Gr. 15.

*Furari.* tria millia pondo auri furatus e Capitolio. C. 54. fallere ac furari per jocum jus erat. Ner. 16.

*Furtim* desiluisse de muro. Ner. 23.

*Furca.* nudi hominis cervicem inseri furcae. Ner. 49.

*Furere.* furere Sej. adversus liberos Germanici. T. 61.

*Furor.* tumultuantes et in furorem usque praecipites. Cal. 9. amatorio medicamento, sed quod in furorem verterit. Cal. 50. ad hunc impendiorum furorem. Ner. 31.

*Furnarium* exercere. Vit. 2. h. e. ex furnis locandis quaestum capere.

*Fuscina*, telum retiariorum. Cal. 30. v. *Juvenal.* 2, 143. et 8, 200. sequ.

insigne Neptuni, a Caligula assumtum. Cal. 52.

*Fuscus* color. Ter. 5. vox exigua et fusca. Ner. 40.

*Fustis.* omnes fustibus abegit. Cal. 26. flagellis ac fustibus caesos. Tit. 8.

## G.

*Galba.* animalia, quae in aesculis nascuntur, appellanturque galbae. Galb. 3.

*Galbanum*, bituminis genus, χαλβάνη. illitis galbano facibus. ibid.

*Galbeum.* *Salmas.* ad *Lamprid.* Alex. Sev. 41. „*Galbeum* v. *calbeum*, quod pro ornamento vel armilla accipiebatur apud veteres, qua virtutis ergo donabantur milites, ita dicebatur a voc. Gr. κάρπιον, unde *carpeum* et *calpeum*, postea *galbeum*." Noster Galb. 3. „quod in diuturna valetudine *galbeo*, id est, *remediis lana involutis*, assidue uteretur." Scheller. in Lex. *galbeum* sc. vinculum interpretatur *molle* (*weiche, sanfte Binde*), nescio quo jure.

*Galea.* chlamyde peltaque et galea ornatam. Cal. 25. ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent. Cal. 46.

*Galerus*, pilei genus, *Baret.* arrepto pileo vel galero. Ner. 28. *Xiphil.* 61, 9. καὶ κόμαις περιθέτοις ἄλλοτε ἄλλως ἐχρῆτο. Intellexit igitur galericulum.

*Galericulus* v. *Galericulum*, capillamenti genus. galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et annexo. Oth. 12.

*Gallina.* ovum incubanti gallinae subductum. T. 14. praetervolans aquila gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium (Liviae), quumque nutriri alitem — placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa *ad Gallinas* vocetur. Galb. 1. novissimo Neronis anno — quicquid ibi gallinarum erat, interiit. ibid.

*Gallinaceus.* Viennae pro tribunali jura reddenti gallinaceus supra humerum ac deinde in capite adstitit. Vit. 9. *Beccus* lingua Gallica valet gallinacei rostrum (*bec.*) Vit. 18.

*Ganea.* datum Aedilibus negotium, popinas ganeasque inhibendi. T. 34. v. not.

quin — ganeas atque adulteria, capillamento celatus et veste longa, noctibus obiret. Cal. 11. insignes ganeae et matronarum. Ner. 27. nisi leg. *ganea* h. e. libidine *et* (pro *etiam*) matronarum.

*Garrulitas.* cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat. A. 83.

*Gaudere.* ut gaudentis etiam suspicionem praeberet. Ner. 40.

*Gaudium.* quo gaudio elatus. C. 22. neque dolore dissimulato — neque gaudio. A. 66. salvam et incolumem cum gaudio nunciantem. Ner. 34. ad eam speciem exsiluit gaudio. Ner. 41. tantum gaudium publice praebuit. Ner. 57. nave provisa gaudium afferri. T. 14.

*Gaza.* invecta Urbi Alexandrino triumpho regia gaza. A. 41. qui cum ingenti gaza Antiochiam se receperat. T. 49. thesauri antiquissimae gazae. Ner. 31. monile — ex omni gaza secreverat. Galb. 18.

*Gemere.* invitis et gementibus adversariis. C. 22. quem gemens Aegisthum appellare consuesset. C. 50.

*Gemitus.* uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. C. 82. collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu praedulcem. Cal. 33. dicitur ea nocte — gemitus maximos edidisse. Oth. 7. irrumpentibus ad primum gemitum. Oth. 11.

*Gemini fratres,* Castor et Pollux. C. 10.

*Geminare.* geminari legionum castra prohibuit. Dom. 7. h. e. duas legiones in eadem castra coire.

*Gemma.* gemmae, toreumata, signa, tabulae operis antiqui. C. 47. ut qui — gemmas ac margaritas quingenties HS. una donatione (in cellam Capit. Jovis) contulerit. A. 30. monilia e gemmis. Cal. 55. monile, margaritis gemmisque consertum. Galb. 18. gemmae (inter missilia.) Ner. 11. anulus, cujus gemmae sculptura erat Proserpinae raptus. Ner. 46. repertus est anulus opere antiquo, sculptura gemmae Victoriam cum tropaeo exprimente. Galb. 10. cuncta auro lita, distincta gemmis. Ner. 31.

*Gemmatus* h. e. gemmis ornatus. depictas gemmatasque indutus paenulas. Cal. 52. deceres Liburnicae, gemmatis puppibus. Cal. 37.

*Gemoniae.* v. ind. prim.

*Gena.* ut genam non leviter perstrinxerit. Cl. 15.

*Gener.* C. 22. A. 63. Dom. 12.

*Generatim, Generosus.* v. *Genus.*

*Genitivus, Genitura, Genetrix* v. *Gignere.* Eodem, quamquam Graecae originis, pertinet *Genesis.* Est enim i. q. Lat. *Genitura.*

*Genius.* v. ind. prim.

*Gens* pr. i. q. *Genus,* magna pars hominum, eadem lingua, legibus, moribusque iisdem conjuncta. Unius *gentis* plures sunt *populi* s. *nationes,* quamquam hae quoque saepius latiori sensu gentes dicuntur.

gens togata. A. 40. gentes Inalpinae. A. 21. gentes Alpinae. T. 9. tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus. C. 24. exterarum gentium. C. 84. legati liberarum sociarumque gentium. A. 44. duas validissimas gentes. Vesp. 4. ex

gente Parthina. A. 19. impia gens. Dom. 9. i. q. impium *genus.*

in una civitate *gens* est magna pars civium, eodem nomine iisdemque sacris conjunctorum. Unius *gentis* plures sunt *familiae* v. *stirpes.*)

cujus gentis familia est nostra. C. 6. ea gens a Tarqu. Pr. rege inter Romanas gentes allecta sequ. A. 2. patricia gens Claudia. T. 1. gentis ejusdem utraque Claudia fuit. T. 2. ex gente Domitia duae familiae claruerunt. Ner. 1. gens Flavia. Vesp. 1.

*Gentilis.* nomen gentile. Ner. 41. in vetere gentili stemmate. Ner. 37. gentile Domitiorum monumentum. Ner. 50. gentili copia. Vit. 1. quod gentile in illo videbatur. T. 68. h. e. toti genti proprium (nos: *eine Geschlechtseigenheit.*) subst. e duobus gentilibus. T. 1. h. e. viris ejusdem gentis.)

*Gentilicius.* gentiliciae hereditates. C. 1. gentil. nomina. Cl. 25.

*Genu.* dextrum genu lapide ictus. A. 20. genu nixus. A. 52. ut — lapidis ictum genu exceperit. Vesp. 4. ad genua accidere alicui. C. 20. Cl. 10. seque praesidenti patri ad genua summisit. T. 20. precantem Senatum et procumbentem sibi ad genua. T. 24. per genua orare conantem. T. 27. subeuntem admisit ad genua. Ner. 13.

*Genus.* Gr. γένος, τρόπος, nostr. *Geschlecht*, *Gattung*, *Art.*

quendam ex Corneliorum genere. C. 59. originem Flavii generis. Vesp. 12. amitae meae Juliae maternum genus. C. 6. materno genere praeclaro. Oth. 1. paternum (genus) cum Diis immort. conjunctum est. C. 6. ex hac stirpe Tib. Caes. genus trahit, et quidem utrumque, paternum — maternum. T. 3. (nostr. *Abstammung.*) regio genere ortam. Ner. 28. adolescens patricii generis. A. 5. Marciam Furn. splendidi generis. Tit. 4. imagines et elogia universi generis — familiae. Galb. 3. nobilitas generis. Cal. 22. humilitas generis. Vesp. 4. honesto genere orta. Vesp. 1. duos patricii generis. Tit. 9. quosdam infimi generis. C. 72. quosdam libertini generis. A. 44. polyphago cuidam Aegyptii generis. Ner. 37. genere Tarentinus. Gr. 18. —

humanum genus. Galb. 9. (sensu Rom. de *orbe terrarum,* Gr. ἡ οἰκουμένη.) — e cetero genere hominum. A. 57. omnes generis ejusdem. A. 83. de tam imbelli genere hostium. C. 35. novum genus obsidum. A. 21. duo genera judicum. C. 41. ex reliquo ordinum genere. C. 27. omnis generis turba. Cal. 42.

omnis aevi hominum genus. Cal. 34. in omne hominum genus. Vesp. 17.

quod genus hominum. T. 70.

id avium genus. A. 94. volucres varii generis. C. 81.

Sunt etiam *genera* rerum vita carentium, Gr. τρόποι, nostr. *Classen*, *Arten.*

genus eloquentiae. C. 55. docendi genere. Gr. 17. genus eloquendi. A. 86. novum genus disciplinae. Rh. 1. quaedam genera institutionum. Gr. 4. libri fatid. Graeci Latinique generis. A. 31. artes liberales utriusque generis. T. 70. aliorum generum artes. Cal. 54. in utroque eloquentiae doctrinaeque genere. Cal. 3. Hylen, quam omnis generis coegimus. Gr. 10. organa hydr. novi et ignoti generis. Ner. 41. viso genere

panis. C. 68. variarum coronarum genera. Vit. 10. nullum largitionis vel officiorum in quemquam genus omisit. C. 26. excog. genere suffragiorum. A. 46. spectacula varii generis. C. 39. ullo libertatis genere. A. 40. omne probri genus. T. 66. inter genera cruciatus. T. 62. diverso vitiorum genere. Galb. 14. omni rapinarum genere. Vesp. 6. hoc genus calumniae. T. 58. novo genere honoris. T. 9. nullo genere hilaritatis abstinuit. A. 98. lentum mortis genus. C. 87. genus mortis. Dom. 14. genus vitae civile admodum instituit. T. 11. (Gr. τρόπος τοῦ βίου. v. Schneider. praef. ad *Xenoph.* Agesil.)

animadversionum et ignominiarum genera. T. 19. valetudinum genera. T. 11. — genera saevitiae enumerare. T. 61. Oppon. *singillatim* crudeliter facta ejus exsequi.

Saepe accusat. *genus* absolute aliis nominibus additur.

alia *id genus.* A. 75. (ἄλλα τοιουτότροπα.) quinque millia *omne genus* ferarum. Tit. 7. *omne genus* rerum missilia. Dom. 4. alia *hoc genus.* Gr. 4. de fabrorum qu. ac ministrorum atque *id genus* numero. Cl. 34. (Ita saepissime Lat. dicunt *alia*, *cetera*, ut Gr. τὰ ἄλλα, τὰ λοιπά. v. *Vechner.* Hellenolex. p. 300. sequ. Minime autem opus est assumta ellipsi praepositionis *ad*, quam statuit Sanctius et Perizonius Minerv. p. 841. ed. Scheid.)

*Generatim.* hostiae erant phoenicopteri, pavones sequ., quae generatim per singulos dies immolarentur. Cal. 22. h. e. *secundum genera*, ut singulis diebus aliud avium genus immolaretur.

*Generosus.* generosissima femina. T. 49. h. e. illustri genere orta.

magnifica ac generosa ratio dicendi. C. 55. (desumto usu a nobilitate generis; ita paulo ante *splendida* dicitur. Gr. γενναῖος, nos: *edel.*)

*Generare.* quasi a cogitante atque generante. Ner. 52. (sc. ingenio.)

*Gerere.* v. quae supra dixi de verbo *Agere.* Est autem discrimen; nam *gerere* continet notionem *tenendi*, *sustinendi* (v. *Varron.* de L. L. 5, 8.), atque statum significat immanentem, durantem, *agere* vim procedentem et alia moventem. Cognatio verborum inde venit, quod ex gerendo actio fluit. — nostr. *tragen.* coronam capite gerens Olympiacam. Ner. 25. ornamenta, quae gerebant. C. 84.

inde *gerere honorem*, *officium*, quasi sustinere onus officii, vel gerere ornamenta honoris, ubi est nostr. *mit einer Stelle bekleidet seyn.*

gerere consulatum. C. 19. 76. A. 26. T. 26. Cal. 1. 17. Cl. 7. 14. Ner. 2. 14. Vit. 2. Vesp. 4. Dom. 2. 13. 14. quaesturam. Cal. 1. censuram. Cl. 16. Tit. 6. honorem. A. 37. Cl. 4.

ger. imperium. Galb. 14. Oth. 7. bellum. C. 35. T. 9. A. 9. 20. al. quae per alios erant gesta — quae per se. C. 56.

adversus fugitivos rem prospere gesserat. A. 7. cum magnis clamoribus rem gessit. A. 71. (nostr. *sich betragen*, *sich benehmen.*) feliciter rem gere. T. 21. non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris. ibid.

*deposita* simultate, quam in id tempus — non obscure *gerebat.* Vesp. 6. (ubi metaphora ex ipsis oppositis *gerere* et *deponere* elucet.)

pubertatis ac primae adolescentiae tempus tanta inopia

tantaque infamia gessisse fertur. Dom. 1. annum gerens aetatis sexages. ac nonum. Vesp. 24. Corrigunt: *egisse* et *agens*. Ex iis, quae de notione verbi supra dixi, patet, *gerere annum*, *tempus* bene dici posse. Ceterum v. Oudend. ad Vesp. l. c., Wolf. ad utrumque locum, et quae omnino de usu verbi notavit Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 44, 2.

*Geruli.* Cal. 40. i. q. *bajuli.* v. Casaub.

*Gestare.* capite coronam. T. 69. Dom. 4. bina jacula gestantes. C. 84. jus laureae coronae perpetuo gestandae. C. 45. elephantis — lychnuchos gestantibus. C. 37. signum Reip., quod manu gestaret. A. 94. triumph. ornatum — assidue gestavit. Cal. 52. diadema gestavit. Tit. 5. socculum — inter togam tunicasque gestavit assidue. Vit. 2. al. manibus. Cl. 27. quas — dextro brachio gestavit aliquamdiu. Ner. 6.

*ad gestandum.* Galb. 8. h. e. ita ut gestaretur, gerund. passivo. v. Burm. et Oudend. ad h. l., Cort. ad *Sallust.* Jug. 62., contra quem tamen vide, quae monui in not. ad Galb. l. c. Ita *Virgil.* Georg. 3, 206. *ante domandum* h. e. antequam domentur, et 3, 454. „alitur vitium, vivitque *tegendo.*"

*simul gestanti.* Dom. 11. h. e. quum simul gestaretur, partic. praes. passivi, quod saepius apud Nostrum occurrit. v. *Praetervehens.*

*Gestatio.* in gestatione. Cl. 33. pass. quum gestaretur. gestationi vacabat. Vesp. 21.

*Gestatorius.* gestator. sella. Ner. 26. Vit. 16.

*Gestus* h. e. *modus se gerendi,* inde modus membris utendi, nostr. *Geberde.*

pronunciasse dicitur ardenti motu gestuque. C. 55. (*motus* est totius corporis, *gestus* brachiorum et manuum.) gestum histrionis quasi laudans vel corrigens. Cal. 54. renuenti et gestu (sc. manus) in aliud tempus differenti. C. 82. ut — Senatum gestu notaret. Ner. 39.

ab avium gestu gustuve. A. 7. H. l. *gestus* est i. q. *motus*, vel potius primaria significatione omnino *modus se gerendi*, nostr. *Bewegung.*

*Gesticulari.* gesticulandi saltandique studium. Dom. 8. carmina — etiam gesticulatus est. Ner. 42. h. e. cum gesticulatione pronunciavit.

*Gesticulatio.* nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. T. 68.

*Gestire.* h. e. motu corporis monstrare, quod sentias, ut Donat. ad *Terent.* Eun. 3, 5, 7. gestientes vota reddere. Cal. 6.

*Gibba.* gibbam sibi pone cervicem auream enatam. Dom. 23.

*Gibber* adject. brevi corpore atque etiam gibber. Galb. 3. — *Gibberosus.* Gr. 9.

*Gignere.* cujus filius ex muliere vulgari — Equitem Rom. genuerit. Vit. 2. majorem de duobus Fulvia genitis. A. 17. qui antecedente anno — genitum cum scribant. T. 5. i. q. *natum.* Tiburi genitum scribit. Cal. 8.

*Genetrix,* cognomen Veneris. v. ind. prim. sub voc. *Venus.*

*Genitura.* i. q. *sidus natalicium, thema natal.*, ex quo fata hominum mathematicis rationibus praedicere solebant

*genethliaci*, iidem *mathematici*, *astrologi*, *Chaldaei*, *Babylonii* appellati.

reticere ipse genituram suam — perseverabat. A. 94. consulenti de genitura sua. Cal. 57. de genitura ejus statim multa et formidolosa multis conjectantibus. Ner. 6.

genituram ejus praedictam a mathematicis. Vit. 3. h. e. fatum praedictum e genitura. tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse. Vesp. 25. cognita utriusque genitura. Tit. 9.

*Genesis* i. q. *Genitura*. quod vulgo crederetur genesin habere imperatoriam. Vesp. 14. quod habere imperatoriam genesin vulgo ferebatur. Dom. 10.

*Genitivus*. dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. A. 80.

genitivo casu singulari. A. 87. (sensu grammaticorum.)

*Gladius*. strictos gladios intentans. C. 14. inter — strictos gladios. Oth. 6. destricto gladio. Cal. 56. gladiis succincti. C. 84. gladiis depositis. Cal. 48. custodias Hispanorum, cum gladiis sectantium se. C. 86. insignis — et caetra, et gladio. Cal. 19. non solum insulas habere se, sed etiam gladios. Cal. 29. ostendens gladii capulum. A. 26. capulum gladii crebro verberans. Cal. 49. gladio a Centurione confossa. Cal. 59. qui — gladio ante pedes ejus incubuerit. Oth. 10. suspicatus gladium occulere. A. 27. strictum D. Julii gladium tenens. Vit. 9. gladios in necem suam praeparatos Marti Ultori — consecravit. Cal. 24. — in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo; alteri *gladius*, alteri *pugio* index erat. Cal. 49.

*Gladiator*. cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret. C. 10. gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos reservandosque mandabat. C. 26. munerum impensas corripuit, paribus gladiatorum ad certum numerum redactis. T. 34.

feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari sollemne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit (Augustus) solis. A. 44. gladiatores sine missione edi prohibuit. A. 45. i. q. *munus gladiatorium*. venationes gladiatoresque (edidit). Dom. 4. ibidem et gladiatores (dedit). Tit. 7. per omne gladiatorum spectaculum. Dom. 4. gladiatorum spectaculo. Tit. 9.

gladiatores pegmares. Cal. 26. v. not. et *Pegmares*.

tredecim gladiatores sestertio nonagies in auctione addicti. Cal. 39. —

*In bello* etiam haud infrequens Romanis gladiatorum erat usus. Ita Aug. paene interceptus est a manu gladiatorum, quae oppido eruperat. A. 14. fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit. Vit. 15.

*Gladiatorium* munus. C. 10. 39. T. 7. 37. 40. Cal. 18. 26. Cl. 2. 21. 24. Ner. 4. 11. Tit. 8. gladiatoriae operae. A. 45. ubi v. not. ludus gladiatorius. Dom. 17. (Ceterum notandum, saepissime in libris confundi *gladiatorum* et *gladiatorium*, nullo ad rem discrimine. v. Burm. ad C. 31. T. 7 et 37., Oudend. ad Cl. 24.) cf. *Ludus* et *Munus*.

*Gloria*. aut aequavit praestantissimorum gloriam, aut excessit. C. 55. ereptam sibi gloriam recusandi. C. 79. se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. C. 86. cupid. bellicam gloriam augendi. A. 21. cui gloriae amplior adhuc — cumu-

lus accessit. T. 17. non minus compendii spe, quam gloriae. Cl. 20. ne obtrectare parentis gloriae videretur. Ner. 18. sicuti gloriam auxit, ita gratiam minuit. Oth. 1. praesidii causa et gloriae. Rh. 1. gloriae et fructui esse. Gr. 24.

*Gloriosus.* gloriosissimae victoriae. T. 52. gloriosus Princeps. Cal. 8.

i. q. *gloriae cupidus.* fuisse creditur non minus gloriosi quam civilis animi. Cl. 1.

*Gloriari.* c. dat. gloriatus est — Caesoniae. Cal. 38.

*sequ. acc. c. inf.* Cal. 12. Galb. 19. A. 29.

haud negatura — immo etiam gloriatura. Tit. 10.

*Glossema.* glossemata nobis praecipit. Gr. 22.

*Gnarus.* nemine gnaro aut opinante, quidnam coepturus esset. Cal. 46.

*Gracilis.* gracillimis cruribus. Ner. 51.

*Gracilitas* crurum. Cal. 3. Dom. 18. cervicis et crurum. Cal. 50.

*Gradus.* pro Palatii gradibus. Ner. 8. Vit. 15. ut — praeceps per gradus iret. Cal. 35. coma in gradus formata. Ner. 51.

per omnes aetatis gradus. A. 79. per aetatis gradus. Tit. 3.

*de cognatione.* a matre Magn. Pompejum artissimo contingebat gradu. A. 4. nullo gradu contingens Caesarum domum. Ner. 2. neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum. Cal. 38.

*de loco, quem quis honore obtinet.* loco — usurpati a se diu secundi gradus. T. 10. pro gradu cujusque. A. 49. (nostr. *Rang, Stelle.*) promotos in ampliorem gradum. Oth. 1. quid est, quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per quos frater ejus productus fuit. Cl. 4. non egressus praeturae gradum. Galb. 3. summa equestris gradus. Galb. 14. h. e. *praefectura praetorii.* Al. *procurationem* intelligunt. v. not.

*Grammatica.* gr. Romae ne in usu quidem olim, nedum in honore ullo erat. Gr. 1. studium grammaticae. Gr. 2. instruere, augere grammaticam. Gr. 2. docere gr. Gr. 6.

in provincias quoque grammatica penetraverat. Gr. 3. in professione grammaticae. Gr. 8. soli huic nec ulli praeterea grammatices parti deditus. Gr. 24.

*Grammaticus.* appellatio grammaticorum Graeca consuetudine invaluit; sed initio *literati* vocabantur. Gr. 4. veteres grammatici *et rhetoricam* docebant. ibid. ludus grammatici. ibid. pretia grammaticorum mercedesque magnae. Gr. 3. poeta simul grammaticusque notissimus. Gr. 4. grammaticus professor. Gr. 9. hunc Capito Attejus — inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. Gr. 10. nobilis grammaticus Latinus. ibid. gramm. Graecus. Gr. 20. summus grammat. Gr. 11. principem locum inter gramm. tenuit. Gr. 23. Maecenati pro grammatico muneri datus est. Gr. 21.

formula ratioque scribendi a grammaticis instituta (orthographia). A. 88. grammaticos, quod genus hominum praecipue appetebat, ejusmodi fere quaestionibus experiebatur. T. 70. — grammatici libelli. Gr. 11.

*Grammatista.* sunt, qui *literatum* a *literatore* distinguant, ut Graeci *grammaticum* a *grammatista*, et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. Gr. 4. legerat

in provincia quosdam veteres libellos apud grammatistam. Gr. 24.

*Grandis*. gr. pecunia. A. 12. Ner. 24. grande pretium tulit. T. 16. donativum grandius solito. Galb. 16.

grandis natu. Ner. 34. A. 89. grandior jam natu. A. 53. (*Plin.* ep. 8, 23, 7. „erat illi grandis natu parens.") v. Oudend. ad A. 53.

*Graphium* i. q. *stilus*. Cascae brachium arreptum graphio trajecit. C. 82. v. Casaub. graphiis confossus. Cal. 28. (*Senec.* de clement. 1, 14.) graphium et libellos — jecisse in faciem ejus. Cl. 15. — *Graphiarius*. calamariae aut graphiariae thecae. Cl. 35.

*Grassari* pr. i. q. *Gradi* h. e. procedere, inde in malam partem, vehementius saeviusque agere, *saevire*. (Ceterum cf. de usu verbi *Gell.* 11, 2.)

superbe avareque in provincia grassatos. A. 67. ita bacchantem atque grassantem. Cal. 56. diverso vitiorum genere grassantibus. Galb. 14. omni rapinarum genere grassati. Vesp. 6.

grassari adversus al. Cal. 34. in al. Ner. 36.

*Grassatores* h. e. qui per vias grassabantur, i. q. *latrones*. grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro. A. 32. grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. ibid. ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset (Urbs.) A. 43. grassatores et sicarii. C. 72.

*Grassatura*. tuendae pacis a grassaturis ac latroniciis seditionumque licentia. T. 37.

*Gratus*. prout domino patronove gratus quis esset. C. 27. cui quum se gratum et acceptum in modum amici videret. Gr. 21. Antonio gratus. Rh. 5. filioque ejus Fausto gratissimus fuit. Gr. 12.

quam (classem) non *amicorum*, sed *gratorum* appellabat. T. 46. Inepta lectio: *Graecorum* vel *Grajorum*.

scyphi gratissimi usus. Ner. 47. cithar. artem, Principi sibi gratam. Ner. 40.

gratum facere alicui. C. 56. — sine grata mentione. Cl. 11.

*Grate*. eas (coronas) adeo grate recipiebat. Ner. 22.

si grate pieque quis se prosecutus fuisset. (*dankbar.*) A. 66.

*Gratis*. h. e. *Gratiis*, pro solis gratiis. ut proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. Gr. 13.

*Gratuitus*. gratuitum fenus. C. 27. h. e. pecunia sine usuris data. v. not. gratuitum usum pecuniae alicui indulgere. A. 41. proposito millies HS. gratuito. T. 48. milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam (obtulerunt.) C. 68. gratuita in Circo loca. Cal. 26. subsellia gratuita. Ner. 17. pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem. Ner. 38.

De lectione *gratuitu* C. 27. v. Burm. ad h. l.

*Gratia* omnino est *conditio*, *qua alicui sum gratus*, (non enim cum Gesnero in thesauro sub h. v. *gratiam* dixerim *rem jucundam*, quamvis abstractum *gratia* saepe dicatur pro re grata s. eo, quod gratum est.) i. q. *suavitas*, *jucunditas*,

h. e. conditio, qua aliquid aliis placet, Gr. χάρις, nostr. *Anmuth, Schönheit, gefälliges Aussehen.*

gratia formae. Tit. 3. corporis. Vit. 3. Terent. orationis, A. 86.

unde: *ipse status placendi*, ut ita dicam, *τὸ placere*, *τὸ gratum esse*, *favor, non quem tribuimus, sed quem experimur, quo floremus*, (nunquam enim *gratia* Latinis est i. q. *favor*, qui usus ex versione Gr. voc. χάρις in N. T. in recentiorem Latinitatem venit, sed passiva significatione est conditio, qua aliorum favore fruor, ut homo iis gratus.) nostr. *das Beliebtseyn, Gunst* sens. pass., *Einfluſs.*

quoniam inferior gratia esset. C. 19. (*weniger beliebt.*) cujus et vivae gratia plurimum valuit. Galb. 5. per gratiam Liviae. Oth. 1. gratia Narcissi. Vesp. 4. ne ferox — mulier et hoc genere gratiae praevaleret. Ner. 28. gratia et potentia matris usque eo floruit. Ner. 6. apud quos quantum amore et gratia valuerit. Cal. 9. ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria praevaleret. Ner. 33. gratia artis increvit. Gr. 3.

conciliare hominum gratiam. Cal. 3. (non i. q. *favorem*, qui esset in parte faventium, sed efficere, ut sibi faveatur.) sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit. Oth. 1. Arret. Clementem — in eadem vel etiam in majore gratia habuit. Dom. 11. non tamen permansit in gratia. Lucan. in gratiam redire cum al. T. 61. (h. e. in eam conditionem, ubi grati nobis mutuo sumus.) ut cuivis evidens sit, contemtu magis, quam gratia electum. Vit. 7. nihil non pretio addici, aut donari gratia. Galb. 15. h. e. ob gratiam, qua quis apud eos, qui donabant, valeret.

illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus. A. 27. post necem Caesaris per gratiam et praemium allecti. A. 35. si quem reorum elabi gratia, rumor esset. T. 33. in gratiam Quirini. T. 49.

Inde saepe est *venia*, sed mihi data in gratiam meam, non quam quis concedit (*Begnadigung* sensu passivo.) quos videret et gladiatori praesidio gratiaeque esse. Cl. 21. cf. locus Cal. 15. mox excitandus.

*gratiam facere alicui alic. rei* est i. q. *id alicui gratum facere, ut* faciat v. *ne* faciat aliquid, unde esse potest *concedere* et *remittere* alicui aliquid. v. not. ad A. 38.

Bononiensibus gratiam fecit conjurandi. A. 17. h. e. *concessit, ut ne conjurarent*, s. *conjurare remisit.* Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit. T. 35. (*Plaut.* Rud. 5, 3, 59. „jurisjur. volo gratiam facias.") criminum omnium gratiam fecit. Cal. 15. ut edicti gratiam faceret. Dom. 14. (*Gell.* 1, 12. „gratia Papiae legis per Senatum fit." v. interpr.) Sed: reddendi equi gratiam fecit eis, qui sequ. A. 38. h. e. *potestatem fecit reddendi equi.* Cave audias, qui corrigere locum voluerunt.

ablat. *gratia* i. q. *in gratiam* alic. rei s. ut aliquid fieri liceat, Gr. χάριν, nostr. *um einer Sache willen, wegen.* testandi gratia. C. 20. libidinis gratia. T. 2.

Denique, ubi id, quod mihi gratum, gratum fuisse significo et alii reddo, *gratia* est nostr. *Dank, Erkenntlichkeit,* quae verba, derivata ab *erkennen, denken,* significant, aliquem agnoscere rem ut sibi gratam et meminisse. — talibus quoque se parem gratiam relaturum. C. 72. nec aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. A. 12. h. e. non ita gratum

fieret, ut ipse aliis fecisset. gratiam referens, quod sequ. T. 20. neque veteranorum, neque possessorum gratiam tenuit. A. 13. factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet. C. 10. pro meritorum gratia. Cal. 26. h. e. pro gratia meritis eorum debita.

*Gratiae* h. e. *significatio sensus grati.* gratias agere alicui. simpl. C. 16. T. 53. Ner. 7. 10. Oth. 2. Tit. 11. *pro* al. re. Vesp. 8.

*sequ. quod.* Cl. 15. 37. Vesp. 2.

*Gratiosus.* liberta aulica gratiosa. Oth. 2.

*Gratificari*, Gr. χαρίζεσθαι. gratificans matri. Ner. 7.

*Gratulari* h. e. sibi gratum quid esse, sive nobis sive aliis acciderit, testari, unde

i. q. *gaudium prae se ferre* de re felici cum sollemni gratiarum actione. gratulantium vocibus. Cal. 6. super ceteras gratulantium — blanditias. Oth. 7.

*gratul. alicui aliquid*, nostr. *Glück wünschen.* quum oppressum Sejanum apud eosdem gratularentur. Cl. 6. missus — ad gratulandum. Cl. 9. Tit. 5.

gratulanti inter poenam, quod non sequ. T. 60. h. e. felicem se praedicanti, gaudium testanti Diisque gratias agenti.

*gratulabundus.* advenire frequentes ceteros gratulabundos. Galb. 19.

*Gratulatio.* in prima gratulatione. Vit. 8. in gratulatione. Tit. 5.

inter gratulationes amicorum. Ner. 6. militum et Senatus populique gratulationes. Ner. 34.

*Gravis*, Gr. βαρύς, δεινός, nostr. *hart, schwer*, pr. de pondere dicitur. Opp. *levis*.

graves ignominiae. A. 23. gravissimum omnium externorum bellorum. T. 16. gravissima tormenta. Cal. 16. gravissima merces. A. 10. graviore fenore. A. 39. (oppon. *leviores usurae.*) graviora vectigalia. Ner. 10. in graviore annona. A. 25. in provincias gravioris coeli. T. 36. subita valetudo, neque adeo gravis. Galb. 7. gravi morbo. Tit. 2. in graviorem recidit morbum. T. 72.

si quid de Trib. pl. — gravius a Senatu constitutum esset. C. 30. gravior poena. A. 5. 21. sermones graviores. A. 84. gravis adversarius. Ner. 54. voce gravissima increpuit. Vesp. 8.

unde *gravis*, qui a proposito, a lege, flecti non potest, nostr. *ernst, streng.*

exactor gravissimus disciplinae. C. 65.

*Graviter.* graviter saucius. A. 10. (nos: *hart*, *schwer.*) Trib. graviter increpitos. C. 79. graviter pridie concionatum. C. 85. graviter questus. A. 43. gravissime questus est. A. 56. si qua — cogitarentur gravius adversus se aut dicerentur. C. 75. gravissime de se opinantem. A. 67. velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam. C. 14. non gravius, quam simplici morte, puniit. C. 74.

graviter ferre aliquid, Gr. βαρέως φέρειν. T. 51. Dom. 23.

*Gravitas.* ad leniendam gravitatem odoris. Vit. 10.

nec minore gravitate atque constantia. A. 42. specie gravitatis ac morum corrigendorum. T. 59.

*Gravari* i. q. *graviter ferre.* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 45, 3.

ampla — praetoria gravabatur. A. 72. h. e. iis offendebatur, ἐβαρύνετο.

matrem Liviam gravatus, velut — vindicantem. T. 50. matrem — hactenus primo gravabatur, ut sequ. Ner. 34. hunc — ob nimiam contumaciam et ferocitatem gravatus. Vit. 12.

c. *infin.* ne gravarentur imitari juvenis exemplum. A. 34.

*Gravate* i. q. *aegre*, *invito animo*. gravate permittere aliquid. A. 24.

*Gravidus*. A. 94. T. 4. 7. Cl. 1.

*Gravedo*, morbus, de quo v. *Cels.* 1, 2. et 4, 2. (*Schnupfen.*)

*Gremium*. maritum in gremio suo confodi. C. 81. gremio aut ante se retinens. Cl. 27. in gremio suo natam. Cl. 39. caput — in gremium abdidit. Galb. 20. receptos partim ad se, partim in patris gremium. A. 34. infantem — Minervae gremio imposuit. Cal. 25. Liviae — aquila gallinam albam, ita ut rapuerat, demisit in gremium. Galb. 1. animadvertisse se in gremio Capit. Jovis eundem puerum. A. 94.

Remp. in tutelam ejus ac velut in gremium deventuram. Vesp. 5.

*Gressus*. quum jam non gressu modo deficeretur. Gr. 3.

*Grex*. equorum greges. C. 81.

greges aurigarum s. agitatorum. Ner. 22. gregum factiones. Dom. 7. princeps gregis (scenicorum.) Cal. 58. exoletorum et spadonum greges. Tit. 7. grex venalium. Rh. 1.

undique conquisiti puellarum et exoletorum greges. T. 43.

*Gregatim* dimicare. Cal. 30.

*Gregarius* miles. A. 14. Cl. 10. Galb. 20.

*Gubernator*. C. 58. Galb. 10.

*Gubernaculum*. A. 17. Ner. 46.

*Gula*. profundam ejus expleri gulam. Vit. 7. non profundae modo, sed intempestivae quoque ac sordidae gulae. Vit. 13.

*Gurgustium* modicum. Gr. 11.

*Gustare*. panem et palmulas gustavimus. A. 76. poma gustare non ausam. T. 53. de potione. Tit. 2. (De *gustatione* s. cibo sicco inter prandium et coenam, quo sensu *gustare* est A. 76., v. Salmas. ad *Vopisc.* Tac. 2., Gesner. ad *Plin.* ep. 3, 5, 11.)

*Gustus*. ad primum gustum. Ner. 33. gustus avium. A. 7.

*Gymnasium*. gymnasia interdum obambulans. T. 11. (grammaticorum, rhetorum, philosophorum etc.)

in gymnasium progressus certantes athletas — spectavit. Ner. 40.

dedicatum gymnasium a Nerone. Ner. 12.

*Gymnicum* certamen. A. 98. Ner. 12. 53. Dom. 4. (*gymnicus agon.* *Plin.* ep. 4, 22.)

*Gyrus*. in gyrum Euripo addito. C. 39. h. e. undique.

## H.

*Habere* (a voc. ἅβω, ἅπτω h. e. ἔχω. v. Scheid. ad *Sanct.* p. 717. sequ.) pr. est *potem esse alicujus rei* sive corpore sive animo, ad externum vel internum usum, nostr. *haben*, *halten*, *können*, *mächtig seyn*. Diversitas verborum, quae ad-

junguntur, tam amplae significationi infinitum fere usum et in singulis varium praebet.

linguam habere. A. 51. negavit se delatoribus aures habere. Cal. 15.

supplevit (censum) non habentibus. A. 41.

quam justas petendi causas haberet. A. 40. quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea. A. 25. quando in omnium hom. bona jus haberent. Cal. 47.

si locum haberem. A. 54. v. *Locus.* — qui exta haberent. A. 96.

sibi haberent. C. 1. (sc. quod rogassent.) sibi habere aliquid. Ner. 11.

binos pro singulis collegas haberet. A. 37. — hab. vacationem. Cl. 15.

hab. sponsam. A. 34. 62. Cl. 26. Agr. alteram Marcellarum habebat, et ex ea liberos. A. 63. in matrimonio hab. al. Cal. 7. qui gravidas uxores haberent. A. 94.

secum habere aliquem. C. 59. Gr. 14. — non tam discipulos, quam sectatores aliquot habuit. Gr. 24. —

infantiam — habuit laboriosam. T. 6. h. e. infantia ei fuit laboriosa.

habebat tam cultos (milites). C. 67. eosque — sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. A. 25. quum incognitum alias haberet. A. 94. h. e. quum incognitus alias ei esset.

neque me liberosque meos cariores habebo, quam Cajum habeo et sorores ejus. Cal. 15. quum et Cajum suspectum haberet. T. 62. fiduciam fati hab. A. 94. compertum habeo. C. 66. — ordo et summa rerum — sic se habent. C. 34. —

si ita me haberem, ut sequ. Gr. 14. h. e. si res meae ita ferrent.

ut — diem cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. A. 23.

multos in honore et usu maximo habuit. A. 67. al. in minore honore hab. Tit. 9. hab. aliquem in deliciis. Vit. 12. in gratia. Dom. 11.

*c. dat.* ceteras (cerim.) contemtui habuit. A. 93.

hostium numero hab. al. C. 75. Ner. 2. pro contemto se habitum. T. 73. hab. al. pro despectissimo. Cl. 3. testamentum ejus pro irrito habuit. T. 51. multa decreta et constituta, ut insipientis — pro irritis habuit. Ner. 33.

puerum Sporum — pro uxore habuit. Ner. 28.

partem rei fam. in pecunia hab. T. 49. — habes nostras sententias (in fin. epist.) Cl. 4.

ut — Hispaniam et Syr. — sine consul. legatis habuerit. T. 41.

in modum justae uxoris propalam habuit. Cal. 24. habuit — paene justae uxoris loco. Vesp. 3. eos — sicariorum numero habuit. C. 11. debere homines — pro legibus habere, quae dicat. C. 77. in numero Deorum habitum. Rh. 4. —

consuetudinem hab. cum al. Tit. 11. curam alic. rei. T. 37. honorem habere alicui. Cal. 23. Ner. 9.

diversarum partium habebatur. C. 1. h. e. *existimabatur.* quae omnium parens haberetur. C. 7. pro certo hab. Dom. 25.

hab. concionem. C. 5. (*halten.*) comitia. C. 76. Senatum.

A. 29. ludos. Rh. 1. sermones — nonnisi scriptos et e libello habebat. A. 84.

seriae quaestiones per tormenta habebantur. Cal. 32. ut — obsecratio haberetur. Cl. 22. dilectu habito. A. 31. consilia dispersim antea habita. C. 80. —

satis habuit — denunciare. C. 75. satis habuit canem appellare. Vesp. 13.

*c. infin.* ut Gr. ἔχειν. quid habeo aliud Deos immort. precari. A. 58. —

nihil habere se, quare eos demereatur. Cl. 40. ut consolandos eos magis, quam puniendos habuerit. C. 68.

si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. A. 51. (*Plinius* frequentius: *habere, quod.* v. Schäfer. ad *Plin.* ep. 6, 9, 2.) — Cetera v. sub singulis voc.

*Habena.* remedio habenarum. Ita A. 80. dedimus pro *arenarum.* v. not.

*Habilis.* i. q. *aptus, commodus.* Aegyptum — ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet. A. 18.

ulli publico privatove muneri habilis. Cl. 2.

*Habitus*, ubi distinguitur a *vestitu*, est modus habendi ipsum corpus ejusque partes, ut capillos, faciem e. s. p. (*die Art, sich zu tragen.*)

ea, quae ad *formam et habitum et cultum* — ejus pertineant. C. 44. v. not.

*habitum vestitumque* pristinum. A. 40. (Ita *Plin.* Paneg. 73, 1. *amictum* et *habitum* distinguit.) circa *cultum habitumque* adeo pudendus. Ner. 51. (ubi ad *habitum* pertinet *coma in gradus formata.*) tanto Othonis animo nequaquam *corpus aut habitus* competiit. Oth. 12. (Sequitur: *vulso corpore, galericulo capiti adaptato.*) in puerilem habitum circumtonsam matronam. A. 45. *vestitu calciatuque* et cetero *habitu.* Cal. 52.

Saepe est i. q. *forma.* habitu corporis brevis fuit. Horat.

Jungitur cum *motu*, ubi pariter est modus habendi corpus, sed non quoad ornamenta, sed figuram, quam corpori consuetudine et studio damus, nostr. *Haltung.* cujus *motum et habitum et incessum* imitaretur. Cl. 4.

Plerumque tamen de ipso *vestitu* dicitur, nostr. *Tracht.*

Gallico habitu. C. 58. Graeco, Romano habitu uti. A. 98. deposito patrio habitu. T. 13. mutare habitum jussit. Cl. 15. triumphantis habitu. Ner. 13.

Deorum Dearumque habitu. A. 70. Paniscorum et Nympharum habitu. T. 43. habitu Cupidinis. Cal. 7. manipulario hab. Cal. 9. quadrigario hab. Cal. 19. in illo suo scenico habitu. Ner. 38. pari habitu. Dom. 4. Isiaci celatus habitu. Dom. 1.

lugentis habitu. Cal. 13. succinctus poparum habitu. Cal. 32. habitu sedentis ac palliati. Gr. 9. (quod partim ad *figuram*, partim ad *vestitum* pertinet.)

*Habitare.* habitavit primo in Subura. C. 46. habitavit juxta Rom. Forum sequ. A. 72. una et intra Palatium habitantes. Galb. 14. habitare sub tegulis. Gr. 9. habitabat cum patre una. Dom. 2. se quasi hominem tandem habitare coepisse. Ner. 31.

*Habitatio* annua. C. 38. i. q. merces habitationis (*Miethzins*, ἐνοίκιον.) v. not. ad l. c. (*Liv.* 21, 62. *habitatores* sunt, qui habitant domum.)

*actenus.* domum — hactenus comprobavit, ut sequ. Ner. 31.

matrem — hactenus primo gravabatur, ut. Ner. 34. hactenus excanduit, ut. Ner. 40. hactenus retaxare sustinuit, ut. Vesp. 13. hactenus tamen imitati, ut. Gr. 2. (*Plin.* ep. 7, 31, 6. „quum plerique hactenus defunctorum meminerint, ut querantur.“ Id. ep. 9, 15, 3. „patrem fam. hactenus ago, *quod* — percurro.“)

Cicero in Lim. hactenus laudat. Ter. 5.

utinam hactenus. Dom. 16. h. e. non amplius neque gravius.

*Haedus.* in haedo expertus (venenum.) Ner. 33.

*Haerere.* veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo sua haerentem. Galb. 4. h. e. *manentem, servatum.* alia superstitione captus, in qua sola pertinacissime haesit. Ner. 56.

circa libidines haesit. A. 71. h. e. libid. *non abstinuit*, ut impudicitia.

neque eo secius in explicandis oneribus haereret. Dom. 12. h. e. quum res ei non procederet in expl. oner.

i. q. *adhaerere, se adjungere.* haesit Cn. Pompejo et C. Memmio. Gr. 14.

*Haesitare* i. q. *dubitare, incertum esse.* Thrasyllum — interrogavit, quo haesitante. A. 98.

biduum, quo de mutando Reip. statu haesitatum erat. Cl. 11.

*Haeres, Haereditas* v. *Heres, Hereditas.*

*Hamus.* aureo hamo piscantibus, cujus abrupti sequ. A. 25. piscabatur hamo. A. 83.

*Harena.* v. *Arena.*

*Haruspex.* haruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nunciante. C. 77. haruspex Spurinna. C. 81. constitit inter haruspices. A. 96. quum haruspices — pronunciassent. C. 61. sacrificantem mane haruspex identidem monuit, caveret periculum. Galb. 19. audivit praedicta haruspicis. Oth. 6. haruspicem ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum praedixerat, audiit condemnavitque. Dom. 16.

haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. T. 63.

*Haruspicium.* haruspicio insuper confirmatum. Vesp. 5.

*Hasta.* caput ejus praefixum hastae circumtulit. C. 85. caput hasta suffixum non sine ludibrio circum Rostra portarunt. Galb. 20.

ut Equites Rom. — trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum. Dom. 14.

*hasta pura*, ἀσίδηρος, *sine ferro*, uti *Serv.* ad *Virg.* Aen. 6, 760., donum militare victorum. Posiden spadonem — inter militares viros hasta pura donavit. Cl. 28.

*hasta* praefigi solebat locis, ubi auctiones habebantur, more a bello praedaque bellica desumto, unde pro *auctione* ipsa.

ex auctionibus hastae. C. 50. ipsum bonaque subjecit hastae. A. 24.

*hasta centumviralis.* A. 36. i. q. *judicium centumvir.*, ab hasta loco praefixa.

*Hastici ludi.* Cal. 20. Leg. *astici*, ἀστικοὶ ἀγῶνες, v. potius *isclastici.*

*Haurire.* venenum. T. 61. Vit. 6. hausto veneno. Cl. 44. ut hau-

stum venenum — evomuerit. Ner. 2. de potione, qua Britannicus hausta periit. Tit. 2.

plurimum meri propalam hausit. Vit. 10.

*Hebes.* oculis caesiis et hebetioribus. Ner. 51. grandibus oculis, verum acie hebetiore. Dom. 18.

*Hebescere.* deinde rursum hebescebant (oculi.) T. 68.

*Hebetare.* animo simul et corpore hebetato. Cl. 2.

*Hemicyclium*, locus publicus vel aedificium ita dictum a figura semicirculari vel a subselliis hujus formae. — in inferiore Fori parte, contra hemicyclium. Gr. 17. (Hos locos confabulationibus vulgi plerumque inserviisse, docet *Plutarch.* Alcibiad. 17. ὥςτε πολλοὺς ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ τοῖς ἡμικυκλίοις καθέζεσθαι. Nic. 12. ὥςτε καὶ νέους ἐν παλαίστραις, καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένους. Id. de garrul. 2. ἐν ἡμικυκλίῳ τινὶ καθεζόμενοι. cf. Gronov. ad Gr. 17. et quae Oudend. de scriptura voc. *hemicyclus*, quae forma etiam cum altera permutatur *Plin.* ep. 5, 6, 33.)

*Hemistichium* Neronis. Lucan.

*Heres.* al. heredem scribere. C. 83. facere. Pers. instituere. C. 83. A. 101. Cal. 24. Vit. 6. nuncupare. A. 17. Cal. 38. Cl. 4. 6. qui — neque illum, neque se heredem reliquissent. Cal. 38.

Tiberius Caesar mihi — heres esto. T. 23. (formula testamenti.) heres meus es, Vit. 14.

mori aliquo herede sc. instituto. T. 49. Cal. 38.

nec plus perventurum ad heredes suos, quam sequ. A. 101.

heres ex dodrante — ex quadrante reliquo. C. 83. ex parte dimidia et sextante, ex parte tertia, ex triente, ex partibus reliquis. A. 101. ex parte tertia. Ner. 6. Cl. 6. heredes aequis partibus. T. 76. her. nuncupare e parte sexta. Cl. 6. —

*heredes primi — secundi — tertio gradu.* A. 101. (*Secundi* heredes erant, qui *substituebantur* in primorum locum, si illi heredes esse non possent vel nollent, et in secundorum locum *tertii.* v. ad C. 83.) in secundis heredibus. C. 83. heredes aequis partibus reliquit Cajum et Tiberium, *substituitque* invicem. T. 76. ne heredem quidem, nisi inter tertios ac paene extraneos, e parte sexta nuncup. Cl. 6. cui *substitutus* heres erat. Galb. 9. — quorum heredes non exstabant. Tit. 8. heredem sibi Caesarem esse. Dom. 12. — testamento caverunt, ut ab heredibus suis victimae in Capitolium ducerentur. A. 59. qui caverat, ut quotannis ingredientibus Curiam Senatoribus certam summam viritim praestaret heres suus. Dom. 9.

extorta pecunia per vim heredibus. T. 57.

utque primum occisum eum heredemque se comperit. A. 8.

*Hereditas.* hereditatem adire. A. 8. hereditate adita. T. 6. ne hereditatem quidem aut legata percepit ulla aliter, quam sequ. T. 15.

gentiliciis hereditatibus multatus. C. 1. quamvis minime appeteret hereditates. A. 66. cum duobus paternis patrimoniis ceterisque hereditatibus. A. 101. jus capiendi legata hereditatesque. Dom. 8. relictas sibi hereditates — non recepit. Dom. 9. confiscabantur alienissimae hereditates. Dom. 12.

legata vel partes hereditatum. A. 66. Oudend. dedit: *hereditatium.* v. ejus not.

*Hereditarius.* Augusti nomen, quamquam hereditarium. T. 26.

*Herilis.* herilem filium dum comitatur in scholas. Gr. 23.
*Heu* taceo, vulg. Dom. 10. Sed leg. εὐτακτῶ. v. not.
*Hexameter.* liber, scriptus ab eo hexametris versibus. A. 85.
*Hiare.* per somnum hianti. Cl. 33.
*Hiatus.* piro per lusum in sublime jacto et hiatu oris excepto. Cl. 27. — hiatum aliquem terrae optabat. Cal. 31.
*Hic.* hic faciet, si vos non feceritis. A. 26. — hic idem. Gr. 22. hunc eundem. Rh. 2.
*hoc age.* v. *Agere.* — *hoc est.* v. *Esse.* — *post hoc* et *post haec.* v. *Post.*
*hi*, qui. C. 42. *hi* quoque, qui. T. 21. *hi*, quibus. Cl. 23. Ita e libris restituendum: ex *his*, qui. C. 41. Ner. 3. pro *iis* et *his*, qui. Cl. 14. v. Oudend. ad h. l., Görenz. ad *Cic.* de Leg. 1, 9, 27. et c. 13. init., et l. 2, 12, 30., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 39, 2., 58, 1. —
*hoc — quo.* quo saepius, hoc minus. C. 60. (*Plin.* ep. 6, 12, 4. „*hoc* mihi jucundiores eas fuisse, *quod* sequ. Id. Paneg. 84, 7. *hoc magis.* et ep. 4, 21, 4. „*hoc magis* anxius, *quod* sequ.)
plur. *haec* more Graecorum, qui neutrum plur. frequentant pro singulari.
nam ne *haec* qu. omiserim. A. 76. quoniam ad *haec* ventum est. A. 94.
in quibus et *haec*. Vesp. 22. Al. *et hoc.* v. Oudend.
paucissimis his diebus. C. 96. h. e. *proximis.* v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 4, 8, 3., Drakenb. ad *Liv.* 5, 51, 5.
*Hactenus.* v. suo loco.
*Hic.* adverb. loci. Vesp. 24. al.
hic — hinc — huc. A. 29.
*Hinc. de loco. hinc* — opposuit, *hinc.* Vit. 15.
*hinc, inde,* Gr. ἔνθεν καὶ ἔνθεν. tric. equitibus hinc et inde commissis. C. 39. hinc inde hortantium. Ner. 27. unoquoque hinc inde instante. Ner. 49. pauca hinc inde subjeci. T. 21. h. e. e diversis locis, nostr. *von da und dort.* duos corvos hinc et inde infestantes. A. 96.
i. q. *ex hac re.* bellorum causam hinc sumsit. A. 10. invidiam hinc maxime movit. C. 78. hinc maxime motus. Ner. 22. ne non hinc quoque — invaderet. Ner. 38.
*de tempore.* hinc Urbe repetita. C. 35. conversus hinc. C. 40. orsus hinc. Ner. 9.
*Hiems.* hieme tota. A. 16. hieme — aestate. A. 72. 82. hieme anni. C. 35. hieme initioque anni. Galb. 14.
*Hibernus.* hibernis mensibus. C. 4. A. 24. in hibernos aestivosque menses. Cl. 23. hiberna. A. 17. hiberna legionum. Vesp. 6. duarum legionum hiberna. Dom. 7. apud hibernas legiones. Cal. 8. i. q. in hibernis legionum. hiberna et aestiva. A. 49.
*Hiemare* in Urbe. A. 72.
*Hieronicae.* ne cujus alterius hieronicarum memoria aut vestigium exstaret usquam. Ner. 24. albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos hieronicarum est. Ner. 25.
*Hilaris.* securum hilaremque dimisit. Dom. 11.
hilare prosecutus. Ner. 34. pro: *hilariter*, Graeco usu.
hilarius avidiusque vescenti. Cal. 18.
*Hilaritas.* nullo genere hilaritatis abstinuit. A. 98. omni

comitate ad hilaritatem et jocos provocavit. Cal. 27. ut — ad hilaritatem homines provocaret. Cl. 21.

*Hinc.* v. *Hic.*

*Hinnitus.* Asturconem — hinnitus edere canoros. Ner. 46.

*Hinnulus.* hinnulo videas strigosiorem. Horat. v. Oudend.

*Hircus* vetulus. T. 45. (de Tiberio.)

*Hirsutus.* hirsuto atque olido seni. T. 45. hirsutus cetera. Cal. 50.

*Historia.* scribere historiam. C. 56. Cl. 41. Rh. 3. multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Galb. 3. historiam componere. Gr. 10. historiae operam dare. Dom. 20. — historia naturalis. Plin. — fabularis. T. 70. (mythologia.)

historiae. A. 89. quamvis ipse in historiis suis prodat. Cl. 21. et Graecas scripsit historias. Cl. 42.

*historiae* opponuntur *fabulis.* Rh. 1.

quem propter antiquitatis notitiam — quidam *Historiam* vocabant. Gr. 20.

*Historicus.* T. 61.

*Histrio.* Cal. 54. Vit. 12. Juven. Datus, Atellanarum histrio. Ner. 39. Paris histrio. Ner. 54.

Aug. coercitionem in histriones, magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam, ademit, praeterquam ludis et scena. A. 45. histrionum licentiam compescuit. ibid.

capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegavit. T. 37.

interdixit histrionibus scenam. Dom. 7. (cf. *Martial.* 9, 84.)

quidam histrionum, producti olim. Cl. 21.

acroamata et histriones. A. 74.

omnium linguarum histriones. C. 39. A. 43. v. Casaub. ad C. 39.

*Hodieque.* T. 14. Cl. 19. Galb. 1. Tit. 2., quibus locis legitur fere *hodie quoque* ex interpretatione. Sequenda tamen codd. auctoritas. v. Burm. in Addend. ad Cl. 19., interpr. ad *Liv.* 1, 26. et 5, 27.

*Homo.* plebejo homini. T. 2. alicujus Gallicani hominis. Vit. 18. quicquid in Urbe hominum Gallicanorum esset. Ner. 43. homines adolescentuli. Rh. 1. homine sibi affini. Cl. 4. homine docto. Ter. 4. e plebe homo. Cl. 13. e plebe homines. A. 51. sordidissimi homines. Cl. 5. sanos homines. C. 56. doctissimi homines. Rh. 2.

unus homo nobis vigilando restituit rem. T. 21.

simul *hominis* nomen incessens, veteremque *partium* fortunam. T. 57. (nos: *des Mannes selbst, der Person.*) an *homines* — absumeret. Cl. 21. in nonnullis libris. Vulg. *omnes.*

quam membra — *hominis* tracta per vicos — vidisset. Cal. 28. h. e. *hujus viri.*

nudi hominis cervicem inseri furcae. Ner. 49. neminem hominem. Ner. 29. —

*homines* i. q. genus humanum. populum Rom., vel dicam, hominum genus. Cal. 13. de quo loquerentur homines per terrarum orbem. Dom. 16. — *homines* opp. *rebus.* Cal. 40.

nostr. *die Leute, die Menschen.* ne homines sitirent. A. 42. abstinuit congressu hominum. A. 65. commercio hominum frui. T. 50. quum adhuc favorem hominum captaret. T. 57. incendebat studia hominum. Cal. 15. apud hominum gra-

tiam praevalere. Ner. 33. ad retinendum ceterorum hominum studium et favorem. Vit. 15. quo contemtius abuteretur patientia hominum. Dom. 11. quod genus hominum. T. 70. implorantes hominum fidem. T. 75. convertisse hominum oculos. Cal. 35. ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet. Cal. 60. quaqua iret, convertit homines. Tit. 5. capiebat homines. Gr. 23. in ceteris desideriis hominum. Tit. 8. Al. *omnium.* nullus a poena hominum cessavit dies. T. 61.

creditur polyphago cuidam — concupisse vivos homines laniandos — objicere. Ner. 37. triginta hominum millibus — operantibus. Cl. 20. ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum. C. 39.

*Homuncio.* saepe inter alios jocos — homuncionem lepidissimum appellat. Horat.

*Homicidium.* ob homicidii suspicionem. Cl. 26.

*Humanus.* pedibus prope humanis. C. 61. species humana amplior. Cl. 1. genus humanum. Galb. 9.

*Humanitas* i. q. *benivolentia*, Gr. φιλανθρωπία, unde quicquid ad officia non hominum tantum, sed cultorum maxime, eorumque consuetudinem pertinet, nostr. *Artigkeit*, *Höflichkeit*.

quod ipse in appellandis venerandisque — prope excesserat humanitatis modum. T. 29. Juliae — tantum afuit, ut — officii aut humanitatis aliquid impertiret. T. 50.

i. q. *eruditio*, Gr. παιδεία, institutio homine ingenuo digna. v. *Gell.* 13, 16. — si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem. Gr. 14. (ex *Cic.* ad Att. 12, 26.)

*Honestus* etc. v. infra post voc. *Honor.*

*Honor.* coronas, quae honore praecellerent. A. 25. quasi solatio et honore aliquo poenam levaturus. Galb. 9. Senatus honore rarissimo — prosecutus est eum. Oth. 1. mentito — exsul honore. Oth. 3. grammatica Romae ne in usu qu. olim, nedum in honore ullo erat. Gr. 1.

certamen gymn. honori suo institutum. A. 98. qui honorem — decerni sibi passus esset. T. 58.

novo — genere honoris. T. 9. ut a se per speciem honoris dimitteret. A. 65. nihil honoris adjiciet mihi Patr. P. appellatio. T. 67. iterare honorem. Cl. 17. civitatis Rom. vulgari honorem. A. 40. tam magno aestimare honorem coenae suae. Cal. 39. quod se honore coenae dignatus esset. Vesp. 2. ambobus communem sepulturae honorem tribuit. A. 17. defunctum nullo, praeterquam consecrationis, honore dignatus. Dom. 2. proximum a Dis immort. honorem memoriae ducum praestitit. A. 31. memoriae Dom. patris honores maximos habuit. Ner. 9.

matrem — honore omni et potestate privavit. Ner. 34.

citra honorem verborum. A. 66.

*honores* (*Auszeichnungen*, *Ehrenbezeugungen.*) ex omnibus decretis sibi a Senatu populoque honoribus. C. 45. maximis honoribus praemiisque auctam remisit. C. 52. honores nimios recepit. C. 76. quem honorem a Nerone destitutum abolitumque recepit mox per Vespasianum. Cl. 45. insignem honorem recipere publice. T. 50. adhibito honoribus modo. A. 100. honorum satietatem praetendens. T. 10. ex plurimis maximisque honoribus praeter paucos et modicos non recepit. T. 26. ne mox — impar tantis honoribus inveniretur. T. 67. ne quid

de honoribus suis ageretur. Cal. 48. nimios honores recusavit. Cl. 12. oblatum a Senatu novum et excogitatum honorem — recusavit. Dom. 14. ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus. Ner. 8. triumphus ei decretus est, multique et magni honores. T. 17. divinos honores decernere alicui. Cl. 11. in Urbe — abstinuit hoc honore. A. 52.

*honor* i. q. *magistratus*, nostr. *Ehrenstelle.*

sine censurae honore. A. 27. negante eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut praesentes honori acquiescerent. T. 31. inito honore. C. 20. T. 32. honore abiit. A. 26. deposito honore. A. 36. repentina Consulis morte cessantem honorem. C. 76. paene honore summotus est. Cl. 9. Consules ante tempus privavit honore. Ner. 43. ad honorem pati pervenire al. C. 23. honorem gerere. A. 37. Cl. 4. honorem praeturae urbanae suscepit. Dom. 1. tribunatu mil., qui primus Romam reverso — honor obtigit. C. 5. in honore ipso. Ner. 35. h. e. quum adhuc Consul esset. — amplissimi honores. C. 72. Ner. 3. v. *Amplus.* summi honores. A. 2. Cal. 26. Rh. 1. urbani honores. Oth. 1. (Opp. *proconsulatus Africae et extraordinaria imperia.*) petenti honores. Cl. 5. honores auspicatus. Cl. 7. honores largiri. Cl. 29. nullos non honores ad libidinem cepit et dedit. C. 76. fungi honor. v. *Fungi.*

*magistratus* atque *honores* distinguuntur. A. 26. ubi *magistr.* sunt legitimi, *honores* partim extraordinarii, partim novi. — honoribus ante legitimum tempus initis. Galb. 6. —

Nero admissis in Curiam a prioribus Principibus libertinorum filiis honores denegavit. Ner. 15. — petitio honorum. C. 28.

*Honorare* i. q. *honore* s. *praemio afficere.* nec parcior in bellica virtute honoranda. A. 38. quo non pro merito certantium quemque honorarit. A. 45. in memoria honoranda. A. 100.

*c. ablat.* T. Vinium — equestri dignitate honoravit. A. 27. Al. *decoravit.* v. Oudend.

familia dictatura etiam ac magisterio equ. honorata. T. 3. triumphalibus ornamentis honoratus. T. 9. Al. *ornatus.* quos decreto quoque Sen. non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libens passus est. Cl. 28. v. Oudend. et not. nostr. natalem suum — vix unius bigae adjectione honorari. T. 26. defunctum Sen. publico funere honoravit. Vit. 3. quaestura honoratus. Lucan.

familia vetere et honorata. Oth. 1.

*Honorarius.* exercitus honorarium ei tumulum excitavit. Cl. 1. κενοτάφιον. honorarii ludi. A. 32. sunt a magistratibus honores ineuntibus editi, et opponuntur *publicis.* v. not.

*Honorificus.* honorificentissima decreta. C. 78.

*Honorifice* salutare al. A. 13. excipere. Cal. 35.

*Honestus* pr. est *cum honore conjunctus*, *honore dignus.*

honestus exitus. Cl. 1. (nostr. *ehrenvoll, rühmlich.*) Foro operam dedit, honestam magis quam assiduam. Tit. 4.

unde i. q. *nobilis*, quum de externo tantum honore sermo sit.

honesto genere orta. Vesp. 1. h. e. honoribus insigni. multos honesti ordinis. Cal. 27. (nos: *angesehene Personen.*) necubi honestorum deficeret copia — equestrem militiam

petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat. A. 46. (ubi patet, *honestatem* esse in honoribus publicis.)

honestissimus quisque. Ner. 12. Vesp. 9. Rh. 3.

virgo honesta. Galb. 9. h. e. honesto genere orta.

facies honesta. T. 68. h. e. decora, quae generis nobilitatem ostenderet.

*Honeste* natus. A. 43. h. e. honesto genere.

quo honestius caderet. C. 82. h. e. sine dedecore.

*Honestas* i. q. animus liberalis (Gall. *honneteté.*) tanta eum honestate praeditum, ut — proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. Gr. 13.

*Hoplomachus.* hunc — Threci et mox hoplomacho comparavit. Cal. 35. v. *Lips.* Saturn. 2, 11.

*Hora.* quatuor, quibus in conspectum venit, horis. C. 35.

honorem in paucas horas petenti dedit. C. 76. post paucissimas noctis horas. A. 6. secundum consul. paucissimis horis gessit. A. 26. eam — paucissimis vidit horis. T. 51. septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas. A. 78. neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat. Cal. 50. alea se oblectabat — etiam matutinis horis. Dom. 21. postmeridianis horis admittere solebat (discipulos.) Gr. 24. — post horam primam noctis. A. 76. quacunque vel noctis hora. T. 18.

eodem die horaque nona. C. 20. hora diei nona. A. 100. horas requirenti pro quinta — sexta nunciata est. Dom. 16.

hora partus. A. 94. mortis. Dom. 14. sub horam pugnae. A. 16. ad praedictam coenae horam Cl. 8. ad ipsam horam. Dom. 17. ad horam somni. Dom. 21. — illud horae. Ner. 26. — nondum adesse fatalem horam. Ner. 49.

ad epistolas omnes horarum quoque momenta — addebat. A. 50. v. not.

mori jussis non amplius quam horarum spatium dabat. Ner. 37. quotidie secretum sibi horarum sumere solebat. Dom. 3. Utroque loco al. *horarium*, quod esset *unius horae*, quum illud sit: *aliquot horarum.* Sed vox est valde dubia, quamquam justae analogiae, ut monet Wolf. ad Dom. l. c. v. Oudend.

omnium horarum amicos professus. T. 42. illa ejus quotidiana et plane omnium horarum et momentorum erant. Cl. 40.

*Horarium* spatium, secretum. Ner. 37. Dom. 3. v. *Hora.*

*Hordeum.* cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. A. 24.

*Hordearius.* hunc eundem M. Coelius *hordearium rhetorem* appellat. Rh. 2.

*Horreum.* horreis praeclusis populo famem indixit. Cal. 26. quaedam horrea circa domum Auream. Ner. 38.

*Horror.* quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur. A. 6. exstantibus rigentibusque oculis ad horrorem formidinemque visentium. Ner. 49.

*Horridus.* vultum natura horridum ac tetrum. Cal. 50.

*Hortari* al. *ad aliquid.* ultro ad deditionem hortatus. C. 63. hortanti se ad alterum matrimonium. Dom. 10. — *simplic.* hortantibus amicis. A. 10. Vesp. 7. ut eos — hortaretur. Cal. 53.

sequ. *ut.* ceteros principes viros saepe hortatus est, ut — Urbem adornarent. A. 29. hortatus est, ut cresceret. Cl. 43. ut Reip. subveniret, hortantis. Vesp. 6. Oudend. defendit *optantis*, quem v. de utriusque voc. permutatione.

sequ. *ne.* ne deficeret, hortante. Vit. 15.

omisso *ut.* hortatur et monet, imitetur. A. 3.

*c. infin.* Chariclem — remanere ac recumbere hortatus est. T. 72.

*Hortus.* populo hortos circa Tiberim publice — legavit. C. 83. quum cognovisset, sub Kal. Jul. demigrasse in hortos. T. 35. ad proximos naumachiae hortos subvectus est. T. 72. in privatis ejus hortis Aureliae viae. Galb 20. horti Maecenatiani. T. 50. Lamiani. Cal. 59. Serviliani. Ner. 47. modo in hortis et suburbano, modo in Camp. secessu delitescens. Cl. 5. hortorum custodes. Cal. 59. monumentum — impositum colli hortorum. Ner. 50. al. *colle hortulorum.*

*Hortulus.* illos custodis videt hortulos Priapi. Gr. 11. h. e. hortulos, quibus Priapus custos. — hortulorum. Ner. 50. sec. nonnullos.

*Hospes.* Rhodiensem hospitem, quem famil. literis Romam evocarat. T. 62. ab hospite conditum oleum pro viridi appositum. C. 53. ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. ibid.

*Hospitium.* hospitio patris ejus, sicut consuerat, uti perseveravit. C. 73.

*hospitia* i. q. conclavia amicorum, qui alicujus hospitio utuntur.

ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. Ner. 47.

*hospitia militum,* habitationes in aedibus civium, nostr. *Quartiere.*

praetor. cohortes, vagae ante id tempus et per hospitia dispersae. T. 37.

*Hospitia.* quum immolanti aufugisset hostia. C. 59. quod sacrificanti hostia aufugerat. Tit. 10. — pluribus hostiis caesis. C. 81. quum augeri hostias imperasset. A. 96. v. *Augere.*

excogitatissimas hostias instituit (numini suo.) Cal. 22. hostiae erant phoenicopteri, pavones etc. ibid.

scribunt quidam, trecentos — hostiarum more mactatos. A. 15.

*Hostiarius.* v. *Ostiarius.*

*Hostis.* hostem fundere, castris exuere. C. 60. fugientes in hostem convertere. C. 62. hoste mox devicto. Cal. 1. hostem frequenter caesum — non prius destitit insequi. Cl. 1. vicinus et praevalens hostis. T. 16. urgenti terra marique hosti. Vit. 15. eruptione hostium subita. C. 64. quum subita eruptione hostes omnem rei div. apparatum abstulissent. A. 96. quum hostis in proximo esset. C. 65. si cunde hostis appareat. Cal. 51. adesse hostem. Cal. 45. hostem appropinquare. Vit. 16. optime olere occisum hostem. Vit. 10. quoties hostem vel insidiatorem ultus esset. Cl. 42. — necdum plane *inimicus* aut *hostis.* A. 69. Sejano hoste tunc suspecto. Cal. 12. v. Oudend.

intra moenia copiosissimi ac sollertissimi hostis. Cal. 35. ne spolio potiretur hostis. C. 64. patientia et pertinacia hostis. C. 68. imbelle genus hostium. C. 35. per stationes hostium. C. 58. subita hostium incursione. C. 55. nunciata repente

hostis incursione. A. 1. concursu hostium. A. 91. quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis. Oth. 9. dedendum eum hostibus. C. 24. —

denunciante Pompejo, pro hostibus se habiturum, qui Reip. defuissent. C. 75. censuit hostium numero habendos. Ner. 2.

hosti judicato. A. 17. judicatos hostes fama necavit. T. 54. se hostem a Senatu judicatum. Ner. 49. hostem publicum appellantes. Cal. 28.

*Hostiles* copiae. C. 66. multitudine hostilium sagittarum. C. 68.

*Hostiliter*. Lusitan. oppida — diripuit hostiliter. C. 54.

*Humanus*, *Humanitas*. v. *Homo*.

*Humare*. caesorum reliquias — uno tumulo humaturus. Cal. 3. humatus et conditus est. Horat.

*Humere*. humentibus naribus. Cl. 30. Ruhnken. conj. *tumentibus*. exprimere humentes spongias. Vesp. 16.

*Humerus*. transfixus femore et humero. C. 68. latus ab humeris et pectore. T. 68. dexteriore humero. Cl. 7. ab utroque humero togam apprehendit. C. 82. — Senatorum humeris delatus in Campum. A. 100. quum deportandum Romam corpus Aug. humeris suis a Consulibus exposcerent. Cl. 6. humum — humeris extulit. Ner. 19.

innixus humeris familiarium. Ner. 43.

*Humus*. primus rastello humum effodit, et corbulae congestam humeris extulit. Ner. 19.

*Humi* cubare. C. 72. stratum humi. T. 60. in stadio humi assidens. Ner. 53.

*Humilis*. humili levique maceria. Ner. 33. matre humili. Oth. 1. humillimi. T. 76. humillimae preces. Lucan.

*Humilitas* generis ac nominis. Vesp. 4.

*Hybrida*, a parentibus diversarum gentium ortus. A. 19. Al. scrib. *Ibrid*. v. Gesner. in thes.

*Hydraula*, qui *hydraulo* s. *organo hydraulico* canit. Ner. 54.

*Hydraulica* organa. Ner. 41.

*Hypocrita*, histrio, qui saltabat vel gesticulabatur ad alius declamationem. Ner. 24. v. Gronov. ad *Liv*. 7, 2. ibi excit.

# I.

## a) *I vocalis*.

*Ibidem* statim. A. 39. detrahi et ibidem solo affligi. Dom. 23.

*Icere*. cum regibus foedus in foro icit. Cl. 25.

*ictus* partic. dextrum genu lapide. A. 20. domus fulmine icta. A. 29. Juliae monumentum fulmine ictum est. A. 95.

ictus nidore prandii. Cl. 33. Al. *victus*, male. v. Oudend.

*Ictus* subst. ictu fulminis. A. 97. lapidis ictum genu excipere. Vesp. 4. ipsam quoque ictu calcis occidit. Ner. 35. taurus securis ictu consternatus. Galb. 18.

duod. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus. Tit. 5.

non temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animadverti passus est. Cal. 30. minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. Vit. 17. centum et viginti ictibus scuto perforato. C. 68. ad primum ictum. C. 82. quum par quoddam mutuis ictibus concidisset. Cl. 34. uno se trajecit ictu. Oth. 11. ita quarundam (ferarum) capita figentem, ut duobus ictibus (sagittarum) quasi cornua efficeret. Dom. 19.

*Iconicum* simulacrum, quo figura vivi exprimitur. Cal. 22. v. not. et Harduin. ad *Plin.* H. N. 34, 4. 35, 8.

*Icuncula* puellaris. Ner. 56.

*Id*, *Idcirco*, *Idem*, *Ideo*, *Identidem*. v. sub voc. *Is*.

*Idoneus*. idonea materia triumphorum. C. 22. nullo idoneo (ad militiam) respondente. Ner. 44. quicquid fatid. librorum — nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur. A. 31.

*Idus*. Idibus Martiis. C. 80. non ultra Martias Idus. C. 81. quod — Idus Martiae adessent. ibid. Idus Martias parricidium nominari placuit. C. 88. trecentos — ad aram D. Julio exstructam Id. Martiis hostiarum more mactatos. A. 15. Capitolium Capuae Id. Martiis de coelo tactum est. Cal. 57.

Idibus Septembribus proximis. C. 83. quinto Idus Julias. Vesp. 6.

ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur, Kalendis et Idibus. A. 35. v. not.

*Igitur* (Scheid. ad Sanct. p. 655. explicat εἴγε τὸ ἄρ pro ἄρα) initio. C. 19. A. 32. al. interrogatus, cur igitur sequ. C. 74.

*Ignarus*. ignarum rei. A. 98. Latini sermonis ignarum. Cl. 16. ignar. sortis suae. Dom. 14.

ignarus sequ. acc. c. inf. Cl. 24.

ne quasi ignaram fallere videretur. Galb. 3. puerum haud ignarus obtrivit. Ner. 5.

ignaros, quanta bellua esset imperium. T. 24.

insciens plerumque et ignarus. Cl. 29.

*Ignavia*, Gr. ῥαθυμία, μαλακία. quasi pertaesus ignaviam suam C. 7. parricidia et caedes et ignaviam et luxuriam objicientis. T. 66. (*Unthätigkeit.*)

eorum, qui secuti non essent, timiditatem et ignaviam corripuit. Cal. 45.

*Ignis*. diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret. Cl. 21. Al. *vi*. v. Burm.

Forma *igni* praeferenda etiam videtur Cal. 2. „ut tinctum veneno igni confici nequeat.“ et Cal. 27. „media Amphith. arena igni cremavit.“ v. Oudend.

immisso per obscoena igni. Dom. 10. ubi libri: *igne*; nisi forte usus formam *igni* induxit in nonnullis tantum locutionibus, ut: *igni ferroque*, *igni cremare* etc., in reliquis *igne* frequentavit. (v. *Liv.* 2, 10. cf. Drakenb. ad 1, 41. l. 4, 9. et l. 6, 33.) libertis servisque ejus ferro et igni — enectis. C. 75.

*ignes*. ut — arae sponte subitis collucerent ignibus. T. 14. turrim excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. Cal. 46. ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. Cl. 20.

*Ignobilis*. nec ignobilis femina. Vit. 3.

*Ignobilitas*. Cal. 25.

*Ignominia*. legionem totam cum ignominia missam fecit. C. 69. dec. legionem cum ignominia totam dimisit. A. 24. legatos

— cum ignominia dimisit. Cal. 44. Legato leg. ignominia notato. T. 19.

*de nota Censoris.* ex improbatis (Œquit.) alios poena, alios ignominia notavit. A. 39. olim ab. Aug. ignominia notato. T. 42. juvenem probri plenum — sine ignominia dimisit. Cl. 16. palam ademto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset. Cal. 16. (h. e. mores ignominia digni.) non sine auctorum ignominia. Dom. 8. — ad velandam ignominiam. T. 12. ad vexationem ignominiamque vitandam. T. 61. ignominiae causa post omnes interrogatus. Cl. 9.

*de clade bellica.* ignominia ad Orientem. Ner. 39. in ultionem ignominiae. Oth. 9. pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore. Vesp. 8.

*ignominiae.* pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit. A. 24. h. e. poenis ignominiosis. animadversionum et ignominiarum genera. T. 19.

i. q. *clades.* graves ignominias cladesque duas omnino accepit. A. 23. ubi *clades* calamitatem tantum atque caedem, *ignominiae* dedecus cum ea conjunctum significant.

*Ignominiosus.* ignominiosis (h. e. ignominia notatis) notas demsit. Vit. 8.

*Ignoro.* ne illud quidem ignoro. T. 21.

ignorabatur. Vit. 17. h. e. ignorabant, ubi esset Vitellius.

*Ignorantia* (*Unbekanntschaft.*) per ignorantiam locorum. Galb. 20. Ita *Tac.* A. 1, 59. *ignorantia imperii Romani* h. e. quod imp. Rom. non nossent.

quum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent. Cal. 41. h. e. quia scriptam aliquam legem non norant homines. *Dio:* ἀγνοοῦντες τὸ κεκωλυμένον ἢ κεκελευσμένον. v. tamen not. ad h. l.

*Ignoscere.* quibus nondum ignoverat. C. 75. qua ignosceretur iis. A. 33. ignoscas, rogo, si sequ. T. 29.

*Ignotus.* Britannos, ignotos antea. C. 25. ignota tunc adhuc Caesarum potestate. T. 14. ignotus adhue. Gr. 9. quem ignotum adhuc plerisque. A. 94. ex ignoti testamento. A. 66. ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit. T. 42. quorundam et ignotorum favore. Vesp. 6.

*ignotus* act. i. q. *ignarus*, sec. aliquot edd. Galb. 3. ne quasi ignotam fallere videretur. v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 36, 43, 7.

*Ilex.* veterrimae ilicis ramos. A. 92.

*Illacrimare.* ceterum et illacrimavit, et vicem suam conquestus est. A. 66.

c. *dat.* justis suppliciis illacrimavit etiam et ingemuit. Vesp. 15.

*Illaesus.* illaesa valetudo. T. 68. illaesum corpus. Cl. 16.

*Illatus*, v. *Inferre.*

*Ille.* illo ipso die. Cal. 57. — illud plane qu. salubriter. Cl. 91. Sequ. narratio: *quum* sequ. M. Favon., *ille* Catonis aemulus. A. 13. h. e. notus ille, ut Gr. ἐκεῖνος.

*ille et ille*, ὁ δεῖνα, *der und der.* C. 41. v. Gesner. et Heusinger. ad *Plin.* ep. 6, 20, 15. —

*illud horae* h. e. illa hora. Ner. 26. *illud aetatis* h. e. illa aetate. Galb. 14. v. Gronov. et Burm. ad h. l., Drakenb. ad

*Liv.* 10, 24, 6. cf. quae sub voc. *Genus* dixi de accusat. absoluto: *id genus,* et similibus.

*illas* et *alias* in libris permutantur, v. Burm. et Oudend. ad Galb. 1.

*Illico,* pr. *illo loco,* unde i. q. *statim,* C. 82. Cal. 51. Ner. 32.

*Illecebrae,* illecebris Agrippinae — pellectus in amorem. Cl. 26.

*Illidere,* ut — caput interdum foribus illideret. A. 23. filia parieti illisa. Cal. 59. scyphos — solo illisit. Ner. 47.

*Illinere,* illitis galbano facibus. Galb. 3.

*Illucescere,* nocte, cui illuxit dies. C. 81. Gr. ἐπιλάμπειν.

*Illudere,* Gr. ἐμπαίζειν. velut iterim illudens discrimini publico, T. 2.

feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quanto opere solitus sit illudere. T. 45. (adjuncta obscoenitatis significatiore. v. Drakenb. ad *Sil.* 8, 473.)

*Illustris,* Gr. ἐπιφανής, *de generis vel muneris nobilitate* dicitur. cum illustrioribus provinciarum. C. 48. quorundam illustrium exsequias. T. 32.

feminae illustres. T. 45. non temere ulla illustriore femina abstinuit. Cal. 36. —

*de fama* nominis et rerum gestarum. statuas virorum illustrium. Cal. 34.

*Illustrare,* illustrem facere. familiam illustravit Serv. Galba consularis. Galb. 3.

*Imago.* M. Alexandri. C. 7. (in Herculis templo Gaditano.) in sigillo Augusti. A. 50. assimilis Vespasiano imago. Vesp. 7. illorum coronis inerat et ipsius imago. Dom. 4. vetuit posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi se consulto et auctore, poni. Cal. 34. sicut apparet et statuarum et imaginum ejus multitudine. Tit. 4.

quod solae nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. T. 48. Sej. imagines aureae. T. 65. Narcissi et Pallantis imagines aureae. Vit. 2.

statuas atque imagines, nisi permittenti se, poni sibi prohibuit. T. 26. manebant imagines a civitatibus ei positae. Vesp. 1. imagines statuasque ejus reponi passus est. Oth. 7. imagines praetextatae (Neronis). Ner. 57.

Artabanus — Caesarum imagines adoravit. Cal. 14.

propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam plurimis imaginibus. Galb. 10.

Virgilii ac T. Livii scripta et imagines (in bibliothecis). Cal. 34. scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit. T. 70. —

subvertere alic. imagines et statuas. T. 13. subverti et unco trahi abjicique in latrinas omnium (hieronicarum) statuas et imagines imperavit. Ner. 24. clipeos et imagines ejus coram detrahi, et ibidem solo affligi jub. Dom. 23. —

Quum inde ab aedilitate curuli Romanis jus competeret, imaginem in atrio collocandi, *imagines* saepe pro ipsis *majoribus* dicuntur, quorum imagines erant in alicujus atrio.

multis in familia senatoriis imaginibus. A. 4. sine ullis majorum imaginibus. Vesp. 1. quod in vetere gentili stemmate C. Cassii retinuisset imaginem. Ner. 37. ubi v. Oudend. imagines et elogia universi generis exsequi longum est.

Galb. 3. si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Caesarum insererent. Cal. 23.

*imago* i. q. *species*, *simulacrum* (nostr. *Darstellung*, *Abbildung*).

ad imaginem bellicam. Cl. 21. cf. *Simulacrum*.

parietes phengite lapide distinxit, e cujus splendore per imagines, quicquid a tergo fieret, provideret. Dom. 14. ut, quocunque respexisset, ibi (speculato cubiculo) imago coitus referretur. Horat.

i. q. *species*, *spectrum*, Gr. εἴδωλον (nostr. *Bild*, *Erscheinung*).

ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. A. 94. quies pavida miris rerum imaginibus. Cal. 50.

*Imaginaria* militia. Cl. 25. h. e. non vera mil., sed quae imaginem militiae haberet et pro vera militia alicui imputaretur.

*Imaginari*, aliquid per somnium videri. C. 81.

*Imaguncula* puerilis. A. 7.

*Imbecillus*. digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat. A. 80.

*Imbecillitas*, ἀσθένεια (*Unpäſslichkeit*, *Kränklichkeit.*) imbecillitate Augusti nunciata. T. 11. — *Schwäche*. causatus senium cujusque et imbecillitatem. Cal. 44. excusante Tiberio imbecillitatem ejus. Cl. 6. *imbecillitas* et *mollities* jung. Gr. 14.

*Imbellis*. de tam imbelli genere hostium. C. 35.

*Imber*. seu sol, seu imber esset. C. 57. — inter maximos imbres. Ner. 33. Dom. 4.

*Imberbis*. Lupercalibus vetuit currere imberbes. A. 31.

*Imbrex*. inter plausuum genera, a Nerone excogitata, memorantur *imbrices*. Ner. 20. (ad similitudinem crepitantis super tegulas pluviae. Casaub. *Imbrex* enim est *tegula*. Ita *Plaut*. Mil. 2, 6, 24. jungit *imbrices et tegulas*.)

*Imbuere*. imbutus et musica. Ner. 20. quasi non perfunctum literis, sed imbutum. Gr. 4.

*Imitari*. exemplum. C. 68. A. 34. alic. motum, incessum, habitum. Cl. 4. voces, ejulatus. Ner. 29. chirographum. A. 64. Tit. 3. admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. C. 75. imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. A. 3.

nostr. *nachmachen* (per jocum et ludibrium). imitans, ut est mos, facta ac dicta vivi. Vesp. 19. imitando per jocum irridet. A. 86.

*Immanis*. i. q. *ingens*, nostr. *ungeheuer*. immanes belluae. A. 72.

*ferus*, *atrox ultra humanitatem*. immanissima facta. Cal. 29. initio statim tumultus multa et immania, verum non abhorrentia a sua natura, creditur destinasse. Ner. 43. (*entsetzliche*, *gräſsliche Vorsätze fassen.*)

*Immanitas*. prodita immanitate naturae. Ner. 7.

religio dirae immanitatis. Cl. 25. (ob victimas humanas.)

*Immaturus*. infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. A. 63. consilium immaturum. A. 8.

immaturae puellae. T. 61. — immaturus obitus. Cal. 8. ἄωρος θάνατος, πρόωρος μοῖρα. v. Schaefer. ad *Plin*. ep. 5, 5, 4.

*Immaturitas* sponsarum. A. 34.
*Immemor* sequ. acc. c. inf. Cal. 57.
*Immensus.* ex immensa diffusaque legum copia. Cal. 44. immensis pretiis vendere al. Cal. 39. immenso emere. Cal. 39. (38. ed. vulg.)
vocis immensae. A. 43. — cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit. C. 52.
*Immerens.* eripi sibi vitam immerenti. Tit. 10.
*Immerito.* non immerito. (*mit Recht.*) C. 55. Cal. 10. 51. Ner. 13.
*Imminere* i. q. *instare*, *impendere* (nostr. *drohen.*)
metus undique imminentium discriminum. T. 25. periculum, quod imminere ipsi — portenderetur. Cl. 29. imminere ambobus periculum. Tit. 9. imminentes undique insidiae. C. 86. unde simpl. *immanentia.* taedio praesentium, et immanentium metu. Vit. 15.
suo (principatui) oblivionem imminere. Cal. 31.
Germaniam et Britanniam, quibus imminebat. Cal. 19. h. e. bellum meditabatur.
unde omnino *de cupiditate*, qua aliquid quaeritur. quod imminere emtioni publicanos videbat. A. 24.
*Imminuere.* satis majestatem ejus imminui. A. 37.
*Immiscere.* immixtis interdum frigidis et arcessitis jocis. Cl. 21.
*Immitis.* asper et immitis. T. 59. arrogans, profusus, immitis. Ner. 4.
*Immittere.* immisso Tribuno mil. Cal. 23. cohortem per diversas portas in oppidum immisit. T. 37. immisso equite. Galb. 12. feris in populum immissis. Ner. 43. —
*de rebus.* immisso in Lucrin. et Avern. lacum mari. A. 16. immisso per obscoena igne. Dom. 10. toxico immisso per clysterem. Cl. 44.
*Immo.* non minora — immo majora etiam indicia fuerint. C. 63. nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem. A. 65. permissa, immo exacta jocandi licentia. A. 98. haud negatura, immo etiam gloriatura. Tit. 10. nec eo minus, immo vel magis. Rh. 5. (*Plutarch.* Ages. 29. οὐχ ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον.) immo, inquit. Ner. 38. immo e diverso. Dom. 9.
*Immobilis.* jacuisse diu immobilem. T. 73. — pietatis immobilis erga Principem. Vit. 3.
*Immoderatus.* tam immoderatae linguae fuit. Lucan. (nostr. *ungezügelt.*) luxuriae immoderatissimae. Ner. 51.
*Immoderate.* immoderatius perseveranti. C. 14. ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur. C. 20.
*Immodeste* missionem postulantes. A. 24.
*Immodicus.* continuae et immodicae tempestates. A. 47. (*Ovid.* ep. ex P. 3, 1, 14. *immodicum frigus.* Ita Gr. ἄμετρον θάλπος, ψύχος simil.)
inter immodicas ac novas populi acclamationes. C. 79.
in coercendis delictis vel immodicus. Galb. 9. et quum verbis, tum rebus immodicus. Dom. 12. h. e. omnem modum excedens, ἀκρατής.
*Immolare.* immol. taurum Jovi. Cal. 57. quae (hostiae) generatim per singulos dies immolarentur. Cal. 22. ne boves immolarentur. Dom. 9.
*simpl.* immolanti. C. 59. A. 95. immolantem. C. 81.
*Immunis.* ab omni onere immunes. Cl. 25.

duo millia jugerum — Sexto Clod. rhetori assignasti, et quidem immunia sc. ab oneribus publicis, vectigalibus etc. Rh. 5.

*Immunitas.* civitatem negavit, immunitatem (sc. a tributis) obtulit. A. 40. civitatibus veteres immunitates ademtae. T. 49. immunitates donare. Galb. 15.

*Immutare.* ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret. T. 42. suppositos aut etiam palam immutatos — codicillos. Cl. 29.

*Impar.* optimatium conspirationi. C. 15. dolori. T. 23. militum ardori. Oth. 9. ne mox — impar tantis honoribus inveniretur. T. 67.

Threcem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat. Dom. 10.

*Imparatus.* inops ipse rerum omnium, atque imparatus. C. 35.

*Impatiens, qui pati v. tolerare aliquid non potest,*
moeroris impatiens. Cal. 24. morae. Cal. 51. secreti. Ner. 20. longioris sollicitudinis. Oth. 9. discidii. Dom. 9. laboris. Dom. 19. cujus (morbi) impatiens. Gr. 3. —
*vel tolerare non vult.* quasi ab impatientibus remediorum. T. 59.

*Impatientia.* quum Sil. impatientiam nauseae vitasset. Cal. 23. h. e. navigationem vitasset, quia nauseam tolerare non sustinebat.

*Impedire.* lectica, qua vehebatur, vepribus impedita. T. 60.
ne sic quidem impedire rem destitit. C. 14.

*Impedimenta* (Gr. τὰ σκεύη.) ut pontes calonibus et impedimentis stipatos reperit. Cal. 51. (T. 18. *vehiculorum onera.*) Graev. *jumenta* intelligit. Sane *impedimenta* erant *jumentis* imposita.

*Impellere.* impulsumque ab eo dextri pedis pollice. Cal. 57.
ad hunc impend. furorem etiam spe quadam — impulsus est. Ner. 31. ad spem imperii impulsum. Ner. 35.

*Impulsus.* impulsu olim quadrigae. Vit. 17. (*Stoſs.*) impulsu turbae. Galb. 18.

*Impulsor.* impulsore Chresto. Cl. 25.

*Impendēre.* ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet. Ner. 49.

*Impendĕre.* secessui quatriduum impendit. A. 98. (*auf etwas wenden.*)

Sestert. octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere. Cl. 9. (*aufwenden.*)

*Impensae.* ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet. C. 10. ludorum ac munerum impensas corripuit. T. 34. ad itineris impensas. Vit. 7. exhaustus operum ac munerum impensis. Dom. 12. quibus impensarum ratio constaret. Ner. 30.

impensâ matris ac vitrici. T. 7. publica impensa. Cl. 6. exigua impensa. Vesp. 18.

*Impensus.* tam suis, quam matris impensissimis precibus. T. 13. i. e. *maximis*, pr. *maxime impensis*, *adhibitis* ad rem efficiendam et impetrandam.

*Impense.* quamquam bibliothecas — impensissime reparare curasset. Dom. 20. h. e. *maximis impensis*, *sumtuosissime.*
tanto impensius petere sc. Cl. 11. h. e. *enixius.*

*Impendium* i. q. *impensa, sumtus.* triumphorum ac munerum impendia. C. 54. furor impendiorum. Ner. 31.

*Imperare.* i. q. *praescribere.* exemplar imperatae schemae. T. 43.

*imperata* i. q. *jussa.* quamquam nec imperata detrectarent. C. 54.

factum esse, quod imperasset. T. 22. Cl. 29.

*imper. c. accus. c. inf.* i. q. *jubere.* scurram — attractum ad se recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit. T. 57. gratulanti — lacerari os imperavit. T. 60. Liviam — ad se deduci imperavit. Cal. 25. Pinarium — coram confodi imperavit. A. 27. scrobem coram fieri imperavit. Ner. 49. conquiri et supplicio affici imperavit. Vit. 10. jugulari — imperavit. Vit. 14 hos partim subjici et venire imperavit, partim — avehi. Tit. 8. interfici sine mora, sed — sepeliri quoque accuratissime imperavit. Dom. 15. (Videtur crebrior hujus verbi usus apud scriptores aetatis Augustae ex ipso Imperatoris nomine et arbitraria Caesarum potestate, quae ex militia in civitatem transierat, venisse.)

*sequ. ut.* ut conchas legerent — imperavit. Cal. 46.

*c. conjunct.* omisso *ut.* imperasse traduntur, nunciaret. Ner. 1.

*imper. alicui aliquid* i. q. *dare jubere, imponere.* superatis pecunias et obsides imperavit. C. 25.

i. q. *imperium gerere, imperatorem esse,* nostr. *herrschen, regieren.*

ipsum quandoque imperaturum. Cl. 3. ex praescripto Augusti imperaturum se. Ner. 10. imperaturo contrariam esse (philosophiam.) Ner. 52. imperaturum eum, verum in senecta. Galb. 4. imperaturum quoque brevi. Oth. 4. illum quidem nullo modo, ceterum Titum — utique imperaturum. Tit. 2. ita demum firmiter ac diutissime imperaturum. Vit. 14. Vitellios — toto Latio imperasse. Vit. 1. h. e. *in toto Latio.*

*Imperium* i. q. *summa potestas militaris,* nostr. *Heerführer-, Feldherrnstelle, Commando,* Gr. *στρατηγία, ἡγεμονία.*

nactus extraordinarii imperii occasionem. C. 11. provincias cum imperio petituri. A. 29. novem annis, quibus in imperio fuit. C. 25. praesidibus provinc. propagavit imperium. A. 23.

quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari — placeret. T. 30. quia imperii tempus expleri coepisset. C. 26. captum imperii consuetudine. C. 30.

trium legionum curam et imperium Rufioni — demandavit. C. 76. curam imperii sustinuit expeditione Brit. Vit. 2. delatam sibi summam imperii. Ner. 3. quia ferebatur *ducatus et imperia* ludere. Ner. 35. —

ubi *imperia* et *magistratus* distinguuntur, *imperia* militiam et provincias, *magistratus* urbanos honores significant. v. not. ad C. 54.

neque in imperiis, neque in magistratibus. C. 54. (de *imperiis* deinde agit proxime usque ad voc. *provinciasque divideret;* de *magistr.* inde a verbis: *in primo consulatu.*) magistratusque et imperia capere. C. 75. qualis in imperiis ac magistratibus fuerit. A. 61. nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam. T. 12. (ubi *imperium* erat legatorum Caesaris, qui in provincias ibant ob belli gerendi rationem exercitibus instructas, *magistratus* eorum, qui honore

urbano functi in Senatus populique provincias, quietas illas, proficiscebantur.) coll. A. 47. „provincias, quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit.“ urbanos honores — et extraordinaria imperia. Oth. 1.

*imperium* i. q. *omnis ditio populi Romani* (*Herrschaft, Reich.*)

qui imperium populi Rom. ex minimo maximum reddidissent. A. 31. de tuendo ampliandoque imperio. C. 44. afuit a cupiditate, quoquo modo imperium — augendi. A. 21. augendi propagandique imperii voluntas. Ner. 18. translatis opibus imperii. C. 79. sedem ac domicilium imperii transferre. Cal. 8. pro majestate imperii. A. 29. magno dedecore imperii, nec minore discrimine. T. 41. rationes imperii. Cal. 16. rationarium imperii. A. 28. breviarium totius imperii. A. 101. reges socii, membra partesque imperii. A. 48. instrumentum imperii pulcerrimum. Vesp. 8. imperium orbis terrae. C. 61. ludi pro aeternitate imperii suscepti. Ner. 11.

i. q. *dignitas Imperatoris*, novo principatus nomine, per Caesarem ex militia in civitatem translato. cf. *Imperator*.

ad successionem imperii confirmare al. T. 55. successione imperii dignus. Oth. 4. haeres imperii. Cal. 24. recipere, deponere imperium. T. 24. capere. Cal. 16. Cl. 10. inire. T. 67. suscipere. Oth. 7. Vesp. 1. adipisci. T. 38. Cal. 13. Ner. 6. 20. Galb. 14. Vesp. 16. deponere. Cl. 36. amittere. Ner. 42. alicui destinare. Cal. 60. alic. dare. Dom. 13. gerere. Galb. 14. potiri imperio. Cal. 12. cedere imperio. Cl. 35. Ner. 34. Vit. 15. imperio stabilito. Cl. 11. confirmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit. Vit. 9. *summum*, sed serum *imperium* portendi familiae. Galb. 4. *summi* imperii signum. Galb. 8. ad spem imperii impulsum. Ner. 35. in spem imperii venit. Vesp. 5. de imperii spe confirmatus est. Tit. 5. affectatio imperii. Tit. 9. magnam partem imperii — administr. Vit. 12. consors imperii. Oth. 8. participem atque etiam tutorem imperii agere. Tit. 6. relictum se participem imperii. Dom. 2. super fiduciam imperii. Ner. 31. imperii initio. Dom. 20 (nostr. *Regierung.*) circa initia imperii. Cl. 7. inter initia imperii. Ner. 22. primis imperii diebus. Cl. 35. primo imperii die. Ner. 9. primo imperii anno. Rh. 1. per totum imperii tempus. Vesp. 8. in imperio Tit. 1. Oppon. *privatus.* — ignaros, quanta bellua esset imperium. T. 24.

*Imperator.* vetere sensu *summus dux belli*, quo nomine exercitus post insignem victoriam ducem salutare solebat.

ut ceteri quoque Imperatores ab exercitibus discederent. C. 29. Imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit. Ner. 2.

Imperatore Antonio honorifice salutato. A. 13. ut in gratulatione Imperatorem eum consalutaverint. Tit. 5. v. not.

*praenomen Imperatoris* novo honore Caesari impositum. C. 76. atque inde a Principibus usurpatum, ut summum rei militaris imperium significarent. v. not. ad C. l. c. praenomen Imperatoris Tib. recusavit. Cl. 26. praenomine Imper. Claudius abstinuit. Cl. 12. Imperator consalutatus. Ner. 8. 13. Galb. 10. Oth. 6. Vit. 8. ab eodem, verum jam Imperatore. Vesp. 5. consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris. Vesp. 6. Imperatorem stantem mori oportere. Vesp. 24. id de Imperatore Romano praedictum. Vesp. 4. medius inter utrius-

que filios exstitit Imperator. Galb. 6. displicere Imperatorem in Hispania factum. Galb. 16. appellatum Imperatorem. Vit. 3. quod — Imperatorem pronunciasset. Dom. 10. denunciato ad novum Imperatorem itinere. Cl. 13. unicum Imperatorem praedicantes. Oth. 12. — unde passim pro *Principe*, ut Cl. 29. Galb. 3. 6. 20. Vit. 3. Oth. 8. Dom. 10. al.

*Imperatorius.* nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera. Cal. 42. muneribus imperatoriis fungi. Vesp. 24. quod habere imperatoriam genesin vulgo ferebatur. Dom. 10.

*Imperfectus.* imperfecto adhuc bello. C. 26. Gall. belli novissimum imperfectumque librum. C. 56. librum, quem Sulla imperfectum reliquerat. Gr. 12. quae sola susceperat (opera) imperfecta reliquit. T. 47.

*Imperitus.* plane poematum quoque non imperitus. A. 89.

*Impertire.* *alicui aliquid.* ne publicum qu. jus sibi impertiente. A. 10. ut relegatae officii aut humanitatis aliquid impertiret. T. 50.

*aliquem aliqua re.* neque — quemquam osculo impertiit, ac ne resalutatione quidem. Ner. 37. solos — nunquam donis impertiendos putavit. A. 25. nullo honore impertitum. Cl. 4.

*Impetigo*, scabiei genus. ad impetiginis formam. A. 80.

*Impetrare.* donec per virgines Vest. — veniam impetravit. C. 1. post impetratam veniam. C. 75. venia et missione impetrata. Vesp. 1. venia impetrata. Horat. impetrato mortis libero arbitrio. Lucan.

plurium, quam quisquam unquam, dierum supplicationes impetravit. C. 24.

Praetor des. liberam legationem impetravit. T. 31. pro impetrata dispensatione. Oth. 5. tanquam pax impetrata esset. Vit. 16. impetravitque (reditum.) T. 13.

*aliquid ab aliquo.* ipsam — venenum a filio impetrasse. Vit. 14. impetratis a Senatu decem adjutoribus. A. 39.

*alicui aliquid.* quorum majores sibi posterisque eam (civitatem Rom.) impetrassent. Cal. 38.

quibus triumph. ornamenta impetrarat. T. 20. prius quam plane restitutionem ei impetrasset. Oth. 2. cui latum clavum — impetrarat. Vesp. 4.

*sequ. ut.* permittite, a pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut — indulgeatis. Dom. 11.

*impetratae* schemae T. 43. inepta lectio est pro *imperatae.*

*Impetus.* ὁρμή, nostr. *Eifer, Feuer.* tragoediam magno impetu exorsus. A. 85.

i. q. *vis, vehementia*, nostr. *heftiger Andrang.* emissa impetu aqua. Cl. 32.

i. q. *consilium*, sed *subitaneum*, nostr. *Einfall, Antrieb, raſcher Entſchluſs.*

impetum capere. expeditionis Germanicae impetum cepit. Cal. 43. impetum cepit moriendi. Oth. 9. ex quibus locis patet, *se* esse subjectum in verbis: impetum se cepisse, frumentationes — abolendi. A. 42.

revocato rursus impetu sc. praecipitandi se in Tiberim. Ner. 48.

*Impigre.* expeditionem impigre inchoavit. Oth. 8. (nostr. *raſch.*)

*Impius.* ut impium erga parentes. Rh. 6. Eleus. sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis summoventur.

Ner. 34. ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent. T. 75. impia gens. Dom. 9.

*impie locutus* parmularius dicitur Dom. 10., qui majestatem Principis, tanquam Dei, laesisset, ἀσεβές τι εἰρηκώς. Verecundia enim erga Principes *pietas* dici solebat. v. not. ad Vit. 3. et Dom. l. c., Gesner. ad *Plin.* ep. 7, 33, 7. et Paneg. 33, 3.

*Impietas.* sperans, *impietatem* (in matrem) sibi apud *parricidam* Principem profuturam. Lucan.

*Implere.* suscepit eas partes atque ita implevit, ut sequ. Rh. 6.

*Implicare.* ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. T. 28.

*Implorare.* an proximas legiones imploraret. A. 8. legato Aquil. auxilia implorante. Galb. 9. imploranti leges. ibid. opem implorantibus. T. 8. hos implorantes hom. fidem. T. 75. sociis implorantibus. C. 18. implorato Ciceronis testimonio. C. 17.

*Imponere.* statuae coronam. C. 79. corona aurea imposita. A. 18. statuae — Aug. caput demserat, ut alterius imponeret. T. 58.

lecticae impositum — domum retulerunt. C. 82. ab his lecticae impositus. Cl. 10. sago impositum. Oth. 2.

Tigrani — diadema imposuit. T. 9. precanti diadema imposuit. Ner. 13.

signa jumentis imponere. Cal. 43. infantem — Minervae gremio imposuit. Cal. 25.

puero — bullam et praetextam togam imposuere. Rh. 1. (nostr. *anlegen.*)

*c. ablat.* vetustissima *nave* impositos. C. 66. v. Burm. et Oudend. Ita etiam in multis libris: monumentum impositum *colle* hortorum. Ner. 50. —

eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetores. Rh. 1.

ut Planco silentium imponeret. Rh. 6. a quo sibi perpetua stigmata imposita. C. 73.

Cappadociae — consularem rectorem imposuit. Vesp. 8. i. q. *praefecit.*

cui non tributi aliquid imponeret. Cal. 40. imposita genti tributa. Dom. 12.

divortiis modum imposuit. A. 34. quo major permanendi necessitas imponeretur. C. 60.

*Impos* mentis. A. 19. Al. *inops.* v. not.

*Impotens* Gr. ἀκρατής, pr. *sui non potens,* unde i. q. *immoderatus, vehemens, arrogans.*

ferox atque impotens mulier. Ner. 28. ab impotentibus inimicis. Cl. 15.

*Impotentia.* nec minoris impotentiae voces propalam edebat. C. 77. Sequ. *eoque arrogantiae progressus est.*

*Imprecari.* populo Rom. — tales filias talesque conjuges pro concione imprecatus. A. 65. sibi quoque exsules suos mortem imprecari. Cal. 28.

*Imprimere.* nummo vel anulo effigiem impressam. T. 58.

*Improbare.* improbans exemplum vetus. Ner. 15. quum — Juliae mores improbaret. T. 7.

Augustum — morum ejus diritatem adeo improbasse. T. 21. res vulgo improbabatur. C. 11. improbante divortium populo. Ner. 35.

quum ceteros, alium alia de causa, improbarent. Vesp. 6. i. q. *rejicerent.* Gr. ἀποδοκιμάζειν.

ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit. A. 39. h. e. ex iis, quorum mores non probaverat.

*Improbus.* oris improbi. Gr. 15. h. e. *inverecundi, dicacis.*

*Improbe.* improbius natus. Vesp. 23. h. e. cui natura magna, sensu obscoeno.

*Improfessus.* qui — improfessi Judaicam viverent vitam. Dom. 12. v. Burm. et Oudend.

*Improvisus.* ex improviso. A. 16. 94. Oth. 9.

*Impuber.* impuberem amisit. Cl. 27. impuberem adhuc. Ner. 35. Dom. 10.

*Impubis.* impubi teneroque adhuc. Cl. 43.

*Impudens.* impudentissimo mimo. T. 24. tam impudens calumniarum genus. T. 49. h. e. *ubi mendacii et fraudis manifestae eum non pudebat.* crimen impudens falsumque. Ner. 35.

*Impudentia.* populo impudentiam edicto exprobravit. A. 42. (Gr. ἀναίδεια, ἀναισχυντία. nostr. *Unverschämtheit.*)

*Impudicus.* impudica matrimonia. Cl. 43. h. e. *adulteriis violata.* *impudici* i. q. muliebria passi, pathici. Dom. 10.

*Impudicitia* de *flagitiis contra naturam commissis* s. *stupro marium,* atque ita opponitur *libidinibus* et *adulteriis.* v. not. ad C. 49.

et impudicitiae cum et adulteriorum flagrasse infamia. C. 52. infamiam impudicitiae facillime refutavit. A. 71. (c. 68. „variorum *dedecorum* infamiam subiit." c. 71. mox: „circa *libidines* haesit.") Licin. Mucianum, notae impudicitiae. Vesp. 13.

*Impugnare.* cujus vel praecipua opera — Bibulum impugnaverat. C. 21. non priusquam veneficiis quoque et devotionibus impugnari se comperisset. Cal. 3.

*Impulsus.* v. *Impellere.*

*Impune.* ne qua religio Deûm impune contaminaretur. Dom. 8. ne impune esset studiosis juris. Ner. 32. h. e. *impunitum,* ab adject. *impunis.*

*Impunitas.* Locustae impunitatem dedit. Ner. 33. ne quod maleficium impunitate elaberetur. A. 32. (Haec enim jungenda, ut *negotium mora elab.*)

*impunitates* largiri. Cl. 29. impunitates noxiorum. Galb. 15.

*Impunitus.* omnia impudica, sed non impunita matrimonia. Cl. 43.

*Imputare* h. e. *pro merito vel beneficio jactare,* Gr. ἐλλογεῖν, nostr. *als ein Verdienst, eine Wohlthat anrechnen.*

quum — nonnulli etiam imputarent. Ner. 36. imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit. T. 53. (*Plin.* ep. 8, 21, 4. „imputantque, quod transeant." cf. Paneg. 20, 2. c. 24, 3. c. 39, 3., Schwarz. ad 20, 2. *Juvenal.* 5, 13. „*imputat hunc* rex, et, quamvis rarum, tamen *imputat.*" *Martial.* 10, 30, 26.)

*Imus.* ima crura. C. 82. ima cera. C. 83.

*In* Latinorum duplicem continet significationem Graecorum εἰς et ἐν, et pro variis nominibus, quibus additur, diversam vim obtinet, quae in singulis optime perspicietur. Differt autem a praepos. *ad* ita, ut haec *propinquitatem* tantum, *in* ipsam *praesentiam* notet, vel *petitam,* ubi accusativum regit, vel *manentem, durantem,* ubi ablativo jungitur, τὸ εἶναι ἐν τόπῳ τινί, vel τὸ ἰέναι εἰς τόπον. —

a) *in cum accusativo*, Gr. εἰς, Germ. *auf*, *zu*, *für*, *bis*, ubi semper *consilium* significat, quod petimus et quod durare, quod obtinere cupimus.

nostr. *auf*, *für*, *bis*, de *tempore*. in reliquum anni tempus. C. 14. in annum. Gr. 17. in annos plures. C. 76. in perpetuum. C. 26. A. 16. 42. Cl. 11. in posterum. C. 14. A. 1. 18. 27. 29. in serum. A. 17. in quinquennium. C. 24. in horas paucas. C. 76. in ternos novissimos menses. ibid. in proximum lustrum. A. 97. in noctem. A. 33. in multam noctem. T. 74. Ner. 20. in id tempus. Vesp. 6.

Exempla constructionis cum nominibus loci recensere, nihil attinet. Aliis nominibus junctum eadem *consilii* notione valet, et affine est praepositioni *ad*, ita ut discrimen, quod vere interest, in sententiae similitudinem fere confluat.

in suum ac Reip. auxilium. A. 10. in memoriam patris. Cal. 15. in filiae memoriam. C. 26. in memoriam majorum. A. 7. in gratiam Quirini. T. 49. v. *Gratia*.

in praejudicium. C. 23. in exemplum. Cl. 20. T. 21. in perniciem publicam. A. 32.

in locum. C. 6. 39. A. 10. 31. al. in cujus pertinaciae poenitentiam. A. 27.

in modum. C. 61. Cal. 45. Gr. 21. crudelem in modum. C. 75. T. 52. servilem in modum. A. 27. in obscoenum modum. Cal. 56. in modum et ordinem ac numerum stellarum. A. 80. in gyrum. C. 39. in Appiae viae formam. Cal. 19. in puerilem habitum. A. 45.

petere sibi al. filiam *in* matrimonium. C. 27. pecunias emendic. in auxilium aeris alieni. C. 54. quem in auxilium evocarat. A. 16. in restitutionem Palat. domus. A. 57. legata in opus novi theatri pecunia. T. 31. conscriptae in Ciliciam legiones. C. 8. h. e. *ut in Cilic. irent*. in multorum personam exorabilis. A. 27.

nostr. *für*. cavere *in* duplum. A. 41. *in vacuum* pendere. Cl. 9. v. not. et *Vacuus*.

jus nund. *in* privata praedia a Cons. petiit. Cl. 12.

*in* distributive, ut Gr. εἰς et κατά, nostr. *auf*, *zu*.

in pedites singulos dedit sequ. C. 38. quadringenis in punctum sestertiis. Ner. 30.

in singulos annos. C. 25. ter in annum. A. 40. (κατ' ἔτος.) plura ac majora in dies destinabat. C. 44. καθ' ἡμέραν. contemtior in dies. T. 13. in dies amentior. A. 65. idque in dies exspectabat. Oth. 5. (nostr. *von Tag zu Tage*.)

*dicere aliquid in aliquem* i. q. *de aliquo*, (ut nostr. *auf jem. etwas sagen*), pr. directo consilio dicti in aliquem, ut ei inhaereat.

in te dici potest. T. 21. in hunc — dixit. Ner. 2. ut in quem vellet, diceret. Rh. 5.

ne hoc Nero in se dictum arbitraretur. Pers. fin.

istam *in* volucrum *fore potestatem* (sec. nonn.) A. 13. ut Gr. εἰς pro ἐν.

nec prius in conspectum fuisse. A. 16. ubi *fuisse* i. q. *venisse*, ut Gr. γενέσθαι. v. not. et *Esse*.

*in* i. q. *erga*. nullum officiorum in quemquam genus. C. 26. al.

i. q. *contra*. sorte judex in reum ductus. C. 12.

*in* omissum ante nomen regionis. v. Oudend. ad T. 72. *rediens Campaniam.*

*in* saepius repetitum. v. Burm. ad C. 35.

b) *in cum ablativo* Gr. ἐν. — in imperio esse. C. 25.

in armis esse. C. 69. v. Oudend. ad C. 6. ubi probat: *in* muliebri veste. v. infra.

*in initio.* C. 4. sec. nonn. libros. (Sed *initio.* C. 22. initio veris. A. 81. imperii initio. Dom. 20. al.)

in brevi spatio. Cl. 12. Ner. 30. Vesp. 4. in illo temporis spatio. A. 78. in tam diuturno spatio. C. 68. in multo breviore temporis spatio. A. 22. in duodeviginti mensium spatio. A. 65. in omni tempore et loco. A. 45. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 6, 3.

in tempore hiberno. Cl. 18. Al. omittunt *in.*

in adolescentia. Cl. 41. Ner. 4. i. q. *adolescens adhuc.* in senecta. A. 79. Galb. 4.

in principatu. Cl. 41. Vesp. 21. i. q. *jam Princeps.* in aetate. C. 7. Al. *ea aetate.*

in consulatu. A. 53. Opp. *extra* consulatum. in aedilitate. Cl. 38. in censura. T. 3. in primo consulatu. C. 54. A. 61. in secundo consulatu. Cl. 27. in eadem hac potestate. A. 27. in ceteris partibus vitae. A. 71. in morte ac post mortem. Cal. 5.

in itinere. C. 34. A. 3. in quodam itinere. T. 60.

in graviore annona. A. 25.

in hoc ludicro. A. 43. praemisso in ordine equo. A. 38.

in secessu Apolloniae. A. 94. *in Philippis.* A. 96. ubi regio intelligenda. v. Lexic. Xenophont. sub voc. ἐν nr. 8.

*in tempore.* Cl. 21. Gr. ἐν καιρῷ. — in praesentia. Cl. 4. — in manibus esse. Cal. 16. in manu tene al. Cl. 15. v. Burm. et Oudend.

receptis in manu catenis. Dom. 14., ut Oudend. edidit ex libris.

in pecunia habere partem rei fam. T. 49. ut — decies HS. in auro suum efferret. Galb. 8. in usu prom. esse. Cl. 41. v. *Usus.* —

in veste domestica. Vit. 8. in veste palmata. Cl. 17. in veste purpurea. Ner. 25.

in lintea veste. Oth. 12. cf. Oudend. ad C. 6.

*in* cum ablat. saepius repetitum. v. Oudend. ad C. 80. cf. A. 43.

*in* omissum, ubi alias additur. cf. *Sanct.* Minerv. p. 831. ed. Scheid.

Urbe tota. C. 39. celeberrima parte oppidi. A. 1. regione Palatii. A. 5. Gr. 2. v. Oudend.

regione campi Martii. C. 39. (v. Burm. et Oudend.) Ner. 12. regione Tiburti. Cal. 21.

regione Thurina. A. 7. (v. Oudend. Plerique addunt praepositionem.) tota Italia. T. 8. —

ludis. C. 39. munere. ibid. A. 43. Ner. 12. pontif. ludis. A. 44. ludis et scena. A. 45. v. interpr. publico spectaculo. A. 34. Circensium die. Dom. 4. Circensibus. C. 39. Circ. ludis. Ner. 7. Circensi pompa. C. 76. Lupercalibus. C. 79. A. 31. sacro quodam. C. 77. sacrificio Latinarum. C. 79. Septimontiali sacro. Dom. 4. certamine praesedit. ibid. (Plerique tamen: *certamini praes.* v. Oudend.) Saturnalibus.

A. 75. Vesp. 19. Secularibus ludis. A. 31. ne publicis qu. spectaculis. Cal. 54. spectaculis. Cl. 6. hoc spectaculo. Cl. 21. commissione ludorum. Galb. 6.

M. Thermi contubernio. C. 2. (Al. addunt *in.*) reliqua militia. C. 4. tribunatu mil. C. 5. primo consulatu. C. 30. consulatus honore. Ner. 4. nundinis. Gr. 7. sabbatis. A. 76. expeditione Cantabrica. A. 29. T. 9. Syriaca expeditione. Cal. 10. Mutinensi bello. A. 84. omnibus civil. bellis. C. 30. navali proelio. C. 39. Gallici triumphi die. C. 37. Pontico triumpho. ibid. triumpho Africano. A. 8. pace belloque. A. 61. toto itinere. T. 7. peregrinatione Graeciae. Ner. 34. peregrinatione Achaica. Ner. 51. — civili discordia. C. 5. proscriptione. C. 11. conventu maximo. C. 49. comitiis trib. A. 40. quadam cognitione. A. 51. Senatus lectione. A. 54. dedicatione pontis. Cal. 32. recognitione Equ. Cl. 16. votorum nuncupatione. Ner. 45.

adventu suo. A. 92. publico epulo. Cal. 32. familiari convivio. T. 13.

aetate prima. C. 30. prima juventa. A. 68. occasione omni. Cl. 42.

magna sterilitate. A. 42. artiore annona. Cl. 18. artissima annona. Galb. 7. —

dextra atque sinistra. C. 37. eodem cubiculo mansit. A. 72.

*in* i. q. *intra*, ut nostr. *in.* in diebus paucis obiit. Ner. 3. v. Oudend. in paucis diebus, quam Capreas attigit. T. 60.

bis in mense. A. 35. saepius in die. Gr. 23. trinis in die sacrificiis. Ner. 56.

nostr. *bei*, *in*, ubi occupatum aliqua re notat.

in altercatione. C. 71. in ulciscendo. C. 74. al.

*in* i. q. *inter*, ut Gr. ἐν. in tutoribus. C. 83. in tertiis heredibus nuncupatus. Cl. 6. in Senatu sedere. Cl. 25. i. q. *inter Senatores*. in Equite spectare. Dom. 8. i. q. *inter Equites*. Unde: in fabulis esse. A. 70. in oblectamentis. T. 72. in deliciis. Juven., et similia, quae suis locis vide.

*in his*. C. 14. 39. A. 13. (v. Oudend.) Ner. 32. Vit. 7. (v. Oudend. et ad Vesp. 7.) Tit. 6. 8. Dom. 4. 10. Gr. 7.

*in quibus*. C. 50. Vesp. 22. *in quis*. A. 36. Dom. 5.

*in primis*, Gr. ἐν πρώτοις. C. 60. A. 82. T. 37. Cal. 60. bellum Sic. inchoavit in primis. A. 16. h. e. bellum Sic. fuit e primis, quae inchoavit.

*Inde*. *de loco*. exturbatus inde. A. 6. in Dacos et *inde in* Parthos. A. 8. *inde in* Britanniam translatus. Vesp. 4. *in* domum Vespasiani, *et inde in* Circum. Vesp. 5. Ita etiam legendum videtur: *in* Syriam et inde *in* Pontum transiit. C. 35. v. Oudend. ad Vesp. 4. et 5., Drakenb. ad *Liv.* 37, 51, 4. — Antium, inde Albanum, inde Romam. Ner. 25.

ire se ad exerc. — et inde reversurum ad ducem sequ. C. 34.

de *tempore*. jam inde. Gr. 22. (*Liv.* 21, 31.) jam inde, quam sequ. T. 11.

*exin* — *inde* — *inde*. T. 9.

*de causa*. ut saepe etiam inde claudicaret. A. 80. v. Oudend.

*hinc inde*. v. *Hinc* post *Hic*.

*Inaequalis*. res inaequalissimae. A. 75.

*Inaequabiliter*. gessit et censuram — sed hanc quoque inaequabiliter, varioque et animo et eventu. Cl. 16. (Vulg. *inaequa-*

*liter.* v. Oudend. ad h. l. et voc. *Aequabilis.*) per octo annos varie et inaequabiliter provinciam rexit. Galb. 9.
*Inanis.* inanibus sententiis. A. 86. Gronov. emend. *inanis sententiis.* v. not.
*Inauditus.* inauditos et innoxios relegavit. Cl. 38. inauditos condemnavit. Galb. 14. inauditum capite puniebat. Vit. 14.
i. q. *nunquam antea auditus, novus.* Nos distinguimus *ungehört* et *unerhört.* novum atque inauditum genus spectaculi. Cal. 19. vectigalia nova atque inaudita. Cal. 40. se vero praeter ceteros inaudita atque incognita pati. Ner. 42.
*Inaugurare.* Augur — destinatus, priusquam inauguraretur sequ. Cal. 12.
*Inauratus.* aes inauratum. C. 54.
*Incanus,* Gr. ἐπιπολιός. caput, varietate capilli subrutilum et incanum. Dom. 20.
*Incedere.* incedebat cervice rigida et obstipa. T. 68.
pedibus fere — per publicum incessit. A. 53. incedenti passim victimae caesae. Ner. 25.
*Incessus.* similem Caesari et forma et incessu. C. 52. cujus motum et habitum et incessum imitaretur. Cl. 4.
*Incendere.* incendit Urbem. Ner. 38. Urbem incendere. Ner. 43.
contrectandae pecuniae cupidine incensus. Cal. 42.
incendebat et ipse studia hominum omni genere popularitatis. Cal. 15.
*Incendium.* Urbem — inundationibus incendiisque obnoxiam. A. 29. adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. A. 30. libertino milite incendiorum causa usus est. A. 25. multis incendiorum damna supplevit. Cal. 16. cohortes ad arcendos incendiorum casus. Cl. 25. porticus, de quarum solariis incendia arcerentur. Ner. 16. deformis Urbs veteribus incendiis ac ruinis erat. Vesp. 8. incendium Romae per triduum totidemque noctes. Tit. 8. Urbis incendio. ibid. incendia optabat. Cal. 31.
incendio absumtae domus, aedes etc. A. 30. 57. Ner. 31. Dom. 5. 20. v. *Absumere.*
incendio juxta aedem Vestae et ipsam intervenisse. T. 50. domus, quam incendio amiserat. Cl. 6. hoc incendium e turre Maecen. prospectans. Ner. 38. — Afranii togata, quae *Incendium* inscribitur. Ner. 11.
*Incendiarius.* aliis incendiarium et patinarium vociferantibus. Vit. 17.
*Incertus.* i. q. *dubius,* Gr. ἄπορος. diu, quid ageret, incertus. T. 11.
*passive.* ubi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. Cal. 8. Alexandrini — incertus auctor est. C. 56.
exturbatus inde subita vi et incerta. A. 6. h. e. cujus auctorem ignorabat.
victoriam, de qua incertum adhuc erat. Ner. 1. levi rumore et incerto. Vit. 16. incerto casu. A. 75. h. e. quem nemo praescire poterat. crimine incerto. Cl. 29. h. e. de quo nihil erat exploratum.
incertum diu et quasi vagum imperium. Vesp. 1. Opp. *firmavit.*
*incertum, an.* C. 18. A. 19. Cal. 1. Cl. 44. Oth. 1. Vesp. 1. v. *An.*
incertum, qua de causa. T. 72.

*Incessere.* i. q. *aggredi, invadere, petere.*
ut infestis digitis ora et oculos simul ludentium infantium incesseret. Cal. 25. olearum ac palmularum ossibus incessebatur. Cl. 8. quibusdam stercore et cocno incessentibus. Vit. 17.
non defuit, qui eum convicio incesseret. T. 11. acerba cavillatione — hominis nomen incessens. T. 57. Senatum quasi parricidam diris exsecrationibus incessere. Cl. 12. adversarios ex occursu maledictis incessere. Ner. 23. quod se conviciis incesserat. Ner. 35. quem ut impium erga parentes incessebat. Rh. 6.
*Incestum.* matrem suam ex incesto, quod Aug. cum Julia filia admisisset, procreatam. Cal. 23. super sororum incesta. Cal. 36. incesti cum sorore reus. Ner. 5. — i. q. *stuprum*, ubi contra religionem publicam committitur. incesta Vestalium virginum — coercuit. Dom. 8.
*Incestus* adject. conjugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. Cl. 26.
*Inceste.* libidinatum inceste. Ner. 28.
*Incestare.* invicem incestarent se coram ipso. T. 43.
*Inchoare.* (v. *Incohare*, de qua scriptura v. Casaub. et Burm. ad C. 46., Schaefer. ad *Plin.* ep. 5, 5, 4., et Gesner. in Thesauro sub h. v.)
Forum de manubiis inchoavit. C. 26. villam a fundamentis inchoatam. C. 46. tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit. A. 17. aedem Jovis Olympii, Athenis antiquitus inchoatam, perficere. A. 60. praetorianos ad inchoandum opus cohortatus est. Ner. 19. inchoabat piscinam. Ner. 31. aqu. ductum a Cajo inchoatum. Cl. 20.
unde Antonia Claudium dictitabat *non absolutum* a natura, sed tantum *inchoatum*. Cl. 3.
bellum Sic. inchoavit in primis. A. 16. expeditionem impigre inchoavit. Oth. 8. Dom. 2. itinere inchoato. Vit. 10.
ne — Nonis quicquam rei seriae inchoaret. A. 92. magistratus maturius inchoavit. T. 9.
inchoanti Neroniana cantica. Vit. 11.
*Incĭdere* a *Cadere.* qui (mensis intercal.) in eum annum inciderat. C. 40.
annona, quae artior inciderat. T. 8. quum subita ei valetudo incidisset. Galb. 7.
sive quid incidit. T. 21. (nostr. *einfallen, vorfallen.*) incidit, ut. Horat.
*incidere in* valetudinem. Cal. 14. languorem. T. 72. morbum. Gr. 3.
*Incīdere* a *Caedere.* lege jam *in aes* incisa. C. 28. quem vellet incidi *in aeneis tabulis.* A. 101. fastos marmoreo *parieti* incisos. Gr. 17. (v. de varia constructione hujus verbi Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 1.)
incidere sibi venas. Cal. 38. Ner. 37. Vit. 2.
*Incipere.* inceptam (proscriptionem.) A. 27. Al. *incoeptam.*
*Incitare.* conjectores ad amplissimam spem incitaverunt. C. 7. omnium in se odio incitato. Ner. 45.
equites — parumper restiterunt; deinde rursum incitati. Galb. 19. h. e. *procurrentes.* — *Incitatus*, equus Caligulae. Cal. 55.
incitabatur (sc. ad furorem) insomnia maxime. Cal. 50.

*Incivilis.* v. *Civilis.* incivilius et violentius. Tit. 6.
*Inclarescere.* docendi genere maxime inclaruit. Gr. 17. commentario adeo inclaruit. Gr. 18.
*Inclinare.* inclinatam aciem solus saepe restituit. C. 62.
*Inclitus.* venenariorum inclita. Ner. 33. Lectio est valde dubia. v. not. et Oudend.
*Includere.* quas aureae armillae inclusas. Ner. 6.
*Incoenare.* incoenante eo. T. 39. Interpretantur: *intus coenante.* Sed lectio est dubia. v. not. et Oudend., Drakenb. ad *Liv.* 7, 23, 6.
*Incognitus.* quum incognitum alias haberet. A. 94. inaudita atque incognita. Ner. 42.
*Incolere.* quo libentius et ipsi Urbem incolerent. C. 42.
qui trans Rhenum incolunt. C. 25. v. Gronov. et Drakenb. ad *Liv.* 21, 31.
*Incolumis.* quem incolumem tanto opere cuperent. C. 1. comparuit incolumis et sine injuria. A. 14. horum omnium vix duos aut tres incolumes praestitit. T. 55.
*incolumem* detestata, *mortuum* laudibus tulit. Oth. 12. salvam et incolumem cum gaudio nunciantem. Ner. 34.
si sibi incolumis status permansisset. Ner. 54.
*Incolumitas.* venia et incolumitate donatos. A. 51. in testific. sollicitudine et cura de incolumitate ejus. Cal. 14.
*Incomtus.* incomtiore capillo. A. 69.
*Inconcinnitas.* vitatis sentent. ineptiis atque inconcinnitate. A. 86. Al. *concinn.* Sed v. not.
*Inconditus* i. q. *insepultus*, nostr. *unbestattet.* cineres, qui inconditi jacent. Rh. 6.
i. q. *non ordinatus*, Gr. ἄτακτος, ἄκοσμος. deformi et incondita turba. A. 35.
*Inconsiderantia* i. q. *temeritas*, qua quis in dicendo non considerat, quae tempori et loco conveniant. Sueton. ipse interpretatur Graecis μετεωρία et ἀβλεψία. Cl. 39. ubi ejus exempla sunt inde a verbis: *ducturus contra fas* ad fin. cap.
*Inconstantia* contrarii de me judicii. T. 67.
*Inconsultus.* inconsulto se. T. 52. h. e. se antea non consulto.
*adjective.* modo *circumspectus* et sagax, modo *inconsultus* ac praeceps. Cl. 15.
perpetuae famae cupido inconsulta. Ner. 55. nostr. *verkehrt, thöricht.*
*Incorruptus.* cor incorruptum repertum est. Cal. 1. sincerum atque ab omni colluvione — incorruptum servare populum. A. 40.
*Increbrescere.* rumor increbruit. A. 11. increbrescente rumore, quasi. T. 11.
De scriptura *increbrescere* et *increbruit* rectiore quam *increbescere* et *increbuit* v. Burm. ad A. 11. et *Virgil.* Georg. 1, 359., Drakenb. ad *Liv.* 7, 12, 7. et 45, 1.
*Incredibilis.* magna et paene incredibilia. A. 94.
incredibili dissimulatione. Cal. 10.
*Incrementum.* v. *Increscere.*
*Increpare. aliquem*, i. q. *reprehendere*, *objurgare*, Gr. ἐπιτιμᾶν.
c. voc. *ut*, (*als.*) M. Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem. A. 86. amicos increpans, ut ignaros. T. 24. ut malum citharoedum se increpitum. Ner. 41. ut somniculosos per nuncium increpuit. Cl. 39.

*aliquem alic. rei.* modo avaritiae singulos increpans. Cal. 39. pro Tigellino saevitiae populum increpuit edicto. Galb. 15.

*increpare aliquem* simpl. graviter increpitos. C. 79. a se ante paucos dies apud Senatum increpito. T. 42. eo nomine graviter increpitus. Vesp. 4. adolescentulum voce gravissima increpuit. Vesp. 8.

*increp. aliquid.* ceterorum increpita cupiditate. Cal. 44. segnitiem suam his verbīs increpabat. Ner. 49.

c. voc. *ceu.* ut gloriosissimas victorias ceu damnosas Reip. increparet. T. 52. Al. *increparit*, de quo perfecto v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 4, 32, 1. Mox: *multifariam increpitum* in vulg., sed leg. *inscriptum* cum optimis libris, quoniam sequitur: *celeberrime acclamatum est* h. e. increpitum.

*Increscere.* magis ac magis et gratia et cura artis increvit. Gr. 3.

*Incrementum.* legata — cum incremento restituere consuerat. A. 66. (*Dio* 56, 32. μετὰ τῶν προσόδων h. e. cum iis, quae interea sorti accreverant.)

census, quibus postea quacunque de causa quicquam incrementi accessisset. Cal. 38.

*incrementa* i. q. *altior fortuna*, *illustrior conditio*, nostr. *Erhöhung.*

existimatus — initium et causa incrementorum patri fuisse. Vit. 3.

*Incubare.* ovum incubanti gallinae subductum. T. 14.

*Incumbere.* dextram obambulantis, veluti incumbens — continuit. T. 25.

qui — *gladio* ante pedes ejus incubuerit. Oth. 10. unde: Ajacem suum *in spongiam* incubuisse. A. 85. jocose, ut verus Ajax in gladium.

certum erat, uni spem successionis incumbere. T. 15. (nostr. *auf jem. ruhen.*)

*Incunabula*, locus, ubi quis natus et educatus est.

Princeps quoque locum incunabulorum assidue frequentavit. Vesp. 2.

*Incuriosus act.* qui aliquid non curat. in capite comendo incuriosus. A. 79.

*pass.* multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Galb. 3. h. e. non sine cura et studio conscriptam.

*Incurrere.* incurrenti apro. A. 67.

natalem incurrentem Circensibus. T. 26. h. e. incidentem in Circenses.

*Incursio.* subita hostium incursione. C. 55. nunciata repente hostis incursione. A. 1.

*incursiones.* coercuit et Dacorum incursiones. A. 21. Com. Galliam, barbarorum incursionibus inquietam. T. 9.

*Incursus.* propter assiduos barbarorum incursus. Vesp. 8.

*Inde.* v. *In.*

*Indecens.* risus indecens. Cl. 30.

*Indere.* quasi venenum vulneri indidisset. A. 11. veneno partim cibis, partim potionibus indito. Ner. 35. ut supino pinna in os inderetur. Cl. 33. —

infanti cognomen Thurino inditum est. A. 7. quod servis nomina Magonis et Hannibalis indidisset. Dom. 10.

*Index.* a v. *Indicare*, is qui aliquid indicat, denunciat, unde i. q. *delator*, *accusator*.
nominatos ab indice. T. 73. quosdam per indicem delatos ad Senatum. Ner. 39. ut — Anicetum paedagogum suum indicem subjecerit, qui — fateretur. Ner. 35.
De *Vettio Indice* v. *Judice* C. 17 et 20. v. not. ad utrumque loc. et ind. prim. sub voc. *Vettius*.
libellum insidiarum indicem. C. 81.
Locusta, venenariorum index. Ner. 33. sec. nonn. v. *Inclitus*.
i. q. *titulus*, *inscriptio*, ut nostr. *Anzeiger*.
reperti sunt duo libelli, diverso titulo; alteri gladius, alteri pugio index erat. Cal. 49.
liber, cui index erat sequ. Cl. 38. in plerisque indicibus et titulis. Gr. 6., ubi *indices* videntur esse catalogi librorum ab eo scriptorum, *tituli* inscriptiones, quas dedit singulis libris.
nostr. *Verzeichniſs*, *Anzeige*. indicem rerum a se gestarum. A. 101.
*Indicium* i. q. *delatio*, *accusatio*. conjurationes indicio detectas. A. 19. professus conspirationis indicium. Dom. 17. exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi. T. 62.
omnino nostr. *Meldung*, *Anzeige*. ex indicio Equitis Rom. Ner. 31.
i. q. *signum*, *argumentum*, ex quo aliquid intelligi, perspici potest.
quam — vixerit, multa indicia sunt. T. 63. ad indicium maximi luctus. Cal. 5. in indicium victoriae. Cal. 46. i. q. *monumentum*. indicia stirpis mansisse diu, viam Vitell. — coloniam sequ. Vit. 1. ubi Vespasiorum complura monumenta exstant, magnum indicium splendoris familiae et vetustatis. Vesp. 1. non minora illa constantiae ejus, immo majora etiam, indicia fuerint. C. 63. nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quam feritatis. Cal. 25. nullum indicium recusantis dedit. Oth. 7.
*Indicere*, denunciare, vel factum aliquid iri, vel faciendum esse,
nostr. *ankündigen*, *bekannt machen*, *anbefehlen*, *anordnen*.
funere indicto. C. 84. (His *funeribus indictivis* nobilium opponuntur *tacita* hominum inferioris conditionis. v. *Kirchmann* de funer. p. 19.)
ind. justitium. Cal. 24. Galb. 10. pervigilium. Cal. 54. ferias. Cl. 22.
indicto Senatu. Lucan.
indicta decursione praetorianis. Ner. 7.
indicebat et familiaribus coenas. Ner. 27. (h. e. familiares coenas sibi exhibere jussit.) indicebat aliud alii eodem die. Vit. 13.
excubias per Urbem indixit. A. 23. servos viris feminisque pecuniosioribus indictos. A. 25. i. q. *imperatos*. certum dominis servorum numerum indixit. Ner. 44. ejusmodi vectigalibus indictis (sc. *per praeconem*), neque propositis (*scriptis*) Cal. 41.
horreis praeclusis, populo famem indixit. Cal. 26.
viciniae silentium per milites indicere solebat. Cal. 55.

indicto matrimonio juvenis. Cl. 15. h. e. juveni nubere jussam.

ut — multis vel amicitiam suam obtulerit, vel simultatem indixerit. Ner. 25.

*Indies.* Scrib. *in dies.* v. *In* et *Dies.*

*Indifferens* h. e. *non morosus vel difficilis.* circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet. C. 53. Gr. εὔκολος. v. Casaub. ad h. l.

*Indifferenter* (nostr. *gleichgültig, ruhig.*) occisum eum populus *indifferenter*, miles *gravissime* tulit. Dom. 23.

*Indigere.* c. *ablat.* quae videbatur — etiam tertio (Foro) indigere. A. 29.

prout quique monitione indigerent. A. 89. simul atque indigere cibo coepisset. Galb. 7.

c. *genit.* si quando indiguisset sui Respublica. T. 10.

partic. *indigens.* indigens somni. A. 78.

*Indignus.* quidam indignissimi. A. 35.

pass. *quo quis non dignus est,* unde i. q. *immeritus, turpis, tristis,* ut Gr. ἀνάξιος.

tam iniquam et tam indignam sortem populi Rom. palam et clare detestata est. Cl. 3.

*Indigne* ferre aliquid h. e. ut rem indignam, Gr. χαλεπῶς φέρειν. quod indigne ferens. Rh. 6.

*sequ. acc. c. inf.* T. 4. Dom. 12.

*Indignitas* i. q. *contumelia* v. *indigna cum aliis agendi ratio*, nostr. *Beleidigung.*

praetorianos etiam metu et indignitate commovit. Galb. 16. non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu. Cl. 36.

*indignitates.* per istiusmodi indignitates. Cal. 23.

*Indignari* i. q. *indigne aliquid ferre, irasci de aliqua re ut indigna.*

laudavit pietatem tanto opere pro se indignantium. A. 66.

*sequ. acc. c. inf.* quod ipse, sibi Pontium non assurrexisse, adeo indignatus sit. C. 78.

noli nimium indignari, quemquam esse. A. 51. indignante ac fremente Cajo sequ. Cl. 9.

*Indignabundus.* A. 40. Cal. 35.

*Indignatio.* concursu et indignatione turbae militaris. A. 14.

libello, cui est titulus: *Indignatio.* Gr. 11.

Sed C. 4. legendum: non sine summa *dignatione.* v. not. et *Dignatio.*

*Indoctus.* Cl. 40. indocti. Gr. 18.

*Indoles.* approbata morum indole. A. 8. clarae stirpis indolem sic notescere. A. 43.

insigni testimonio pietatis atque indolis. Cal. 12. ut certiorem adhuc indolem ostenderet. Ner. 10.

*Inducere.* i. q. *introducere.* ut sibi in Curiam Praefectum Praet. Tribunosque mil. secum inducere liceret. Cl. 12. Parthorum obsides — per mediam arenam ad spectaculum induxit. A. 43. inducta teste in Senatum. Cl. 40. (ex aliquot libris. Vulg. *in Senatu*, h. e. *excitata*, nostr. *einen Zeugen anfuhren.*) quosdam majestatis reos in Curiam induxerat. Dom. 11.

*inducere* sc. *in scenam vel arenam,* comoedos, gladiatores etc.

induxit et unum ex nomenculatoribus suis. Cl. 34.

inducti per simulationem comoedi. Cl. 45. (in Palatium, Claudii domum.)

Equitem Rom. — *reduxit*, abscisaque lingua, *rursus induxit*. Cal. 27. (in Amphith.)

ut ea (paria) novissima aulico apparatu induceret. Dom. 4.

unde *de fabulis ipsis*. inducta est et Afranii togata. Ner. 11. pro dialogo, in quo boleti et ficedulae — certamen induxerat. T. 42. (nostr. *aufführen*.)

unde omnino pro *instituere*. speciem libertatis quandam induxit. T. 30.

a quo inductus aliquatenus in philosophiam est. Pers. (quasi in arenam v. stadium.)

*inducere aliquem ad aliquid* i. q. *movere*. (nos: *einen zu etwas bringen, führen*.) quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset. A. 33. varia fraude inductos. T. 54. induxit Vettium praemiis, ut sequ. C. 20.

inductus simpl. i. q. *deceptus*. Cl. 29.

*de aliis rebus* i. q. *movere aliquid ad aliquem locum*.

fossa mare veteri Urbi inducere. Ner. 16. (*einführen, einleiten*.)

si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextero induceretur. A. 92.

solebant et manibus stertentis socci induci. Cl. 8.

multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit ex suo nomine. Ner. 55. i. q. rebus locisque *indidit*, vel absol. *instituit, introduxit*, ut in exemplo supra citato ex T. 30. cf. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 11, 1.

*in animum inducere aliquid*. c. infin. Cal. 3.

*inducere* saepe est: *verso inductoque stilo lineas expungere*, nostr. *ausstreichen*. ita multa deleta et inducta et superscripta inerant. Ner. 52. (*deleta* ad singula verba, lato stilo expuncta, *inducta* ad totas lineas refero.)

unde saepe i. q. *abolere, abrogare*, nostr. *aufheben, zurücknehmen*.

inducto priore decreto. C. 16.

*Induciae*. (Facillima etymologia vocis esse videtur; ubi *in* negativam vim habere dicitur, ut sit tempus, quo exercitus in hostem *non ducitur*, quicquid hariolетur *Gellius* 1, 25. *Varro* apud eund. *belli ferias* eadem ratione explicuisse videtur.) barbaros ferunt — consensisse ad inducias. Cal. 5.

*Induere*. vestem, quam — induerant. C. 84. nullam vestem bis induit. Ner. 30.

virilem togam, latum clavum induere. A. 38.

depictas gemmatasque indutus paenulas. Cal. 52. synthesinam indutus. Ner. 51.

*Indulgere, inservire, cedere*. c. *dat*. aetati tuae noli in hac re indulgere. A. 51. ut aut parcius aetatulae indulgeret. Cl. 16. luxuriae ita indulsit, ut sequ. Gr. 23. aleae indulgens. A. 70.

*alicui aliquid* i. q. *concedere, permittere*. nostr. *gewähren, vergönnen*.

usum ejus (pecuniae) gratuitum iis, qui — possent, ad certum tempus indulsit. A. 41. quum essedario — indulsisset rudem. Cl. 21. ornamenta consul. etiam procuratoribus ducen. indulsit. Cl. 24. participibus victoriae adeo nihil extra ordinem indulsit, ut sequ. Vesp. 8. de semet professo exsilium

indulsit. Dom. 8. ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Dom. 11.

nec ullo tempore *facilior* aut *indulgentior* traditur. Vesp. 21.

*Indulgentia* cernitur et in condonandis poenis, et in concedendis beneficiis. ut celeriter ad officium redierint, nec tam *indulgentia* ducis, quam *auctoritate*. C. 69. (*gutige, schonende Nachsicht.*) amicos tanta semper *facilitate indulgentiaque* tractavit. C. 72. (*Nachsicht, Schonung.*) tractabat militem pari *severitate* atque *indulgentia*. C. 65.

trium Principum indulgentia non solum honoribus, verum et sacerdotiis ampl. auctus. Vit. 5. (*Gnade, Güte, Huld.*) una modo liberalitate, ex indulgentia vitrici, prosecutus. T. 46.

*Industria*, Gr. φιλεπονία, προθυμία, nostr. *Thätigkeit.* industriae expertae. Vesp. 4.

summa industria. Tit. 4. v. not.

itineris industria. A. 8. (σπουδή, *Schnelligkeit.*)

*ex industria*, nostr. *absichtlich*, *vorsätzlich*. Cal. 50. Cl. 2. 38. Vesp. 16. Tit. 9. Dom. 16.

*de industria*. Cl. 29. 33. Galb. 19.

*Industrius.* vir innocens et industrius. Vit. 2. (*thätig, unternehmend.*)

*Industrie.* jus diligenter et industrie dixit. Dom. 8. (*diligenter* ostendit, cum magna cura et circumspectione, *industrie*, saepe et assidue jus eum dixisse.)

equestribus militiis industrie functus. Plin.

genus scripturae industrie excoluit. Juvenal. Al. *industriose.*

*Inedia*, abstinentia cibi. inedia mori destinantem. A. 53. mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jussit. T. 53.

inediam unius diei per singulos menses interponere. Vesp. 20.

*Inelegans.* sermonis tamen nec inelegantis. Dom. 20.

*Ineleganter.* magis inepte, quam ineleganter. Cl. 41. (illud de *re*, hoc de *stilo*.)

*Ineptus*, qui facit vel dicit, quae non apta sunt tempori vel loco.

ineptis gratum fortasse fecit. C. 56.

*Inepte.* Cl. 41. v. *Ineleganter.* non tantum operose et diligenter, sed inepte quoque. Lucan.

qui triumphum — tam inepte senex concupisset. Vesp. 12.

*Ineptiae.* vitatis sententiarum ineptiis. A. 86. usque ad ineptias et derisum. T. 70.

libellos *Ineptiarum*, qui nunc *Jocorum* inscribuntur, componere instituit. Gr. 21.

*Inermis.* inermem se — proditurum. Ner. 43. vocatas ad concionem inermes (legiones.) Cal. 48. v. Oudend.

*Inertia*, nostr. *Unthätigkeit.* Clementem, contemtissimae inertiae. Dom. 15. v. not.

*Ineruditus.* priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem. Gr. 15.

*Inesse.* Caesari multos Marios inesse. C. 1. — piscis nullus infuit. Rh. 11

inesse quiddam divini vigoris (oculis.) A. 79. — v. etiam Oudend. ad T. 39.
*Inexcogitatus* honor. Dom. 14. Leg. *excogit.*
*Inexpiabilis.* praecipuam et inexpiabilem invidiam hinc maxime movit. C. 78. h. e. nullo modo placandam, itaque *exitiabilem*, quod suasit Oudend.
*Infacetus* dicto non infaceto. Gr. 23.
*Infacete.* de quo quidam urbanorum non infacete. Vesp. 20.
*Infacundus.* Principi neque infacundo, neque indocto. Cl. 40.
*Infamis.* infamis omnibus vitiis. Gr. 23.
ne apud posteros tibi infame sit. Horat. h. e. *turpe*, *dedecori.*
*Infamia* i. q. *ignominia*, *probrum.*
clades majoris infamiae quum detrimenti. A. 23. qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam — edant. A. 55.
i. q. *rumor malus*, *sinistra fama*, Gr. δύςκλεια.
pubertatis ac primae adolescentiae tempus tanta inopia tantaque infamia gessisse fertur. Dom. 1. ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse. Gr. 5. nonnulla et ipse infamia — aspersus. Ner. 3.
neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit. C. 79.
variorum dedecorum infamiam subiit. A. 68. infamiam impudicitiae facillime refutavit. A. 71. et impudicitiae eum, et adulteriorum flagrasse infamia. C. 52. ebrietatis et aleae infamiam subiit. Cl. 5. majore adhuc et turpiore infamia flagravit. T. 44. contemtu omnis infamiae. Ner. 39. flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris. Gr. 23. (Sed hic locus ad prius genus referendus videtur, ut sit: *ut os etiam libidine probrosa polluerit.*) quanta se quandoque — infamia maneret. T. 67.
*Infamare.* adversarios infamare secreto. Ner. 23. h. e. *in sinistram famam inducere.*
*Infans.* infanti cognomen Thurino inditum est. A. 7. se, infantem tunc. Cal. 48. infans adhuc. A. 94. quorum duo infantes adhuc rapti. Cal. 7. quod infantem plerique cognoverant. Cal. 13. qui Aquilejae natus infans exstinctus est. T. 7. infans relictus a patre. Cl. 2. filiam tulit, amisitque admodum infantem. Ner. 35.
*substant.* infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. A. 65. ex nepte Julia editum infantem. A. 65. infantem — circumferens. Cal. 25. quisquam jam alius infans. Cal. 8. ut infanti, quod vellet, nomen daret. Ner. 6.
ora et oculos simul ludentium infantium. Cal. 25. infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos. T. 44.
*Infantia.* infantiam pueritiamque habuit laboriosam et exercitam. T. 6. h. e. annos, aetatem infantiae.
i. q. *imperitia*, qua quis recte loqui nescit. desidia quorundam et infantia. Gr. 4.
*Infaustus.* quod antiquitus infaustum habetur. Oth. 8.
*Infelicitas.* ejusdem futurae infelicitatis. Ner. 6. h. e. non sortis infelicis, sed vitae cum calamitate et infortunio aliorum conjunctae. Al. *felicitatis.* v. not.
*Infensus.* inf. Julio Caesari. Galb. 3. inf. turbae. Cal. 30. nullis infensior, quam vernaculis et mathematicis. Vit. 14. infensum

Senatui Cajum. Vesp. 2. v. not. alterius vitiis infensus. T. 52.
*Infercire.* ut ea quoque — inferciret novis scriptis. Juvenal.
*Inferum mare* h. e. *Tyrrhenum.* A. 49. v. *Mare.*
*Inferi,* argumenta inferorum. Cal. 57.

*Inferiae,* sacra Diis inferis vel Manibus facta. v. *Kirchmann.* de funer. 4, 2. inferias Manibus dabat. Cal. 3. inferiasque his annua religione publice instituit. Cal. 15. parentibus inferias publicas (decern. curavit.) Cl. 11. inferias Neroni dedit. Vit. 11.

*Inferior* gratiâ, C. 19. h. e. gratia minus apud populum florens. — inferiora tempora. Cl. 41. h. e. *recentiora.* Opp. *superiora.*

*Infimus.* quosdam infimi generis. C. 72. ex infima fortuna. A. 66. Rh. 1. infimus quisque. Cal. 26. ab infima plebe. Oth. 7.

*Inferre,* aliquid *c. dat. loci.* equ. ordo suscepit (corpus) Urbique intulit. A. 100. cineres Mausoleo intulit. Cal. 15. effigiem latrinae aut lupanari intulisse. T. 58. reliquias templo Flav. gentis clam intulit. Dom. 17. Julias — vetuit sepulcro suo inferri. A. 101. spectaculis theatri clam illatus. Ner. 42. (ubi tamen *spectaculis* ablativus esse videtur.)

ut huc insignia triumphorum inferrent. A. 29. illatum Aug. testamentum. T. 23. — scalas inferri. Dom. 23. e favilla et carbonibus, ad calfaciendum triclinium illatis. T. 74.

*se inferre loco.* avem — Pompej. Curiae se inferentem. C. 81.

*studium* grammat. *in Urbem* intulit Crates. Gr. 2.

inferre sibi manus. Cal. 51. qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur (h. e. *se evirasse.*) Cl. 16. de inferenda Pompejo nece. C. 20. vim ei ab Appio illatam. Cl. 37. (de *nece.*) Vestali virgini vim intulit. Ner. 28. (de *stupro.*) visus erat matri stuprum intulisse. C. 7.

bellum inferre genti. C. 44. A. 21.

inferre aliquid rationibus. C. 47. Vesp. 22. ubi al. *referri.* v. Oudend. (Goerenz. ad *Cic.* Fin. 5, 30. fin. corrigendum censet: „quemadmodum summam *in* ration. vellet *referri*", apte quidem ad sensum; sed locus C. 47. facit, ut *inferri* praeferamus.) cf. *Plin.* ep. 10, 66, 5. „summam expensam liberalitati meae *feres.*"

*Infestus.* infestis ac feris gentibus. C. 24. reges infestos suspectosque. T. 37. sicubi infestis spectatoribus dimicarent. C. 26. infesto ac profundo mari. Cal. 37. infestis digitis ora et oculos — incesseret. Cal. 25.

infestum matrimonium. Lucan. i. q. *inquietum, domestica discordia turbatum,* ne quis cum Burm. corrigat *infaustum.*

*infestus* pass. i. q. *infestatus, hosti expositus.* per infestas hostibus vias. A. 8.

*Infeste* aliquid exprobrare. T. 51.

*Infestare.* duos corvos hinc et inde infestantes. A. 96. a singulis, et per factionem, et denique civili bello infestatus est. Cl. 13. conviciis et simul fragminibus panis infestatus. Cl. 18.

*Inficere.* infectae caede manus. T. 59. infecta maria veneno. Cal. 49.

*Infimus.* v. supra post voc. *Inferior.*
*Infirmus* (*de corporis valetudine.*) Horat. ob infirmam valetudinem. C. 81. infirmis intestinis. A. 98.
*Infirme* (*de animo*). tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat. A. 90. (nostr. *schwach.*)
*Infirmitas.* tantam infirmitatem magna cura tuebatur. A. 82. ne quam suspicionem infirmitatis daret. T. 72.
*Infirmare.* infirmatis faucibus. A. 84.
*Infitiari.* nec infitiantem jactasse se sequ. Dom. 15.
*Inflammare.* ut — quaedam horrea bellicis machinis labefacta atque inflammata sint. Ner. 38.
*Inflatus.* cui altera bacca inflatior erat. Rh. 5.
elatus inflatusque tantis velut successibus. Ner. 37. deridens ut inflatum. Rh. 2.
*Inflatio.* praecordiorum inflatione tentabatur. A. 81.
*Inflexus* leniter capillus. A. 79.
*Infra.* pleno convivio singulas *infra se* vicissim collocabat, uxore *supra* cubante. Cal. 24.
*Infulatus* h. e. infula ornatus. Cal. 27.
*Infulcire.* mori inedia destinanti — infulciri cibum jussit. T. 53.
*Infundere.* infuso super altaria mero. A. 94.
*Ingemere.* apposita lautiore coena ingemuisse eum. Galb. 12. animadversa M. Alex. imagine ingemuit. C. 7. justis suppliciis illacrimavit etiam et ingemuit. Vesp. 15.
*Ingemiscere.* ad omnem et ejus et Juliarum mentionem ingemiscens. A. 65.
*Ingenitus.* ut tamen vitia cujusque, quasi tradita et ingenita, retulerit. Ner. 1.
*Ingenium.* ob ingenium sordidum ac ferox. A. 65. saevitia ingenii. Cal. 27. i. q. *natura saeva* et *ferum ingenium.* Cal. 11. vir ingenio truci. Ner. 2. super ingenii naturam. Dom. 3. (nos: *natürliche Gemüthsbeschaffenheit.*) ingenio ejus diffisus. C. 3.
*de intellectu mentisque viribus.* (*Geist*, *Verstand.*)
ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens. Cal. 3. (Sequ. *benivolentia*, quae est animi.) Agrippinae neptis ingenium collaudans. A. 86. tantum illi ingenii — superfuit. Tit. 1.
ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus. A. 86. fuisse dicitur ingenii magni, memoriae singularis. Gr. 7. sed non ut caperetur ejus ingenio. Pers. nullius ingenii, minimaeque doctrinae. Cal. 34.
prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit. Lucan.
epistolas orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Dom. 20.
ad exercitanda discentium ingenia. Gr. 17. Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse. Rh. 2.
miri in adulando ingenii. Vit. 2. (*Erfindsamkeit.*) omnia prodigorum ingenia superavit. Cal. 37.
*ingenia* i. q. *homines ingenio conspicui*, ut nos: *Geister.*
ingenia seculi sui omnibus modis fovit. A. 89. ingenia et artes vel maxime fovit. Vesp. 18.
ne fatendo dolorem irritaret ingenia. Ner. 39.
*Ingens.* ingenti mercede. C. 29. ingenti consensu. Dom. 13. ingentis meriti loco. Ner. 5.

*Ingenuus*, h. e. libera stirpe natus, Gr. ἐλευθέριος, εὐγενής.
minus tertia parte puberum ingenuorum. C. 42. virginem ingenuam in servitutem asserere conatus. T. 2. ingenuam et civem Rom. recuperatorio judicio pronunciatam. Vesp. 3. qui — ingenuum se coeperat ferre. Vesp. 23. ingenuus. Gr. 7. ingenuum se natum ait. Gr. 11. Opp. *libertus*. neque commixtos cum ingenuis (servos nempe manumissos). A. 25. libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Cl. 24. v. not. matronae ingenuique. Cal. 41. ingenuorum paedagogia. Ner. 28. v. not. et voc. *Paedagogium*.
*Ingenue* i. q. *libere*. ingenue professus est. A. 45.
*Ingenuitas*. asserto in ingenuitatem (libertino.) A. 74. v. not.

*Ingerere* i. q. *offerre*. osculum sibi ingerentem. Gr. 23. ne recusanti quidem — amicitiam suam ingerere desiit. Horat. (nostr. *antragen*.)
celeberrimis patronis — postulationes certatim ingerentibus. Ner. 7.
unde etiam *de dictis*. e Curia se proripienti quidam ingesserunt. A. 54. nullo non damnatorum omne probri genus coram vel per libellos ingerente. T. 66. — ingestae aves ac lemnisci et bellaria. Ner. 25. h. e. in eum projectae. v. not.

*Ingratus*. ingratos, et de quibus patroni quererentur. Cl. 25. ut ingratorum in Principem testamenta ad fiscum pertinerent. Ner. 32. v. not. testamenta — ut ingrata rescidit. Cal. 38.

*Ingravescere*. ob famem ingravescentem. A. 16. ingravescente vi morbi. T. 73. propter assiduam et ingravescentem tussim. Cal. 23.

*Ingredi* simpl. i. q. incedere, nostr. *gehen*, *einhergehen*. ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset. Cal. 50. quem jam pridem propter nervorum valetudinem vix ingredi. Vesp. 7.
*ingredi al. locum*. quoquam ingressus est. A. 53. (Opp. *Urbe oppidove ullo egressus*.) ingr. Urbem. A. 22. 95. T. 9. Cal. 14. 49. Cl. 24. Galb. 18. domos senat. Cl. 25. Curiam. Cal. 28. Dom. 9. Senatum. Oth. 7. Forum. Cl. 7. spectacula. Cal. 35. Palatium. Galb. 18. provinciam. Galb. 8. castra. Vit. 8. litus. Rh. 1. ingressum se turbatius mare. Cal. 23.
nostr. *antreten*. ingr. iter. C. 31. Cal. 43. Galb. 8. 11. Vesp. 6. expeditionem. T. 14. profectionem. A. 92. ingressos viam. Vit. 9.
unde i. q. *aggredi*, *incipere*. ingr. bellum. C. 68. proelium. A. 1.

*Inguen* et plur. *Inguina* i. q. *pudenda*, *membrum*. T. 44. Ner. 29.
omnino de *ventre*. legenti — suffodit inguina. Dom. 17.

*Inhiare*. dum Afr. vocem div. inhiat avidis auribus. Ter. 1.

*Inhibere* i. q. *coercere*, *modum adhibere*, *retinere*, nostr. *einhalten*, *Einhalt thun*. Desumtus est usus verbi ab arte equitandi. — grassatores — inhibuit. A. 32.
repulsis Tribunorum, qui inhibere tentabant. Oth. 8. plaudentes inhibuit. Galb. 6. quum Rhenus transituras ad Anton. copias barbarorum inhibuisset. Dom. 6. trajicere — apparantem continuae et immodicae tempestates inhibuerunt. A. 47.
eo se inhibitum et remollitum, *quo minus* sequ. A. 79. inhiberi nullo potuit modo, *quin* sequ. Cal. 48. naturam —

ne tunc qu. inhibere poterat, quin sequ. Cal. 11. si qua — dicerentur, inhibere maluit quam vindicare. C. 75. de inhibenda testamentorum licentia. A. 55. licentiam theatralem inhibuit. Dom. 8. inh. popinas ganeasque. T. 34. non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publ. potuit. Cal. 6. justitio longiore inhibito. T. 52.

*Inhonoratus.* ne M. qu. Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit. Cl. 11.

*Inimicus*, adversarius in vita privata et civili.

familiariter adhuc, necdum plane inimicus aut hostis. A. 69.

veterem inimicum ex consulatu. C. 19. quum — inimicos exterruisset. C. 10. pensitatis suis et inimicorum viribus. C. 30. inimicorum iniquitas. C. 32. vini parcissimum ne inimici qu. negaverunt. C. 53. qui necem suam — inimicis promiserat. C. 74. ab impotentibus inimicis. Cl. 15. magno inimicorum malo. Ner. 57. inimicorum dolo interemtorum. Gr. 9.

*Inimicitia.* offensarum inimicitiarumque minime memor. Vesp. 14.

omnium inimicitiae hoc praetextu ad nos deferentur. T. 28.

*Iniquus.* iniquam et tam indignam sortem populi Rom. Cl. 3.

*Inique.* iniquissime ferre al. C. 45. Gr. χαλεπώτατα φέρειν.

*Iniquitas* loci. T. 10. — *de animo.* iniqu. inimicorum. C. 32.

*Inire.* cf. *Adire*, *Ingredi* et similia.

*aliquem locum.* ineunti Romae spectacula. A. 58. popinas inibat. Ner. 26.

convivia nonnunquam et serius *inibat*, et maturius *relinquebat*. A. 74. neque convivia inire ausus est. Cl. 35. vel ante *initum*, vel post *dimissum* convivium. A. 76.

comitia secundi consulatus ineunte Galba. Vesp. 5. h. e. *adeunte*, *auspicante*. v. not.

contubernium iniit. A. 89. Locus est corruptus, et vox *iniit* admodum suspecta.

inire proelium. T. 2. 19. Vesp. 4. i. q. *incipere*.

inire honorem. C. 20. T. 32. Cal. 1. Galb. 6. Dom. 1. consulatum. A. 26. Cal. 17. Cl. 1. Ner. 43. Vit. 2. aedilitatem. C. 9. imperium. T. 67.

inire societatem cum al. C. 19. A. 13. T. 2.

inire consilium. Cal. 48. Vesp. 6. i. q. *capere*.

*inire* sensu obscoeno i. q. *coire* cum al. quod reginam ineo — tu solam Drusillam inis? A. 69. uti tu non inieris Tertullam sequ. ibid. taurus Pasiphaen iniit. Ner. 12.

*intransit.* ut *incipere*, nostr. *angehen*, *anfangen*.

ineunte anno. T. 54. Cal. 42. ineunte anno novo. T. 61. v. Oudend.

ab ineunte aetate. Ner. 22.

*Initium.* anni. A. 59. initio aetatis. T. 14. adolescentiae. Lucan. initio veris. A. 81. usque ad initium civilis belli. C. 83. omnium bellorum initium et causam hinc sumsit. A. 10. initio civilis tumultus. C. 38. imperii initio. Dom. 20. — initium sibi suisque felicitatis futurum. Vesp. 5. initium facere. Ner. 40. Dom. 4. Ter. 4.

initium quoque ejus mediocre exstitit. Gr. 1. initium

sumsit historiae post caedem Caesaris. Cl. 41. eclogam, cujus initium est sequ. Horat.

rerum novarum initia. A. 19. usque ad principatus initia. T. 7. inter initia principatus. Dom. 3. circa initia imperii. Cl. 7. inter initia. Dom. 9. v. *Inter.*

initio statim. C. 4. (Al. *in initio.* v. Burm. et Oudend.) Ner. 43. statim ab initio principatus. Vesp. 12. et initio quidem — mox. C. 22. initio — mox — novissime. A. 60.

*Initiatus* (Eleusiniis sacris). A. 93.

*Initiatio.* Eleusiniis sacris, quorum initiatione sequ. Ner. 34.

*Injicere.* vestem — injecere flammae. C. 84.

pulvinum injectum. T. 73. spiranti adhuc — pulvinum jussit injici. Cal. 12.

injecta in puppem hostium dextra. C. 68. — injecto cervicibus laqueo. Vit. 17. —

injicere metum alicui. C. 14. 20. quo metu injecto. Cal. 38.

mediocri scrupulo injecto. Cl. 37. magno studio hominibus injecto. Rh. 1.

*Injungere.* si quid subiti muneris injungendum esset. T. 18. injung. alicui munus praesidendi. Cal. 18. alicui munus gladiatorium. Cl. 24. onerosam injungi sibi servitutem. T. 24.

ut non modo secul. carmen componendum injunxerit. Horat.

*Injuria.* qua maxime injuria instinctus. C. 19. injuriam accipere. T. 53. ne divulgaret injuriam. T. 62. querelas de injuriis, quas professores — acciperent. Gr. 9.

motus injuria Senatoris. A. 44. h. e. illata Senatori.

incolumis ac sine injuria. A. 14. h. e. nulla injuria affectus, sine damno. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 30, 2. c. 37, 1. 38, 5.

*injuriarum* postulari. A. 56. injuriarum formulam intendere alicui. Vit. 7.

*Injussu* populi. T. 2.

*Injustus.* non injustam fore (iracundiam.) Cl. 38.

*Innare.* marina aqua innantibus belluis. Ner. 12.

*Inniti.* nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus. C. 57. innixus humeris familiarium. Ner. 43.

*Innocens.* quum se innocentem proclamasset. Cal. 27. poenae innocentium. Galb. 15. vir innocens et industrius. Vit. 2. (h. e. *ab avaritia et rapinis alienus.*) Eodem sensu

*Innocentia* i. q. *abstinentia.* in provincia singularem innocentiam praestitit. Vit. 5. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 28, 3.

*Innocuus.* ut omnes (sagittae) per intervalla digitorum innocuae evaderent. Dom. 19. h. e. *sine noxa.* Corrupta est lectio: *innocue.*

*Innoxius.* i. q. *innocens.* matrem quoque innoxiam inter socios nominavit. Lucan. tam innoxiis, quam nocentibus. Vesp. 16. quosdam etiam Senatores innoxios. Cal. 58. innoxios fere reperit. Cl. 16. inauditos et innoxios relegavit. Cl. 38. lenis et innoxius. Cal. 3. h. e. *alienus ab omni noxa alicui inferenda.*

innoxii joci. Dom. 10.

*Innotescere*. Ner. 42. et Oth. 3. Meliores libri illo loco: *notuerunt*, hoc: *enotuit*. v. Oudend.

*Innumerae* adversariorum copiae. C. 68. Galb. 6.

*Innutritus* amplis opibus. A. 3. (coll. patriis nutritus in armis. Cal. 8.) (Ita *Plin*. Paneg. 16, 1. „innutritus bellicis laudibus." v. Schwarz.)

*Inobservantia* h. e. mos, tempus et locum non observandi. A. 76. Al. *observantia*. v. not.

*Inopinans*. inopinantem criminatus est. T. 65. inopinantem interemit. Cal. 23. notavit multos, et quosdam inopinantes. Cl. 16. inopinanti patri. Tit. 5.

*Inopinanter*. qui sibi — mullum inopinanter obtulerat. T. 60.

*Inopinatus*. pass. repentinum inopinatumque (finem) praetulerat. C. 87. perculsus inopinata re. T. 11. callidae inopinataeque saevitiae. Dom. 11.

qui — tunc ultro inopinatus advenerat. Oth. 4. inopinato et adhuc novo Principi. Vesp. 7.

ex inopinato. Galb. 10.

*Inops*. inops atque egens. Ner. 6. Gr. 8. (Illud est antecedens, hoc consequens.)

inops ipse rerum omnium atque imparatus. C. 35. inops consilii. Ner. 34. Sed A. 19. leg. *impos mentis*, non *inops*.

*Inopia*. quos inopiae luxuriaeve vis urgeret. C. 27. ne aut aetate aut inopia — sollicitari ad res novas possent. A. 49. paucorum Sen. inopia sustentata. T. 47. adolesc. tempus tanta inopia gessisse fertur. Dom. 1. inopia rapax. Dom. 3.

vixit — in *summa pauperie, et paene inopia*. Gr. 11. (ubi, *inopiam* graviorem esse, patet, et defectum rerum ad vitam necessariarum significare.)

ad summam inopiam redactus est. Ter. 1.

summa aerarii fiscique inopia. Vesp. 16.

*cum genit*. (*Mangel an etwas*.) querentem de inopia et caritate vini populum. A. 42. summa frugum inopia. T. 16. ad summam ubertatem vini, frumenti vero inopiam. Dom. 7.

per inopiam occasionis. Cal. 56.

*Inquietus*. Galliam, et barbarorum incursionibus et principum discordia inquietam. T. 9. ad ordinandam provinciam, et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. Galb. 7.

*Inquietare*. ne quem officii causa inquietaret. A. 53. (Al. *sollicitaret* ex glossemate.) qui — in secessu quiescentem per convicia et jocos — inquietarent. Ner. 34. ne inquietaretur, viciniae silentium — indicere solebat. Cal. 55.

hortorum custodes umbris inquietatos. Cal. 59. inquietatus fremitu sequ. Cal. 26.

assidue varieque inquietatus. Cl. 9. (*Plin*. ep. 1, 9, 5. „nullo timore *sollicitor*, nullis rumoribus *inquietor*." 9, 15, 1. „multis undique rusticorum libellis — *inquietor*." *Tac*. H. 3, 84. „*inquietare* victoriam." Eidem frequentissimum adjectivum *inquies*, ut A. 1, 65. „nox per diversa *inquies*." l. 3, 4. „dies ploratibus *inquies*." 6, 18. „is moribus *inquies*." l. 1, 68. „haud minus *inquies* Germanus sequ." et c. 74. simpliciter *inquies*. De simili verbo *incommodare* v. Goerenz. ad *Cic*. Fin. 5, 19, 50.)

*Inquilinus.* inquilinos praediorum suorum. Cl. 38. inquilinos privatarum aedium atque insularum. Ner. 44.

*Inquirere.* nec quicquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere. A. 27. nec quicquam ultra — inquisivit. A. 51.

ipse ne vestigium qu. de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, inveni. Vesp. 1.

inquisito omni sacrificiorum remediorumque genere. Tit. 8.

*Inquisitores*, homines ad quaerendum aliquem et ex fuga retrahendum emissi. se ab inquisitoribus pecunia redimere. C. 1. v. not. et Casaub.

*de cognitione delictorum.* desertorum ac seditiosorum et inquisitor et punitor acerrimus. C. 67. magna inquisitorum negligentia. Cl. 16.

*Inquit* saepius repetitum, v. Oudend. ad C. 32. Mihi suspectum est alterum. v. not.

*Insanus.* M. Antonium ut insanum increpat. A. 86.

*Insania.* omnibus ad insaniam favit. Cal. 55.

*Inscendere.* equum inscendit. Ner. 48. v. Oudend. equo — amisso, alteroque inscenso. Tit. 4.

*Insciens* et ignarus. Cl. 29. (*Insciens* est, qui nihil comperit de aliqua re, *ignarus*, qui non cognovit h. e. non indagavit rem, non *certior* de ea factus est. Ceterum v. corollarium sub voc. *Pleonasmus.*)

*Inscitus.* non inscitus jocus. Ner. 28.

*Inscitia.* inscitia tanto opere elaboratae perfectaeque a se artis. Ner. 41.

*Inscribere* alicui rei aliquid. nomen ejus vexillis omnibus sine mora inscriptum est. Vesp. 6.

*aliquid aliquo nomine vel titulo.* imagunculam — hoc nomine inscriptam. A. 7. togata, quae Incendium inscribitur. Ner. 11. ne inscriptam qu. (orationem): *pro Metello.* C. 55.

aras ibi ostendi, inscriptas: *ob Agr. puerperium.* Cal. 8. lapidem: *memoriae Othonis*, inscriptum. Vit. 10. multifariam inscriptum est: *redde Germanicum.* T. 52.

non temere *quem literatum* in titulo, sed *literatorem inscribi* solitum esse. Gr. 4.

*Inscriptio* statuae. A. 97. Vit. 3. arae. Cal. 8. cum inscriptione Graeca. Ner. 45.

*Insculpere.* quum annotasset insculptum monumento militem Gallum. Ner. 41. nec contentus, elogium tumulo ejus — *exsculpsisse.* Cl. 1. ubi plerique: *insculpsisse.* v. tamen Oudend.

*Insequi.* v. de hoc verbo Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 53, 2.

i. q. *proxime sequi, succedere,* (*unmittelbar darauf folgen.*)

insequenti die. A. 53. at insequenti (nocte), ut restitui pro vulg. *in sequenti*, A. 94. v. not. insequenti statim nocte. ibid. Ita: *insequenti die* Ner. 43. scribendum optimorum codd. auctoritate cum Oudendorpio. Idem A. 44. dedit: „*in insequentis* diei matutinum tempus," ubi praefero *sequentis* ob particulam *in*. Nam post voculas *ut*, *ne* et similes omisisse videntur Latini praepositionem eodem usu, quo *si quis*, *ne quis* scribunt, non *si aliquis* etc.

insequenti anno. C. 29. partim antecedente anno — partim insequente. T. 5.

mense insequenti. Dom. 1. atrocitas insequentium temporum. Cal. 6.

velut praesagium insequentis casus. Galb. 6. spatium insequentis aetatis. T. 7.

insecuti Principes. A. 50. insequentium Principum. Dom. 23. insequentium aetatum Principes. A. 51.

i. q. *persequi*. hostem — non prius destitit insequi sequ. Cl. 1. (*Insequi* est vestigia hostis sequi, *persequi*, hostem usque ad finem, continuo sequi.)

obsides quosdam — cum equitatu insecutus — reduxit. Cal. 45.

*Insectari* i. q. *exagitare, persequi aliquem*, adjuncta fere *odii* et *ulciscendi cupiditatis* notione. v. eundem Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 53, 2.

perseverantem — criminosissime insectatus est. T. 53. h. e. gravissimis criminibus omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum insectatus est. Ner. 33. ne verbo quidem insectatus. T. 32. Sext. Pompejus ut effeminatum insectatus est. A. 68.

i. q. *persequi*. v. *Insequi*. duces German. tota acie insectatus. Cl. 1.

*Insectatio*. non contentus hac Augusti insectatione. Cal. 23. i. q. *criminatione*.

ne principum qu. virorum insectatione abstinuit. Gr. 9. non sine insectatione studiorum morumque ejus. Gr. 19.

*Insepultus*. ut insepulti projicerentur. Vesp. 2.

*Inserere*, immittere, interponere, nostr. *einstecken*, *einschieben*, *eintragen*.

inserto per os pollice. Galb. 20. nudi hominis cervicem inseri furcae. Ner. 49. —

insertos civium numero. A. 42. insertus est Liviorum familiae. T. 3. si qui — imaginibus eum Caesarum insererent. Cal. 23.

quibus (muneribus) inseruit catervas Afrorum Camp. pugilum. Cal. 18. —

annalibus suis vir consularis inseruit sequ. T. 61. quamvis libello — haec etiam inseruerit. Dom. 18.

*Insidere*. insidens ligneo solio. A. 82.

*Insidiae*, Gr. ἐνέδρα, ἐπιβουλή, ut nostr. *Hinterhalt*.

legatis per insidias caesis. C. 25. a quo sibi quoque insidias tendi videbat. C. 35. insidias quidam suspicati. Oth. 8. quem — naufragio vel latronum insidiis perisse. A. 27. eum perisse ex insidiis. Cl. 12. cujus nocturnas insidias — evaserat. C. 74. insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper. C. 86. quasi insidiarum adversus se conscias. Cal. 24. nec tamen expers insidiarum usquequaque permansit. Cl. 13. quasdam insidias temere delatas adeo expavit sequ. Cl. 36. quasi remedium insidiarum. Ner. 56. neque cessavit ex eo, insidias struere fratri clam palamque. Dom. 2. de insidiarum caedisque genere haec fere divulgata sunt. Dom. 17.

i. q. *dolus, fraus*, qua quis alium in discrimen deducere quaerit.

omnibus insidiis tentatus elicientium cogentiumque se ad querelas. Cal. 10.

*Insidiari*. quem colloquio petito insidiatum sibi. A. 27.

*Insidiatorus* Caji. Cl. 10.

*Insidiosus* i. q. insidiis expositus. insidiosa itinera. C. 58.

*Insignis, prae aliis distinctus* in utramque partem, unde i. q. *conspicuus, eximius, memorabilis* etc.

facie insigni. Cal. 25. insignis aquila. Dom. 6. (*ausgezeichnet groſs.*) insigni festivitate. Cal. 7.

ipse maxime insignis, quod sequ. Galb. 6.

familia clara insignibus viris. T. 3. (gloria et laudibus.)

insigni anno Cajana nece. Tit. 1. insignes ganeae matronarum. Ner. 27. v. not. caedes insignis. Cal. 57.

insignis contumelia. C. 79. insignis honor. T. 50. insigni testimonio pietatis atque indolis. Cal. 12. propter insignem reginae Beren. amorem. Tit. 7.

insignes pinguissima coma et excellentissimo cultu pueri. Ner. 20. insignis quernea corona, et caetra, et gladio, aureaque chlamyde. Cal. 19.

*senio* vel aliqua corporis *labe* insignibus. A. 38. insignes *debilitate* aliqua corporis. Cal. 26. v. Gronov. ad *Plaut.* Mil. glor. 3, 1, 127.

*Insigniter.* pullus insigniter cristatus. T. 14.

*Insigne.* insigne vestis. A. 35. (*Auszeichnung.*) insignia triumphorum. A. 29. Dom. 13.

sine regio insigni. A. 60. T. 14. retentis ultra justum tempus insignibus. T. 4.

is ordo, cujus insigne id esset. A. 94. vetera familiarum insignia. Cal. 35.

Deorum insignia. Cal. 52.

quod insigne mansit et in posteris ejus (rutila barba.) Ner. 1.

navalem cor., trajecti et quasi domiti Oceani insigne. Cl. 17.

*Insignire.* quod nullis calamitatibus publicis insignerentur (tempora sua.) Cal. 31.

*Insilire* defessos tauros. Cl. 21.

*Insimulare* i. q. ficto crimine accusare.

insimulatam parricidii, et quasi — venenum ex conscientia hausisset. Vit. 6.

*Insinuare.* Augusto etiam insinuatus est. Gr. 21. h. e. in Aug. gratiam se insinuavit. insinuatus Macroni. Cal. 12. Neroni. Oth. 2. ac primo Maecenati, deinde Augusto insinuatus. Horat.

*Insipiens.* decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Ner. 33.

*Insistere.* quo firme verberaturi insisterent. Cal. 26. (*fest auftreten.*)

*Insolens* i. q. *immodicus, arrogans.*

altercationibus insolentissimis paene in ordinem redactus. Vesp. 15.

*Insolentia* i. q. *arrogantia.* pari vanitate atque insolentia. Vit. 10.

*Insomnia.* incitabatur insomnia maxime. Cal. 50. (*Schlaflosigkeit.*) Al. *insomnio.* v. Oudend.

*Insons.* quasi ad poenam raperetur insons. Cl. 10. inter conscios Caes. necis, quamquam insons, damnatus. Ner. 3. non temere quis punitus insons reperietur. Vesp. 15.

*Inspicere.* quasi venalem domum inspecturus. Oth. 6. ferra-

menta pugnantium inspicienda porrexit. Tit. 9. quum a procuratore inspiceretur nonagenarius senex, *an* circumsectus esset. Dom. 12. ut eos inspiceret hortareturque. Cal. 58.

num et Ptolemaeûm (conditoria) inspicere vellet. A. 18.

nullius inspecto elogio. Cal. 27.

metoposcopum — adhibitum, ut Britannicum inspiceret. Tit. 2.

*Inspuere.* restituturum oculos, si inspuisset. Vesp. 7.

*Instar* i. q. *effigies, simulacrum.* cujus etiam instar pro aede Ven. Gen. postea dedicavit. C. 61. (v. interpr. ad *Gell.* 2, 6.)

Additur nominibus ad similitudinem alicujus rei designandam.

stagnum maris instar. Ner. 31. e primoribus velut instar Senatus instituit. Galb. 10. quod apud Parthos justitii instar est. Cal. 5.

locus — cellae penuariae instar. A. 6. tertium (ramum dedit) instar arboris. Vesp. 5.

*Instare.* i. q. *stare.* instans in medio triclinio. T. 72. (ut *incoenante eo* T. 39.) Locum varie vexaverunt. Nihil mutandum videtur. Contra vis singularis est in praepositione, ut in verbo *insistere* Cal. 26. v. etiam Gronov. ad *Tac.* A. 11, 19. —

i. q. *urgere, insequi.* non instante Pompejo. C. 36. ne hostis instaret cedentibus. T. 16.

i. q. *urgere precibus,* ut nostr. *inständig bitten.*

exorari nullo modo potuit; deprecanti saepe populo Rom. et pertinacius instanti sequ. A. 65. subinde instanti. Galb. 3. promtissimis atque etiam instantibus suis. Vesp. 6. unoquoque hinc inde instante, ut sequ. Ner. 49. instanti saepius, ut sequ. T. 51.

*Instanter.* instantius legitimos (honores) flagitanti. Cl. 5.

*Instaurare.* de instauranda societate. Ner. 57.

*Insternere.* toro — humili et modice instrato. A. 73. (cf. *Capitol.* Anton. Phil. 2. „instrato pellibus lectulo.") Ita legendum etiam videtur Ner. 48. „super lectum — vetere pallio *instratum* v. *stratum.*"

fragminibus panis instratus. Cl. 18. Leg. *infestatus.* Illud defendit Burm. v. Oudend. et not. nostr.

*Instigare.* instigante etiam — magnitudine aeris alieni. Oth. 5.

*Instinguere.* qua maxime injuria instinctus. C. 19.

instinctu vaticinantium. Vesp. 7. (nos: *auf Anregen.*)

*Institorius.* ganeae et matronarum, institorias operas imitantium. Ner. 27. De diversitate lectionis v. Burm. et Oudend. et not. nostr., de *institoribus* Oudend. ad Ner. 26. et l. cit.

*Instituere*, decernere, ut aliquid fiat, et initium rei facere, quasi *in loco aliquid statuere*, ut nostr. *einrichten, veranstalten, einsetzen, anstellen* sim.

peregr. mercium portoria instituit. C. 43. in re mil. et commutavit multa et instituit. A. 24. multa sub eo — coercita, nec minus instituta. Ner. 16. aerarium mil. cum vectigalibus novis instituit. A. 49. novum officium inst. T. 42. stipendiaque inst., et imaginariae militiae genus. Cl. 25.

propria auditoria instituit. Rh. 6. inferias his publice instituit. Cal. 15. certamen honori suo institutum. A. 98. instit. et quinqu. certamen. Ner. 12. Dom. 4. Minervae, cui colle-

gium instituerat. ibid. cohors — ad custodiam corporis instituta. Galb. 12.

convivia instituit jucunda magis, quam profusa. Tit. 7.

ad usum communis vitae instituta. Rh. 1.

majores nostri, quae liberos suos discere — vellent, instituerunt. Rh. 1.

instituit, *ut.* C. 20. A. 30. Ner. 32. institutum posthac, ut. Dom. 13.

et *omisso ut.* instituit — fieret. C. 41. — *c. acc. c. inf.* Lares ornari bis anno instituit. A. 31.

ex vetere instituto. A. 98. ex instituto Tiberii. Tit. 8.

jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius, instituit, quam per Augustum. Cl. 11. h. e. *uti coepit* jurejurando.

unde omnino i. q. *initium facere*, *incipere.*

idque instituisse a prima lanugine. Oth. 12. instituisse et ipsos quaedam genera institutionum. Gr. 4. qui novum genus disciplinae instituerunt. Rh. 1. genus vitae civile admodum instituit. T. 11. quem ordinem interrogandi sent. Consul Kal. Jan. instituisset, eum toto anno conservaret. C. 21. opera consummare, quae instituerat. C. 30.

*c. infin.* sibique instituit consilia sortiri semestria. A. 35. instituit recitare omnia. A. 84. primus C. Caesarem adorare ut Deum instituit. Vit. 2. v. Oudend.

instituerant civitates — coronas ad ipsum mittere. Ner. 22. libellos — componere instituit. Gr. 21.

*instituere arborem* i. q. *plantare*, ut nostr. *setzen, einsetzen.*

arborem ab ipso institutam. Galb. 1. vitem manu ejus institutam. Gr. 23.

*instituere heredem* i. q. *velle heredem aliquem esse*, *scribere*, *nuncupare her.* C. 83. A. 101. Cal. 24. Vit. 6. ut coheredem semper filiis instituerit. Cl. 1. —

i. q. *docere*, *instruere*, quasi statuere in elementis doctrinae, artis etc.

legio disciplina Rom. instituta. C. 24. (Haec enim jungenda, ut *cultu Romano ornata.*) quasi pueros institueret, ut sequ. T. 44. filiam et neptes ita instituit, ut — assuefaceret. A. 64. h. e. *a primis annis ita educavit.*

paribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus. Tit. 2.

*Institutio.* Gr. παιδεία. nemini minus institutionem puerorum vel juvenum committendam. Gr. 23.

*institutiones.* instituisse et ipsos quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam. Gr. 4. (*Anweisungen, Methoden.*)

*Instratus.* v. *Insternere.*

*Instrenuus.* non instrenuo duce. Vesp. 4. v. *Strenuus.*

*Instruere*, ornare al. rebus necessariis, unde i. q. *ornare*, *armare*, *excolere* al. de ornanda instruendaque Urbe. C. 44. (*Ornare* ad splendorem, *instruere* ad utilitatem et necessitatem pertinet.) Italiam operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit. A. 46. distinctis et instructis pro loci dignitate compluribus cellis. Cal. 41. (nempe *supellectili* aliisque rebus necessariis.)

cubicula — libris Elephantidis instruxit. T. 43. super le-

ctum — vetere pallio strato instructum. Ner. 48. (si lectio sana. Leg. *stratum* v. *instratum.* v. not.)

primam curam habuit — concubinas securibus peltisque Amaz. instruendi. Ner. 44. unde: instructa acies. A. 16. i. q. armata et ad pugnandum parata.

Princ., quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis. T. 29.

alterum breviario rerum omnium Rom. instruxit, alterum praeceptis de ratione scribendi. Gr. 10.

Vitellii filiam splend. maritavit, *dotavit*que etiam *et instruxit.* Vesp. 14. h. e. praeter dotem *instrumentum domesticum* s. *supellectilem* ei dedit. (nostr. *ausstatten.*)

instruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam. Gr. 2. h. e. *ornaverunt*, *excoluerunt*, quasi aedificium apparatu necessario.

*Instrumentum* i. q. *apparatus*, *ornamenta*, sensu latissimo, ut nostr. *Geräthe.*

diverso quemque apparatu et instrumento. C. 37. (*Apparatus* ad splendorem pompae maxime pertinet, *instrumentum* ad res necessarias, ut *vestes, fercula* etc.) *vestem*, quam ex instrumento triumphorum ad praesentem usum induerant. C. 84. religiosas vestes cum instrumento omni comburere. T. 36. —

quum — nihil sibi praeter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit. A. 71. (h. e. ex omni supellectili, qua instructa erat domus regia.)

invitatus lucro, quicquid instrumenti veteris aulae erat, ab Urbe repetiit. Cal. 39. cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. ibid. instrumenti ejus et supellectilis parsimonia. A. 73. (ubi *instrumentum* ad vestes, calciamenta, *supellex* ad lectos, mensas etc. pertinet. Proprie autem *instrumentum* latioris est significationis, et comprehendit *supellectilem*, unde *Cic.* Orat. 1, 36. tropice: „*in oratoris instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram.*“)

*de literis* s. *monumentis publicis*, nostr. *Urkunden.*

sequenda est igitur *publici instrumenti* auctoritas. Cal. 8. (*Acta* dicit *urbana.*) aerearum tabularum tria millia — restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus, *instrumentum imperii* pulcerrimum ac vetustissimum sequ. Vesp. 8.

*Insuetus.* poeticae studium — insuetum antea sibi. Dom. 2.

*Insuere.* manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, sequ. A. 33. (De *lege Pompeja* v. not. ad l. c.)

*Insula.* T. 11. 43. 60. Cal. 44. Cl. 17.

ex insula in continentem — transtulit eam. A. 65. ex insulis, quibus continebantur. A. 19. non solum insulas habere se, sed etiam gladios. Cal. 29.

delatores — partim subjici ac venire imperavit; partim in asperrimas insularum avehi. Tit. 8. (v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. observ. 36. p. 535. sequ.) —

conditor insulae. A. 99. ins. Aesculapii. Cl. 25. proximae Campan. insulae. A. 98. insulae Campaniae. A. 72. insulae (in missilibus.) Ner. 11.

*insulae* i. q. *aedes a proximis sejunctae*, communi pariete non interposito; saepe *series aedificiorum*, quae a possessore locari solebat, adeoque i. q. *domus conducticiae.* v. not. ad C. 41.

*domini* insularum. C. 41. T. 48. *inquilini* insularum. Ner. 44. (Alias *insularii*).

Itaque *domus* et *insulae* distinguuntur Ner. 16., quum *domus* ab ipsis possessoribus habitarentur, *insulae*, multis habitatoribus s. inquilinis destinatae, longioris ambitus essent. cf. Ner. 38. „praeter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt sequ."

*Insultare.* ex eo insultaturum omnium capitibus. C. 22. (Auct. ad Herenn. 4, 39. „inimici — insultabunt in horum miserias." cf. Mitscherlich. ad *Horat.* Epod. 17, 68, 69.)

*Insuper.* dictaturam, praefect. morum, insuper praenomen Imper. C. 76. *inter* varia munuscula togas *insuper ac* pallia distribuit. A. 98. posteriore epulo forensia insuper viris — distribuit. Cal. 17. agrum insuper — accepit. T. 1.

legato etiam prosecutus, commendavit insuper exercitibus. Cl. 6. hortatus est — Graeca insuper voce prosecutus. Cl. 43. ut et — M. insuper Brutum invocaret. Rh. 6.

signa mil. — reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt. A. 21.

*non* negando minuendove, *sed insuper* amplificando ementiendoque. C. 66.

*Insusurrare.* cum Capit. Jove secreto fabulabatur, modo insusurrans ac praebens invicem aurem, modo clarius. Cal. 22.

*Intactus.* dimisit intactam adhuc et virginem. A. 62.

*Integer* i. q. *intactus*, *illaesus* (nostr. *frisch*, *unversehrt*, *ungeschmälert* al.)

integra aetate ac valetudine. T. 10. aetate integra. Cal. 25. Vit. 7. neque aetate, neque corpore integer. A. 19. malum recens et integrum. T. 68. h. e. *nondum putredine corruptum.* fortunae et existimationis integrae. Ner. 12.

quod integris patrimoniis exsulabant. C. 42. (Oppon. *bonis omnibus* parricidas, reliquos *dimidia parte multavit.*) cujus ex parte tertia heres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per Cajum universis bonis. Ner. 6.

residuis integrisque etiam nunc (copiis), quas secum — detinuerat. Oth. 9. h. e. *pugna nondum fatigatis vel afflictis.*

posteriore corporis parte in simiae speciem transfigurato, ac tantum capite integro. Ner. 46. h. e. *non mutato.*

integra veritate. C. 56. h. e. salva veritate, sine errore vel fraude.

in integrum restituere aliquem. C. 16. h. e. *in pristinum statum*, demta omni honoris, dignitatis vel conditionis imminutione.

*ex integro.* navibus ex integro fabricatis. A. 16. leges — ex integro sanxit. A. 34. Opponuntur, quas modo *retractavit.*

*Integre.* Africam integerrime nec sine magna dignatione administravit. Vesp. 4. h. e. *salva nominis fama castisque moribus.*

*Integritas.* procurationes — summa integritate administravit. Plin. h. e. *abstinentia.*

*Intelligere.* non intellexi. A. 54. h. e. haud satis sententiam tuam percepi.

i. q. *animadvertere.* ut nonnisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset (staturae ejus brevitas.

Opp. *occuleretur.*) A. 79. intelligent me omnes Senatui interfuisse. Dom. 11.
intellecta defectione. T. 73. —

*Intemperans*, ἀκρατής, *qui modum excedit, sibi temperare non potest.*
in hoc quoque mimo praeter modum intemperans. Cal. 45.
ad res Venereas intemperantior traditur. Horat.
plenus minarum, usque eo intemperans sequ. Lucan.
*Intemperanter.* quod ille adversus privatum se intemperantius affuisset. Cl. 38. h. e. *immodestius, vehementius.*
*Intemperantia*, ἀκράτεια, ἀκρασία. quem quum morbo et intemperantia perisse existimaret. T. 62. (Erat enim *animi fluxioris remissiorisque vitae.* c. 52.)
ne convivia qu. ac ceteras voluptates (praetermis.) partim intemperantia sequ. T. 72.

*Intempestiva* gula. Vit. 13. (quam praeter tempus, in sacrificiis quoque et itineribus expleret.) Sed Cal. 45. leg. *tempestiva convivia.* v. not.

*Intendere.* ut — quisque animum intenderet. A. 35.
*c. dat.* calumniis rapinisque intendit animum. Ner. 32. (v. quae de substant. *intentio* Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 71, 5. et 78, 3., Schaefer. ad *Plin.* ep. 1, 8, 13.)
auxit intenditque saevitiam. T. 62. (*auxit* ad numerum eorum referendum, quos afflixit, *intendit* ad saevitiae vim.)
*intendere alicui adulterii crimen.* Dom. 8. injuriarum formulam. Vit. 7. (Proprie de sagittis, quae intento arcu in aliquem diriguntur.)
*Intentus.* miles paratus et intentus. C. 65. (h. e. *animo etiam paratus.* v. not.)
huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus. T. 62. v. *Deditus.*
paratus intentusque jam morti. Oth. 11.

*Intentare.* etiam strictos gladios intentans (perseveranti.) C. 14. (*Liv.* 9, 6. *gladii plerisque intentati.* v. Drakenb. ad 38, 5.)

*Inter* significat, *medium* aliquem vel aliquid esse *in pluribus*, vel *numero*, vel *loco*, vel *tempore* eodem conjunctis, nostr. *unter*, *zwischen*, *während.*
*de numero*, nostr. *unter*, Gr. ἐν.
qui plurimum inter homines pollent. C. 6. inter socios Catilinae nominatus. C. 17. inter pastores habere al. C. 42. statua inter reges. C. 76. gens allecta inter Romanas. A. 2. hunc quoque — inter divisores operasque campestres proditum. A. 3. inter Vigintiviros agrum Camp. divisit. A. 4. inter cubiculares colitur. A. 7. quod solae nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. T. 48. scripta eorum et imagines — inter veteres et praec. auctores dedicavit. T. 70. inter heredes nuncupare al. A. 17. German. manus, quam inter armigeros circa se habuerat. A. 49. inter ceteras necessitudines. Cl. 6.
*inter cetera* carmina — *etiam* illud. C. 49. *inter cetera* crimina *vel maxime.* A. 51. *inter* varia manuscula togas *insuper* ac pallia distribuit. A. 98.
*inter* cognomina — *et* Neronis assumsit. T. 1. *inter cetera* stud. monumenta reliquit *et* comoedias Gr. Cal. 3. excogitaverat *inter* genera cruciatuum *etiam*, ut sequ. T. 62.

interque eos *et* aeneatores. C. 32. inter alios. A. 17. exclusus inter ceteros. Cl. 10. inter cetera. Cl. 39. Cal. 48. inter quas. C. 52. 55. inter quos. T. 76. inter alia complura. A. 100.

*de loco*, nostr. *zwischen*, *unter*, mixta plerumque numeri et loci notione, ubi plures eodem sunt loco, in quorum medio aliquid est positum.

socculum — inter togam tunicamque gestavit. Vit. 2.

inter oppositas classes transmisit. C. 58. inter officia prosequentium — avexit. C. 71. revertente eo, inter immodicas — populi acclamationes quidam sequ. C. 79. introiit — inter signa atque vexilla. Vit. 11. inter profusissimos opson. apparatus. Vit. 10. inter magna rerum verborumque ludibria. Vit. 17. —

unde saepe i. q. *apud.* dote *inter Auspices* consignata. Cl. 26. professus ante *inter suos.* C. 34. ut quidam — confessus sit *inter suos.* A. 79. domi et *inter suos.* A. 61. —

hujusmodi blanditias etiam *inter ipsos* prohibuit. A. 53. (nos: *unter einander selbst.*) si vellent *inter se* ludere. A. 71. armis inter se — concurrerunt. Oth. 12. —

inter manus sublevantium — exstinctus. Vesp. 24.

inter angustias viarum pugnantes. A. 45. *inter* vicos *et inter* vias manere. C. 39. (de qua repetitione praepos. *inter* v. Burm. ad A. 71.) toto Illyrico, quod *inter* Italiam regnumque Noricum — *interque* Danubium fl. — patet. T. 16. Al. male: *intra.*

color inter aquilum candidumque. A. 79. h. e. cui medium locum tribuas inter aquilum candidumque, mixtus ex utroque.

*de tempore* significat medium aliquod temporis momentum, post initium et ante finem, itaque quod adhuc durat, ut nostr. *unter*, *während*, Gr. *μεταξύ.* v. Goerenz. ad *Cic.* Acad. 1, 7, 29.

inter publicas cerimonias. C. 6. inter ludos. C. 84. inter coenam. A. 71. T. 53. Galb. 22. inter poenam. T. 60. inter res agendas. C. 45. inter canendum. Ner. 32. inter initia. T. 26. 57. Cl. 44. Dom. 9. inter initia imperii. Ner. 22. inter initia principatus. Dom. 3. (*Gell.* 4, 7. „inter suam aetatem.")

inter moras. Ner. 49. inter aliquas moras. A. 78.

inter maximos imbres. Dom. 4. (h. e. dum maximi imbres cadunt.)

inter spectacula muneris largissimum epulum dedit. Dom. 4.

Sed Galb. 5. leg. *in conventu matronarum*, non *inter conventum*, quoniam *locus* ibi significatur, *ubi* facta est res, non *duratio temporis.* v. Ern. et Oudend.

inter jocum. C. 4. h. e. *in jocando, dum jocabatur.* Al. *per jocum.* v. Oudend. et Duker. ad *Flor.* 2, 6, 41., Drakenb. ad *Liv.* 4, 18.

inter quae. C. 26. (ubi male Burm. *interimque.* v. Oudend.)

inter haec. T. 8. 63. Cal. 45. Ner. 59. Vesp. 3. Tit. 10.

De confusione praepos. *inter* et *intra* v. Oudend. ad T. 16. et Cl. 17., Drakenb. ad *Liv.* 1, 10. et 5, 27., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 30, 4.

*Intercalare.* fastos, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatos. C. 40. ut — unus dies quarto quoque anno intercalaretur. ibid.
*Intercalarius* mensis. C. 40.
*Intercapedo.* post longam intercapedinem. A. 38. intercapedine jurisdictionis. Vesp. 10.
*Intercedere*, Gr. ἐνίστασθαι, ἐντυγχάνειν, omnino *impedire verbis vel factis, quo minus aliquid fiat*, maxime *de Tribunis pl.*, qui *vetando* prohibebant. v. de usu hujus verbi Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 5.
interc. *pro aliquo.* de Tribunis pl. intercedentibus pro se. C. 30.
sequ. *ne* v. *quo minus.* ne quicquam constitueretur, intercessit. A. 55. (vi tribun. potestatis.) intercessit et, *quo minus* — juraretur, *et ne* — vocarentur. T. 26.
*de al. re.* de cognomine intercessit Augustus. T. 17.
*simpl.* ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset. T. 2.
ad leniendam invidiam intercessit. Dom. 11. h. e. *deprecatus est.*
*Intercessio.* adversus collegarum intercessionem. C. 16. quae primo consulatu adversus auspicia legesque et intercessiones gessisset. C. 30. sublatam Tribunorum intercessionem. C. 31.
*Intercessores* Tribuni. C. 29.
*Intercipere*, per fraudem et clam aliquid capere vel amovere.
quum librum soceri nondum editum fraude intercepisset. Gr. 3.
commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur. Gr. 5. h. e. *ex aliis clam desumta, subtracta.* interceptarum pecuniarum reus. Dom. 17.
paene interceptus est a manu gladiatorum. A. 14. i. q. *captus*, sed improviso impetu, nostr. *aufgefangen*, *aufgehoben.*
unde i. q. *tollere.* intercepto communis filii pignore. T. 7. interc. aliquem veneno. C. 20. Cl. 1. Ner. 35. (*Plin.* ep. 6, 25, 4. *Tac.* Agric. 43.)
*Intercludere.* ob interclusos commeatus. A. 16.
*Intercus.* morbus aquae intercutis. Ner. 5.
*Interdicere. alicui aliquid.* quibus a magistratibus provinciae interdicerentur. Cl. 23. Druid. religionem, civibus sub Augusto interdictam. Cl. 25. interdixit histrionibus scenam. Dom. 7. — *omisso dat.* Urbe interdicta. A. 27. interdicto cujusquam coitu. Cal. 25. interdicta aula. Vesp. 14.
*alicui aliqua re.* alteri domo et provinciis suis interdixit. A. 66. domoque ei interdictum est. Gr. 14.
*interd. aliquid* i. q. *vetare*, *prohibere.* quum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris. Ner. 32. v. Oudend. quamvis interdictum a Claudio esset. Ner. 7. prius, quam SCto interdiceretur. A. 43.
*c. infin.* interdixit commeatus peti. Galb. 6.
*sequ. ne.* interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent. T. 61.
*Interdiu.* C. 65. A. 77. 100. Cal. 22. Cl. 33. Ner. 26.
*Interdum* post *Modo.* v. *Modo.*
*Interesse.* spectaculo publico interfuit. C. 31. iis spectac., quae

ab aliquo ederentur, rarissime interfuit. T. 47. nulli Gr. certamini interfuit sequ. A. 45. quaestor. muneribus ita semper interfuit sequ. Dom. 4. quoties magistratuum comitiis interesset. A. 56. castr. ludis — interfuit. T. 72. cognitionibus magistr. — frequenter interfuit. Cl. 12. Eleusiniis sacris — interesse non ausus est. Ner. 34. interfuit huic bello. Oth. 10. (typothet. errore in edit. est: *hoc bello.*) puer, qui — interfuit caedi. Dom. 17. —

quin animadversionibus poenisque — cupidissime interesset. Cal. 11.

Curiae interesse. A. 38. in Senatu, cui novissime interfuit. Cl. 46. intelligent me omnes Senatui interfuisse. Dom. 11. interfuisse me adolescentulum memini, *quum* sequ. Dom. 12.

Inde *interesse alicui* pro *adesse*. sacrificanti interfuit. Oth. 6. quod non magis est rejiciendum, quam *interesse Curiae et Senatui*. v. not.

imperson. *interest*. Gr. διαφέρει. nihil interest valeam ipse nec ne. T. 21.

non tam *sua*, quam *Reip.* interesse, uti salvus esset. C. 86. quando maxime sua interesset, ut sequ. Cal. 16. quasi Reip. maxime interesset. Cl. 26.

*Interficere.* refugientem servus Aemil. — interficere conatus est. A. 16.

quum Afranius ac Petr. deprehensos intra castra Julianos — interfecissent. C. 75.

ad visendum interfectae cadaver. Ner. 34.

*Interfector.* inimicum et interfectorem ejus. Vit. 2.

*Interimere.* C. 75. 89. A. 12. 17. T. 3. 22. 62. Cal. 23. 30. 58. Ner. 37. 57. Galb. 10. Vesp. 7. Dom. 10. Gr. 9.

*Interior.* patefacta interiore animi sui nota. T. 54.

referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam. T. 61. h. e. *domesticam*. interiores aulici. Cal. 19.

*Interjicere.* i. q. *interponere*, *inserere*. brachio dolonem interjecit. Dom. 17.

inter Nov. ac Dec. mensem interjecit duos alios. C. 40. i. q. *intercalavit*.

interjectis diebus. C. 37. Oppon. *continuis diebus*. tertium consul. anno interjecto gessit. A. 26. Oppon. sequentes *continuavit*.

interjecto tempore. Rh. 1. i. q. *post aliquod temporis intervallum*.

edidit et Circenses — interjecta modo Afric. venatione, modo Trojae decursione. Cal. 18. h. e. *exhibita per diei intervalla*.

*Intermittere.* bellum — diu traxit, intermissum saepius. A. 16. rationes imperii, ab Aug. proponi solitas, sed a Tiberio intermissas. Cal. 16. gessit et censuram, intermissam diu. Cl. 16. ludi intermissi. Cl. 21. h. e. *per errorem non habiti.*

*Intermissio.* triginta hom. millibus sine intermissione operantibus. Cl. 20.

*Intermortuus*, qui est inter vitam et mortem. v. Duker. ad *Liv.* 37, 53.

diu sine voce et paene intermortuus jacuit. Ner. 42.

*Internecio.* paene internecione ampliss. ordinis. Oth. 8. armis inter se ad internecionem concurrerunt. Oth. 12.

*Internuncius.* per internuncios ac literas. Oth. 8. non monere, nisi acerbo et brevi scripto, aut per internuncios, solita. Cl. 3.

*Interpellare*, versantem in aliquo sermone vel negotio appellare, adeoque *interrumpere.*

M. Catonem interpellantem. C. 20. h. e. *obloquentem*, *resistentem.*

si quid — blandius de se diceretur, non dubit. interpellare ac reprehendere et commutare continuo. T. 27. ne ream qu. interpellare desiit. T. 45.

*alicujus labores interrumpere.* petiisse ab ea, ne interpellaretur. Ter. 3.

unde i. q. *precibus aliquem adire*, adjuncta importunitatis notione.

interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent. T. 34. (nostr. *stören*, *bestürmen*, *überlaufen.*) Urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat. T. 40. nemo exstabat, qui adiri interpellarique posset. T. 75. (h. e. *rogari.*) interpellanti mox ministro. Vesp. 23. (h. e. *cum precibus se adeunti.*) coenae tempore interpellatus tumultuosioribus literis. Ner. 40.

omnino: *appellare* (nostr. *angehen*, *in Anspruch nehmen.*)

alium (judicem) interpellatum ab adversariis de propria lite. Cl. 15.

quoad Cass. Severus, interpellatis judicibus, dilationem petiit. Gr. 22. h. e. *appellatis.*

rursus interpellante milite ac populo, et, ne deficeret, hortante. Vit. 15. —

fameque interim et siti interpellante. Ner. 48. h. e. *interveniente*, importunius ad cibum capiendum admonente.

*Interpellatio.* si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset. A. 72.

*Interpellatores*, qui negotiis precibusque aliquem adeunt et appellant.

quum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicundo detinerent. A. 97.

*Interponere* h. e. inter alios aliquem, v. inter alia aliquid ponere. cf. *Interjicere.*

ut convivio interponeretur. Cal. 39. ut legatos — etiam epulis familiaribus interponeret. Ner. 22.

acroamata et histriones aut etiam triviales ex Circo ludios interponebat. A. 74. h. e. *coenae per intervalla interjiciebat, ad delectandum adhibebat.* —

inediam unius diei per singulos menses interpon. Vesp. 20.

interposito tempore Consul. T. 9. i. q. *interjecto.* vix uno interposito die. Cl. 26. nocte interposita. Vit. 15. (*Liv.* 44, 39.)

interposito per Caesarem jurejurando. C. 85. h. e. *adhibito.*

interponi decretum passus est, quo sibi gratiae agerentur. T. 53. h. e. *fieri*, pr. reliquis sententiis *addi.* (*Liv.* 3, 46. „jus eo die se non dicturum, neque *decretum interpositurum.*")

*Interpres.* ut, de quo quisque dubitaret, se nec alio interprete

— uteretur. T.[1] 18. poetarum interpretes, qui a Graecis γραμματικοί nominentur. Gr. 4.

*Interpretari* i. q. explicare rem intellectu difficilem, nostr. *auslegen.*

antiquissimi doctorum — nihil amplius quam Graeca interpretabantur. Gr. 1.

maxime *de conjectoribus*, qui somnia, ostenta etc. explicant.

conjectores — arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes. C. 7.

fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam sequ. A. 94.

nec defuerunt, qui interpretarentur, significari rerum mutationem. Galb. 8. coll. Vesp. 5. non deerant, qui secus interpretarentur. Tit. 5. nec defuit, qui ostentum sic interpretaretur. Dom. 23.

*interpretatus* pass. verba supplicis interpretata. Ner. 13. h. e. *Latine versa.*

*Interpretatio.* sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire. C. 14. h. e. sententiae mitiorem sensum subjicere.

*Interrogare.* interrogatus, *cur.* C. 74. interrogatus, *an.* A. 54.

interrogavit, quale id genus esset poenae. Ner. 49.

interr. *testem.* A. 56. militem Graece testimonium interrogatum. T. 71.

Opp. *respondere.*

*reum* — ita fertur interrogasse. A. 33.

*in Senatu.* quem ordinem interrogandi sententias Consul Kal. Jan. instituisset. C. 21.

in Senatu novissimus consularium sententiam dixit — post omnes interrogatus. Cl. 9.

omnino *de aliqua re quaerere ex al.*, nostr. *befragen.*

ut, qui a loco perferunt literas, iidem interrogari quoque, *si* (h. e. *an*) quid res exigant, possint. A. 49.

*Interrogatio.* post longas demum interrogationes (Claudii judicis.) Cl. 15.

*Interrumpere.* interruptum somnum recuperare. A. 78.

Sed Ner. 49. inepta est lectio: *interrumpenti Centurioni.* Leg. *irrumpenti.*

*Intervallum. de loco.* Bajarum medium intervallum Puteol. ad moles. Cal. 19.

juvenes modicis intervallis — disposuit. A. 49.

per intervalla digitorum. Dom. 19.

*de tempore.* longo intervallo. A. 57. T. 65. longo post intervallo. Vit. 1. dehinc longo intervallo. Dom. 8. procedente tempore — ac rursus magno intervallo. A. 2. ex longo intervallo. Horat. ex intervallo subinde. Cl. 41.

duos primos *junctim*, sequentes *per intervallum.* Cl. 14. duodecimum magno, id est septemdecim annorum intervallo — petiit. A. 26.

*Intervenire*, ad mediam rem v. inter duos pluresve venire, ad rem adjuvandam vel dirimendam vel impediendam, nostr. *dazu* v. *dazwischen kommen.*

ut tamen quibusdam (bellis) aut interveniret, aut non longe abesset. A. 20. incendio et ipsam intervenisse. T. 50. secretum — denegavit, nisi ut interveniret Macro. Cal. 23. —

quamquam et offensis intervenientibus. A. 66. ne quid morae interveniret. Ner. 57. —

neque Senatu interveniente. C. 30. h. e. rem auctoritate sua dirimente.

eum intervenientem et quasi studiosiorem partis alterius. T. 11. (nostr. *sich einmengen.*)

villicum intervenientem. Cl. 38.

sequ. *ne.* eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. T. 33.

*Interventus.* creditores interventu sponsorum removit. C. 18.

*Intervertere.* quorum publica vectigalia interverterat. Vit. 7. (nostr. *unterschlagen.*)

*Intervisere* h. e. per intervallum visere. uxorem interv. A. 24.

*Intestinus.* quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum erat. Cal. 5. intestina dissensione. Galb. 7.

*intestina.* A. 94. infirmis intestinis morbo variante. A. 98. quum creberrimo frigidae aquae usu etiam intestina vitiasset. Vesp. 24.

*Intexere.* stragulis albis auro intextis. Ner. 50.

*Intimus.* amicorum intimi. Ner. 21. amicorum libertorumque intimorum conspiratione. Dom. 14.

intima cui soli nota sua exstiterint. Gr. 18.

*Intolerabilis.* idque factum ejus tanto intolerabilius est visum. C. 78. arrogantia socordiaque intolerabilis. Galb. 14.

*Intolerantia.* pass. de acerbitate et intolerantia morum ejus. T. 51. (Contra *Gell.* 17, 19. active utitur hoc nomine.)

*Intra finem* notat *loci* vel *temporis*, quo quis vel quid continetur. v. GRONOV. ad *Liv.* 1, 10. nostr. *innerhalb.*

*de loco.* quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. C. 68. intra moenia hostis. C. 35. deprehensos intra castra Julianos. C. 75.

quos una et intra Palatium habitantes. Galb. 14. quum sacrificaret intra aedem publicam. Galb. 8. ubi v. Oudend.

*pro adverbio.* intraque. C. 84.

*de tempore.* intra quintum, quam affuerat, diem. C. 35. h. e. *nondum exactis quinque diebus.* intra sextum adoptionis diem. Galb. 17. intra tricesimum annum. A. 21. intra annum. Dom. 9. intra triennium. T. 15. intra quartum mensem periit. Cal. 49. intra mensem tertium peperit. Cl. 1. intra paucissimos dies parte insulae in dedit. recepta. Cl. 17. ubi v. Burm. intra paucos dies. C. 2. intra breve tempus. T. 51. Cl. 38. intra Kal. Oct. Vit. 14.

*Intrare.* Urbem. T. 17. Curiam. T. 30. 70.

*Intrinsecus.* jocinera replicata intrinsecus. A. 95.

*Introducere.* al. in Senatum. Oth. 2.

*Introferre.* lectica quondam introlatus aeger. T. 30.

*Introire.* Urbem. C. 18. A. 57. Galb. 12. Vit. 11. Curiam. C. 81. theatrum. C. 80. cubiculum. Cal. 12. huc introire. A. 6. quotiescunque introiret. Cal. 7.

triremes, quibus introierat Oceanum. Cal. 47.

*Introitus.* dum clandestinus ad villam introitus pararetur. Ner. 48. ad introitum (portus.) Cl. 20. (*Eingang.*)

*Einzug.* Tiridatis in Urbem introitum. Ner. 13.

*Antritt.* pro introitu novi sacerdotii. Cl. 9.

*Intueri.* supinum, coelum intuentem. A. 16. lapidem intuens. Vit. 10.

*Intus.* essetne quis intus cum Caesare. Dom. 3.
*Invadere*, irruere, cum impetu et per vim aggredi, adire.
validissimas Pompeji copias — invasit. C. 34. (*auf jem. losgehen.*)
ut Jubae, regis filio, in altercatione barbam invaserit. C. 71. (*einem in den Bart fahren.*) virorumque ac feminarum — inguina invaderet. Ner. 29.
taurus — rapto vinculo essedum ejus invasit. Galb. 18.
necdum defunctae bona invasit. Ner. 34. ne non hinc quoque, quantum posset praedae et manubiarum, invaderet. Ner. 38.
dictaturam Crassus invaderet. C. 9. (h. e. *dictatura per vim potiretur.*) consulatum invasit, admotis hostiliter ad Urbem legionibus. A. 26.
*Invalescere.* paulatim invalescentibus vitiis. Ner. 27. tumultus, rerum nov. initia, conjurationesque — priusquam invalescerent — compressit. A. 19. (*mächtig, stark werden.*)
libido atque luxuria, coercente nullo, invaluerat. Vesp. 11. (nostr. *über Hand nehmen.*)
appellatio grammat. Graeca consuetudine invaluit. Gr. 4.
*Invalidus.* quamquam invalidus atque aeger. A. 13. (illud minus, hoc majus.) aegros atque invalidos. Galb. 20. invalidum quemque obviorum. Oth. 2.
*Invehere.* invecta Urbi regia gaza. A. 41. ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus. Cl. 18.
*invehi.* elephanto per provinciam invectus est. Ner. 2. sec. vulg. Sed opt. libri: *vectus.* v. Burm. et Oudend. Posset *invehi* usu verbi: *incedere* (*einhergehen*) defendi.
*invehi in aliquem*, irruere in aliquem verbis vel factis, nostr. *auf jem. losfahren.* saepe in cunctos pariter Senatores, ut Sejani clientes — invectus est. Cal. 30.
*Invenire.* quorum libellos Othoni datos invenerat. Vit. 10. si qua invenirentur, frusta marmoris. Ner. 49. nihil invenit praeter tepidam in ara favillam, atratumque juxta senem. Galb. 18.
tabula aenea in monumento — inventa est. C. 81. ut — ante fores inveniretur. A. 6. ne aliud inveniretur. A. 27. ne minor inveniretur. A. 94. h. e. *appareret, videretur.* —
Drusus — sibi posterisque suis cognomen invenit. T. 3. h. e. *auctor fuit dati cognominis.*
*Inverecundus.* animo inverecundo. Gr. 15.
*Investigare.* quae (per notas scripta) si quis investigare et persequi velit. C. 56. (nostr. *herausbringen*, Gall. *déchiffrer.*)
dum etiam latentes conscios investigat. Dom. 10. (pr. de venatione, ubi vestigia quaeruntur ferae.)
*Inveteratus.* inveterata licentia. Ner. 16.
*Invicem.* v. *Vicem* et *Vices.*
*Invictus.* felix et invictum in ea provincia — Scipionum nomen. C. 59.
censuerunt quidam, ut *Invictus* cognominaretur. T. 17.
*Invidia*, pass. *odium aliorum*, quo secus de nobis factisque nostris sentiunt et judicant, *fama sinistra, iniquum judicium*, nos: *übler Ruf, Hass, Gehässigkeit.*
ad declinandam invidiam. C. 4. quanta eos in posterum a plebe Rom. maneret invidia. C. 14. praecipuam et inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit. C. 78. ad misera-

tionem et invidiam caedis ejus. C. 84. multiplici flagravit invidia. A. 27. vel praecipua flagrabat invidia apud milites. Galb. 16. lautitiarum invidiam (refutavit.) A. 71. quorum domini in invidiam venerant, *quasi* sequ. T. 8. invidiam in praesentia vitans. T. 22. crevit invidia. T. 75. invidiam, quae sibi fieret, deprecati sunt. Cal. 9. seductis magnam fecit invidiam. Cal. 56. (h. e. *ut suspectos et ipse habuit et aliis prodidit, adeoque in aliorum odium eos induxit.*) graviter correptis, eaque cum invidia, ut sequ. Cl. 38. (h. e. *tam acerbo et ad odium in eos excitandum comparato de facto eorum judicio.* nos: *so gehässig, mit solcher Bitterkeit.*) ad occultandam facinoris invidiam. Ner. 33. ad leniendam invidiam. Dom. 11. ut invidia identidem oneraret. Ner. 34. ne oneraretur invidia. Oth. 6. ex annonae quoque caritate accrevit invidia. Ner. 45. non sine magna sui invidia. Rh. 6.

*Invidiosus* h. e. *cum invidia* s. *odio conjunctus.* joci invidiosi. A. 55.

*Invidiose.* Asinio Poll. graviter invidioseque in Curia questo. A. 43. h. e. ita, ut magnam ei invidiam faceret (nos: *gehässig, bitter.*)

*Invisus* (*verhaſst.*) in dies invisior. T. 13. invisus ac detestabilis. T. 63. quibus cum invisum sentiebat. A. 10. nihil sibi admissum, cur cuiquam invisus esset. Cal. 15. suspectos se et invisos sentiebant. Cal. 56. per haec terribilis cunctis et invisus. Dom. 14. sed nequaquam tam *grata* erant, quam *invisa*, quae secus fierent. Galb. 14.

*Invisitatus* h. e. *antea non visus.* si quando quid invisitatum — advectum esset. A. 43. Vulg. *inusitatum.* v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 5, 17. et c. 35. §. 4. *Gell.* 5, 14. „omniumque *invisitata* aut forma erat aut ferocia.“ l. 6, 3. „serp. *invisitatae* immanitatis.“

*Invitare. aliquem ad aliquid.* Tiberium quotidie invitabo ad coenam. Cl. 4. quum multos e litore invitasset ad se. Cal. 32. ad athlet. spectaculum invitavit et virg. Vestales. Ner. 12. equ. ordine ad audiendum invitato. Cal. 53.

*aliquem in aliquem locum.* lunam invit. in amplexus atque concubitum. Cal. 22. in contubernium invitatus. ibid. Sed Cal. 41. leg. „ad invitandos *ad* libidinem juvenes senesque,“ quoniam *factum* est, non *locus*, nisi *amplexus libidinosi* notio subjicitur, vel scriptor vitare duplex *ad* voluit. Optimi libri habent *ad.*

*invitare* simpl. vel invitatos, vel sponte ad se commeantes. C. 27. nomine ejus invitati. Cal. 55.

sequ. *ut.* invitatus, ut accumberet. Ter. 2. invitasse se quendam, *in cujus* villa maneret. A. 74.

*se invitare* i. q. *indulgere cibo vel potui, se curare.* quoties largissime se invitaret. A. 77. (*Plaut.* Amphitr. 1, 1, 127. „nisi *invitavit sese in coena plusculum.*“)

*invitari* i. q. *excitari, moveri.* quamquam magnis conditionibus invitaretur. C. 3. (nisi intellig. *a Lepido* magnis condit. propositis.) invitatus lucro. Cal. 39.

*Invitus.* imperio, quod invitus recepisset. Vit. 15. Berenicen dimisit — invitus invitam. Tit. 7. nec daturus, nisi invitis ac recusantibus. Galb. 15.

invitis adversariis. C. 22. invito Neptuno. A. 16. invitis omnibus. Tit. 6.

*Invocare.* fidem militum invocavit. C. 33. invocare atque exspectare lucem. Cal. 50. ut et — M. insuper Brutum, cujus statua in conspectu erat, invocaret. Rh. 6.
*Involvere.* segestri vel lodicula involutus. A. 83. capite involuto. Galb. 7.
remediis lana involutis. Galb. 3.
*Inundationes.* A. 29. 30. inundationibus Tiberis retardatus. Oth. 8.
*Inurere.* qui illa volent calamistris inurere. C. 56.
*Inusitatus.* v. *Invisitatus.*
*Ipse.* *et ipse, καὶ αὐτός.* A. 7. 43. Vit. 3. al. — appellatus *et ipse* C. Caesar. Cal. 8. (καὶ αὐτος.)
*quo et ipso.* T. 23. *quamquam — tamen et ipsa.* T. 3.
si *eadem iisdem et ipsi* dedissent. Tit. 8.
*his ipsis* totidemque verbis. Oth. 11. — *ipsum* esse, *cujus* sequ. A. 94. die *ipso, quo.* Ner. 40.
ut vix sibi ipse constaret. Galb. 14.
*Ira.* ira turpior. Cl. 30.
*irae* atque *iracundiae* conscius sibi utrumque excusavit edicto, distinxitque, pollicitus, alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non injustam fore. Cl. 38.
*Irasci.* quod sibi soli non liceret, amicis, quatenus vellet, irasci. A. 66.
*Iratus.* irato et verba et sententiae suppetebant. Cal. 53. accipe iratum sc. Jovem. Cal. 58. Vulg. *ratum.* v. not.
*Iracundia.* v. *Ira.*
*Ire.* quum praeter Locros Rhegium pedibus iret. A. 16. ut navibus, nec tamen mari, iretur. Ner. 31. effigiem cremati euntem in coelum. A. 100. se vivum sub terram iturum. Ner. 48.
obviam semper iit (tumultuantibus). C. 69.
consulto eum ad arma isse. A. 15. eatur, quo sequ. C. 52.
eat nunc mater mea sequ. Ner. 35.
ut praeceps per gradus iret. Cal. 35.
vota pro itu et reditu suo suscipi passus. T. 38.
*Itare.* quos in ludos itare vellent. Rh. 1.
*Irrepere.* draconem repente irrepsisse ad eam. A. 94.
*Irridere.* Spurinnam irridens. C. 81. Maecenatem — per jocum irridet. A. 86. conantes quosdam — irrisit ultro. Vesp. 12. fungis abstinentem palam irriserat. Dom. 14. irrisis multorum locorum miraculis. Cal. 51. vox praeconis irrisa est. Cl. 21.
*Irritare.* irritati ad talem jocorum petulantiam. Galb. 20. ne fatendo dolorem irritaret ingenia. Ner. 39. qui delatores non castigat, irritat. Dom. 9.
*Irritus.* plurima, et formidolosissima, et vana et irrita videbat. A. 91. h. e. *eventu non confirmata.* triduo per irritas altercationes absumto. C. 23.
testamentum ejus pro irrito habuit. T. 51. irrita Tiberii voluntate. Cal. 14.
testamenta — rescidit, item ceterorum, ut irrita et vana. Cal. 38. legatum — irritum fecit. Dom. 9.
*Irrogare.* quum se — multa irrogata condemnassent. T. 3.
*Irruere.* M. Bruto irruenti dixisse. C. 82.
*Irrumpere.* irrumpentis in Curiam turbae. Cal. 14. patroni cubi-

culum irrupit. Cl. 37. irrumpere Oppius nunciatus. ibid. irrumpenti Centurioni. Ner. 49. Vulg. *interrump.*

irrumpentibus ad primum gemitum. Oth. 11. (nostr. *hineinstürmen, eindringen.*)

*de impetu hostili.* irrumpentibus adversariis. Dom. 1. irruperant jam agminis antecessores. Vit. 17. (*eindringen.*)

bos arator, decusso jugo, triclinium irrupit. Vesp. 5.

*Irruptio.* sub irruptionem hostis. T. 6.

*Is.* *quem* ordinem — *eum.* C. 21. *cujus* causa — *et quem* — *ejus* postea filiam. C. 50.

omitt. ante *qui.* non audentibus facere, quibus obtigerat id munus. A. 10.

*is* pro *aliquis*, vel potius de homine satis noto alias ob rem vel factum aliquod, cujus tamen nomen addere vel nolumus vel non possumus.

periit denique *et is*, *qui* sequ. T. 58. (*auch der Mann, auch jener.*) *eo* quidem, *qui* sibimet vim ferro intulisse arguebatur sequ. Cl. 16. (Ita Graeci articulo definito utuntur, e. g. *Plutarch.* Agesil. 21. *παρακαλούμενος ἀκοῦσαι τοῦ τὴν ἀηδόνα μιμουμένου*, ubi cave audias, qui scribere volunt *ἀκοῦσαί του.* v. omnino *Matthiae* Gr. Gr. p. 373. §. 266.)

*eos easque* omnes. T. 35. *easque* (h. e. proxime memoratas) et *ceteras.* A. 30.

*cui* maritoque *ejus.* C. 52.

*eum* et *ei* saepe praeter necessitatem additur, ubi alias omitti solet, participiis. v. Oudend. ad C. 7., Burm. ad A. 67. et ab hoc laudatos.

confusum *eum.* C. 7. prospicientem haec *eum* ad verbum dixisse. C. 30. nihil non ausurum *eum.* C. 19. Ita: defendenti *ei* restituendum videtur C. 49. laetum *eum* atque fidentem. A. 65. venientem *eum* — non admiserat. T. 32. transeuntem *eum.* Ner. 39. occisum *eum.* Dom. 23. Nonnulli etiam: destituto *ei*, Ner. 40. prandenti — aquila panem *ei* manu rapuit. A. 94. *ei* augurium capienti. A. 95. al. Sed his locis omnibus *eum* vel singularem vim habet, ut in: „nihil non ausurum *eum*" h. e. *hunc talem hominem*, vel additur, ut de *hoc*, neque *aliquo quodam* sermonem esse, facilius pateat. Contra nullo modo ferendum *ei* loco A. 67. „*Thallo* — crura (*ei*) fregit," ubi Oudend. illud reposuit cum Gronov. v. not. ad h. l.

illa *ejus* quotidiana — erant. Cl. 40. —

*eum* pro *se*, ubi scriptores a sententia alius, quam referunt, ad suam in ipsa narratione transeunt. v. not. ad Cal. 34., Oudend. ad Ner. 32.

ne qui respondere possint praeter *eum.* Cal. 34. ut — pro semisse dextans *ei* cogeretur. Ner. 32. v. not. (Adde exemplis in not. ad Cal. 34. excitatis *Gell.* 7, 3. „quod ipse ante consilium de nece *ejus* coepisset," et nescio an *ei* stare debeat apud *Cic.* Off. 3, 22, 2. „si praemium *ei* posuisset" (non ex *pollicentis*, sed ex *Ciceronis narrantis* persona), et apud *Liv.* 31, 11. „si quid *ei* ad firmandum augendumque regnum opus esse judicasset," ubi ad *populum Rom.* referenda sententia. Dubitat tamen h. l. et damnat fere Drakenborch.)

*id* c. gen. subst.

*id usus* mihi tecum esse volui. Horat.

*eo.* eo arrogantiae progressus est, *ut* sequ. C. 77. hoc genus calumn. *eo* processit, ut sequ. T. 58.

*eo* studiosius, *quod.* C. 81. cf. *Hoc* et *Tanto.*

*eatenus.* eatenus interveniebat, *ne.* T. 33. cf. *Hactenus.*

*Idem.* tutorem suum *eundemque* collegam patris. A. 27. Threx et auriga, *idem* cantator atque saltator. Cal. 54.

*hic idem.* Gr. 22. Rh. 2. *qui iidem.* Gr. 1. *qui — iidem.* A. 49. *verum idem* Antonius. A. 4. *idem* Curio, *sed et.* C. 9.

*eodem illo* pugione, *quo* sequ. C. 89. eadem illa. Vit. 15.

*omnia eadem, quae.* T. 34. — *unus atque idem.* v. *Unus.*

haud ultra verba, et quidem *totidem* fere *atque eadem.* Vesp. 14.

*eadem iisdem et ipsi.* Tit. 8.

bis eundem praeponentes. C. 20.

uxorem Domitiam, ex qua — tulerat, — *eandem* repudiavit. Dom. 3. h. e. *quamquam* ex ea filium tulerat eamque ut Augustam consalutaverat, *tamen eam* sequ.

Hic usus *oppositionis* in voc. *idem* maxime valet in his:

*at idem.* C. 58. (Antea *cautum* fuisse ostenderat Caesarem, jam eundem *audacem* describit.) *idem* Proculum sequ. A. 67. ubi a *clementiae* exemplis transit ad *severitatem.* Ita *Plin.* ep. 8, 21, 3. „*quamquam* et amicis et paucis, *idem iterum* amicis sequ." h. e. *ego tamen* aliis amicis etc.

*eodem* h. e. in eundem locum. C. 17. 64. Galb. 19.

*eodem loci.* A. 65. Al. *loco*, ex interpretatione. ut neque *eodem loci* — consisteret. Cal. 53.

*Identidem* i. q. *saepius, subinde,* nostr. *mehrmals, zu wiederholten Malen.* C. 14. 30. A. 28. 87. 99. T. 59. 62. 65. Cal. 23. 31. 50. Cl. 21. 39. Ner. 21. 25. 28. 34. 49. Galb. 19. 20. Oth. 7. Vesp. 2. Dom. 8.

*Idcirco.* et idcirco ne Caesarem quidem sequ. C. 9.

*Ideo.* ideoque. C. 45. 86. A. 91. Cal. 50. nec ideo. A. 54. *si* tu — *ideo* nos. Horat.

*Iselastici* ludi. Cal. 20. Vulg. *hastici* v. *astici.* v. not., Schaeferi praefat. ad edit. epist. Plin. p. XV. sequ., Casaub. ad *Spartian.* c. 27.

*Istaec.* remove istaec. C. 49. — *Istuc.* ei, quem istuc misi. Cal. 55.

*Ita.* ita dictitabat, sequ. acc. c. inf. C. 30. de iisdem — ita praedicat, sequ. orat. recta. C. 56.

ut ita dicam. Cl. 4. vulg. etiam Cal. 13.

*atque ita.* v. *Atque.* — *ita ut* Cl. 25. al. — i. q. *eatenus ut.* A. 27. 56.

*ita demum, si.* Cl. 25. (h. e. *sub hac demum conditione.*) T. 2. Vit. 14.

*quasi — ita et.* T. 50.

*ita ut* vestitus erat. A. 78. ita ut erat, in veste domestica. Vit. 8. relictus ita, uti erat. Galb. 20. ita ut rapuerat. Galb. 1.

quando ita videretur. Galb. 20.

inservit *jurijurando* vel *voto.* ita mihi — liceat. A. 28. ita sim felix. T. 21. ita valeas, uti tu — non inieris. A. 69.

*subjungit sententiam,* ut Gr. οὕτως.

ita nullum spatium perterritis dabat. C. 60. ita multa — inerant. Ner. 52.

*Itaque.* initio. C. 66. 75. A. 29. 31. al.

post plura vocabula. A. 10. 25. al.
*Itare.* v. *Ire.*
*Item.* nostr. *desgleichen, ebenfalls,* post recensum plurium *ferner.* C. 9. 20. 39. 43. 44. 80. 84. A. 4. 17. 19. 21. 24. 29. 31. 43. 49. 57. 68. 70. Rh. 1. al. — *rursus* alteris literis — *item* tertiis literis. Cl. 4.
*et ad* Ciceronem, item ad familiares. C. 56. in cujus epistola ad Dolab. — *item* ad Atticum. Gr. 14.
*Itidem.* itidem ut. A. 24. h. e. *eodem modo, ut, aeque ac.*
*Iter.* *de via, qua itur.* per silvestre iter. C. 72. itinere avio. A. 96. itinere devio. Galb. 20. per insidiosa itinera. C. 58. quibus quisque vellet itineribus Urbis. C. 84. itinere terrestri. Cal. 47. per omne iter. Galb. 18. toto itinere. T. 7. 40.
i. q. *itio s. expeditio ipsa*, ut nostr. *Weg*, *Marsch.*
in itinere. A. 3. (*unterwegs, auf dem Marsche.*) C. 34. ab itinere statim. C. 60. ingredi iter. C. 31. Cal. 43. Galb. 8. 11. Vesp. 6. Romam iter convertit. C. 34. iter facere. A. 64. 82. Cal. 51. Ner. 30. itinere inchoato. Vit. 10. ut neque itineris neque proelii tempus denunciaret. C. 65. denunciato ad novum Imper. itinere. Cl. 13. pedestri itinere confecto. Cl. 17. augebat iter. C. 65. super itineris industriam. A. 8. dissimulata itineris causa. T. 37. itinera lectica et noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat. A. 82. per nocturnum iter. A. 29. 90. itinere nocturno. T. 6. occultissimum iter ingressus est. C. 31. rediit ex itinere. Tit. 5. ad itineris impensas. Vit. 7.
*iter*, poema Caesaris. C. 56.
*Iterum.* *semel — iterum* post voc. *Bis.* v. *Bis.*
*iterum* nostr. *ein andermal, ein zweites Mal.* iterum, quum — iret. A. 16. iterum censente. T. 31.
verba ipsius ex epistolis sunt — *et iterum* — *et rursus.* A. 76.
*Iterare*, bis facere, agere aliquid.
certamina cogi in unum annum, quibusdam etiam iteratis, jussit. Ner. 23. quod eum honorem iteraverat. Cl. 17. De lect. *reiteraverat* v. Burm. et Oudend. conjunctiones saepius iterare. A. 86. (*bis addere*, ante singula commata.)
*Itidem.* v. post *Item.* — *Itus.* v. post *Ire.*
*Ixi* pro *ipsi* scriptum. A. 88.

## b) *J consonans.*

*Jacēre.* aliquamdiu jacuit. C. 82. jacentem — confecerunt. Cal. 58. manus ac pedes jacentis exosculati. Oth. 12. repertus — humi ante lectum jacens. Oth. 7.
in altissima turri repertus est, jacens contra solis exortum. A. 94.
piscis e mari exsiluit, et ad pedes jacuit. A. 96.
neque in hac despectus parte jaceres. Ter. 5.
*Jacĕre.* ut — in Aponi fontem talos aureos jaceret. T. 14. jacti ab eo (tali.) ibid. qui Venerem jaceret. A. 71. —
rapa *in eum* jacta sunt. Vesp. 4. graphium et libellos — jecisse *in faciem ejus.* Cl. 15.

in lacum Curtii — pro salute ejus stipem jaciebant. A. 57. (fulgura *facta* sunt, non *jacta*. Dom. 15. v. Oudend.)

novae domus fundamenta jecit. Cal. 22. fundamenta Reip., quae jecero. A. 28.

jactae moles infesto ac profundo *mari*. Cal. 37.

multasque nec dubias significationes saepe jecit, sequ. acc. c. inf. Ner. 37. (nostr. *hinwerfen*, *Worte fallen lassen*.)

*Jactare*. talis jactatis. A. 71.

piro per lusum in sublime jactato. Cl. 27. distento sago impositum in sublime jactare. Oth. 2.

ut — manus ac pedes alternis jactaret. A. 82. i. q. *moveret*, *agitaret*.

i. q. *crebro dicere aliquid, in ore habere*.

crebro illa jactabat. A. 25. subinde jactabat. T. 28. tragicum illud subinde jactabat. Cal. 30. jactasse se, quae providisset. Dom. 15. subinde Graec. proverbium jactans. Ner. 20.

*c. acc. et inf.* quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent. A. 12. Antonius, eum — transfugisse, jactavit. Ner. 3. subinde jactabat, exquisiturum se. Cal. 33. saepe jactavit, se effecturum. Cal. 34. subinde jactavit, legere se militem. Galb. 16. nunquam jactare dubitavit, relictum se sequ. Dom. 2.

jactans, dilectum ab ea. Ner. 35.

unde *jactari* i. q. *in ore hominum esse*, de carmine vel dicto saepe recantato. disticho jactato a militibus. C. 51. illa quoque per ludibrium jactabantur. Galb. 12.

statim per castra jactatum est. Galb. 6. ut vulgo jactatum sit etiam. Oth. 12. non negaverim, jactatum a quibusdam sequ. Vesp. 1.

etiam *in manibus hom. versari*. jactatum exemplar epistolae. Vesp. 6.

i. q. *superbe*, *gloriosius aliquid praedicare*, nostr. *prahlen*, *sich rühmen*.

non temperavit, quin paucos post dies frequenti Curia jactaret sequ. C. 22. jactare solitus. C. 67. neque in Senatu jactare dubitavit. Dom. 13. ut apud Senatum sic quondam jactaverit. Dom. 18. *arrogantia* fuit tanta — ut *jactaret*. Gr. 23. (Sequ. *gloriabatur etiam*.)

*c. accus. in ore habere aliquid*. usque eo intemperans, ut Caesaris caput proximo cuique jactaret. Lucan. (nos: *etwas gegen jedermann im Munde führen*.)

i. q. *praedicare se aliquid*, nostr. *sich für etwas ausgeben*. quum exstitisset, qui se Neronem esse jactaret. Ner. 57.

*Jactator*. quamquam jactator civilitatis. Cl. 35.

*Jactura* pr. id quod lubentius amittimus, quasi projicimus, ut sarcinas ex nave, ut meliora et graviora servemus, nostr. *Opfer*, *Aufopferung*, (v. interpr. ad *Plin.* ep. 1, 12. init.), inde omnino de *damno*, *amissione*.

seu jactura, seu lucrum. A. 75.

*Jaculum*. bina jacula gestantes. C. 84. aprum jaculis desuper petiit. T. 72.

*Jam*. quo praecipue, *non jam* metu, *sed* discrimine. T. 13. (*jetzt*, *nun*).

*jam* istam volucrum fore potestatem. A. 13.

(*schon*.) *jam pridem*. C. 20. jam grandem natu. A. 89.

*jam diu.* T. 74. *jam tunc.* A. 89. Ner. 7. v. *Tunc.*
*jam nunc* (nostr. *schon jetzt, jetzt gleich.*) Ner. 43. v. Drakenb. ad *Liv.* 31, 32.

*Janua.* quod ea (tintinnabula) fere januis dependebant. A. 91.
*Janitor.* confugit in cellulam janitoris. Vit. 16. janitoribus deceptis. A. 19.
Tonantem pro janitore ei appositum. A. 91.

*Jecur.* jecur Cratetis. Gr. 11.
jecinore vitiato. A. 81. Opt. libri: *jocinore,* ut *jocinera* et *jocinora* replicata intrinsecus. A. 95. scarorum *jocinora.* Vit. 13.

*Jejunium* servare. A. 76.

*Jentare.* jamne (v. *anne*) jentassent. Vit. 7.
*Jentaculum.* jentacula, et prandia, et coenas, comissationesque. Vit. 13.

*Jocus.* inter jocum. C. 4. per jocum. C. 20. joci causa. Rh. 5. vel serio vel joco. A. 53. serio jocove. Ner. 25. joco vel jurgio. Dom. 18.
rem in jocum vertit. A. 67. rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens. Vit. 10. inter varios jocos. Cal. 33. inter alios jocos. Horat.
castrensi joco. Cal. 9. ob ambigui joci versiculum. Cal. 27. exstat cujusdam non inscitus jocus. Ner. 28. multa joco transigebat. Vesp. 22. ut quendam joco corripuerit. A. 53.
in jocos effusus est. A. 98. omni comitate ad hilaritatem et jocos provocavit. Cal. 27. immixtis interdum frigidis et arcessitis jocis. Cl. 21. ne in metu qu. — mortis abstinuit jocis. Vesp. 23.
jocis quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus. A. 55. ob suspiciosos quidem, veterum et veteres et innoxios jocos. Dom. 10. irritati ad talem jocorum petulantiam. Galb. 20.
libellos Ineptiarum, qui nunc Jocorum inscribuntur, comp. Gr. 21.
*Jocari.* jocandi licentia. A. 98. jocari sequ. acc. c. inf. i. q. *per jocum dicere.* Ner. 33.
*Jocularis.* jocularia carmina. Ner. 42. jocularia et latebras omisit. Ner. 27.
*Jaculariter.* inter cetera carmina, qualia — jaculariter canunt. C. 49. festos — profusissime, nonnunquam tantum jaculariter, celebrabat. A. 75.

*Jubar.* jub. solis. A. 94.

*Jubere.* sequ. *acc. c. inf.* Catonem extrahi Curia, ducique in carcerem jussit. C. 20. nave impositos — jubebo avehi. C. 66. fatentem nihil jussit occidi. A. 27. quendam — coram interfici jussit. Vit. 14. tumulum — perfici jussit. A. 17. quum — hominem duci in vincula gessissent. C. 79.
ut stare — juberet. A. 24. ranas silere jussit. A. 94.
*sequ. ut.* quibus, *ut id faceret, jubebatur.* T. 22. Al. omittunt *ut,* sicut locis: edictum, quo *jubebat,* intra Kal. Oct. Urbe Italiaque mathematici *excederent.* Vit. 14. legatos — *jussit,* vel continuo *ponerent.* Vesp. 23. Al. *ut* pro *vel.* v. not. nostr., Oudend. ad h. l. et T. 22., Duker. ad *Liv.* 23, 21., et Drakenb. ad l. 32, 16.
*juberi.* jussus exercitui praeesse. A. 10. jussum se somnio.

Cal. 57. jussas Tribunis tradere arma. Vit. 10. jussos subscribere. T. 32. mori jussi. Ner. 37.

et *c. infin. pass.* jussi sunt omnes aegri — deferri. T. 11. interfici jussum. Vesp. 15. arcessi statim ac mori jussus est. Cl. 37.

*Jucundus.* quum mihi ille jucundus esse non possit. Gr. 14. (ex *Cic.* ad Att. 12, 26.)

aemulatione vocis, quae illi jucundior suppetebat. Ner. 33.

jucundissimos et omnium horarum amicos professus. T. 42.

jucundissime Tiberi. T. 21.

*Judex, Judicium, Judicare.* v. post voc. *Jus.*

*Jugum.* bos arator, decusso jugo. Vesp. 5.

legionibus in Armenia sub jugum missis. Ner. 39.

in jugo Alpium. Cal. 21. Alpium juga. Cal. 51. in Apennini jugis. Vit. 10.

complanata fossuris montium juga. Cal. 37.

*Jugulum.* aversum vulnerat, paulum infra jugulum. C. 82. ferrum jugulo adegit. Ner. 49. obtulisse ultro jugulum. Galb. 20.

*Jugulare.* C. 74. Cal. 32. 35. Cl. 34. Galb. 20. Vit. 14.

*Jumenta.* Cal. 39. 43. Ner. 5. 11. Galb. 7.

*Jungere.* mulis — ad vehiculum junctis. C. 31.

cum Jove dextram jungere. C. 81.

junxit parricidio matris amitae necem. Ner. 34. i. q. *adjunxit.*

reges socios etiam inter semet ipsos necessitudinibus mutuis junxit. A. 48.

quae *se* alieno servo *junxisset.* Vesp. 11. i. q. *nupsisset.*

non secus ac necessitudine junctos sibi. A. 17. ut et necessitudine aliqua jungerentur. A. 62. propinqua sibi cognatione junctos. Ner. 3. artius ei junctus. A. 56.

nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint. T. 17.

*Junctim.* magistratus — paene junctim percucurrit. T. 9. Oppon. *per intervallum.* duos primos junctim, sequentes per intervallum. Cl. 14.

*Junctura.* inter juncturas lapidum. A. 92.

*Jurare.* sequ. *acc. c. inf.* C. 74. A. 21. T. 35.

in alic. verba. Galb. 11. 16. Oth. 8. Vit. 15. in acta Imperatoris. T. 26. et 67. v. ad T. 26. et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 68, 2. Gronov. et Ern. ad *Tac.* A. 1, 7.

armatos pro concione jurare in nomen suum passus est. Cl. 10.

juratus. Cl. 22. (De *jurato Senatu* v. Lips. ad *Tac.* A. 4, 21.)

*Jusjurandum.* cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjur. — exigere. C. 23. jusque jur. et cautionem exegit a singulis, sequ. acc. c. inf. A. 98. jusjurand., quo se cuncti pro salute unius astrinxerant. C. 84. Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit. T. 35. quum in lite centumvir. adversario jusjurandum obtulisset. Rh. 6. nec sine jurejurando. C. 30. confisum eum novissimo illo SCto ac jurejur. C. 86. deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Cal. 12.

interposito *per Caesarem* jurejurando. C. 85. jusjur. neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam *per Augustum.* Cl. 11.

*Jurgare.* Equiti Rom. liberius jurganti. Ner. 5.

*Jurgium.* in altercatione et jurgio. T. 2. moto inter antisophistas graviore jurgio. T. 11. ut — correpta jurgio sit. Galb. 5. de jurgio quodam Senatoris Equitisque Rom. ita pronunciavit. Vesp. 9. joco vel jurgio. Dom. 18. nec sine jurgiis. Cal. 22. jurgia cum servis plerique simulantes. Ner. 45.

*Jus* pr. *jussum*, id quod a praestantioribus vel pluribus constitutum est pro norma et regula vitae, quam cum aliis vivimus. Dicitur autem et de lege ipsa vel complexu legum, et de iis, quae per leges omnibus vel singulis licent, et de administratione usuque legum per principes atque magistratus, vel per cives inter se ipsos.

*de lege ipsa et complexu legum*, nostr. *Recht.*

*jus civile* ad certum modum redigere Caesar destinabat, atque ex immensa diffusaque legum copia optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros. C. 44.

*jus ordinarium.* cetera quoque nonnisi *per magistratus et jure ordinario* agebantur. T. 31. v. *Ordinarius.* negantem, *cognitionis* rem, *sed ordinarii juris* esse. Cl. 15. v. *Cognitio.* cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 77, 1. et 80, 1.

per speciem *publici juris.* T. 50. publicum et translaticium jus. A. 10.

omni *divino humanoque jure* neglecto. Vit. 11. violare jus. C. 30.

jure civitatem Rom. usurpare. Cal. 38. v. infra.

jus pristinum comitiorum. A. 40. (nos: *die Verfassung, Einrichtung.*)

studiosi juris. Ner. 32. inter liberales disciplinas attendit et juri. Galb. 5. (ubi *jus* est *scientia juris.*) juris consulti. Cal. 34. controversia de jure. Gr. 22.

*de iis, quae per leges instituta, data, concessa sunt, (Rechte, Vorrechte, Berechtigungen, Ansprüche* etc.)

jus Quiritium. Cl. 19. jus quatuor liberorum. ibid. trium liberorum. Galb. 14.

jus fisci. Vesp. 23. legem de jure magistratuum ferens. C. 28.

ut ad evitandas legum poenas jure ac dignitate matronali exsolverentur. T. 35. pro necessitudinis jure. Cal. 26. jus patrisfam., quod (adoptione) amiserat. T. 15. loca in Urbe publica juris ambigui, A. 32. (*Anspruch auf Besitz.*)

*c. genit.* i. q. *potestas* aliquid faciendi v. habendi, *beneficium*, *privilegium.*

jus anulorum. C. 30. jus asylorum (mol. *vim.*) T. 37. jus metallorum ac vectigalium. T. 49. jus nundinarum. Cl. 12. per jus osculi. Cl. 26.

jure tribuniciae potestatis. T. 11. 23. quo jure. A. 27. ut tamen pari jure essent, quo ceteri. A. 56. neque more, neque jure. C. 18.

jus laureae coronae perpetuo gestandae. Cal. 45. dicendae inter Consulares sententiae. Cl. 6. quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea. A. 25. quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. T. 32. spectandi in orchestra epulandique publice jus. A. 35. ovandi jus. Cl. 1. cui lectica per Urbem vehendi spectaculaque publice edendi jus tribuit. Cl. 28. exigendi crediti jus. Vesp. 11.

jus capiendi legata hereditatesque. Dom. 8. intra domum quidem exercendi artem jure concesso. Dom. 7.

jus arbitriumque omnium rerum illi permissum est. Cal. 14.

*jure* (nostr. *mit Recht.*) jure caesus. C. 76. ut jure sit gloriatus. A. 29.

omnino *de eo, quod licet*, etiam contra leges.

belli jure. A. 48. Ner. 40. jus habere in omnium bona. Cal. 47.

quibus — fallere ac furari per jocum jus erat. Ner. 16. (ubi *fallere ac furari* est nominativus subjecti, quasi *τὸ fallere ac furari.*)

sume tibi aliquid juris apud me. Horat. h. e. *permitte tibi aliquid.*

*jus dicere* erat magistratuum ordinariorum, quibus etiam Imperatores id reliquerunt, sed ita, ut summum arbitrium, maxime in provocationibus, sibi servarent, quamobrem interesse jurisdictioni plerumque solebant. v. Ernest. exc. ad C. 43. et in Clav. Cicer. sub voc. *Jurisdictio.* — quum forte jus diceret (Aedilis in patria.) Rh. 6.

quum mandatu Praetoris jure dicundo conventus circumiret, (Caesar Quaestor Hispaniae.) C. 7. permanere in magistratu et jus dicere ausus (Caes. Praetor.) C. 16. —

jus laboriosissime ac severissime dixit. C. 43. (Caesar Dictator, qui transitus fuit ad novam Principum potestatem.) ipse ejus dixit assidue. A. 33. ubi etiam in porticibus Herculis templi persaepe jus dixit. A. 72. quum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicendo detinerent. A. 97. jus et Consul et extra honorem laboriosissime dixit. Cl. 14. jus diligenter et industrie dixit, plerumque et in Foro pro tribunali extra ordinem. Dom. 8. ut tamen interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormisceret. Cl. 33.

*Jurisdictio.* cf. *Cognitio* et *Quaestio*, et quae modo dixi.

auspicatus est et jurisdictionem Praefectus Urbi sacro Latinarum. Ner. 7.

jurisdictio de fidei commissis. Cl. 23. v. not.

magistratibus liberam jurisdictionem et sine sui appellatione concessit. Cal. 16.

in jurisdictione (Neronis Principis.) Ner. 15.

honorem praeturae urb. cum consulari potestate suscepit titulo tenus; nam jurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Dom. 1.

intercapedine jurisdictionis. Vesp. 10.

*Justitium* in luctu publico. (v. *Kirchmann.* de funer. Rom. 4, 11.) indicere justitium. Cal. 24. Galb. 10. justitio longiore inhibito. T. 52. quod apud Parthos justitii instar est. Cal. 5.

*Judex.* judicia ad *duo genera judicum* redegit Caesar, *equestris ordinis ac senatorii; Tribunos aerarios*, quod erat tertium, *sustulit.* C. 41. v. not. *ad tres judicum decurias quartam addidit* ex inferiore censu, quae *ducenariorum* vocaretur, judicaretque de levioribus summis. A. 32. (De *tertia*, post Caesaris mortem ex Alaudis et Centurionibus ab Antonio composita, v. not. ad h. l.)

ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores Caligula *quintam* decuriam addidit. Cal. 16. judicibus, *sextam* decuriam adjici precantibus, Galba negavit. Galb. 14.

*decuriae judicum.* v. loc. modo excit. decurias judicum recognovit. A. 29. cf. *Decuria.*
*album judicum.* splendidum virum — albo judicum erasit. Cl. 16. Equitem Rom. — erasit judicum albo. Dom. 8.
nummarios judices cum suo quemque consilio notavit. Dom. 8. v. *Nummarius.*
sortitiones judicum. A. 29. sorte judex in reum ductus. C. 12.
judices a vicesimo aetatis anno allegit, id est, quinquennio maturius, quam solebant. A. 32. v. not.
Aug. vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset, et ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur. A 32. rerum actum, divisum antea in hibernos aestivosque menses, conjunxit. Cl. 23. coll. judicibus — concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit. Galb. 14. v. not. ad Cl. 23.
judices privati. Cl. 14. h. e. qui judicant de controversiis privatorum. v. not.
judices a Senatu petere. Dom. 8.
judices aut e plano, aut e quaesitoris tribunali, legum et religionis et noxae, de qua cognoscerent, admonebat. T. 33. exorato coram judicibus accusatore. A. 56.
sententia judicum de ambitu condemnatos. C. 41.
interpellatis judicibus. Gr. 22. nec judicibus aspernantibus. Rh. 6.
judicis acerbitas. C. 12. quam aequus judex in alieno negotio futurus esset. Cl. 15. me inter Niciam nostrum et Vidium judicem esse. Gr. 14. (ex *Cic.* ep. 9, 10.)
*judices* etiam sunt in aliis negotiis, maxime *in certaminibus artis* alicujus, qui *de corona* decernunt, ἀγωνοθέται, βραβευταί, *Kampfrichter.*
comoediam — docuit, ac de sententia judicum coronavit. Cl. 11. citharae (coronam) a judicibus ad se delatam. Ner. 12. judices, priusquam inciperet, reverentissime alloquebatur. Ner. 23. judices civitate Rom. donavit et pecunia grandi. Ner. 24. —
fore quandoque omnium poetarum ac poematum Palaemonem judicem. Gr. 23.
*Judicare.* plerisque judicandi munus detrectantibus. A. 32. ut levior labor judicantibus foret. Cal. 16. ut cupidum judicandi. Cl. 15. ad judicandum evocari. Galb. 14.
judic. de levioribus summis. A. 32.
i. q. *censere.* judic. aliquem hostem. A. 17. T. 54. Cal. 7. Ner. 49.
judico. C. 74. Gr. ἀξιόω.
*Judicium.* de *collegio judicantium.* C. 41. v. supra sub voc. *Judex.*
quum judicio frequenti testimonium diceret. Gr. 9.
an judicia majestatis cogi juberet. T. 58. (Verb. *cogi* ostendit, *judicia* pr. esse *judices.*) v. *Cogere.*
ut nostr. *Gericht* et *judices*, et *ipsam jurisdictionem*, et *locum, ubi jus dicitur*, comprehendit, ita ut dispescere singulas notiones nequeas. — in judicio quodam. C. 20. ut separatim in eo publica judicia fierent. A. 29. testem se in judiciis et interrogari, et refelli. A. 56. relicto judicio. T. 45.

judicium majest. apud populum subiit. T. 2. metu judicii, quod privato parabatur. C. 18.

*sententia in judicio lata*, nostr. *Rechtsspruch*, *Urtheil.*

judicia rescissa. Cl. 29. pro litibus atque judiciis. Cal. 40. ingenuam et civem Rom. recuperatorio judicio pronunciatam. Vesp. 3. qui judicia centumviralia (h. e. sententias Centumvirorum) extra ordinem dijudicarent. Vesp. 10. famosi judicii notam sponte subibant. T. 35.

omnino *sententia* de aliquo, nostr. *Meinung*, *Urtheil.*

adeo probantur omnium judicio. C. 56. inconstantia contrarii de me judicii. T. 67. longe majora et firmiora de eo judicia. Cal. 5. unde i. q. *consilium liberum*, quod nititur judicio de al. necessitate magis, quam judicio. T. 23.

*suprema judicia*. nostr. *letzter Wille*, *letzte Verfügung*. A. 66.

i. q. *potestas judicandi* de al. re. suum quemque judicium habere. A. 54.

*Judicialis* laudatio. A. 56. v. not.

*Judiciariae* leges pr. sunt de ordine modoque judiciorum. v. Clav. Cicer. ind. leg. Sed A. 56. *legibus judiciariis teneri* est legibus in judiciis subjectum esse.

*Justus* pr. *exactus ad legem, solitae normae congruens*, unde i. q. *legitimus*, qualis quis ex jure esse debet vel ex recepta consuetudine esse solet.

sine justis et necessariis causis. A. 21.

ultra justum tempus. T. 4.

in modum *justae uxoris*. Cal. 24. habuit paene justae uxoris loco. Vesp. 3. paulum afuit, quin justo matrimonio sibi conjungeret. Ner. 28. (*Justa* uxor est, quae ex lege est uxor, non pro uxore habetur mera licentia.)

*justa libertas*. A. 40. h. e. quam quis summo cum jure s. civitate Rom. habebat. Opp. *dediticii* et *Latini Juniani*. v. not. ad l. c., Lips. ad *Tac.* A. 13, 27. Nos: *völlige*, *vollkommene Freiheit*.

*justus triumphus* est *cum omni honore triumphi*, qualis traditus erat et legitimus, habitus. Oppon. *ornamenta triumphalia*, quae *speciem* triumphi ejusque honorum dabant. A. 38. v. not. Cal. 48. Cl. 17.

justum ac legitimum munus. Cl. 21. Oppon. *extraordinarium et breve*.

*justi milites*, qui legitima stipendia faciunt et legitima praemia accipiunt. quos Nero ex remigibus justos milites fecerat. Galb. 12. ut — veteranorum *justaeque militiae* commoda *voluntariis* polliceretur. Vit. 15. h. e. commoda stipendiorum legitime emeritorum.

navales pugnae paene *justarum* classium. Dom. 4. h. e. non paucarum navium, quae *imaginem* s. *speciem* classium darent. Nos: *völlig*, *förmlich*.

*justa statura*, quae modum non excedit, neque nimis brevis, neque procera nimis. T. 68. Ner. 51. Galb. 21.

*Justitia*. provinciae praefuit non minore justitia, quam fortitudine. A. 3. magna severitatis ac justitiae cura. Galb. 7.

*Juvare*. ut, qua posset quisque opera, communem causam juvarent Galb. 10.

ut parcimoniam publ. exemplo quoque juvaret. T. 54.

ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo juvaret. Ner. 49.

auctores restituendae tribun. potest. enixissime juvit. C. 5.

*Juvencus.* caesis juvencis. Dom. 9. *Juvenca.* Pasiph. ligneo juvencae simulacro abditam. Ner. 12.

*Juvenis.* Lepidus juvenis. A. 19. Agrippa juvenis. A. 51. T. 22. (quo a patribus distinguantur.)

*de homine virilis aetatis et marito.* (v. *Adolescens.*) C. 71. A. 34. indicto matrimonio juvenis. Cl. 15. L. Vinicio, claro decoroque juveni. A. 64. Masintham, nobilem juvenem. C. 71.

successurum *juveni senem*, hoc est ipsum Neroni. Galb. 8. (Nero autem obiit *secundo et tricesimo aetatis anno*. Ner. 57.) C. Curioni, promtissimo juveni. Rh. 1. Pisonem, nobilem egregiumque juvenem. Galb. 17.

praecepisse multis et claris juvenibus. Gr. 10. institutio puerorum vel juvenum. Gr. 23.

quadrigas — agitaverunt nobilissimi juvenes. C. 39.

Secul. ludis *juvenes utriusque sexus* prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo *majore natu* propinquorum. A. 31.

juvenes modicis intervallis per milit. vias disposuit. A. 49.

ad invitandos in libidinem *juvenes senesque.* Cal. 41.

ideo ipsum non *juvenes* designasse — sed *viros.* Ter. 4.

juvenes gemini augustiore forma. Ner. 1. (Castor et Pollux.)

*Juventa.* a juventa usque ad supremum vitae diem. A. 61. ab juventa. Dom. 12.

a prima juventa. A. 68.

*Juventus.* prodigae juventutis. C. 27. ex nobilissima juventute. A. 43. quinque millia e plebe robustissimae juventutis. Ner. 20. ex juventute utriusque ordinis. T. 35. Judaeorum juventutem. T. 36. ad quos juventus in ludum conveniat. Rh. 1.

fratrem Tiberium — appellavit *principem juventutis.* Cal. 15.

*Juxta.* juxta Patavium. T. 14. juxta Tiberim. Dom. 4. subsellio juxta lectulum residens. Ter. 2.

qui juxta erant. Cal. 10. (h. e. *circa eum*). qui juxta cubabant. Cal. 32. juxta cubans. Tit. 2. juxta se collocavit. Ner. 13. atratum juxta senem. Galb. 18. abjecto clam juxta pugione. Ner. 34. thermis juxta celeriter exstructis. Tit. 7.

*Juxtim* assidebat. T. 33. Al. *mixtim* v. *mistim.* Oppon. *ex adverso.* v. Oudend.

## K.

*Kalendae.* bis in mense legitimus Senatus, Kalendis et Idibus. A. 35.

*Kal. Januariae.* quem ordinem interrogandi sententias Consul Kal. Januar. instituisset. C. 21. novorum Consulum

officium (h. e. salutatio Kal. Jan.) C. 15. pridie Kal. Jan. repentina Consulis morte cessantem honorem. C. 76.

die Kalendarum Januarii. A. 26. — Kalendis Jan. exornati Lares — conciderunt. Ner. 46.

Kal. Januar. strenam in Capitolio (Augusto dederunt.) A. 57.

quo magis in posterum ex Kal. Januar. novis temporum ratio congrueret. C. 40.

sub Kalendarum diem. Cal. 17. ex Kal. Januar. ibid.

ex Kalendis Juliis. ibid. Kal. Augustis natus Claudius. Cl. 2.

ad *Kalendas Graecas* solvere (i. e. *nunquam*.) A. 87.

## L.

*Labare*. si qua in publicis moribus — labarent. T. 33.

nisi *labantem* ordinem *confirmasset* M. Catonis oratio; C. 14.

*Labefacere* et *Labefactare* (nam fere in libris permiscentur. v. Oudend. ad Ner. 38.). machinis labefactis. Cal. 57. labefacta fide. Vesp. 4.

Contra Ner. 38. ut bellicis machinis *labefactata* atque inflammata sint. Nam ibi opera hominum aderat et institutus labor.

*Labi*. malas labentes corrigi praecepit. A. 99. Male al. *labantes*. v. Casaub. et Oudend.

lapsus memoria. C. 56. mente lapsi. A. 48.

*Labes*. aliqua corporis labe insignibus. A. 38.

*Labor*. laboris ultra fidem patiens erat. C. 57. laboris impatiens. Dom. 19.

ut levior labor judicantibus foret. Cal. 16. requiem laborum praetendens. T. 10.

attenuatum te esse continuatione laborum. T. 21.

carmina libenter ac sine labore composuit. Ner. 52. (*ohne Mühe, Anstrengung*.)

*Laboriosus*. infant. pueritiamque habuit laboriosam et exercitam. T. 6. h. e. multis laboribus s. aerumnis vexatam. v. not., Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 86, 3., Ern. Clav. Cicer. Adde exemplis *Plin*. ep. 4, 9, 1. „homo *laboriosus* et adversis suis clarus.“ Est Homericum πολύτλας. — laboriosae occupationes. T. 27. (*mühsam*.)

laboriosissime h. e. cum maximo labore. C. 43. A. 84. Cl. 14. (*mit großer Anstrengung*.)

*Laborare*. nihil aeque laboravit, quam ut sequ. A. 64. Mel. libri: *elaboravit*, quod vide.

Ita etiam Ner. 41. leg. „tanto opere *elaboratae* perfectaeque a se artis.“

i. q. *vexari, affligi al. re*. urbes aere alieno laborantes levavit. A. 47.

Massilienses obsidione laborantes quum adventu suo confirmasset. Ner. 2.

abundantiâ laboranti. Cl. 44.

*Lac*. infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos. T. 44.

*Lactes* muraenarum. Vit. 13. cf. *Spartian.* Heliogab. 23. extr. (nos: *die Milchen.*)

*Lacerare.* locusta lacerari os imperavit (piscatori.) T. 60. fore, ut brevi laceraretur a canibus. Dom. 15. qui — confossum lacerandum ceteris traderent. Cal. 28.

lectica ejus — concursu hostium confossa atque lacerata est. A. 91.

criminosissimo libro et maledicentissimis carminibus laceratam existimationem suam. C. 75. (Gall. *déchirer.*) Artabani laceratus est literis. T. 66. quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret. Dom. 23. quos omni sermone laceravit. Gr. 9

ut Sallustium — acerbissima satira laceraverit. Gr. 15. (nostr. *herunterreiſsen*, voc. vulg.)

*Lacerna*, vestimenti genus, quod superinduere solebant Romani togis ob frigora et tempestates.

negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro circave, nisi positis lacernis, togatum consistere. A. 40. spectaculis advenienti assurgere et lacernas deponere solebant. Cl. 6.

*Lacessere.* gentibus ultro lacessitis (bello.) C. 24.

jocis quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus. A. 55. quod in tragoedia Agamemnonem probris lacessisset. T. 61. qui se dictis aut carminibus lacessissent. Ner. 39.

*Lachanizare* s. *Lachanissare.* *betizare* Augustus dixit pro *languere*, quod vulgo *lachanizare* dicitur. A. 87. (Hoc a *lachano*, illud a *beta*, utrumque de languore s. infirmitate in re venerea.)

*Lacinia.* calcata lacinia togae. Cal. 35. consurgenti ei primum lacinia obhaesit. Ner. 19.

ut et — lacinia togae retenta — detinerent. Cl. 15.

*Lacrima.* Tiberio cum plurimis lacrimis pro concione laudato. Cal. 15. lacrimis et vociferatione miseratus est conditionem suam. Cl. 36. multis cum lacrimis eadem illa testatus est. Vit. 15. nonnunquam secreto precibus et lacrimis orans. Tit. 9.

*Lacrimo.* cui lacrimans respondit. A. 58.

*Lactucula.* lactuculae thyrsum. A. 77.

*Lacus.* Fucinus. C. 44. Cl. 20. immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari. A. 16.

piscina a Miseno ad Avernum lacum. Ner. 31. lacus Curtii. A. 57. Galb. 20.

in Cantabriae lacum. Galb. 8.

in minore Codeta defosso lacu. C. 39. effosso et circumstructo juxta Tiberim lacu. Dom. 4. rivum Anienis — divisit in plurimos et ornatissimos lacus. Cl. 20.

per ambitum lacus. Cl. 21. ad lacum, ubi adaquari solebat. Galb. 7.

*Lacuna.* aquam ex subjecta lacuna — hausit. Ner. 48.

*Lacunaria* i. q. *Laquearia*, tecta conclavium, interstitiis depressisque ornamentis quasi lacunis distincta. Ner. 34.

*Laedere.* pudic. ejus famam nihil praeter Nicom. contubernium laesit. C. 49.

dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua laesisse. T. 58.

*Laetus*. praesenti statu. C. 80. nuncio. T. 11. laetum inter laetos. Ner. 43.
laeta precari alicui. A. 58. laeta exta C. 77. oppon. *tristibus*. laetum oppon. *diro*. A. 92.
*Laetitia*. Cal. 14. 17. Ner. 10.
*Laetari c. ablat*. al. morte. T. 75. caede cujusquam. Vesp. 15. Asturc., quo maxime laetabatur. Ner. 46.
*c. acc. et inf.* ramos convaluisse, adeo laetatus est. A. 92.
*Laevus*. elata laeva. C. 64. nec sine anulo laevis. Ner. 20.
*Lamentari*. in summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim, suo quaeque more, lamentata est. C. 84.
ut lamentari ac plangere inciperet. Ner. 49. (illud *voce*, hoc *gestu*.) die, quo cultores Deûm matris lamentari et plangere incipiunt. Oth. 8.
ut mater missum ad legiones — pro afflicto statim lamentata sit. Vit. 5.
*Lamina* argentea lectis detracta. Cal. 32. v. *Martial*. 8, 33, 5.
*Lana*. brachio lanis fasciisque obvoluto. Dom. 17.
*Lanificium*. filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret. A. 64.
*Lanugo*. tractans lanuginem ejus. Ner. 34. a prima lanugine. Oth. 12.
*Lancea*. nisi speculatores cum lanceis circumstarent. Cl. 35. speculator impulsu turbae lancea prope vulneravit. Galb. 18.
quod lanceas novae formae appellari Luculleas passus esset. Dom. 10.
*Languere*. i. q. *infirmum esse*. languentes rami. A. 92.
*de languore membri*. A. 87. v. *Lachanizare*.
i. q. *aegrotum esse*. si te languere audierimus. T. 21. ter omnino languit. Ner. 51. sub natalem suum plerumque languebat. A. 81.
*Languor*. i. q. *infirmitas*. excusato languore faucium. Ner. 41.
i. q. *valetudo*. in languorem incidit. T. 72.
*Lanii*. Cl. 40. — *Lanionia* mensa. Cl. 15.
*Laniare*. ex noxiis laniandos (a feris) annotavit. Cal. 27. vivos homines laniandos absumendosque objicere. Ner. 37. laniatis digitis. Dom. 17.
*Lanista*, magister gladiatorum. Gloss. λουδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων. tirones neque in ludo neque per lanistas — erudiebat. C. 26. lanistarum familiae. A. 42. circumforaneus lanista. Vit. 12.
*Lanx*. in altera lance (staterae). Vesp. 25.
*Lapis*. Numidicus. C. 85. Thasius. Ner. 50. parietes phengite lapide distinxit. Dom. 14.
monumentum, quod libertus ejus e lapidibus — filio exstruxerat. Dom. 8. e cujus lapide max. Circus exstructus est. Dom. 5.
enatam inter juncturas lapidum — palmam. A. 92.
quum lapidibus et subselliorum fragminibus decerneretur. Ner. 26.
lapis „memoriae Othonis" inscriptus. Vit. 10.
*lapides* post singulos mille passus constituti viam designabant, unde: ad quartum lapidem Campanae viae. A. 94. Appia usque ad septimum lapidem. T. 72. usque ad vicesimum

lapidem. Cal. 4. ad vicesimum lapidem. Oth. 8. ultra lapidem tertium. Cl. 23.

*Lapidare.* quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversae Deûm arae sequ. (ab hominibus in luctu irascentibus Diis.) Cal. 5. v. Casaub. ad h. l., Gesner. ad *Plin.* Paneg. 40, 3., *Kirchmann.* de fun. Rom. 2, 12.

*Laqueus.* laqueos et uncos ostentare. T. 54. injecto cervicibus laqueo. Vit. 17.

*Laqueatae* coenationes. Ner. 31. (*laquearibus* s. *lacunaribus* ornatae.)

*Lares.* v. ind. prim.

*Largus.* largissima praeda. C. 38. largissimum prandium. ibid. munus. Tit. 7. epulum. Dom. 4.

*Largiter.* in quibus et ipsis praestabat largiter. A. 89.

*Large.* convivabatur frequenter ac large. Dom. 21. solum largius appetisse (oleum conditum.) C. 53. omnes circa se largissime prosecutus. Dom. 9. (nostr. *reichlich.*) quoties largissime se invitaret. A. 77.

*Largiri.* militi — nihil unquam largitus est. T. 48. nec largiendi nec absumendi modum tenuit. Ner. 30. honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est. Cl. 29.

*Largitio.* pontificatum max. petiit, non sine profusissima largitione. C. 13. eam largitionem e Rep. fieri. C. 19. nullum largitionis genus omisit. C. 26. veteranos, quanta potuit largitione, contraxit. A. 10.

*Lascivus.* tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum. T. 43.

*Lascivia.* Caesoniam — luxuriae ac lasciviae perditae. Cal. 25. recentibus lasciviae notis. Cal. 36. dum lasciviam nobilium petit. Ter. 1.

*Lascivire,* Gr. ἐξυβρίζειν. post magnam pugnam atque victoriam — licentiam omnem passim lasciviendi permittebat (militi.) C. 67.

*Lastaurus,* λάσταυρος, cui λάσιος ταῦρος, i. q. *impudicus.* Gr. 15.

*Latere.* Isiaci celatus habitu — latuit. Dom. 1. latentem miles agnovit. Cl. 10.

latentes conscii. Dom. 20. — latenti provincia oblata est. Vesp. 4.

*Latebra.* extractus e latebra. Vit. 17. aliquid secretioris latebrae — desideravit. Ner. 48. per singulas noctes commutare latebras. C. 1. quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset. T. 8.

paulatim jocularia et latebras omisit. Ner. 27. Opp. *palam erupit.*

*Latericia* Urbs h. e. ex lateribus aedificata. A. 29.

*Latrina.* v. *Lavare.*

*Latro.* naufragio vel latronum insidiis perisse. A. 27. latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsisse. Gr. 23.

*Latrocinium.* latrocinii convictus est. T. 1. tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis. T. 37.

*Latus.* juxta se latere dextro collocavit. Ner. 13. excreverat in dexteriore latere ejus caro. Galb. 21. latere convulso. T. 72.

stupratum a se, ac latera sibi contubernio ejus defessa. Cal. 36.

latera aedificii. deustis utrimque lateribus. Dom. 5. Benev. in Capitolio ad sinistrum latus. Gr. 9.

*Latus* adject. latus ab humeris et pectore. T. 68.

*latus clavus*, insigne Senatorum, unde plerumque pro dignitate senatoria. v. *Clavus*.

*Laticlavius* i. q. *Senator*. a quodam laticlavio prope ad necem caesus. Ner. 26. — ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. A. 38. Tribunus laticlavius. Dom. 10. v. not. ad utr. loc. et: *Angusticlavius*.

*Late*. narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare. Rh. 1.

*Lavare*. ut calidis frigidisque unguentis lavaretur. Cal. 37.

*et act.* ut nostr. *baden*. quod balineis in adventum suum exstructis lavisset. Ner. 35. nonnunquam in thermis suis, admissa plebe, lavit. Tit. 8. in quo risisse, lavisse — capital fuit. Cal. 24. ut saepius in die lavaret. Gr. 23. ubi vulg. *lavaretur*. lavabat de die. Dom. 21. lavandi raritate. A. 82. lavantemne an coenantem aggrederentur. Dom. 17.

*Latrina* pro *Lavatrina*, locus lavationi destinatus. T. 58.

*latrinae* i. q. *cloacae*, colluvio sordium. abjici in latrinas omnium statuas et imagines imperavit. Ner. 24.

*Lautus* i. q. *splendidus, sumtuosus*, Gr. πολυτελής.

lautiore convivio. Cal. 32. apposita lautiore coena. Galb. 12.

*Lautitiae*, splendidior apparatus. munditiarum lautitiarumque studiosissimus. C. 46. (Ad *lautit*. pertinent *tessellata et sectilia pavimenta*.)

lautitiarum invidiam (refutavit.) A. 71. Mox de *calice murrhino vasis*que *aureis* sermo.

*Laudare* etc. v. *Laus*.

*Laurus*. ramulum lauri. Galb. 1. — *Lauretum*. ibid. — *Laureus* ramulus. C. 81.

*Laurea* sc. *corona*, quae vox modo additur, modo omittitur. v. Oudend. ad C. 45. et voc. *Corona*.

add. *corona*. C. 45. (ubi tamen alii omittunt.) 79. T. 69. (ubi: „*turbatiore coelo nunquam non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.*" cf. *Plin.* 15, 30.)

omiss. voc. *corona*. laurea in Capitolium lata. Ner. 13. de Sarmatis lauream modo Capitol. Jovi retulit. Dom. 6.

praetextatus et *laurea coronatus* intravit. T. 17.

tale lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent. Galb. 1.

laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit. Vit. 9.

*Laureatus* h. e. *laureis ornatus*. plebs laureata. A. 58.

laureatus currus, ἅρμα ἐστεμμένον. A. 94. v. not.

*Laureolus* mimus. v. ind. prim.

*Laus*. fausta omina et eximias laudes congesserant. A. 98. mortuo gratias egit laudesque congessit. Tit. 11. (De lectione v. not.)

nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Cal. 16. eorundem et laudes componere coactos. Cal. 20.

dum fucosas laudes petit. Ter. 1.

laudes Herculis (scripsit Caesar adolescentulus.) C. 56. pri-

ma ingenii experimenta Luc. in Neronis laudibus dedit quinqu. certamine. Lucan.

non mediocri laude digna in unum contuli. Ner. 19.

*laus* i. q. *gloria*, *fama*, Gr. δόξα. praecipua militiae laus. C. 35.

eam laudem hic ducit maximam. Ter. 2.

*Laudare.* laudavit pietatem — pro se indignantium. A. 66. taedio audiendi laudandique. Ner. 23. prout quisque se magis parciusve laudasset. Ner. 25.

laudanti vocem suam. Dom. 10. laudabat palam vel vituperabat. Cal. 36. viros illustres laudare vel vituperare. Rh. 1.

nihil magis in natura sua laudare se ac probare. Cal. 29. laudanti cuidam formam, *ut* adhuc floridam. Galb. 20.

cohibente lictore nimias laudantium voces. Rh. 6.

Cicero in Limone hactenus laudat. Ter. 5.

memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit. Tit. 8.

i. q. *orationem habere funebrem in laudem defuncti.*

C. 6. A. 8. 100. T. 6. Cal. 10. 15. Cl. 1. Ner. 9. v. *Kirchmann.* de funer. Rom. 2, 18.

*Laudatio* i. q. *laus funebris.* C. 6. laudationis loco Consul Antonius per praeconem pronunciavit SCtum sequ. C. 84.

*laudatio judicialis*, qua advocati reos eripere judicio studebant. A. 56. v. not.

*laudationes.* captus modulatis Alexandrinorum laudationibus. Ner. 20.

*Laxus.* modicis contentus aedibus nec multo laxiore suburbano. T. 11.

quo laxius dimicaretur. C. 39.

*Laxitas.* aedibus modicis Hortens., et neque laxitate, neque cultu conspicuis. A. 72. magna thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate. Cal. 37. tanta laxitas (domus aureae), ut porticus triplices milliarias haberet. Ner. 31.

*Laxare.* alveum Tiberis laxavit (completum olim ruderibus). A. 30.

laxatis sellae curulis compagibus. A. 43. lacunaria, quae noctu super dormientem laxata machina deciderent. Ner. 34. (ubi *laxata* ad *lacunaria* pertinet, ne cum Bernecc. ad *machinam* referas.)

laxato calcio restitit. Oth. 6.

animi laxandi causa. A. 83. (Opp. *intentus* animus, pr. *de arcu.*)

tantum afuit a *remittendo laxandoque* studio. Ner. 25. (Ita studium etiam *intenditur* h. e. augetur.)

*Lectus.* in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse. C. 49.

in lectum inde transgressus — dormiebat. A. 78. in lecto ejus. Ner. 6. prosiluit e lecto. Ner. 47. decubuit super lectum, modica culcita. Ner. 48. lecto et culcita objectis. Vit. 16.

residuis lectis atque mensis (Augusti.) A. 73. proripere se e strato, sub lectumque condere solebat. Cal. 51. —

*torus*, *cui coenantes incubabant.*

neque coenavit una (cum liberis) nisi ut in imo lecto assiderent. A. 64. ad fulcra lectorum. Cl. 32. per singulos lectos. A. 75.

*torus, cui cadaver impositum (Paradebette.)*

lectus eburneus, auro ac purpura stratus. C. 84. lectum pro Rostris in Forum magistratus — detulerunt. ibid.

*Lectulus.* non procul a lectulo. T. 73. subsellio juxta lectulum residens. Ter. 2.

*Lectica.* occultavit apud se diu, et mox — lectica sua avexit. C. 71. lecticae impositum — tres servuli domum retulerunt. C. 82. quum per nocturnum iter lecticam ejus fulgur praestrinxisset. A. 29. lectica pro tribunali collocata. A. 53. lectica cubans. A. 43. dum lectica ex regia domum redeo. A. 76. deposita lectica. A. 78.

lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. A. 91. posita in templo lectica. A. 94. ut neminem Senat. — ad lecticam suam admiserit. T. 27. v. not. lectica quondam introlatus aeger. T. 30. lectica, qua vehebatur, vepribus impedita. T. 60. nurum — obsuta lectica loco movit. T. 64. valetudinem excusanti lecticam misit. Cal. 27. togae vir. die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est. Cl. 2. lecticae impositus — in castra delatus est. Cl. 10. lectica in castra, et inde — in Curiam delatus est. Ner. 8. lectica per publicum simul (cum matre) vectus est. Ner. 9. quoties lectica cum matre veheretur. Ner. 28. lectica vectum. ibid. quum inde lectica transferretur. Tit. 10. sellam patris ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur. Dom. 2.

viatores ne per Ital. oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto. Cl. 25. v. not.

Arpocran, cui *lectica per Urbem vehendi — jus* tribuit. Cl. 28.

probrosis feminis *lecticae usum* ademit. Dom. 8.

spondam interiorem regiae lecticae (Dolabella Caesarem dixit.) C. 49.

*Lecticula.* a coena lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. A. 78. (*Ovid.* Trist. 1, 10, 38. „nec, *consuete*, meum, *lectule*, corpus habes.")

*Lecticarii.* Cal. 58. Oth. 6.

*Lectio, Lector, Lectitare* v. *Legere.*

*Legare.* ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab Augusto, abesset. T. 12. Al. omittunt *ab*, ut *legatus* substantive dicatur, et *Augusto* dativus sit, ut Ner. 3. „*eidem Antonia* legatus." Vit. 5. „*succedenti fratri legatus.*" idque probat Wolfius. Sed discrimen aliquod est inter utrumque, ut monuit Ernest. v. *Legatus.*

*legare alicui aliquid testamento* (nostr. *einem etwas vermachen, aussetzen.*) populo hortos circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit. C. 83. legavit populo Romano — tribubus — Praetorianis militibus — cohortibus urbanis — legionariis sequ. A. 101. legatam in opus novi theatri pecuniam. T. 31. v. infra *Legatum, Legator, Legatarius.*

*Legatus*, cum mandatis aliquo publice missus, (Gr. πρέσβης, πρεσβεύς, πρεσβευτής,) sive ad perferenda ad aliquem mandata, sive ad administranda aliquo loco, quae publice mandata sunt.

*legati*, nostr. *Gesandten.* legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos. C. 24.

Parthorum legati. T. 16. coll. A. 21. legati ex Africa. ‹
31. Iliensium legati. T. 51. legati (Graeci.) Cl. 42. Vologes
— missis ad Senatum legatis. Ner. 57.

legati civitatum (Graec.) Ner. 22. nunciantes legatos seq
Vesp. 23.

legati amplissimi ordinis (h. e. ex Senatu). Cal. 49. co
missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum. Cl. 9.

Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit
orchestra considere, quum, quosdam etiam libertini gene
mitti, deprehendisset. A. 44.

suasit Senatui, ut *legatos cum virginibus Vestalibus* m
terent, pacem — petituros. Vit. 16.

*in provinciis; qui sub duce bellum curabant, et consi
bellico intererant.*

Titurius et Arunculejus, legati Caesaris. C. 25.

eidem Antonio legatus. Ner. 3. quum succedenti fratri
gatus substitisset. Vit. 5. (h. e. remansisset in provincia,
fratrem consilio et opera adjuvaret, ut Scipio Africanus As
ticum in bello cum Antiocho. Ita apud Spartanos consiliu
Spartiatarum regem comitabatur bellum gerentem. v. not.
*Plutarch.* Agesil. 6, 2. ἡγεμόνες et σύμβουλοι appellabantur.)

Sub Caesaribus saepe *legati legionum* commemorant
h. e. singulis legionibus praefecti (Gall. *brigadiers*), iid
*legati praetorii* dicti, quia post praeturam id muneris sus
piebant, distinguendi a *legatis consularibus*, de quibus pro
me dicendum. v. Lips. ad *Tac.* A. 2, 36., Ern. ad T.
(*Tac.* Agric. 7. *legatus praetorius*, paulo ante: *legatis con
laribus.*)

legatus legionis. T. 19. Vesp. 4. tribus legionibus c
duce (h. e. summo duce, Varo) legatisque (sc. legionum)
auxiliis omnibus caesis. A. 23. legione cum legato simul c
sa. Dom. 6. prosequentibus etiam legatis, quibus triump
lia ornamenta impetrarat. T. 20. quae illi (legati consulares
praesides) per legatos et adjutores suos exsequenda curare
T. 63. legatos, qui auxilia serius ex diversis locis addu
rant, cum ignominia dimisit. Cal. 44. inter legatos maj
filio assumto. Vesp. 4. —

*Legati consulares* sunt *praesides provinciarum*, qui in p
vincias Caesareas (v. A. 47.) mitti solebant, plerumque *Pr
praetores* dicti, sive praetorii, sive consulares essent. (*I*
53, 13. τοὺς ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτ
αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότ
ὦσι.) v. Fabric. ad h. l. Dionis, not. ad A. 47., Ern. ad
41., Gesner. ad *Plin.* ep. 6, 31, 4. Heinecc. Ant. Rom. a
pend. l. 1. §. 106. sequ. — reliqua (bella) per legatos adm
nistravit. A. 20. ut Hispaniam et Syriam per aliquot ann
sine consularibus legatis habuerit. T. 41. (coll. T. 63. v. s
pra.) Artabanus — venit ad colloquium legati consularis. C
14. ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphal
darentur. Cl. 24. Galba, deposita *legati* (sc. Caesaris in H
spania), suscepit Caesaris appellationem. Galb. 11. legato cu
consulari successorem dedisse. A. 88. partim A. Plautii leg
consularis, partim Claudii ipsius ductu. Vesp. 4. Camill
Scribon., Dalmatiae legatus. Cl. 13. legatus Syriae consul
ris. Vesp. 4. propositis nominibus legatorum consulariu
Vesp. 6. —

Propterea Galba, qui legatus consularis in provincia Caesaris Hispania erat, quum descivisset, *legatum se Senatus ac populi Romani* professus est. Galb. 10. quo omni obsequio erga Caesarem renunciabat, quasi restituta Republica.

*Legatio*, nostr. *Gesandtschaft.* missus ad Senatum ab Attalo rege — per omne legationis tempus. Gr. 2. legatione Antium missa. A. 58. Centurio, princeps legationis. A. 26. equ. ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit. Cl. 6. legationem ad praetorianos cum mandatis destinaverunt. Galb. 16. auctor Senatui fuit mittendae legationis. Oth. 8. quasi perseverantis populi legatione suscepta. Vit. 4.

*legationes.* ut etiam legationes audiret cubans. Vesp. 24.

nostr. *Sendung.* sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Oth. 3. h. e. sub specie officii legati Caesaris ei demandati. Oth. 3.

*libera legatio* erat venia Senatori data, privati negotii causa extra Italiam abeundi cum nomine et jure legati populi Rom., vel sub Imperatoribus legati Caesaris. v. Ern. in Clav. Cicer. ind. leg. *Julia de legationibus liberis.*

Praetor designatus liberam legationem impetravit. T. 31.

*Legatum* i. q. *donatio testamento alicui facta.* v. *Heinecc.* Ant. Rom. l. 2. tit. 20. sequ.

legata vel partes hereditatum, a quibuscunque parentibus relicta sibi sequ. A. 66. reliqua legata varie dedit. A. 101. ne hereditatem qu. aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. T. 15. v. not. legata prosequi al. Cl. 4.

militi post duplicata ex Aug. testamento legata nihil unquam largitus est. T. 48. nondum reddi legata, quae plebi Augustus reliquisset. T. 57. dedit et legata plerisque sequ. T. 76. herede Tiberio legatum (Liviae Aug.) ad quingenta revocante. Galb. 5. legatum ex testamento Rusci Caep. — irritum fecit. Dom. 9. —

cautum, ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Ner. 17. v. Ernest. excurs. ad h. l.

probrosis feminis jus capiendi legata hereditatesque ademit. Dom. 8.

*Legator.* obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. T. 31.

*Legatarius*, cui legato aliquid donatur.

sestertium quingenties quum praecipuum inter legatarios habuisset. Galb. 5.

*Legere*, aliquid sensibus vel mente cognoscere, atque inde exquisita dignoscere.

nostr. *lesen.* in Asclepiadis — libris lego sequ. A. 94. hanc epistolam quum leges. A. 69. qui solus legit ac facit poetas. Gr. 11. (quamquam h. l. potius esse videtur: *eligit* e discipulorum numero, quos poetas fore perspicit.)

legerat in provincia quosdam veteres libellos. Gr. 24. legentibus. ibid. mox lecturus. C. 81. et legisse et scripsisse. A. 84.

trad. pug. quos taciti et ibidem statim legerent. A. 39.

i. q. *colligere.* (nostr. *auflesen*, *sammeln.*)

legenda ossa per sacerdotes. A. 100. reliquias legerunt primores equ. ordinis. ibid. ut conchas legerent — imperavit. Cal. 46.

i. q. *eligere* e numero, quem vel quod quis probatum cognovit,

lectio Senatus, qua vir virum legit. A. 35. Sen. lectione, quum Triumvirum legeret M. Lepidum. A. 54. v. not. triumviratus legendi Senatus. A. 37.

lecti probatique. A. 35. non lecturum se Senatorem sequ. Cl. 24.

legere militem. Galb. 16. de legendo vel exauctorando milite. T. 30.

i. q. *praeterire* de navigatione, pr. praetervehendo cognoscere. Ita etiam *lustrare* al.

prospectis biremibus Pompejanis terram legentibus. A. 16. oram Campaniae legens. T. 11. —

duo millia lectissimorum piscium. Vit. 13.

*Lectitare.* Cal. 16. Dom. 20.

*Lectio* Senatus, Senatorum. A. 35. 54.

Gall. *lecture.* ex lectione quotidiana. T. 56.

*Lector*, Gr. ἀναγνώστης. lectoribus aut fabulatoribus arcessitis. A. 78. recitavit per lectorem. Cl. 41. (nostr. *Vorleser.*)

*is, qui legit aliquid*, nostr. *Leser*, necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur. A. 86.

*Legio.* ad legiones, quas a Rep. acceperat, alias privato sumtu addidit, unam etiam ex Transalpinis conscriptam sequ. C. 24. (De hac v. ind. pr. sub voc. *Alauda.*)

cum adversariis pepigit, ut, dimissis *octo legionibus* Transalpinaque Gallia, duae sibi legiones et Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur. C. 29.

trium legionum, quas Alexandriae relinquebat, curam et imperium Rufioni — demandavit. C. 76. M. Lepidum, superbientem *viginti legionum* fiducia. A. 16. conscriptae in Ciliciam legiones. C. 8.

conscripta ex Italicis senûm pedum tironibus nova legione, quam M. Alexandri phalangem appellabat. Ner. 19.

legio fusa ad Gergoviam. C. 25. caesae legiones. A. 23. Dom. 6. ignominia ad Orientem, legionibus in Armenia sub jugum missis. Ner. 39.

bellum Illyricum a Tiberio per *quindecim legiones* paremque auxiliorum copiam triennio gestum. T. 16. (*Auxilia* h. e. copiae sociorum saepius distinguuntur a *legionibus* et *alis* h. e. equitatu, ut T. 30. A. 49. Galb. 10. Vesp. 4. al. v. *Auxilia* et *Ala.*)

una sextae legionis cohors, praeposita castello, quatuor Pompeji legiones per aliquot horas sustinuit. C. 68.

nonae legionis seditio. C. 69. decima legio cum ignominia ab Aug. dimissa. A. 24.

legio tertia sub exitu Neronis ex Syria in Moesiam translata. Vesp. 6. tribunatus legionum. A. 38. tertiae decimae legionis Trib. angusticlavius. Oth. 10. —

legionibus Caesar *stipendium* in perpetuum duplicavit. C. 26. v. not.

*veteranae legiones.* C. 38. (ubi de *donativo* v. not. cf. *Donativum.*)

cunctatus, an proximas legiones imploraret. A. 8. admotis ad Urbem hostiliter legionibus. A. 26. legionibus et auxiliis undique excitis. Cal. 43. consilium iniit, legiones —

contrucidandi. Cal. 48. legionibus, quae sacramentum mutaverant, in poenitentiam religione conversis. Cl. 13.

legiones et auxilia provinciatim distribuit. A. 49. (cf. *Dio* 55, 23.) legionum et auxiliorum descriptio. T. 30. Syriacae legiones. T. 48.

*apud hibernas legiones* procreatum. Cal. 8. postridie quam ad legiones venit. Galb. 6. missum ad legiones. Vit. 3. permutare hiberna legionum. Vesp. 6. apud duarum legionum hiberna. Dom. 7. geminari legionum castra prohibuit. ibid.

apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae. T. 14.

ad veneranda legionum signa. Vit. 2.

*legatus legionis.* v. supra *Legatus* sub verbo *Legare.*

*Legionarii.* veteranorum militum legionarii. C. 84. legionariorum firmare se praesidiis. Galb. 10. legavit praetorianis militibus — cohortibus urbanis — legionariis. A. 101.

*Legitimus.* v. *Lex.*

*Legumina.* ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera veniret. Ner. 16. — Sing. *legumen.* parapsidem leguminis. Galb. 12.

*Lemnisci,* fasciolae de coronis dependentes. Ner. 25. (*Liv.* 33, 33. „ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, *coronas lemniscosque jacientium.*") v. quos in not. excitavi.

*Lenis.* et in ulciscendo natura lenissimus. C. 74. obtrectatoribus — lenis et innoxius. Cal. 3.

fuit morum lenissimorum. Pers. nihilo lenior in convictores Graeculos. T. 56. nihilo reverentior leniorve erga Senatum. Cal. 26.

lenissimum genus admonitionis. A. 39. Al. *levissimum.* Eadem permutatione, de qua v. Drakenb. ad *Liv.* 36, 30., locis: post quinqu. demum ex insula in continentem *lenioribus*que paulo conditionibus, transtulit eam. A. 65. al. *levioribus.* v. Oudend. amicorum libertatem — *lenissime* tulit. Vesp. 13. al. *levissime.* v. Wolf. cf. *Levis.* — capillus *leniter* inflexus. A. 79. al. *leviter.*

neque in ullos leniorem, quam qui se — lacessissent, exstitisse. Ner. 39.

*lenibus* atque utinam *scriptis* adjuncta foret *vis.* Ter. 5.

*Lenitas.* dixit jus summa lenitate. A. 33. (Opp. *acerbitas.*) Principis lenitas. Dom. 11. (h. e. *comitas,* nostr. *Milde, Freundlichkeit.*)

*duritiam lenitatemve* multarum ex bono et aequo — moderatus est. Cl. 14.

*Lenire.* lenire sententiam interpretatione. C. 14. (nostr. *mildern.*) ad leniendam invidiam. Dom. 11. ademta demum lenitave parte poenarum. A. 34.

medendae valetudini leniendisque morbis. Tit. 8.

ad leniendam gravitatem odoris. Vit. 10.

*Lenocinium.* lenoc. profiteri. T. 35. h. e. quaestum meretricium apud Aediles. v. not.

quae meretricium, et qui lenocinium fecissent. Cal. 40. (Apud *lenones* erant *meretrices.*)

i. q. *elegantia,* qua placere cupimus. omnis lenocinii negligens. A. 79. sc. in habitu corporis.

*verborum illecebrae.* nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. Cal. 38.

sub Cajo, secundam existimationem — omnibus lenociniis colligente. Cl. 7.

*Lentus.* lentum mortis genus. C. 87. Opp. *mors subita celerisque.*

lenta itinera. A. 82. lentum venenum. T. 73. Add. *tabificum.*

saeva ac lenta natura. T. 57. h. e. quae saevitiam cum lento cruciatu conjungit, tarde affligit, quod maximae est crudelitatis, unde:

sub tam lentis maxillis. T. 21.

*Lente.* quas diligenter ac lente, mercantium more, considerabat. Cal. 36.

adeoque lente ac secure tulit. Ner. 40. h. e. tam parum turbatus et excitatus est.

*Leo.* praeparatum leonem ajunt, quem vel clava, vel brachiorum nexibus — nudus elideret. Ner. 53.

*Letalis.* nec in tot vulneribus letale ullum repertum est, nisi quod sequ. C. 82.

*Levis.* Opp. *gravis.* levi fenore. C. 27. leviores usurae. A. 39. levissimo pretio. A. 41.

cadaver — levi cespite obrutum est. Cal. 59. — levis armatura. C. 66.

levi exsilio punire al. A. 51. (*exsilium molle* dicit *Plin.* ep. 4, 11, 13., quale est, ubi quis in provinciam mitioris coeli, neque bonis confiscatis, neque ademto delicatioris vitae fructu, relegatur. Describit leve exsilium *Ovid.* Trist. 2, 125. sequ. l. 5, 2, 55. sequ. et 5, 4, 21. coll. 5, 11, 13. Ep. ex Pont. 1, 7, 45. sequ.)

Ita etiam sec. nonnullos: levissimum genus admonitionis. A. 39. v. *Lenis.*

mortem — leve supplicium putabat. T. 61.

in levioribus turbis. C. 20. orta — levi contentione. Cl. 15. ex levibus offensis. Cl. 26.

ex levi rigoris suspicione. A. 66. secuti levem conjecturam. T. 5. ob tam leve et tam impudens calumn. genus. T. 49. levi rumore atque incerto. Vit. 16. leviorem majestati princip. titulum. Cl. 17. ex re levissima. Cal. 35.

ut levior labor judicantibus foret. Cal. 16.

ne Graec. qu. disciplinarum leviore studio tenebatur. A. 89.

leve ac frigidum sit, his addere. Cal. 26. h. e. haud satis grave, incongruum rebus longe gravioribus antea narratis.

*Leviter.* leviter saucio. Cal. 55. si quis saltante eo vel leviter obstreperet. ibid. (in edit. operarum vitio est: *leniter.*) leviter modo — mente recreata. Ner. 41. ut genam non leviter perstrinxerit. Cl. 15. studia, quae jam inde a puero non leviter attigerat. Gr. 9.

*Levitas.* Opp. *gravitas.* tribus notavit levitatis nomine. T. 3. h. e. *inconstantiae* s. quod in re gravi haud graviter versati essent. (cf. *Gell.* 7, 11.) tantae levitatis et tam immoderatae linguae fuit. Lucan. h. e. *vanitatis*, alienae ab homine gravi. Ita Gr. κουφότης.

*Levare.* qui mulierculas levare onere tentabant. T. 6. urbes aere alieno laborantes levavit. A. 47. quasi solatio et honore aliquo poenam levaturus. Galb. 9.
cujus dolore — levabatur. A. 80. (nostr. *Erleichterung vom Schmerz bekommen,* Gall. *être soulagé.*) languore paulum levatus. T. 72.

*Lex.* lege agraria promulgata. C. 20. deducti *lege Julia* coloni. C. 81. agrum Campanum plebi *Julia lege* divisit. A. 4.
*Lex Julia* sumtuaria. C. 43. coll. A. 34.
*lex Julia* de veneficiis (qua Cornelia de sicariis retractata erat.) Ner. 33. v. not.
*Corneliae leges* (Sullae de sicariis.) C. 11. *lex Cornelia* de falso s. testamentaria. A. 33.
Caecilio Metello Tr. pl. turbulentissimas leges ferenti. C. 16.
*lex Vatinia.* C. 22.
*lex Pompeji* de jure magistratuum. C. 28.
habuisse, se scriptam paratamque legem, quam Caesar ferre jussisset, uti uxores liberorum quaerendorum causa, quas et quot vellet, ducere liceret. C. 52. (ea privilegium Caesari quaesitum, non polygamiam omnino omnibus permissam fuisse, in nota disputavi.)
*lex Pedia* de percussoribus Caesaris aqua ignique damnandis. Ner. 3. Galb. 3.
leges ab Augusto retractatae vel ex integro sancitae, ut sumtuaria, de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. A. 34.
*lex Papia Poppaea.* vacatio legis Pap. Popp. Cl. 19. v. not. — capiti Pap. Popp. legis — obrogavit. Cl. 23. praemia delatorum Papiae legis. Ner. 10.
coercitio in histriones, magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissa. A. 45.
*lex Clodia* (de indecoro Patrum quaestu, cujus capite scribae quaestorii negotiari in provinciis vetiti fuisse videntur.) Dom. 9. v. not.
*lex praediatoria,* de vendendis praediis publico obligatis eorum, qui solvendo non essent. Cl. 9. v. not.
*lex Scatinia* v. *Scantinia* (de nefanda Venere.) Dom. 8.
leges judiciariae. A. 56. v. not. et *Judiciarius.* — leges de majestate. v. not. ad T. 58.
De legibus singulorum Imperatorum v. ind. prim. suis locis. — de *lege Cincia* v. not. ad Ner. 17., de *lege Laetoria* ad Vesp. 11.
ex immensa diffusaque legum copia optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros Caesar destinavit. C. 44.
morum legumque regimen (ἐπιμέλεια τῶν τρόπων.) A. 27.
adoptis in Foro *lege curiata.* A. 65.
lege jam in aes incisa et in aerarium condita. C. 28.
ambienti, ut legibus solveretur. C. 18. quae — adversus leges gessisset. C. 30. coll. Ner. 2.
lex per Consules lata, ut sequ. T. 21. leg. ferre. v. *Ferre.*
proposuit legem. Cal. 41. i. q. *affixit, promulgavit.*
addidit ad caput legis. Cal. 40.
legibus aggredi aliquem. A. 10. exercere leges. T. 58. eri-

pere legibus reum. A. 56. quum vim legis eludi sentiret. A. 34. ad evitandas legum poenas. T. 35.

imploranti leges. Galb. 9.

praescripta legum. Cl. 14.

vetuit de eadem re pluribus legibus agi. Tit. 8.

debere homines pro legibus habere, quae dicat. C. 77.

i. q. *praecepta alic. artis.* in certando ita legi obediebat. Ner. 24.

i. q. *conditio.* lege proposita, *ut* sequ. A. 98. sub lege, *ne* sequ. A. 21.

*Legitimus* h. e. legi conveniens, nostr. *gesetzlich, gesetzmäſsig.*

legitima poena. Cl. 14. h. e. *legibus praescripta.* legitima praemia. Vesp. 8.

honoribus ante legitimum tempus initis. Galb. 6. fecit et seculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos. Cl. 21.

collegia legitima. A. 32. h. e. *legibus permissa.*

legitimus Senatus. A. 35. h. e. *ordinarius.* Opp. *indictus.*

legitimi honores. Cl. 5. h. e. *ordinarii.* Oppon. *ornamenta consularia.*

pugiles legitimi atque ordinarii. A. 45. h. e. qui certis temporibus et certo ordine pugnabant.

justum atque legitimum munus. Cl. 21. Oppon. *extraordinarium et breve.*

*Libare.* candidati coronatique et thura libantes. A. 98.

*Liber.* edere librum. Gr. 9. librum edidit, *non esse* Caesaris filium sequ. C. 52.

quum librum soceri nondum editum fraude intercepisset. Gr. 3.

de cujus arte librum quoque emisit. Cl. 33. Asin. Pollio in libro, quo sequ. Gr. 10.

duos libros — ab eodem Ennio editos. Gr. 1. editum librum continuo mirari hom. Pers.

libri Caesaris duo de analogia, et Anticatones totidem. C. 56. Caecinae criminosissimo libro. C. 75.

unus liber exstat, scriptus ab eo sequ. A. 85. exstat alter. ibid.

quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris. Gr. 8. libros totos et Senatui recitavit, et populo notos — saepe fecit. A. 89.

id erat liber aliquis antiquus, pulcer aut rarior. Gr. 17.

libros circa septingentos sive bibliothecam suam omnem. Pers.

*libri* i. q. *partes, volumina unius operis.*

qui etiam Gall. belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. C. 56. librum, quem Sulla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit. Gr. 12. Naevii Punicum bellum — divisit in septem libros. Gr. 2. quam omnis generis coegimus octingentos in libros. Gr. 10.

de vita sua, quam tredecim libris — exposuit. A. 85. (*volumina* dic. Cl. 41.)

patrisque ejus res gestas — compluribus libris exposuit. Rh. 3.

natur. historiae triginta septem libros absolvit. Plin. (antea: *vig. volumin.*)

ultimo libri. Pers. lecto libro Lucilii decimo, — cujus libri principium sequ. ibid. optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros. C. 44. —

*libri* fatales i. q. Sibyllini. C. 79. quicquid fatidicorum librorum Graeci Lat. que generis — vulgo ferebatur. A. 31. —

exstat talis scriptura in plerisque libris, actis diurnis, titulisque operum. Cl. 41.

*Libellus, scriptum brevius, quale in paginas complicare solemus.*

epistolae ejus ad Senatum exstant, quas primus videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse. C. 56. Oppon. *transversa charta scriptae.* v. not.

i. q. *liber brevior.* (*kleine Schrift.*) quos omnes libellos vetuit Aug. publicari. C. 56 in parastichide libelli, qui inscribitur Pinax. Gr. 6. libello, cui est titulus Indignatio. Gr. 11. libellos Ineptiarum — componere instituit. Gr. 21. legerat in provincia quosdam veteres libellos. Gr. 24. ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Horat. libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit. Dom. 18. venere in manus meas pugillares libellique. Ner. 52.

unde *libelli* nostr. *Schriften, Papiere.*

ne libelli, quos tenebat, madefierent. C. 64. libellum insidiarum indicem — libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. C. 81.

graphium et libellos, quos tenebat in manu, jecisse in faciem ejus. Cl. 15.

in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo. Cal. 49. libellos evolvere aut tenere. Galb. 21.

i. q. *codicilli* s. *breviores epistolae, Schreiben, Handschreiben.*

edebat per libellos, circum tribus missos, scriptura brevi. C. 41. de filia absens ac libello — notum Senatui fecit. A. 65. eadem illa, verum e libello, testatus est. Vit. 15. in diplomatibus, libellisque et epistolis signandis. A. 50. ut praecepta per libellos daret. T. 18. ipse quodam libello conqueritur. Cl. 2. in jurisdict. per libellos respondit. Ner. 15. epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacare. A. 45.

Epaphroditum a libellis. Dom. 14.

*de scriptis, Principi oblatis,* vel petendi, vel indicandi aliquid causa.

quod sic sibi libellum porrigere dubitaret. A. 53. (*Bittschrift*). quorum libellos Othoni datos invenerat, exposcentium praemia. Vit. 10. libellum tradentem. Cl. 38.

libellum de salute sua oblatum non recepit. Cal. 15. coll. C. 81. supra excit. et Cal. 30.

*de scriptis contumeliosis* (*Schmähschriften,* ut Gall. *libelle.*)

libellus propositus est. C. 80. Vit. 14. sparsos de se in Curia famosos libellos. A. 55. nullo non damnatorum omne probri genus coram vel per libellos in orchestra positos ingerente. T. 66. censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant. A. 55.

*Librarius.* ne cujus comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adimerentur. Cl. 35. librariis, qui eam (historiam) descripserant, cruci fixis. Dom. 10.

*Liber* adject. (producta penultima). ut relegatum in agros pro libero esse sineret. A. 24.
si quem alium, et se liberum esse. Cl. 40. adiri a quopiam libero servove. A. 65.
in civitate libera linguam mentemque liberas esse debere. T. 28.
legati liberarum sociarumque gentium. A. 44. (quae *αὐτονομίαν* habebant.)
ut omnia sibi reliquerit libera. A. 27. h. e. arbitrium decernendi de singulis sibi servarit.
libera jurisdictio. Cal. 16.
provinciae civitatesque liberae. Vesp. 8. libera ac foederata oppida. Cal. 3.
*Libere.* neque libere, neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam. Cl. 41.
L. Lucullo liberius resistenti. C. 20.
si quid adversus te liberius dixero. T. 29. liberius questam. T. 53. liberius jurganti. Ner. 5. quia liberius doluisset. A. 69.
*Liberi*, filiae filiique hominis liberi, quo nomine domi distingu. a *servis* et *vernis*. uxores liberorum quaerendorum causa ducere. C. 52.
ex Livia nihil liberorum tulit. A. 63. liberos habere ex uxore. ibid. procreare ex ux. Galb. 3. ab iis, quibus liberi erant. Dom. 9.
tollere liberos. v. *Tollere.* coll. *Ferre* et *Suscipere.*
mortem obiit rep., superstitibus liberis Octavia maj., Octavia min., item Augusto. A. 4.
diem obiit, utroque liberorum superstite. T. 4.
de Cleopatra liberi. A. 17. v. not. Antonii reginaeque communes liberos. ibid.
Germanici liberos. A. 34. German. liberosque ejus. A. 101. plurimorum liberos et educavit simul cum suis et instituit. A. 48. adultis jam Augusti liberis (nepotibus, sed adoptatis.) T. 10. destitutus morte liberorum. T. 54. multum ad concordiam liberos suos cohortatus. Cl. 46. quae liberos suos discere — vellent. Rh. 1.
neque me liberosque meos cariores habebo, quam Cajum habeo sequ. (formula sacramenti). Cal. 15.
Pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniaeque principum liberi. C. 39.
canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus. A. 100. liberi Senatorum. A. 38.
proscriptorum liberi. Gr. 13.
damnatorum liberi Urbe pulsi, enectique veneno aut fame. Ner. 36.
quibus *terni pluresve liberi* essent. C. 20. dissimulata *vacatione*, quam *beneficio liberorum* habebat. Cl. 15. v. not. *jus quatuor liberorum.* Cl. 19. v. quos in nota citavi. *jura trium liberorum.* Galb. 14.
*Libertas.* opp. *servituti.* omnes — liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini. Cl. 25. servos, non contentus, multis difficultatibus a *libertate*, et multo pluribus a *libertate justa* removisse sequ. A. 40. (De variis generibus libertatis apud Romanos v. not. et quos ibi laudavi.) negata sibi gratuita libertate. Vesp. 16. h. e. manumissione. v. not.

quoscunque libuisset, in libertatem asserebant. Vit. 10. libertate atque fortunis per illum se frui. A. 98. petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem. Rh. 1.

opp. *dominio unius*, qui imperio omnes ut servos regit. v. *Dominus*.

pro libertate eos occubuisse. A. 12. Senatus in asserenda libertate adeo consensit. Cal. 60. h. e. *restituenda Republica*. asserturi communem libertatem. Cl. 10. speciem libertatis quandam induxit. T. 30. de cogendo ad restituendam libertatem Augusto. T. 50. utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre. Vesp. 9.

opp. *imperio alius gentis*, ubi est Gr. αὐτονομία.

provinciam universam libertate donavit. Ner. 24. Achajam etc., libertate ademta — in provinc. formam redegit. Vesp. 8.

opp. *animo servili*, max. *adulationi*, ubi est Gr. παῤῥησία, nostr. *Freimüthigkeit*.

amicorum libertatem — lenissime tulit. Vesp. 13. neo ideo libertas — fraudi cuiquam fuit. A. 54. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. supplem. p. 576.

*Liberalis* opp. *avaro*, *sordido*, quia avaritia servilis est ingenii. Ita Gr. ἐλευθέριος et substant. contrarium ἀνελευθερία, nostr. *freigebig*. v. not. ad *Xenoph.* Ages. 11, 8.

in omne hominum genus liberalissimus. Vesp. 17.

puerum facie liberali h. e. honesta, ingenua. A. 94.

unde: artes liberales (dignae homine ingenuo, cui vera *humanitas*.) C. 42. T. 70. disciplinae liberales. Cal. 53. Ner. 52. Galb. 5. studia liberalia. A. 84. Cl. 40. Dom. 20. Plin.

*Liberaliter*. institutus liberaliter (h. e. ut homo ingenuus disciplinis liberalibus), sed et mature manumissus est. Ter. 1.

*Liberalitas*, munificentia. quum prius epulum *parce neque pro liberalitate sua* praebitum judicaret. C. 38. Tiberio damnum liberalitate sua resarturum pollicente. Cl. 6. neque liberalitatis — exhibendae ullam occasionem omisit. Ner. 10. *cupiditatis* atque *avaritiae* vix suspicionem ullam — dedit, immo e diverso magna saepe non *abstinentiae* modo, sed etiam *liberalitatis* experimenta. Dom. 9. plura ex liberalitate discentium consecutus. Gr. 7. liberalitate sua, quoad vixerit, sustentatum. Gr. 20.

unde de ipsa *donatione* s. *munere*.

una modo liberalitate comites prosecutus. T. 46. ne provincias qu. ulla liberalitate sublevavit. T. 48. quasi omne exemplum liberalitatis supergressus. Cal. 46.

unaque et altera liberalitate locupletavit. Horat.

et plur. *liberalitates*, *Schenkungen*.

revocatas liberalitates ejus. Cl. 29. liberalitates Neronis — revocandas curavit. Galb. 15.

*Liberare*. liberatus periculo. A. 29. liberatus metu. T. 26. universos discrimine liberavit. Dom. 9.

*liberare servum*. ut captivos sub lege venumdaret, ne in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. A. 21.

*liberare obligatam* aerario *fidem*. Cl. 9. i. q. aes alienum *solvere*, *expedire*.

*Libertinus.* quo vocab. *conditio* hominis, qua non est *ingenuus*, designatur. v. Oudend. ad A. 72. Appium Caecum — libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Cl. 24. v. not. libertinos, qui se pro Equitibus Rom. agerent, publicavit sequ. Cl. 25.

latum clavum — etiam libertini filio tribuit. Cl. 24. in Curiam libertinorum filios diu non admisit sequ. Ner. 15.

quaedam ex maximis officiis inter libertinos Equitesque Rom. communicavit. Dom. 7. v. Oudend.

neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo coenae. A. 74.

libertino milite — bis usus est. A. 25.

quosdam etiam libertini generis mitti (inter legatos.) A. 44.

ordinis libertini. Gr. 18.

M. Anton. libertinum ei proavum exprobrat. A. 2. patre libertino. Horat.

Verrius Flaccus, libertinus. Gr. 17. libertinum se indicat. Gr. 5.

cuidam libertino, clienti suo. C. 2. v. not. excepto libertino quodam. Cl. 26.

primus omnium libertinorum — scribere historiam orsus. Rh. 3.

*Libertina.* mulieri libertinae. Cal. 16. libertina aulica. Oth. 2. amore libertinae perinfamis. Vit. 2.

*Libertus* dicitur aliquis *respectu patroni* s. *manumissoris.*

patronus dominusque (ubi *patronus* oppon. *libertis*, et *dominus servis*) — multos libertorum in honore et usu maximo habuit. A. 67. Proculum ex acceptissimis libertis. ibid. libertum gratissimum. C. 48. libertis servisque ejus enectis. C. 75. liberto suo. A. 24. adversus libertos ipsorum. Cl. 25. in alicujus *libertorum* (sc. suorum) suburbanum. A. 72. libertorum Polybii et Hilarionis manu scriptum. A. 101. adjecit et libertorum servorumque nomina. ibid. Aug. testamentum recitavit per libertum. T. 23. liberto — confestim in crucem acto. Cal. 12. non sine conscientia potentissimorum libertorum. Cal. 56. assumtis compluribus libertis ipsius atque servis. Cl. 13. oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione. Dom. 14. ex liberto suo conceptam. Cl. 27. libertorum praecipue suspexit Posiden sequ. Cl. 28. libertorum arbitrio. Cl. 25. libertus Icelus. Galb. 14. uxoribus libertisque addictum. Vit. 2. libertos divites et senes. Ner. 35. praemissis libertorum fidissimis. Ner. 47. procuratores atque libertos (Neronis). Oth. 7. coheredem sibi libertum ejus ascriptum. Vit. 14. Basilides libertus. Vesp. 7. v. not. — e libertorum defunctorum bonis. Ner. 32. v. not.

*Liberta.* una ex consciis liberta. A. 65. matris meae liberta fuit. Cl. 40. Caenidem, Antoniae libertam et a manu. Vesp. 3. —

Notanda etiam permutatio voc. *liberi* et *liberti*, ut: damnati multi cum *liberis* atque etiam uxoribus suis. T. 61. Al. *libertis*; et *liberti* atque *libertini*, ut A. 72. ubi male in multis legitur: „in alic. *libertinorum* suburbanum," et Vesp. 23. *de Cerulo liberto* sc. Vespasiani, ubi nimium agere viden-

tur, qui vel corrigunt: *libertino*, vel discrimen inter utrumque vocabulum impugnant.

*Libet* s. *Lubet* (ut *maximus* et *maxumus*, *optimus* et *optumus*. v. Cort. ad Sallust. Cat. 7, 4.)

quae cuique libuissent, dilargitus est. C. 20. partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit. T. 25. quoscunque libuisset, in libertatem asserebant. Vit. 10. quoties libuisset. Cal. 36.

*Libens.* ut non libens deponeret. C. 73. libens passus est. Cl. 28. advenientem exercitus libens excepit. Vit. 7. pollicitus est libens. Ner. 21.

libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt. A. 57.

*libenter.* quo libentius et ipsi Urbem incolerent. C. 42.

*Libido* de *cupiditate Venerea, et sexus quidem sequioris*, unde distinguitur ab *impudicitia*. v. not. ad C. 49. (*Lust, Wollust.*) cf. *Impudicitia.*

excusantes, non libidine, sed ratione commissa (adulteria.) A. 69. libidinem, luxuriam — exercuit. Ner. 26. libidinis gratia. T. 2. *libidinis in feminas* profusissimae, marium omnino expers. Cl. 33. libidinis nimiae. Dom. 22.

Nonnunquam tamen universe *de nimia vetitaque rei Venereae cupiditate, et ea quoque, quae naturae ordinem excedit*, dicitur.

suspectu in eo erat — libido, propter *exoletorum et spadonum greges*, propterque insignem *reginae* Berenices amorem. Tit. 7. libidinis *in mares* pronioris. Galb. 22. pronior ad id genus libidinis. T. 44. hunc *adolescentulum*, mutua libidine constupratum. Vit. 12.

libido atque luxuria coercente nullo invaluerat. Vesp. 11. —

*libidines.* circa libidines haesit. A. 71. (Praec. infamiam *impudicitiae* refutavit.) sedem arcanarum libidinum. T. 43. ut aspectu deficientes libidines excitaret. ibid. spintrias *monstrosarum* libidinum. Cal. 16. (v. *Monstrosus.*) libidinum probra. Cl. 26. Juliam ob libidines atque adulteria damnatam. T. 11. maxime flagrabat libidinibus *in mulieres*. Gr. 23.

*libido* i. q. *arbitrium*, potestas agendi, ut libet.

nullos non honores *ad libidinem* cepit et dedit. C. 76. h. e. *prout liberet.*

compendio cujusque horum, vel etiam studio aut libidine. Cl. 29.

*Libidinosus*, libidini deditus. libidinoso ac prodigo seni. T. 42.

*Libidinari.* libidinatum inceste. Ner. 28.

*Libra.* populo — frumenti denos modios, ac totidem olei libras (viritim dedit.) C. 38. erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensae. A. 43.

*Liburnica.* v. ind. prim.

*Licet.* omnia mihi et in omnes licere. Cal. 29. negavit, quemquam Principum scisse, quid sibi liceret. Ner. 37. licere oportere Senatoribus de Rep. loqui. A. 54.

cur enim sibi non licere, quod Platoni licuisset. Cal. 34. cautum est de numero gladiat., quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret. C. 10.

*licet per al.* si tamen per Pontium licuerit. C. 78. h. e. Pontius permiserit.

si per Vindicem liceat. Ner. 41. ante quam per leges liceret. Cal. 1.

ut primum *licitum fuit.* Galb. 23.

*Licenter.* omnem vim dominationis tam licenter exercuit. Dom. 1.

*Licentia*, agendi ratio, qua quis omnia sibi licere putat, sine legibus et vinculis. nostr. *Willkuhrlichkeit.* per intercalandi licentiam. C. 40. eadem licentia. C. 76.

omnino: *legum inobservantia*, nostr. *Ungebundenheit*, *Ausgelassenheit* etc.

licentia bellorum civilium. A. 32. ad exitium licentia praecipites. A. 47. milites ad omnem licentiam audaciamque processerant. Vesp. 8. seditionum licentia. T. 37. licentia Sullani temporis. Gr. 11. (*Gesetzlosigkeit.*) ut initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Cal. 54. per occasionem atque licentiam (h. e. *nemine impediente*) omni rapinarum genere grassati. Vesp. 6. quibus inveterata licentia passim vagantibus. Ner. 16. ex licentia veteri. Tit. 8. histrionum licentiam compescuit. A. 45. licentiam theatralem promiscue in Equite spectandi inhibuit. Dom. 8. de inhibenda testamentorum licentia. A. 55. — Ejusdem generis sunt loca, ubi est

*potestas libere aliquid faciendi, sine metu et verecundia.*

licentiam omnem passim lasciviendi permittebat (militibus.) C. 67. permissa, immo exacta jocandi licentia. A. 98.

secreti licentiam nactus. T. 42.

*Liceri*, in auctionibus vel locationibus pretio oblato certare, *bieten.*

publicanos, ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. C. 20. nec licendi finem factum. Cal. 38.

*Licitatio.* ut per singulos lectos licitatio fieret. A. 75. partae et ad licitationem divendendae praedae pretium. Ner. 26. v. not.

magisteria sacerd. ditissimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant. Cal. 22.

*Lictor.* antiquum retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. C. 20.

dimissis lictoribus — domum clam refugit (Caesar Praetor.) C. 16. inter officia prosequentium fascesque lictorum. C. 71.

Consule theatrum introeunte, quum lictor animadverti ex more jussisset. C. 80.

summissis nonnunquam lictoribus atque militibus. C. 43.

cohibende lictore nimias laudantium voces. (in judicio.) Rh. 6.

adstante lictore. T. 72. ut Equites Rom. — praecederent eum, inter lictores apparitoresque. Dom. 14.

genus vitae civile admodum instituit, *sine lictore* aut viatore gymnasia interdum obambulans. T. 11. libera ac foederata oppida *sine lictore* adibat. Cal. 3.

*Ligare.* ligato circum collum sudario. Ner. 51.

*Lignum.* ligna conferri imperavit, curando mox cadaveri. Ner. 49.

*Ligneus.* quae utraque et tophina ac lignea antea fuerant. Cl. 21.

*Ligurire* s. *Ligurrire.* i. q. lambere. T. 45.

*Linere.* cuncta auro lita. Ner. 31. faciem — pane madido linere consuetum. Oth. 12. (De forma *linire* v. Oudend.) Ex h. l. Casaub. et Salmas. emendaverunt *Spartian.* Adrian. 4., nescio an bene. *Sepelisse* est *exsequias curasse.* De re ipsa cf. *Juvenal.* 2, 107.

*Litura.* litura tamen exstet. Cl. 16.

*Lingua.* abscisa lingua. Cal. 27. scripta sua spongia linguave delere jussos. Cal. 20.

lingua morsuque sensim appetentes. T. 44.

linguae phoenicopterûm. Vit. 13.

de *facultate loquendi, sermone,* ut nostr. *Zunge.* linguae titubantia. Cl. 30. sciat, et me linguam habere. A. 51. petulantia linguae. T. 61. linguam mentemque liberas esse debere. T. 28. immoderatae linguae fuit. Lucan.

i. q. γλῶσσα, διάλεκτος, nostr. *Sprache, Zunge.*

Etrusca lingua. A. 97. Sabina. T. 1. utriusque linguae (Graecae Latinaeque) auctores. A. 89. utraque lingua docere. Gr. 1. amorem praestantiamque linguae (Graecae) occasione omni professus. Cl. 42.

omnium linguarum histriones. C. 39. A. 43.

*Linqui* animo. C. 45.

*Linteum.* succinctos linteo. Cal. 26.

*Linteus.* loricam induit linteam. Galb. 19.

lintea religiosaque veste (sacerdotis Isidis.) Oth. 12. coll. Dom. 1.

*Linum.* ter lino per foramina trajecto. Ner. 17. (h. e. filo lineo.)

*Liquefieri.* margaritas aceto liquefactas. Cal. 37.

*Lis.* interpellatum ab adversariis de propria lite. Cl. 15. in lite quadam centumvirali. Rh. C. litium series ubique majorem in modum excreverant. Vesp. 10.

pro litibus atque judiciis ubicunque conceptis. Cal. 40. litibus inquietare al. Ner. 34.

*Litigare.* cuidam de parte filium cum vicino litiganti. Oth. 4. summa, de qua litigaretur. Cal. 40.

*Litigator.* litigatori Graeculo. Cl. 15. adeunti litigatori. Vesp. 23. litigator suus. Gr. 22. unus ex litigatoribus. Cl. 37. ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem darent. Ner. 17. (v. not. *de lege Cincia.*)

appellationes urbanorum litigatorum — provincialium. A. 33.

judicia centumviralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur. Vesp. 10. litigatorum plerique. Cal. 39.

*Litare,* καλλιερεῖν, *sacrificando Deos placare; propitiare.*

attendit et extispicio, nec unquam litavit. Ner. 56. h. e. *nunquam exta felicia invenit.* v. Turneb. ad *Plaut.* Poen. 2, 1, 7., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 52, 3. pluribus hostiis caesis quum litare non posset. C. 81. v. not.

de *victimis ipsis* i. q. *felicem esse,*

sacrificio non litante. A. 96. (*Herodot.* 9, 19. καλλιερησάντων τῶν ἱερῶν. l. 7, 134. καλλιερῆσαι θυομένοις οὐκ ἐδύνατο. *Xen.* H. Gr. 3, 1, 17. ὡς οὐδὲ ταῦτα ἐκαλλιερεῖτο. *Appian.* Civ. 2, 116. οὐδενὸς οὐδ' ὣς καλλιερουμένου.)

victima Diti patri caesa litavit. Oth. 8.

*Litera.* quartam elementorum literam, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet. C. 56. sic structo literarum ordine. ibid. extrema parte versuum abundantes literas. A. 87. prima nominis litera. A. 97. C litera. ibid. hujus cognomen — per unam literam scriptum animadverto. Gr. 6. quod saepe non literas modo, sed syllabas, aut permutat aut praeterit. A. 88. libros de literis syllabisque. Gr. 1.

nepotes et literas, et notare, aliaque rudimenta per se plerumque docuit. A. 64.

ferreis ac paene jam exolescentibus literis. A. 7. aureis literis. Ner. 10.

proposuit legem, sed minutissimis literis. Cal. 41.

Claud. novas commentus est literas tres. Cl. 41. v. int. ad *Tac.* A. 11, 14. et l. c.

*literae* i. q. *epistola.* A. 49. T. 11. 62. 66. Cal. 44. Ner. 23. 34. 40. 47. Gr. 14.

literae ipsius autographae. A. 87. rursus alteris literis — item tertiis literis. Cl. 4.

quod *literas publicas* sine subscriptione ad se dederant. T. 32.

accusavit per literas. T. 54. per internuncios ac literas. Oth. 8.

statim advenere literae — nunciantes. Vesp. 7.

literas revocavit. Vesp. 8. h. e. *dati officii codicillos.*

i. q. *scientiae, disciplinae liberales,* Gr. γράμματα, max. *de linguarum scientia*, unde *grammatices* nomen.

non perfunctum literis, sed imbutum. Gr. 4. literas didicit. Gr. 23. secum et natas, et morituras literas. ibid. se in Graecis literis magnum processum habere, et in Latinis nonnullum. Gr. 10. literarum oblivio. Gr. 9. —

quam vellem nescire literas. Ner. 10. h. e. *artem scribendi.*

Sullam nescisse literas. C. 77. h. e. *hominem rudem, ineptum fuisse* (ut nos: *er sey ein Anfänger gewesen.*) Alludit ad hoc dictum *Juvenal.* 1, 16.

*Literatus* et *Literator.* Nepos distinguit *literatum* ab *erudito*, *literatos* quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere aut scribere; ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis γραμματικοί nominentur. Eosdem *literatores* vocitatos, Messala Corv. in quadam epistola ostendit, non esse sibi, dicens, rem — cum *literatore Catone.* Gr. 4. non temere quem *literatum* in titulo, sed *literatorem* inscribi solitum esse. ibid.

appellatio *grammaticorum* Graeca consuetudine invaluit; sed initio *literati* vocabantur. ibid.

*Literarius* ludus. Cal. 45.

*Litus.* delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur. T. 40.

expositus in litore. C. 4. quum descendisset ad litus. A. 16. litus ingressi. Rh. 1. deambulanti in litore. A. 96.

directa acie in litore Oceani. Cal. 46. quibus — litora Campaniae peragraret. Cal. 37. quos (pisces) enectos aestus in proxima litora ejecit. Cal. 49. dispositae per litora et ripas deversoriae tabernae. Ner. 27.

*Livor.* livores, qui toto corpore erant. Cal. 1.

i. q. *invidia.* livor ac malignitas. Cal. 34.

*Lixa,* σκευοφόρος. A. 19. lixis calonibusque. Galb. 20.

*Locus.* neque loco, neque tempore aequo. C. 35. iniquitate loci circumclusum. T. 20.

perspeculatus locorum situs. C. 58. nec more, nec loco solito. C. 41. solitis locis. Cl. 21.

diversis temporibus ac locis. T. 7. ex diversis locis. Cal. 44. patentissimis locis. Cl. 32. quocunque tempore et loco. A. 76. angustissimo loco. Cal. 41. patentissimo loco. Cal. 42. per ignorantiam locorum. Galb. 20. angustiis locorum urg. hostis. Oth. 9.

loco plano. A. 94. ad destinatum locum. A. 99. eo loco, ubi sequ. Galb. 20. sacrato loco. Vesp. 7.

transiit e loco suo. A. 43. ex superiore loco. A. 44. pro loci dignitate. Cal. 41.

quod loco nomen est. Oth. 9. locus — appellatur Vespasiae. Vesp. 1. locus in edito singularis. A. 72. in abditum et concameratum locum. A. 90. locorum appellationibus detractis. Rh. 1.

locus castrorum. A. 18. 96. nutrimentorum. A. 6. incunabulorum. Vesp. 2. locum ad sepulturam accepit. T. 1.

ut C. Oppio — loco cesserit. C. 72. Leg. *devers., quod unum erat loco, cesserit.* v. not.

*de milite.* cohortes, si quae cessissent loco. A. 24. — *eodem loci.* v. *Idem.*

*loca.* loca religiosa — augusta dicuntur. A. 7. loca in Urbe publica. A. 32. per opportuna loca. ibid. ad eadem loca. Cl. 25. gratuita in Circo loca. Cal. 26.

*loci.* Venereos locos commentus est. T. 43.

*locus, quem quis obtinet in Rep., vel honore et dignatione,* nostr. *Stelle, Rang.*

*loco* et quasi possessione usurpati a se diu *secundi gradus* sponte cessisse. T. 10. corroboratis his, et *secundum locum* facile tutantibus. T. 11. principem in civitate locum tenere. A. 51. summum inter amicos locum tenuit. Oth. 2.

non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Horat. si locum haberem. A. 54. h. e. *si quid in Rep. valerem.*

in locum Tr. pl. forte demortui. A. 10. in demortuorum locum. C. 41. in demortuae locum. A. 31. in locum P. Scipionis substitutus. T. 4. in locum fratris — Augur destinatus. Cal. 12. aedilitatem — sexto loco vix adeptus est. Vesp. 2. —

prodigiorum loco habita sunt. Cal. 57. h. e. *pro prodigiis.*

vulnus, quod secundo loco in pectore acceperat. C. 82. i. q. *secundum.*

i. q. *argumentum, quod locum facit orationi,* Gr. τόπος.

nec alium in ulla (causa sectatur) locum, quam perorandi. Rh. 6. h. e. non in inventione elaboravit, sed perorandi tantum occasionem quaesivit.

*Loculi* i. q. *fisci*, *sacculi pecuniae servandae*. e peculiaribus loculis suis. Galb. 12.

*Locare*. ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant. A. 36.

quod tabernas tres de domo sua — civitatibus ad stationem locasset. Ner. 37.

quod Neronis et Drusi — statuas segnius locandas ponendasque curasset. Cl. 9. (*Locare* statuam est artifici certo pretio fabricandam demandare, *ponere* erigere suoque loco constituere.)

*Locatio*. in locatione novorum vectigalium. C. 20.

*Locuples* pr. *qui possessionibus* s. *fundis abundat*. v. *Gell.* 10, 5. nostr. *begütert*, nam voc. *Güter* pr. de *fundis* dicitur s. *agris*; inde omnino i. q. *dives*. —

quum locupletes eo facilius scelere se obligarent. C. 42. familia vetere ac locuplete. A. 2.

*locupletiores* oppon. *tenuioribus*. C. 68. quod non puderet eos, locupletiores esse quam se. Cal. 39. quo locupletiores mox condemnaret. Vesp. 16.

*Locupletare*. una et altera liberalitate locupletavit. Horat. urbanis rusticisque praediis locupletatum. Ner. 30.

*Locusta*. locustam, quam praegrandem ceperat. T. 60. locusta lacerari os imperavit. ibid.

*Lodicula*, ἐπιβλημάτιον, pr. velum, tela sternendo lecto inserviens, inde linteamen, quo corpus involvebatur. lodicula involutus. A. 83. v. Casaub.

*Longus*. longum est c. inf. T. 61. Galb. 3. (Gr. μακρὸν ἂν εἴη.)

*Loqui*. plura de eo loquar. A. 51. qui de me male loquuntur ibid. de Rep. loqui. A. 54.

ut loqueretur expedite. A. 89. (nostr. *fertig sprechen*.)

multum pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Cl. 42.

*Locrica*. lorica sub veste munitus. A. 35. loricam induit linteam. Galb. 19.

*Loricatus*. Cal. 45.

*Lotium* i. q. *urina*. Vesp. 23.

*Lucere*. v. *Lux*.

*Lucrum*. seu jactura seu lucrum. A. 75. invitatus lucro. Cal. 39 quia lucrum exuberabat. Cal. 40.

negotiatoribus certa lucra proposuit. Cl. 18. in deformibus lucris. Vesp. 23.

*Lucrari*. plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Cal. 41.

*lucrantium* admodum suspecta vox Ner. 45. v. not.

*Luctari*. luctabatur assidue. Ner. 53.

*Luctatores* aulici. Ner. 45.

*Luctus*. v. *Lugere*.

*Lucubrare*, nocte labori vacare. v. *Plin.* ep. 3, 5, 8. quoties lucubrante se — decideret lumen. T. 19.

*Lucubratoria* lecticula. A. 78.

*Lucubratio*, studium nocturnum. stricturum se lucubrationis suae telum. Cal. 53.

*Lucus*. in Liberi patris luco. A. 94.

*Ludere*. lud. aleam. A. 70. Cl. 33. Ner. 30. par impar. A. 71. talis. A. 71. 83.

ducatus et imperia ludere. Ner. 35. — Trojam ludere. C. 39. Ner. 7. —
quum eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet. Ner. 22.
*ludere* simpl. lusimus per omnes dies. A. 71.
e praetextatis compluribus circum aram ludentibus. A. 94.
i. q. *effingere*, *exhibere aliquid ludendo*, ut nostr. *etwas spielen.*
Phoebi Caesar mendacia ludit. A. 70.
*de poeta* i. q. *fingere*, *componere*. quae domi luserat ipse. Ter. 5.
*de impudicitia.* ut natanti sibi inter femina versarentur ac luderent. T. 44.
*ludere aliquid* i. q. *irridere.* ludens — ingenium ejus. A. 86.
*Ludibundus.* Ner. 26.
*Ludii* triviales i. q. *histriones* triv., *saltatores.* A. 74. v. Oudend.
*Ludibrium.* ludibria naturae. A. 83. quod tum Claud. inter ludibria aulae erat. Ner. 6. Claudium nonnisi in ludibrium reservavit. Cal. 23.
per ludibrium. Galb. 12. non sine ludibrio. Galb. 20. inter magna rerum verborumque ludibria. Vit. 17.
*Ludicrus.* ludicras partes sustinere. Ner. 11.
*Ludicrum.* in hoc ludicro. A. 43. (de *lusu Trojae.*)
*Ludus*, διδασκαλεῖον, *schola gladiatorum*, *scenicorum*, *grammaticorum* etc.
*ludus gladiatorius* v. *gladiatorium.* (v. *Gladiatorius.*) C. 26. 31. Dom. 17.
ut populo potestatem faceret, bina paria e suo ludo postulandi. Dom. 4. —
*ludus literarius.* Cal. 45. ad quos juventus in ludum conveniat. Rh. 1. quos in ludos itare vellent. ibid. ludum dicendi aperuit. Rh. 4. quosdam e grammatici statim ludo transisse in Forum. Gr. 4.
*ludi* i. q. spectacula, et, ubi a *muneribus* gladiatoriis distinguuntur, fere *scenica.* v. Ern. ad C. 39.
edidit spectacula varii generis, *munus gladiat.*, *ludos* etiam regionatim Urbe tota, et quidem *per omnium linguarum histriones* sequ. C. 39.
venationes ludosque — edidit. C. 10. ludis, quos — Augustus edebat. C. 88. coll. A. 10.
inter ludos (*funebres*, *eosque scenicos.* v. *Kirchmann.* de funer. Rom. 2, 7.) cantata sunt quaedam sequ. C. 84. v. not.
fecit (ludos) nonnunquam etiam vicatim, ac pluribus *scenis*, *per omnium linguarum histriones.* A. 43. (Sequ. *munera.*) alienis quoque *muneribus ac ludis.* A. 44. *ludis et scena.* ibid. *ludorum ac munerum* impensae. T. 34. *munera gladiatoria* — *scenicos ludos.* Cal. 18. *scenicis ludis.* Cal. 26. *scenicos ludos*, *glad. munus.* Ner. 11. al. —
ludi *victoriae Caesaris.* A. 10. v. not. ad C. 88. partae victoriae ludis. Ner. 54.
ludi *Actiaci.* A. 18. T. 6. v. ind. prim.
ludi *Compitalicii*, *Florales*, *Juvenales*, *Martiales*, *Palatini*, *quinquennales*, *seculares*, *astici* v. potius *iselastici*, *ca-*

*strenses*, *Circenses*, *magni*, *maximi*, *pontificales*, *honorarii*, *consulares*, *extraordinarii* etc. v. suis locis.

*ludus Trojae* s. *Trojanus*. v. *Lusus*.

ludos *dedicationis* Pomp. theatri. Cl. 21. ludis, per quos scena Marc. theatri restituta dedicabatur. Vesp. 19.

*ludos constituere*, *vovere*, *facere*, *dare*, *edere*, *spectare*. v. sub verbis singulis.

*ludis*. v. praepos. *In*.

*ludus* i. q. *jocus*, Gr. παιδιά. veluti per ludum. Cl. 8.

*Lusus*. alcae. Cal. 41. Cl. 33. 39. De vocibus ad aleae lusum pertinentibus v. A. 71.

in lusu, A. 71. per lusum. Cl. 27. quasi genus lusus. Ner. 29. Inepte al. *luxus*.

ne lusus confunderetur. Cl. 53. recepit ad lusum (Juvenalibus senes anusque.) Ner. 11.

vetiti quadrigariorum lusus. Ner. 16.

*Trojae lusus*, ut melius scribitur quam *ludus*. v. Oudend. ad A. 43.

De genere ludicri v. ad C. 39. cf. ind. prim. sub voc. *Trojam ludere*.

*Luere*. Domitianum cupiditatis ac saevitiae merito poenas luisse. Vesp. 1. paene poenas luit. Rh. 6. quum morae culpa capite lueretur. Cal. 37.

*Lugere*. interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent. T. 61.

lugentis habitu. Cal. 13.

*Luctus*. in summo publico luctu. C. 84. non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit. Cal. 6. ad indicium maximi luctus. Cal. 5. non secus atque in domestico luctu moerentibus publice cunctis. Tit. 11.

*Lugubris*. ut — diem cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. A. 23.

*Lumen*. quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente, decideret lumen et exstingueretur. T. 19. luminibus exstinctis. C. 31. v. Casaub. accensis tota Urbe luminibus. Cal. 18. (v. *Caes*. b. Afric. 56. et 89.)

passim cum luminibus et victimis in Capit. concursum est. Cal. 6.

hujus Masgabae tumulum — magna turba multisque luminibus frequentari. A. 98.

ascendit Capitolium ad lumina. C. 37. ad lumina reversus. Cal. 45.

*lumina* de *oculis*. luminibus orbatus. Ner. 37. Vesp. 7.

*Luna*. noctibus plenam fulgentemque lunam invitabat assidue in amplexus atque concubitum. Cal. 22. coronas, distinctas solis ac lunae siderumque specie. Cal. 45. fore, ut sequenti die Luna se in Aquario cruentaret. Dom. 16.

*Lupanar*. T. 58. Cal. 41.

*Lupus*. lupum se auribus tenere. T. 25. (de re discriminis plena. v. not.)

*Lurco*, capacis gulae homo, ut Festus. Gr. 15.

*Lustrum*. quum lustrum in campo Mart. conderet. A. 97. condito lustro. T. 21.

vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est. A. 97. proximo lustro. Ner. 53.

semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. A. 27.

*Lustricus* dies, nonus a partu infantis. Ner. 6. v. *Macrob.* Saturn. 1, 16.

*Lustrare.* lustratis signis h. e. *circuitis* (de aquila.) Vit. 9. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 29, 2.

*Lutum.* quum Aedilem eum C. Caesar — luto jussisset oppleri. Vesp. 5.

*Lux.* ad lucem. C. 31. h. e. *sub ortum solis.* ultra primam lucem. A. 78. ante lucem. Cl. 38. Galb. 22. prope lucem. Cl. 44. circa lucem. Oth. 11. luce prima. Galb. 18.

convivia in primam lucem saepe protraxit. Cl. 52. invocare identidem atque exspectare lucem consuerat. Cal. 50.

postera luce. A. 94.

*Lucere.* cinis — exarsit, atque in multam noctem pertinaciter luxit. T. 74.

*Luxus.* nec eo secius quicquam ex consuetudine luxus atque desidiae omisit. Ner. 42. Sed Ner. 29. leg. *genus lusus,* non *luxus.*

*Luxuria,* Gr. ἀσωτία. Oppon. *frugalitas Plin.* Paneg. 3, 4.

C. 27. T. 66. Cal. 25. Ner. 26. 51. Vit. 13. Vesp. 11. Tit. 7. Gr. 23.

*Luxuriosus.* pueritiam habuit luxuriosam. T. 6. Leg. *laboriosam.*

*Lychnuchi,* candelabra, λαμπάδες. quadrag. elephantis — lychnuchos gestantibus. C. 37. Al. *lychnos.* v. not. *ad lychnuchos.* Dom. 4. Vulg. *ad lychnos,* quod in ipsa edit. per errorem stetit.

# M.

*Macellum.* dispositis circa macellum custodibus, qui opsonia contra vetitum retinerent. C. 43. annonam macelli quotannis temperandam censuit. T. 34.

*Macellarii.* quae ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata. C. 26. ut macellarios adjuvaret. Vesp. 19.

*Maceria.* Ner. 33. vulg. *materia.*

*Maceror* unum hoc. Ter. 5. i. q. *doleo, crucior.*

*Machaera.* carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitavit. Cl. 15.

*Machina.* Tritone, qui e medio lacu per machinam emerserat. Cl. 21.

lacunaria, quae noctu — laxata machinâ deciderent. Ner. 34.

ballistis machinisque dispositis. Cal. 46. machinis labefactis. Cal. 57.

ut bellicis machinis labefactata atque inflammata sint. Ner. 38.

*Machinosum* navigium. Ner. 34.

*Mactare.* trecentos — hostiarum more mactatos. A. 15. cultrarium mactavit. Cal. 32.

*Mactea,* Gr. ματτύη, placentae genus. multis venenatas macteas misit. Cal. 38.

*Macula.* statim in corpore ejus exstitisse maculam, nec potuisse unquam exigi. A. 94. maculis vestis proditum. Ner. 28.

detestatus — talem equ. ordinis maculam. Vit. 12.

*Maculosus.* corpus macul. A. 80. Ner. 51.

*Madere.* madens i. q. *ebrius.* Cl. 33. (*Sil.* 11, 409. v. Drakenb. ad Ej. 12, 18.)

*Madefacere* spongiam. Vesp. 16. Opp. *exprimere.*

ne libelli — madefierent. C. 64.

*Madidus.* faciem pane madido linere. Oth. 12.

*Magi.* facto per Magos sacro. Ner. 34.

*Magis.* Sextilem mensem — magis quam Septembrem. A. 31. h. e. *potius*, Gr. *μᾶλλον ἤ.*

vultu pulcro magis, quam venusto. Ner. 51.

*non magis — quam.* Cal. 19. (*eben so wenig, als.*)

*nihil magis — quam.* Cal. 29. Oth. 6. — *nec eo minus, immo vel magis.* Rh. 5. *magis* deinde *ac magis.* Vit. 11. *magisque ac magis* deinceps. Tit. 3. post hoc *magis ac magis.* Gr. 3.

*Magister.* magistri e plebe. A. 30. (*vicorum magistri*, quatuor singulis vicis praefecti, de quibus v. *Onuphr. Panvin.* descript. Urbis Rom.) vicorum magistri. T. 76. —

magistros toti certamini praeposuit consulares sorte, sede Praetorum. Ner. 12. magister Equitum. C. 9. 82.

i. q. *praeceptor, doctor.* clarissimo tunc dicendi magistro. C. 4. magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno. A. 89.

apud eosdem magistros institutus. Tit. 2. mirati sumus, unicum magistrum. Gr. 11. nunquam ita docuit, ut magistri personam sustineret. Gr. 24.

adhibes joci causa magistrum suffragio tuo. Rh. 5. mox, ut a schola et magistris diverterat. Pers. objurgante magistro. Ner. 22.

discipulum Paridis pantom., quod arte formaque non absimilis magistro videbatur. Dom. 10.

*in allocut.* vis tu, magister. Gr. 23.

*Magisterium. magisteria municipalia.* A. 2. *vicorum* sc., *collegiorum;* al. de *magistratibus municip.* intelligunt. Al. *ministeriis.*

*magisterium sacerdotii* h. e. primus locus inter sacerdotes alicujus ordinis. Cal. 22. v. not. cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Dom. 4. v. Lips. ad Tac. A. 6, 12.

*magisterium Equitum.* T. 3.

*Magistratus.* De locis, ubi *magistratus*, honores urbani et provinciarum Senatus populique administratio post illos honores suscepta opponitur *imperiis*, militaribus nempe et in provinciis Caesareis v. ad voc. *Imperium.*

*magistratus* de *honore ipso*, cui quis praeest.

in summo magistratu. C. 19. (*consulatu.*) amplissimo praeditus magistratu. A. 26. Consulibus abrogavit magistratum. Cal. 26. magistratus urbici. A. 46. magistratum populi suffragio cepit. A. 2. magistratuum comitia. A. 56.

magistratus atque honores et ante tempus, et quosdam novi generis perpetuosque cepit. A. 26. cf. *Honor.* magistratus et maturius inchoavit, et paene junctim percucurrit quaesturam, praeturam, consulatum. T. 9.

minores magistratus. C. 41. v. not.

*de iis, qui praesunt magistratui*, ut nostr. *Obrigkeiten* i. q. *obrigkeitliche Personen*, Gr. ἀρχαὶ i. q. οἱ ἄρχοντες.

obligare semper annuos magistratus. C. 23. magistratibus urbicis provinciarumque praesidibus. Dom. 8. lex Pomp. de jure magistratuum. C. 28.

contubernalis aut comes magistratus. C. 42.

magistratus in plures annos ordinavit. C. 76.

magistratibus ac Senatu domum accitis. A. 28. annui magistratus. A. 30. ne magistratus, deposito honore, statim in provincias mitterentur. A. 36. pro aliis magistratibus. A. 43. ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad *urbis magistratus*. A. 89. conservatis Senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate. T. 30. negante eo, destinatos magistatus abesse oportere sequ. T. 31. Rhodiorum magistratus. T. 32. magistratibus pro tribunali cognoscentibus. T. 33. cetera quoque nonnisi per magistratus et jure ordinario agebantur. T. 31. magistratibus liberam jurisdictionem — concessit. Cal. 16. cognitionibus magistratuum — frequenter interfuit. Cl. 12. a magistratibus in Rostra producti. ibid. interdum aut magistratibus aut amicis praesidendi (spectaculis) munus injunxit. Cal. 18. magistr. spectacula edentes. Cl. 12. unde magistr. solent (mappam mittere.) Ner. 22.

jurisdict. de fideic., quotannis et tantum in Urbe delegari magistratibus solitam sequ. Cl. 23.

ex omnium magistratuum genere plerique. Cl. 46.

*Magnus.* magnae conditiones. C. 3. magna re et existimatione. A. 3. multarumque et magnarum propinquitatum. Oth. 1. magna et vetere prosapia. Galb. 2. magni rei. Cal. 53.

Bessis — magno proelio fusis. A. 3. — spem imp. cepit, magnam quidem — sed aliquanto majorem sequ. Oth. 4.

in magno negotio habuit. C. 23. neque tam parvum quicquam, neque tam magnum fuit, de quo non sequ. T. 30. magnis minimisque apparuit rebus. Cl. 34. ad minima tonitrua — ad vero majora. Cal. 51.

majorum rerum occasiones. C. 7. in parvis ac majoribus rebus. C. 48. de majore re. Galb. 10. majora negotia. T. 50.

magna et paene incredibilia. A. 94. laeta et magna. A. 95.

magni existimans. A. 40.

*majora*, res, conatus majores, insigniores.

majora mox in Urbe molitus est. C. 8. plura ac majora in dies destinabat. C. 44. ad majora palam erupit. Ner. 27. ingentia *facinora* ausus, et aliquanto majora moliens. Cal. 49.

*major* potestas. C. 17. h. e. magistratus *gradu* prior.

*de aetate.* majorem de duobus Fulvia genitis. A. 17. majoris filiae — minoris. Cl. 29. quum major minori successisset. Vit. 3. utroque majorem natu fuisse. Ter. 1. *simpl.* majoris filii. T. 13.

ne quis civis major annis viginti, minorve quadraginta. C. 42.

majores (sc. quam) annorum quinque et triginta. A. 38.

a *majoribus natu* audiebam. Cl. 15. (nostr. *ältere, bejahrte Leute.*) majoribus natu. Cl. 24.

turma duplex *majorum minorumque puerorum*. C. 39. v.

not. A. 43. ductor turmae *puerorum majorum*. T. 6. cf. *Minor*.

*majores*, nostr. *Ahnen*, *Vorfahren*. A. 2. 7. Oth. 1. consuetudinem antiquam, de majoribus suis pro concione memorandi. T. 32. sine ullis majorum imaginibus. Vesp. 1.

omnino *superiorum temporum homines*, nostr. *Vorfahren*; *Altvordern*.

majorum temporibus. Cl. 16. more majorum. T. 35. Cal. 3. Ner. 49. Dom. 11.

majores nostri — instituerunt. Rh. 1. quae praeter consuetudinem ac morem majorum fiunt. ibid.

*maximi natu*. T. 54. — quam maxima voce. Cal. 48. in aedium sacr. maxima. A. 100.

*maxima virgo*, prima Vestalium. Dom. 8. (*Tac*. A. 11, 32. *Vestalium vetustissima*.)

ludis, quos pro aeternitate imperii susceptos appellari *Maximos* voluit. Ner. 11.

*Maxime*. maxime quod sequ. A. 10.

et maxime. A. 45.

*Magnitudo*. aeris alieni. C. 53. Oth. 5. theatrum summae magnitudinis. C. 44. immensa magnitudo patinae. Vit. 13.

de *corporis proceritate*. quidam eximia magnitudine et forma. C. 32.

de *dignitate* v. *majestate*. futura magnitudo ejus et perpetua felicitas. A. 94.

*Magnificus*. magnifica ac generosa ratio dicendi. C. 55. opera magnifica. T. 47. spectacula magnifica et sumtuosa. Dom. 4. Cl. 21. — magnificae literae. Cal. 44. i. q. *ostentationis plenae*.

*praelauti vereque magnifici* opp. *sordidis ac deparcis*. Ner. 30.

*Magnifice*. munus glad. dedit; dedit et ludos, cuncta magnifice. T. 7. h. e. *sumtuose*.

*de animi magnitudine*. egregie prorsus atque magnifice. Vit. 10.

*Magnificentia* spectaculorum. A. 43. coenarum. Vit. 2.

*Magnopere* v. potius *Magno opere*. v. *Opus*.

*Majestas*, *dignitas*, *vulgari reliquorum hominum major*, unde saepe de *divinitate*, *sanctitate*, nostr. *höheres Ansehen*, *Heiligkeit*, *Würde*.

in fidem majestatis. Ner. 1. h. e. *ad probandam divinam*, *quae sibi esset*, *naturam*. majestate Praenestin. sortium territus. T. 63.

divinam ex eo majestatem asserere sibi coepit. Cal. 22.

auctoritas et quasi majestas quaedam — deerat. Vesp. 7. h. e. *dignitas*, *Deorum interventu confirmata et quasi consecrata*.

conservatis Senatui et magistratibus et majestate pristina et potestate. T. 30. h. e. *dignitate*. sua domusque suae majestas. A. 25. satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero, gereret. A. 37.

quum leviorem *majestate principali* titulum arbitraretur. Cl. 17. majestate salva. Tit. 8. nihil praetermissum est ad majestatem ejus augendam. T. 15. Urbem neque pro *majestate imperii* ornatam. A. 29.

*Majestas* autem libera Republica erat *universi populi*, eam-

que laesisse dicebatur, qui dictis factisve domi vel foris ejus dignitatem violasset, proditione, seditione, male gesta re publica, perduellione etc. v. *Tac.* A. 1, 72. cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 42, 1. Itaque Claudia novo more *judicium majestatis apud populum mulier subiit.* T. 2. ob dictum, quod contemtum populi Rom. prodiderat. majorum temporibus Rabirio Post., *Ptolemaeum Alexandriam, crediti servandi causa, secuto,* majestatis crimen apud judices motum. Cl. 16. Tiberius Fannium Caepionem, qui — in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit. T. 8. (*perduellionis crimine.*)

Sed sub Principibus, qui suam dignitatem substituerant dignitati populi Rom., et se pro toto populo esse existimabant, *majestatis* atque etiam *impietatis* argui coepti sunt, qui dicto factove Principem vel ejus amicos violassent. v. *Tac.* l. c., *Senec.* de benef. 3, 26. Initium fecit Tiberius. consulente Praetore, an judicia majestatis cogi juberet, exercendas esse leges respondit, et atrocissime exercuit. T. 58. Sequuntur exempla eod. cap. Paconius majestatis reus. T. 61. Domitius. Ner. 5. (coll. *Tac.* A. 6, 47.)

Nero instituit, *ut lege majestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur.* Ner. 32. sub Domitiano *satis erat, objici qualecunque factum dictumve adversus majestatem Principis.* Dom. 12. coll. quosdam majest. reos in Curiam induxerat sequ. Dom. 11.

*Mala.* malas labentes corrigere. A. 99. adeo permulsisse malas. Ner. 1.

*Mālum.* recens et integrum malum. T. 68. malum Matianum. Dom. 21. v. not.

ad Malum Punicum. Dom. 1. v. not.

*Malus.* malum ingenium. A. 87. malus citharoedus. Ner. 41.

nuncio malae pugnae perterritum. Cal. 51.

*Malum.* malo publico. Ner. 6. magno inimicorum malo. Ner. 57. ei, quem istuc misi, neque boni quicquam, neque mali feceris. Cal. 55. ut malum iis, qui descissent, minaretur. Ner. 40.

ut nonnulli versiculis quoque et praesentia exprobrarent, et futura denunciarent mala. T. 59. defunctum se fatalibus malis. Ner. 40.

quod *Nauplii mala* bene cantitaret, *sua bona* male disponeret. Ner. 39. (lusu verborum, quo *mala* sunt *calamitates, aerumnae, bona* vero *opes.*)

*Male.* male mulcatum. C. 17. v. *Horat. Tursell.* p. 400. ed. Schwarz.

male praecinctus puer. C. 45. male pedatus. Oth. 12. male oculatus. Rh. 5.

animo male fracto. Ner. 42.

male subsequi verba dicentis. C. 55.

societatem — reconciliationibus variis male focillatam. A. 17. vitia, male diu dissimulata. T. 42.

nationes male quietas. A. 21.

male loqui de al. A. 51. male opinari de Caesare. ibid. ne quis nobis male facere possit. ibid.

*Maledicere* alicui. Vit. 14. Vesp. 9.

*Maledictum.* A. 53. 71. Ner. 23. 39. quod illi maledictum vehemens existimant. Ter. 2.

*Maledicus.* carminibus maledicentissimis. C. 75.
*Maleficus.* ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos. Galb. 15.
Christiani, genus hominum superstitionis novae ac maleficae. Ner. 16.
*Maleficium.* ne quod maleficium impunitate elaberetur. A. 32.
*Malignus.* quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset. A. 27.
*Malignitas.* Cal. 34. Ner. 23.
*Malle.* inhibere maluit, quam vindicare. C. 75. Diomedem — maluit timiditatis arguere, quam noxae. A. 67. quod si quis necare quem mallet, quam exponere. Cl. 25. sed hoc malo. A. 71.
*Malleus.* elato alte malleo. Cal. 32.
*Manceps* operarum. Vesp. 1. h. e. qui conducit operas, redemto opere. v. Clav. Cicer. et Lips. ad *Tac.* A. 3, 31.
*Mancipium* i. q. *servus.* C. 26. Cl. 25. Ner. 11.
*Mandare. alicui aliquid.* quibus extraord. bella mandari placeret. T. 30. ut — mandaret domesticis ultionem. Cal. 3. ultionem mandantis. Vesp. 6. eam excusationem proximis mandasse, si quaereretur. Oth. 6. quibus mandata caedes erat. Galb. 19.
non mandare quid (cuiquam) aut praecipere conatus. Ner. 40.
*de al. re.* Cyrum — mandasse quaedam de funere suo. C. 87.
*c. dupl. accus.* gladiatores — vi rapiendos reservandosque mandabat. C. 26. sc. certis hominibus, ad id negotium constitutis.
*ad aliquem*, i. q. *per alium* v. *per literas jubere.* mandasse ad Pisonem: noli — premere. Cal. 25. (nostr. *einem etwas sagen lassen.*)
sequ. *ut.* qui clare mortuo mandaret, ut nunciaret Augusto. T. 57.
simpl. mandantibus cunctis. A. 58. (*in aller Auftrag.*)
*mandatum.* mandata de funere suo. A. 101. mandata ad complures dedisse ambigua. T. 12. mandata Neronis de nece sua ad procur. clam missa deprehenderat. Galb. 9. mandata prolaturum (fuisse.) T. 52. legationem ad praetor. cum mandatis destinaverunt. sequ. acc. c. inf. et conjunct. Galb. 16.
De ablat. *mandatu* v. Oudend. ad C. 7. cf. Drakenb. ad *Liv.* 3, 62. de ablat. *consultu*, et de *postulatu* ad l. 4, 9.
*Mandatores*, qui accusatores instruebant et subornabant. Tit. 8.
*Mandere.* T. 54. Ner. 37. Vit. 13.
*Manducare.* A. 76.
*Mane.* A. 26. a mane usque ad vesperam. Cal. 18.
*Matutinus.* in sequentis diei matutinum tempus. A. 44.
*Manere.* i. q. *durare.* manebant imagines. Vesp. 1. v. not. manente villa, qualis fuerat olim. Vesp. 2. manet adhuc (cubiculum) et ostenditur. Tit. 1.
criminum, si qua residua — manebant. Cal. 15. manentibus antiquis (litibus.) Vesp. 10. manente adhuc bello civili. Vesp. 12.

scripta ejus — mansura perpetuo opinatus est. Horat. — mansura *in* vestigio suo fundamenta Reip. A. 28. ut — *in* utro vellent ordine manerent. A. 40 mansuros se *in* fide ac pace. A. 21. *in* proposito mansit. Gr. 24.

ne *cui* postmodum delatori aut testi maneret ullus metus. Cal. 15.

i. q. *habitare, per aliquod tempus esse in al. loco*, nostr. *sich aufhalten*, *bleiben.*

per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme et aestate mansit. A. 72. mansit apud eos — prope quadraginta dies. C. 4.

et plerumque i. q. *pernoctare*, Gall. *rester*, nostr. *bleiben.*

ut plerique advenae aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positis manerent. C. 39. in cujus villa maneret. A. 74. in proximo cujuscunque domesticorum coenaculo manebat. A. 78. in diribitorio duabus noctibus mansit. Cl. 18. ut coenaret in stabulo assidue et maneret. Cal. 55.

*c. accusat.* i. q. *alicui imminere*, nostr. *einen erwarten*, *bedrohen.*

quanta eos a plebe Rom. maneret invidia. C. 14. quanta se acerbitas et infamia maneret. T. 67. quis ipsum maneret exitus. Dom. 15. eadem me manent capillorum fata. Dom. 18.

*Mansio*, statio nocturna (Gr. σταθμός), unde Gall. *maison* pr. *mansion.*

ad primam statim mansionem. Tit. 10.

*Manes.* v. ind. prim.

*Mango*, jumentorum, servorum aliarumque mercium venditor.

tanquam Toranio mangone vendente. A. 69. spadonum, qui residui apud mangones erant. Dom. 7.

*Mangonicus.* ut qui — necessario ad *mangonicos quaestus* sustinendae dignitatis causa descenderit, propter quod vulgo *Mulio* vocabatur. Vesp. 4.

*Manifestus.* manifesti parricidii reus. A. 33. manifestiora portenta. Galb. 18.

*Manipulares* milites i. q. *gregarii.* A. 24. Oth. 10.

*Manipularius* habitus. Cal. 9.

*Mansuetus*, pr. *manui suetus.* mansuetae ferae. Ner. 11.

*Mansuefieri.* si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium. Cal. 11.

*Manubiae.* Favorinus apud *Gell.* 13, 24. *manubias* docet esse *pecuniam a Quaestore ex venditione praedae redactam.* Plerumque tamen intelligenda *pars praedae*, *quae Imperatori obtigit*, ut C. 26. Forum *de manubiis* inchoavit. dedicavit Concordiae aedem etc. *de manubiis.* T. 20. cf. *Manubialis.*

Saepe *manubiae* i. q. rapinae, praeda hostili more ab Imperatore civibus erepta, atque auget additum hoc vocabulum vim orationis, ut si nos dicimus: *Raub und Plünderung.* v. corollar. sub voc. *Pleonasmus.*

ne quod non manubiarum genus experiretur. Cal. 41. ne non hinc quoque, quantum posset *praedae et manubiarum* invaderet. Ner. 38. ad *manubias et rapinas* necessitate compulsum. Vesp. 16.

*Manubialis.* ex manubiali pecunia. A. 30.

*Manulcatus*, tunica manicata indutus. Cal. 52. v. ad C. 45.

*Manumittere* etc. v. post voc. *Manus.*
*Manus.* man. sinistra, laeva etc. v. suis locis.
interdum sua manu exegisse pondus. C. 47. (*mit eigner Hand.*) quem ex consuetudine manu sua cibaturus. T. 72. manu sua flagellabat. Cal. 55. mulierem sua manu verberavit. Ner. 33. ut etiam manu pulsata sit a matre Lepidae. Galb. 5. denarios, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis. Galb. 12. paria in medium manibus suis protrahens. Ner. 35. quosdam — manu sua repulit. Cl. 38. ut — manu consanguineorum necaretur. C. 81. cujus manu periret. Ner. 47.
sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. C. 82. aquam — poturus manu hausit. Ner. 48. cujus manu ixi pro ipsi scriptum animadv. A. 88.
cavam manum asses porrigentibus praebens. A. 91. cavam manum ostentans. Vesp. 23. (ad recipiendam pecuniam.) stipes, quas plenis ante eum manibus aç sinu — turba fundebat. Cal. 42. —
canis extrarius e trivio manum humanam intulit, mensaeque subjecit. Vesp. 5. (portentum, quo homines subjectum ei iri, significari putabant.) —
conquiescebat, opposita ad oculos manu. A. 78.
signum petenti osculandam manum praebere, formatam commotamque in obscoenum modum. Cal. 56. quod — manum sibi osculandi causa apprehendisset. T. 72. eosdem — voce ac manu veneratus est. Cl. 12. (salutatione.)
manus amputare, abscidere etc. v. sub his verbis.
advenientem exercitus libens ac supinis manibus excepit. Vit. 7.
manibus collybo decoloratis. A. 4.
ut puras servaret manus. Tit. 9. (ab injusta caede.) infectas caede manus. T. 59.
scripta — et *esse in manibus* lectitarique permisit. Cal. 16. venerunt in manus meas et elegi. Horat.
quicquid praeterea *ad manum aderat.* C. 84. Al. *ad donum.*
eventum *in manu esse Fortunae.* Ner. 23.
strenam *de manu* reddere. T. 34. h. e. *sua manu.*
*per manus* ac super capita hominum translatus est. Cal. 51.
congestas *super manus* reliquias. Galb. 22. h. e. *ante se, ante locum, ubi cibum sumserat.* v. not.
quum *ad manus* ventum esset. Ner. 26.
*sub manum,* Gr. ὑπὸ χεῖρα et ἐκ χειρός, i. q. *promte, celeriter.* A. 49. v. not.
*a manu* servus. A. 67. libertam et a manu. Vesp. 3.
manu emittere filium. Vit. 6. h. e. *emitt. e patria potestate.*
*manus* in aleae lusu. A. 71. ubi non est *jactus* ipse!, ut Gesner. in Thesauro interpretatur, sed *pecunia* post damnosum jactum in medium collata, nostr. *Sätze*, Gall. *la bête.*
*manus* i. q. *multitudo hominum*, Gr. πλῆθος, nostr. *Abtheilung*, *Schaar*, *Haufe* etc. manus Equitum. C. 14. Calagurritanorum. A. 49. residuam Spartaci et Catilinae manum. A. 2. a manu gladiatorum. A. 14. Vit. 15. cum magna clientium manu. T. 1. non contemnendam manum compararat.

T. 25. cum exigua manu transfugerat. Cal. 44. excipiente classiariorum manu. T. 62.

*Manumittere.* viginti servorum millibus manumissis. A. 16. eosque servos adhuc — indictos ac sine mora manumissos. A. 25.

quum de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset. A. 40. v. not. et Lips. ad *Tac.* A. 13, 27. manumittendi modum terminavit. ibid.

quum, proposito congiario, multos manumissos insertosque civium numero comperisset. A. 42.

nec quicquam pro patrefam. egit — nam neque donavit, neque manumisit. T. 15.

postquam comoedum Actium coactus est manumittere. T. 47.

essedario Porio, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti. T. 35. —

a nutritore suo manumissus. Gr. 7. propter literarum studium manumissus. Gr. 13. ob ingenium et doctrinam gratis manumissus. Gr. 15. Orbilii servus atque discipulus, mox a Scribonia redemtus et manumissus. Gr. 19. cito manumissus. Gr. 21. postea manumissus. Gr. 23. mature manumissus est. Ter. 1.

*Manumissio.* quum quasi manumissioni vacaturus conscendisset Tribunal (Galba Praetor. Sermo est de manumissione per vindictam.) Galb. 10.

*Mappa,* pannus, quo signum incipiendi certaminis dabat, qui spectaculo praesidebat. aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. Ner. 22.

*Marcere.* marcente adhuc stomacho. Cal. 58.

*Mare superum* i. q. *Adriaticum*, *inferum* i. q. *Etruscum*, *Tyrrhenum.* C. 34. 44. A. 49. sinus maris Adriatici. T. 16. immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari. A. 16. fossa mare veteri Urbi inducere. Ner. 16. jactae moles infesto ac profundo mari. Cal. 37.

quum desiluisset in mare. C. 64. ingressum se turbatius mare. Cal. 23. terra marique praetervehentes. Ner. 34. si quo pervenire mari posset. A. 82. ut navibus, nec tamen mari iretur. Ner. 31.

profundo maris. T. 40. Al. *mari.* v. not.

redeuntem e Graecia perisse in mari. Ter. 5. Ceterum cf. *Mergere* et *Praecipitare.*

quibus venenis — infecta maria traduntur. Cal. 49.

*Maritimus,* ex secessibus praecipue frequentavit maritima (τὰ ἐπιθαλάσσια). A. 72.

*Marina* aqua. Ner. 12.

*Margarita.* Britanniam petisse spe margaritarum. C. 47. v. not. Serviliae sexagies sestertio margaritam mercatus est. C. 50. ut qui — gemmas ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit. A. 30. monile, margaritis gemmisque consertum. Galb. 18. gemmae, margaritae (inter missilia.) Ner. 11. in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam. Ner. 12.

margaritarum usum, nisi certis personis et aetatibus, ademit. C. 43.

ut pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet. Cal. 37.

*Maritus, Maritare* v. sub voc. *Mas.*

*Marmor.* sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. A. 72.

frusta marmoris. Ner. 49. solium Porphyretici marmoris, Ner. 50.

*Marmoreus.* Janus. A. 31. arcus. Cl. 1. 11. marmoreum equile. Cal. 55. Circo max. marmoreis carceribus auratisque metis — exculto. Cl. 21.

marmoream se relinquere Urbem, quam latericiam accepisset, gloriatus est Augustus. A. 29.

*Mas.* tres sexus feminini — totidem mares. Cal. 7. de hac quoque liberos utriusque sexus tulit; sed marem — prope mutum et elinguem. Vit. 6.

marium expers. Cl. 33. (*abstinens ab impudicitia; opp. libido in feminas.*)

libidinis in mares pronioris, et eos nonnisi praeduros exoletosque. Galb. 22.

marium pignora. A. 21. ubi v. Oudend. de genit. *marum.*

*Maritus.* digressam a marito. C. 43. cui maritoque ejus. C. 52. quasi a concubitu mariti. A. 94. sub priore marito. T. 7. sicut sub marito solita esset. T. 50. perductam a marito conjunxit sibi. Cal. 25. repetisse usum prioris mariti. ibid. quas cum maritis ad coenam vocatas. Cal. 36. absentium maritorum nomine. ibid. maritum in gremio suo confodi. C. 81. abductam marito. Oth. 3.

uno atque eodem die professus et maritum se ejus, et patrem infantis ex ea natae. Cal. 25.

quibuscunque coelibatum objiceret, maritos — se probantibus. Cl. 16.

Felix, trium reginarum maritus. Cl. 28.

maritis e plebe proprios ordines assignavit. A. 44.

*Maritare.* Vitellii filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam sequ. Vesp. 14. lex Aug. de maritandis ordinibus. A. 34.

*Mater.* visus erat per quietem matri stuprum intulisse. C. 7. quando mater, quam subjectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quae omnium parens haberetur. ibid.

Terram matrem Deosque manes orarent. T. 75.

mater Deûm. A. 68. T. 2. Oth. 8.

nuptam ante duobus consul., et ex altero etiam matrem. A. 62. matrem jam ex alio viro trium filiarum. Cal. 25. — a matre. A. 4. v. *A.*

matresfamilias. A. 69.

Reliquis locis, ubi occurrit hoc vocab., excitatis non opus.

*Maternus.* amitae meae maternum genus — paternum. C. 6. materno genere praeclaro. Oth. 1.

despiciens maternam Aug. originem. A. 4. materna tibi farina sequ. ibid.

taedio maternae memoriae. Ner. 6.

*Matricida.* cantavit — Oresten matricidam. Ner. 21.

*Matrona, femina, quae in matrimonium cum viro convenit*, ut *Gell.* 18, 6.

matronae pleraeque ornamenta sua, quae gerebant, et

liberorum bullas atque praetextas (flammae injecere.) C. 84. dum ceterae matronae venirent. A. 94. —

cui (histrioni) in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat. A. 45. matronae prostratae pudicitiae. T. 35. ganeae et matronarum, institorias operas imitantium. Ner. 27. cellae, in quibus matronae ingenuique starent. Cal. 41.

Juvenalibus senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum. Ner. 11.

Equ. Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam. Ner. 4.

Proculum — mori coegit, compertum adulterare matronas. A. 67.

elisi per eum tumultum viginti amplius Equites Rom., totidem matronae. Cal. 26.

animadv. matronam e spectaculis, vetita purpura cultam. Ner. 32.

in conventu matronarum. Galb. 5.

*Matronalis.* ut ad evitandas legum poenas jure ac dignitate matronali exsolverentur. T. 35. v. not.

*Matrimonium.* pollicitus et matrimonium suum. Cal. 12. in matrim. acceptam. Ner. 35. matrim. sibi repertum exemplo Romuli et Augusti. Cal. 25.

hortanti se ad alterum matrim. Dom. 10. dedit et matrimonio operam. Galb. 5.

paulum afuit, quin justo matrimonio sibi conjungeret. Ner. 28. quam matrimonio destinarat. Oth. 10.

dimissam eam e matrimonio. T. 49. diducto matrimonio. Oth. 3.

infestum matrimonium. Lucan.

matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. Cal. 25. matrimoniorum crebra mutatione. A. 34.

quatenus sibi matrimonia male cederent. Cl. 26. sibi quoque in fatis esse omnia impudica, sed non impunita matrimonia. Cl. 43.

matrimonia obnoxia vectigalibus. Cal. 40.

*matrimonia* de *ipsis matronis* (abstract. pro concr.). ne provincialibus qu. matrimoniis abstinuisse. C. 52. v. Duker. ad *Flor.* 1. 1., Ernest. ad *Tac.* A. 2, 13., Lips. ad l. 12, 65.

*Matrix* de arbore ipsa, ex qua surculi quasi *progenies* s. *soboles.* A. 94.

*Materia* est *id, ex quo componitur, efficitur, fingitur aliquid,* nostr. *Stoff.*

bustum ejus consepiri, nisi humili levique materia, neglexit. Ner. 33. Melius leg. *maceria.* v. not.

de *argumento* libri. prioris materiae duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Cl. 41. proposita materia, quam scriberent. Gr. 17.

unde i. q. *occasio, opportunitas,* ex qua aliquid fingi v. conflari potest.

materia triumphorum. C. 22. novarum rerum. C. 35. tumultus. T. 22.

nunquam deficiente materia. T. 61. deficiente belli materia. Cal. 45.

praebitam materiam exprobrandi. A. 16. praecipuam calumniandi materiam. A. 32.
praebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus. Cl. 4.
ne *quid materiae* praeberet Neroni. Galb. 9.
materia facilis, in te et in tuos dicere. Rh. 5. (ubi *dicere* est nominat. subjecti.)

*Mathematici* dicti, qui ex astris eorumque positu horae nataliciae tempore fata hominum conjiciebant. (v. *Genitura* sub verb. *Gignere.*) *Gell.* 1, 9. „vulgus, quos gentilicio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, *mathematicos* dicit."
Theogenes mathematicus. A. 94. Thrasyllus mathem. T. 14. v. ind. prim.
Sulla mathem. Cal. 57. Seleucus mathem. Oth. 4. Ascletarion mathem. Dom. 15.
praedictum a mathematicis Neroni olim erat sequ. Ner. 40. genituram ejus, praedictam a mathematicis. Vit. 3.
Tiber. expulit mathematicos. T. 36. v. not. — edicto Vitelli jussum, intra Kal. Octobr. Urbe Italiaque mathematici excederent. Vit. 14. nullis infensior, quam vernaculis et mathematicis. ibid.
*Mathematice.* addictus mathematicae. T. 69.

*Maturus.* Centuriones maturi. Cal. 44. i. q. *emeriti.* (Jung. „nonnullis ante paucissimos, *quam consummaturi essent,* dies.")
tener adhuc, necdum matura pueritia. Ner. 7.
*Mature.* i. q. *mox, celeriter, cito.* mature barbaris coercitis. Galb. 6. quam (gratiam) mature recuperavit. Oth. 1. mature manumissus est. Ter. 1. (nostr. *zeitig, bei Zeiten.*)
*maturius.* quo maturius sociis implorantibus subveniret. C. 18. ne ea causa maturius — decederet. C. 26. quinquennio maturius, quam solebant. A. 32.
convivia nonnunquam et *serius* inibat, et *maturius* relinquebat. A. 74.
si — maturius evigilandum esset. A. 78. coll. Vesp. 21. magistratus maturius inchoavit. T. 9. decimas maturius dabat. Cal. 26. quo quaeque maturius peragerentur. Tit. 8.
*Maturitas.* precanti cuidam maturitatem poenae. T. 61. (nostr. *Beschleunigung.*)
*Maturare.* causa maturandi fuit destinata negotia. C. 80. maturavit sibi exitum. Dom. 15. ut necem sibi maturaret. Plin.
*maturare* i. q. *celerius redire.* Cal. 49. cf. Gronov. ad *Liv.* 39, 45. „L. Julius *maturare* est jussus," de simplici usu verbi *maturare* et exemplis infinitivi *ire, venire* etc. additi.

*Matutinus.* v. *Mane.*

*Maxilla.* respicienti maxillam ictu discidisse. Cal. 58.
qui sub tam lentis maxillis erit. T. 21.

*Maximus.* v. *Magnus.*

*Mechanicus.* Vesp. 18.

*Mederi.* contrariam et ancipitem rationem medendi subiit. A. 81. medendae valetudini leniendisque morbis. Tit. 8. taedio medendi. Cl. 25.
*Medicus.* cum uno medico et cubiculariis duobus. C. 4. Al. correx. *cum uno amico.* Illud probabilius, quoniam de comitibus Caesaris sermo. De conditione medicorum apud

Romanos v. Casaub. ad l. c. Eadem varietas; nullo ad rem discrimine, — quidni enim medici, quamvis servi, ex amicissimis comitibus esse poterant, aeque ac grammatici et rhetores? — obtinet A. 91. „*amici* somnio monitus.“ Al. *medici.* v. not. mitto praeterea cum eo *ex servis meis medicum.* Cal. 8.

ut — *medicum manumiserit.* Ner. 2.

quum peregrinos omnes, exceptis medicis et praeceptoribus — Urbe expulisset. A. 42.

sine adjumento consiliove medicorum. T. 68.

medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent. Ner. 37.

Glyco medicus. A. 11. v. Brut. ep. ad Cic. 6. — Charicles medicus. T. 72.

ut — medicus dentem ei ostenderet, tantum quod exemtum. Vesp. 5.

*Medicamentum.* quum Tib. propter assiduam et ingravescentem tussim medicamento usus esset. Cal. 23. quem metu venenorum praemuniri medicamentis suspic. Cal. 29. creditur potionatus a Caesonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Cal. 50.

*Medicatus.* boletus medicatus. Cl. 44. h. e. *veneno infectus,* πεφαρμακευμένος.

*Medicina,* ars medendi. omnes medicinam Romae professos, et liberalium artium doctores — civitate donavit. C. 42.

*Mediocris* etc. v. *Medius.*

*Meditari, volvere aliquid cogitatione animi,* et dicitur

*de voluntate,* ubi est i. q. *in mente aliquid habere, destinare.*

altiora jam meditans. C. 26. talia agentem atque meditantem. C. 44.

medit. fugam. T. 65. Tit. 9. eandem mox saepe frustra strangulare meditatus. Ner. 35. dicitur etiam meditatus edictum sequ. Cl. 32.

*de ingenio,* quo aliquid volvitur, Gr. μελετᾷν, unde i. q. *studere rei, operam dare,* atque *componere, exercere.*

liber epigrammatum, quae fere tempore balnei meditabatur. A. 85. solebat magnorum in Senatu reorum accusationes defensionesque meditari. Cal. 53.

paulatim et ipse meditari exercerique coepit. Ner. 20. quo majore venia meditaretur citharoedicam artem. Ner. 40.

*meditatus* pass. meditata et composita oratione. A. 84. Oppon. *extemporalis facultas ad subita.* (*meditatum carmen. Plin.* Paneg. 3, 5. v. Schwarz.)

*Mediterranei* agri. T. 12.

*Medius.* medius inter duos Consules sedit. T. 17. consistens saepe inter fratres Deos medius. Cal. 22. v. Burm. et Oudend., qui tamen servavit: „*medium* se adorandum — exhibebat.“ medius inter Consulum sellas — sedebat. Cl. 23. medius inter utriusque filios exstitit Imperator. Galb. 6.

Bajarum medium intervallum Puteolanas ad moles. Cal. 19.

per mediam arenam. A. 43. media in orchestra. Ner. 20. medio Foro. Ner. 5. e medio stadio. Ner. 24. medio Martio campo. Vit. 11. per medias civitates. Vit. 10.

in medio populi. Ter. 5.

unde: *in medium conferre* in aleae lusu, nostr. *setzen.* A. 71.

discedere *e medio.* C. 1. se *e medio* amovere. T. 10. *in medium* protrahens (paria). Ner. 53. —

quod discrepat, sit *in medio.* Vit. 2. h. e. de eo, in quo discrepant auctores, *in neutram partem decernemus,* veritate in medio relicta. Ita sunt

*medii*, qui neutram partem in bello sequuntur, Gr. οἱ ἐν μέσῳ καθήμενοι. v. ad C. 75.

medios et neutrius partis. C. 75. (*et*, ut saepe, explicat prius vocabulum.) de mediis et neutram partem sequentibus. Ner. 2.

*de temporis intervallo.* medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit. Vesp. 4. medium tempus religio et Seleucus exemit. Oth. 6. (nos: *Zwischenzeit.*) medio tempore. C. 76. i. q. *interea*, nos: *in der Zwischenzeit.* tempore medio. Cal. 25. Cl. 24. medio temporis spatio. T. 25. reditum medii temporis. Cal. 16. quinque medios consulatus. A. 26.

in media dimicatione. A. 10. — media nocte. A. 94. T. 13. ad mediam noctem. Ner. 47. Dom. 16. v. *Nox.*

*Mediocris.* fuisse dicitur mediocri statura. Ter. 5.

mediocri scrupulo injecto. Cl. 37. tribus quidem, verum mediocribus proeliis. Oth. 9.

*non mediocris.* non mediocr. operam dedit. Cl. 3. non mediocre studium. Ner. 52. non mediocri laude digna. Ner. 19. praemium non mediocre. Vesp. 18. non mediocris summae statua. Vesp. 23. non mediocrem locum in amborum amicitia tenuit. Horat. non mediocrem silvam observationum. Gr. 24. non mediocr. fore consternationem. Cal. 51.

*Mediocriter* doctus. Gr. 4. Opp. *absolute* doctus.

*Mediocritas* rei familiaris. A. 101.

*simplic.* mediocritatem pristinam neque dissimulavit unquam sequ. Vesp. 12. h. e. *conditionem mediocrem* s. *tenuem.*

*Medius fidius*, jurandi formula. T. 21. Scheid. append. ad *Sanct.* Minerv. 1, 18. p. 266. explicat: μέδει s. μέδῃ Ζεὺς πίστιος, h. e. *curet* s. *respiciat Jup. fidius.*

*Megistanes* Parthorum. Cal. 5. v. not.

*Mehercule. se*, *mehercule*, effecturum, ne sequ. Cal. 34. v. Oudend. Si valet sententia Scheidii ad Sanct. p. 266., qua *meherc.* et similia non deducenda a Lat. *me*, sed a Gr. μέδειν s. μέδεσθαι, nulla est difficultas in ejusmodi locis, ubi tertia persona jungitur illis obtestationis vocabulis.

*Meleagrides*, avium genus. (*Gallinas Africas* v. *Indicas* dicunt. v. Salmas. Exerc. Plin. p. 611. sequ., Gesner. ad *Varron.* de re rust. 3, 9, 18.) Cal. 22. *Plin.* 10, 26. *Columell.* 8, 2.

*Melius.* quo melius emtum sciatis. C. 50. h. e. *leviore*, *viliore pretio.*

plurimas civitates, terrae motu aut incendio afflictas, restituit in melius. Vesp. 17. verso ad melius omine. C. 59.

*Mellita* absorptio. Ner. 27. Al. cum Salmas. Exerc. Plin. p. 392. *mitellita.* v. not. De *bellariis mellitis* v. *Gell.* 13, 11.

*Membrum.* teretibus membris. C. 45. ceteris quoque membris — aequalis et congruens. T. 68. commoditas membrorum. A. 79. compactis firmisque membris. Vesp. 20.

*membra et artus et viscera* hominis tracta per vicos. Cal. 28. v. *Artus*.

jacentem contractisque membris clamitantem. Cal. 58.

contaminatis paene omnibus membris. Ner. 29. contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse. Ner. 34.

immanium belluarum ferarumque membra praegrandia. A. 72.

membra partesque imperii. A. 48.

*Membrana*, charta membranacea. Dom. 10.

*Memini*. Bibulo fieri Consule nil memini. C. 20.

*c. inf. praeter.* h. e. *aoristi*. interfuisse me adolescentulum memini. Dom. 12. v. *Sanct.* Minerv. p. 170. ed. Scheid.

i. q. *mentionem facere*. meminerunt hujus conjurationis sequ.. C. 9.

*memento* c. infin. memento omnia mihi et in omnes licere. Cal. 29. Hylen nostram aliis memento commendare. Gr. 10. (nostr. *vergiſs nicht.*)

*Memor*. nostri conjugii memor vive. A. 99. Horatii Fl., ut mei, memor esto. Horat.

memor sacrificii dictique avi. Galb. 4. offensarum inimicitiarumque minime memor exsecutorve. Vesp. 14. quandoque beneficii memorem futurum. ibid.

*sequ. acc. c. inf.* memor, objectum ab eo sibi saepius. A. 28.

*Memoria* de *facultate animi, qua facile tenemus et servamus, quae ingenio tradita sunt*, nostr. *Gedächtniſs*.

memoria singularis. Tit. 3. Gr. 7. memoria lapsus. C. 56. amissa jam pridem memoria. Gr. 9. (ubi in sequ. versu *literarum oblivio* esset abstr. pro concr., *qui literarum oblitus est, cui literae memoria exciderunt*. Sed potest etiam esse *amissa memoria* i. q. *quum jampridem memoria hominum excidisset, in oblivionem venisset.*)

equidem memoria teneo. Rh. 2. ne periculum memoriae adiret. A. 84. capiebat homines memoria rerum. Gr. 23.

*de ipsa recordatione hominis vel rei, nostra vel aliorum*, ut nostr. *Gedachtniſs* i. q. *Andenken, Erinnerung*.

quo Actiacae victoriae memoria celebratior in posterum esset. A. 18. in memoria (Augusti) honoranda. A. 101. durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita. Gr. 24. illustres professores, et quorum memoria aliqua exstet. Rh. 1. abolendam Caesarum memoriam. Cal. 60. coll. Dom. 23. proximum a Dis immort. honorem memoriae ducum praestitit. A. 31. ut Neronis memoria coleretur. Ner. 57. in memoriam filiaé. C. 26. ad fratris memoriam. Cl. 11. in memoriam patris. T. 7. aviae memoriam tanto opere dilexit. Vesp. 2. tanto amore erga patroni memoriam exstitit. Gr. 15. tui qualem habeam memoriam. Horat. ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria praevaleret. Ner. 35. h. e. *memoria patris, quae esset in animis hominum.* Sed: taedio maternae memoriae. Ner. 6. h. e. *recordationis matris suae.*

in memoriam majorum originis. A. 7. lapis: memoriae Othonis, inscriptus. Vit. 10. commendans reliquias suas et memoriam. Oth. 10.

i. q. *tempus, quod quis memoria complectitur*, h. e. *quo vivit et agit.*

memoriam ante suam. A. 22. memoria patrum. Gr. 4.

biduum memoriae eximere. Cl. 11. h. e. quasi delere ex historia temporis per omnium dictorum factorumque oblivionem. Contra: res alic. memoriae mandare. Cal. 8.

i. q. *liber, in alicujus memoriam scriptus*, nostr. *Denkschrift.*

vitae memoriam prosa oratione composuit. Cl. 1. Ita legendum videtur A. 79. Julius Marathus *in memoria ejus.* v. not.

i. q. *mentio, commemoratio.* titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Dom. 5.

*Memorare.* consuetudinem, de majoribus suis pro concione memorandi. T. 32. memorante quodam — de Cassii Brutique exitu. Oth. 10.

*Memorabilis*, memoria dignus. memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit. Tit. 8.

memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum. C. 68.

quod nihildum a se memorabile actum esset. C. 7. quicquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Ner. 38.

principatum — *memorabilem factum; suo oblivionem imminere.* Cal. 31.

*Memorialis* libellus. C. 56. h. e. *diarium usus privati.*

*Memoriter.* omnes ordine subinde ac memoriter salutavit. Ner. 10.

*Menda.* ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. A. 87.

*Mendacium.* abusum audentius mendacio. Cal. 8. plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Cal. 41. quum nunc mendacii, nunc timoris argueretur. Oth. 10.

sciscitantes mendacio elusit. Vit. 17.

impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit. A. 70. h. e. dum simulat Phoebum impio mendacio.

*Mens.* mente lapsis. A. 48. unum signum alienatae mentis ostendit. A. 99.

quamdiu sanae mentis fuisset. T. 67. urebant anxiam mentem. T. 66. leviter mente recreata. Ner. 41. impos mentis. A. 19. adhuc se mentis compote. Vesp. 5. mentis deminutio. A. 99. valetudo mentis. C. 49. Cal. 50. 51.

linguam mentemque liberas esse debere. T. 28.

hominum erga se mentes. Cal. 60. i. q. *animi*, nostr. *Gesinnungen.*

*Mensa*, tabula, circa quam accumbunt cibum capientes. Ner. 47. Vesp. 5.

a quodam nano adstante mensae inter copreas. T. 61. veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiam. Horat. (ut nostr. *Tisch.*)

residuis lectis atque mensis. A. 73.

prandium populo mille mensis dedit. T. 20.

*mensa lanionia.* Cl. 15.

*mensa argentarii*, Gr. τράπεζα. Galb. 9.

*Mensarius* i. q. *argentarius*, τραπεζίτης. A. 4.

*Mensis.* fuit is annus, quo haec constituebantur, *quindecim mensium cum intercalario*, qui ex consuetudine in eum annum inciderat, (sc. *Mercedonio.*) C. 40.

*intercalarius mensis* (*Mercedonius*) a Caesare sublatus. Cal. 40. v. not.

appellatio mensis e nomine Julio. C. 76. v. not. Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem. A. 31. Septembrem mensem et Octobrem — transnominavit. Dom. 13. v. not. mensem Aprilem Neroneum appellavit. Ner. 55. —

hibernis mensibus. C. 4. rerum actum, divisum antea in hibernos aestivosque menses. Cl. 23. solitae agi Novembri ac Decembri *mense* res. A. 32. hibernis demum mensibus. A. 24.

ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit. A. 40.

concessit rursus, ut sui cujusque mensis (frumentum) acciperet. ibid.

De genitivo *mensum* v. Oudend. ad A. 65.

*Mensura*. frumentum — etiam sine modo mensuraque praebuit. C. 26.

ne cubiti quidem mensuram progredi. T. 38. v. not.

*Mentio*. M. Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit. Cl. 11.

ad omnem ejus et Juliarum mentionem. A. 65. nec sine sanguinis mentione. Dom. 15.

parum prospere motam regni mentionem. C. 79. mentione ejus orta. T. 13.

ne tunc quidem donativi ulla mentione facta. Galb. 17. facta mentione aviae, *ut* — pulcerrimae. Cal. 25.

nullam sui mentionem habitam. Horat.

*Mentiri*. mentitur, inquit, Capito. Gr. 22. Gaëtulicum refellit Plin., quasi mentitum. Cal. 8.

*mentitus* pass. mentito honore. Oth. 3.

*Mentum*. mento mucrone gladii subrecto. Vit. 17.

*Mercari*. cui — sexagies HS. margaritam mercatus est. C. 50. ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra mercatus. A. 57.

spem mercantium vel frustrari, vel explere. A. 75. mercantium more. Cal. 36.

*Mercatus*, ἐμπόριον. circa conventus mercatusque Graeciae. Ner. 28. — *Mercatura*. Cl. 18.

*Merces*. peregrinarum mercium portoria instituit. C. 45. in emtionem Alexandrinarum mercium. A. 98.

*Merces*. Aem. Paulum C.que Curionem — ingenti mercede defensores paravit. C. 29. M. Antonio ne publicum qu. jus ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente. A. 10. repraesentans pro opera dignam cuique mercedem. Cl. 18.

ut *litigatores pro patrociniis* certam justamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent. Ner. 17.

*mercedibus scenicorum* recisis. T. 34. ut in praetura *mercede palmarum aurigarios* fraudaverit. Ner. 5.

praestantes *poetas* nec non et *artifices* — insigni congiario magnaque mercede donavit. Vesp. 18. nec unquam de mercedibus pactus (Gnipho *grammaticus*.) Gr. 7. quanta merces *rhetori* est data. Rh. 5. ut tanta mercede nihil sapere disceres. ibid.

*publicanos*, remissionem petentes, tertia *mercedum* parte

relevavit. C. 20. nostr. *Pacht.* (*Polyb.* 6, 17, 5. ἀπολῦσαι τῆς ἐργωνίας. *Dio* 38, 7. ἐκδικίας τινὸς τυγχάνειν.)

*Merere* et *Mereri.* quum meruero. Ner. 10. si merebuntur. A. 56. ipsum quoque paria meruisse. Cal. 30. sed tu culeum meruisti. Ner. 45. Cyzicenis — libertatem ademit, quam Mithrid. bello meruerant. T. 37. quantum quaeque uno concubitu mereret. Cal. 40. adoptionem avunculi stupro meritum. A. 68.

*merere* sc. stipendia. meruit sub Serv. Isaurico. C. 3. Tribunus mil. in Thracia meruit. Vesp. 2. coll. Tit. 4. in Macedonia corniculo, mox equo meruit. Gr. 9. —

quorum duces quadragena millia HS. merebant. Ner. 20. (*sie dienten sich, standen auf* etc.), verbis a militia desumtis.

sociae ac bene meritae civitates. C. 25. (ubi est medium, *die sich verdient gemacht hatten.*) vel utcunque meritae. T. 11. tales tamque bene meritos. Oth. 10.

*Meritum.* ingentis meriti loco. Ner. 5. ob recens meritum. Galb. 20. peculiari merito. Vit. 4.

merita erga populum Rom. allegantes. A. 47. non pro spe meritorum tractari. A. 13. pro meritorum gratia. Cal. 26. meritorum fiducia. Vesp. 13.

virtutes ac merita cujusque digne prosecutus. A. 66. pro quibus meritis. A. 57.

multa multorum Claudiorum egregia merita. T. 2.

*Merito.* Vesp. 12.

*Meritorius.* meritoria rheda. C. 57. meritoria vehicula. Cal. 39.

meritorio coenaculo abditus. Vit. 7. i. q. *conducticio.*

meritoria scorta. Cl. 15. cf. *Vopisc.* Tac. 10.

*Meretrix.* Ner. 28. Dom. 22.

*Meretricium* facere. Cal. 40.

*Mergere.* ne profundo mergeret. Cal. 16. flumine proximo mergi. Cal. 20. mergendum mari servis ipsius demandavit. Ner. 35. ossa et reliquias — mari mersit. Dom. 8.

*Meridie.* Cal. 56. Cl. 34.

*Meridiare*, somnum meridianum capere. Cal. 38. Ner. 6.

*Meridiani*, gladiatores meridie pugnantes. Cl. 34. v. not.

*Merum.* T. 59. thure ac mero supplicare. A. 35. infuso super altaria mero. A. 94.

larga meri potione oneratos. T. 62. plurimum meri propalam hausit. Vit. 10.

*Messis.* messium feriae. C. 40.

*Meta.* quo laxius dimicaretur, sublatae metae. C. 39. Circo max. marmoreis carceribus auratisque metis, quae utraque et tophina ac lignea antea fuerant, exculto. Cl. 21.

*Metallum.* jus metallorum. T. 49. condemnare al. ad metalla. Cal. 27.

*Metoposcopus.* Tit. 2.

*Metrum.* Gr. 1. 23.

*Metus.* *c. genit.* metu judicii. C. 18. quo metu judicum. Ner. 23. metu M. Antonii. C. 82. metu damni. C. 67. major emolumenti *spes*, quam damni *metus.* A. 25. metu poenae theatr. A. 40. turbarum metu. T. 4. periculi metu. Cl. 36. taedio praesentium, et imminentium metu. Vit. 14.

metus undique imminentium discriminum. T. 25. con-

sternatum ruinae metu populum. A. 43. sacramenti metus. T. 8. metu venenorum. Cal. 29. —

*simpl.* quos metus magis quam voluntas contineret. A. 15. metu saevus. Dom. 3.

quo praecipue non jam *metu*, sed *discrimine*, coactus est sequ. T. 13.

libertas metu. T. 26. metu et angore ad fastidium vitae ab eo actum. T. 49.

reverentia ejus ac metu repressam Tiberii saevitiam. Cal. 6. metu ac pudore. A. 94. suspicione aliqua vel metu. Vesp. 14.

*nimius metus* opp. *confidentiae*. Cal. 51.

quo metu injecto. Cal. 38. cf. *Injicere.*

quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur. A. 6.

quos metus ceperat sequ. acc. c. inf. C. 19.

*Metuere.* periculum invicem metuens. A. 10. tumultum metuens. T. 65. si tumultus — metueretur. A. 25. extrema metuentes. Cal. 54. extrema metuenti. Vesp. 4.

nullos minus metuendos, quam qui sequ. Vit. 7. nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Vesp. 4.

*Meus.* benignitas mea me sequ. A. 71.

*mei.* meos tam suspicione, quam crimine, judico carere oportere. C. 74.

*Micare*, lusus Italorum, quo digitos porrigunt eodem tempore duo ludentes, isque vincit, qui utriusque numerum recte divinavit. v. interpr. ad *Cic.* Off. 3, 19. et 23., ubi vulg. *dimicando*, ut apud Nostr. A. 13. „sortiri vel *dimicare* jussisse" pro *micare*. Hodie lusum *la mora* dicunt, et *giocare alla mora*.

*Migrare*, res suas in alium locum transportare, nostr. *ziehen, auswandern.*

migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii. C. 79.

*Miles.* non modo *ducis*, sed etiam *militis* functum munere. A. 10.

gregarius miles. A. 14. Cl. 10. Galb. 20. manipularis. Oth. 10. coll. A. 24.

tirunculus miles. Ner. 21. cf. *Praetorianus, Veteranus.*

una voce, qua *Quirites* eos pro *militibus* appellarat. C. 70. Mox: ut ei, *milites esse*, confestim responderint. neque post bella civ. — ullos militum *commilitones* appellabat, sed *milites*. A. 25.

oratio apud milites. C. 55. Vit. 8. 15. v. *Apud.*

quia manipularis habitu inter milites educabatur. Cal. 9.

quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam astrinxit. A. 49. quantum militum sub signis ubique essent. A. 101.

milites domos senatorias salutandi causa ingredi, etiam Patrum decreto prohibuit. Cl. 25. — classiarios, quos Nero ex remigibus *justos milites* fecerat. Galb. 12.

milites vice ministrorum functi. Cl. 35.

ut stipendia quoque militum et commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset. Ner. 32. tentavit — militum numerum deminuere. Dom. 12.

*statio, excubiae* militum. v. sub his voc.

*miles* pro *militibus.* libertino milite — bis usus est. A. 25. militem secrevit a populo (in spectaculis.) A. 44. v. not. de legendo vel exauctorando milite. T. 30. militi — nihil unquam largitus est. T. 48. primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus. Cl. 10.

tumulus, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret. Cl. 1.

disce, miles, militare. Galb. 6. militem — probabat. C. 65.

prohibitis per militem obviis. T. 64. interpellante milite ac populo. Vit. 15.

militem quasi proditorem, et Senatum quasi parricidam incessere. Cl. 12. et militi, et plebi Cl. 27.

nulla familiae aut militis disciplina. Vit. 10.

populus indifferenter, miles gravissime tulit. Dom. 23.

Reliquos locos, quibus voc. *milites* occurrit, v. sub singulis vocibus.

*Militare.* disce, miles, militare. Galb. 6. si militare adversus eum vellent. C. 68.

*Militaris.* in re militari et commutavit multa et instituit. A. 24.

militari arte. C. 55. (locus dubiae lectionis. v. not.) ratio militaris. A. 25.

fossas — militari opere detersit. A. 18. i. q. *per milites.*

*dona militaria.* A. 8. 25. T. 32.

*viae militares* (*Hauptstraſsen, Heerstraſsen.*) A. 49. — *aerarium militare.* ibid. v. not.

*Militia.* militiam resque bellicas semel attigit. Cal. 43. militiam auspicantibus. A. 38. functus militia. Gr. 9. praecipua militiae laus. C. 35. per honorem militiae. Juven.

reliqua militia. C. 2. h. e. *reliquo militiae tempore.* pro temporibus militiae. A. 49.

commoda *emeritae militiae.* Cal. 44. *justae militiae* commoda. Vit. 15.

more militiae. Cal. 58. Germ. legiones transferre in Orientem ad securiorem molliоremque militiam. Vesp. 6.

*equestrem militiam* petentes. A. 46. *imaginariae militiae* genus. Cl. 25.

*equestres militias* ita ordinavit, ut sequ. Cl. 25. equestribus militiis industrie functus. Plin.

*Militiola.* semestribus militiolis tumentem. Juven.

*Mille.* aliis captivorum millia dono offerens. C. 28. h. e. singula millia. v. Gronov. ad *Liv.* 29, 15., Drakenb. ad 30, 17. — per centum sex. millia. Ner. 31. sc. *passuum.* Al. *milliaria.* v. Oudend.

*Millare* s. *Milliarium.* circa quartum milliarium. Ner. 48. ad sextum milliarium. Vesp. 1. — *Milliarium aureum.* Oth. 6. v. not.

*Milliarius*, adject. ut porticus triplices milliarias haberet. Ner. 31.

*Mimus, histrio,* qui recitata vel cantata ab alio gestu effingit. v. *Bulenger.* de theatro 1, 48.

quum — pronunciatum esset a mimo. A. 53. Vulg. *in mimo.* v. not. — mimus Latinus. Dom. 15.

*fabula ipsa*, in qua actio mimorum. in Laureolo mimo.

Cal. 57. (*Juvenal.* 8, 187.) ludis Dec. Laberius Equ. Rom. mimum suum egit. C. 39. v. not. Equites Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam. Ner. 4.

inde: ecquid iis videretur *mimum vitae* commode transegisse. A. 99.

*de quavis re ficta, simulata*, ut Gall. *farce.*

in hoc quoque mimo praeter modum intemperans. Cal. 45. ne poena acrior mimum omnem divulgaret. Oth. 3. atque ita etiam leg. „impudentissimo *mimo*" T. 24. ex emendat. Gronov. pro vulg. *animo*. v. not. et Duker. ad *Flor.* 2, 14, 3. —

quum *mimum histrorum* sequ. Graev. emend. A. 70. v. not. et Oudend.

*mimos* diversi operis, emendatio vir. doct. Gr. 21. pro vulg. *alios*.

*Mina.* cum ingentibus minis. C. 70. terrore ac minis. A. 16. minis ejus ac violentia territus. Ner. 34. plenus minarum. Lucan. miscere minas et preces. Oth. 3.

*Minari* alicui supplicium. C. 4. vincula. T. 57. uncum et Gemonias cadaveri. T. 75.

ut malum iis, qui descissent, minaretur. Ner. 40. — palam minari. sequ. acc. c. inf. C. 24.

Fortunae querentis — minantisque, erepturam et ipsam. Galb. 18.

*Minax.* contumeliosa et minaci et contumaci epistola. Cl. 35.

adversus barbaros minacissimus. Cal. 51.

*Minaciter.* suppliciter, nec non et minaciter efflagitantes. Tit. 5.

*Minimus.* v. *Minor.*

*Minister*, servus, sed praestantioris conditionis ob *officium*, quo fungitur apud dominum.

paedagogum ministrosque Caji filii. A. 67.

unde *ministri Principis*, (nostr. *Dienerschaft*) qui officia habebant aulica, maxime in conviviis, cubiculis, vel qui a manu erant, a rationibus etc. multis convivarum et ministrorum elisis. T. 39. Seleucum grammat. a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores. T. 56. vocatis ministris. T. 73. ministros vocare. Dom. 17. neque castrensem sellam de more positam pro Tribunali, oblitis ministris. Galb. 18. fugatis ministris (triclinio). Vesp. 5.

captus facie ministri acerram praeferentis. T. 44. quendam e caris ministris. Vesp. 23. interpellanti mox ministro. ibid.

generum fratris, indigne ferens, *albatos* et ipsum *ministros* habere. Dom. 12. (Ministri enim aulici albatas gestabant vestes. v. Salmas. ad *Lamprid.* Sever. c. 67.)

omnino *de operis.* de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero. Cl. 34.

non Principem, sed ministrum egit. Cl. 29.

*Ministrae.* nunc sua, nunc ministrarum manu. T. 14.

*Ministerium.* cujus ministerio ac fraudibus. T. 55. ministerio et opera Cn. Pisonis. Cal. 2. (Ita *minister libidinis alic.* et *minister cubiculi. Liv.* 3, 44. et 57.)

*ministeria* i. q. *ministri.* confectores ferarum et varia are-

nae ministeria. Ner. 12. Inepte al. instruserunt *ad.* v. Graev. et Oudend.

inter scortorum totius Urbis ambubajarumque ministeria h. e. *ministrantibus scortis* etc. Ner. 27.

*Ministrare*, ministrum v. ministram esse max. in convivio, nostr. *aufwarten.*

cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat. A. 45.

nudis puellis ministrantibus. T. 42.

*Ministrator.* quum auriganti Cajo ministratorem exhiberet. Vit. 17.

*Minium.* minio et chrysocolla constrato Circo. Cal. 18. minio depictae assulae. Gr. 11.

*Minor.* occasione, quam minorem opinione offenderat. C. 3. quo minor turba Romae foret. T. 2.

nec potentia minor, nec dignitate. T. 1. ne minor inveniretur. A. 94.

non minora illa — immo majora etiam indicia fuerint. C. 63. nec minoris impotentiae voces sequ. C. 77. nec minore studio. C. 28. ne — minora quoque enumerem. Cl. 29. Al. *minora quaeque* et *minima quaeque.*

nemine ante se munificentia minor. Tit. 7. (Gr. οὐδενὸς ἥττων.)

bipedali minor. A. 43.

ne quis civis *major* annis viginti, *minorve* quadraginta sequ. C. 42.

turma *majorum minorumque puerorum.* C. 39. majorum minorumve puerorum dilectu. A. 43. ne minores quidem pueros praeteriit. A. 41. h. e. qui *infra undecimum aetatis annum* essent, ut patet e sequentibus.

plebejo homini, atque etiam *natu minori.* T. 2.

*Minus.* minus sibi familiarem. A. 53.

in senecta sinistro (oculo) minus vidit. A. 79. (*weniger gut.*)

septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus quinque et triginta *minus.* A. 100. (Gr. δεόντων.) Accusativus est absolutus, ut in: *id genus, illud horae* etc.

nunquam *minus* mille carrucis fecisse iter traditur. Ner. 30. cf. *Amplius.*

nec cuiquam minus — quadring. millibus nummûm constiterunt. Vit. 13. Inutilis correctio: *minoris.*

nullos minus metuendos, quam qui sequ. Vit. 7.

*nec minus.* quae ad formam *et* habitum *et* cultum *et* mores, *nec minus,* quae ad civilia et bellica ejus studia pertineant. C. 44.

Cassius Severus, nec minus alii. Vit. 2. luxuria — nec minus libido. Tit. 7.

*nec tamen eo minus.* A. 45. nec eo minus. Cl. 8. Oth. 4. Vesp. 24. (Gr. οὐχ ἧττον δέ.)

*nihil minus, quam.* A. 25.

*paulo minus.* i. q. *fere, paene*, Gr. ὀλίγου δεῖν v. ὀλίγου.

civilem admodum — ac paulo minus quam privatum egit. T. 26.

quod paulo minus utrumque evenit. T. 39.

talem Principem paulo minus quatuordecim annos perpessus terrarum orbis. Ner. 40.

*Minimus.* qui imperium — *ex minimo maximum* reddidissent. A. 31.
*non minimo* discrimine. A. 25. i. q. *non exiguo* h. e. *maximo.* res non minimi periculi. A. 67.
*magnis minimisque* apparuit rebus. Cl. 34. — minima tonitrua et fulgura. Cal. 51.
quod minimum est. T. 50.
quibus minimum. Vesp. 19. nummo addixit. C. 50. Al. *minimo.*
*Minuere.* non negando *minuendove,* sed insuper *amplificando* ementiendoque. C. 66.
vectigalia aut abolevit, aut minuit. Ner. 10.
sicut gloriam *auxit,* ita gratiam *minuit.* Oth. 1.
*Minutus.* itinera minuta. A. 82.
pueri minuti. A. 83.
crebris et minutis ictibus. Cal. 30. minutissimis ictibus. Vit. 17.
minutissimis literis. Cal. 41.
*Mirari.* quo magis miror. Cl. 27. sequ. acc. c. inf. mirari se, sibi objici. A. 7.
non esse mirandum, *quod.* Ner. 2. mirantem, *quod.* Vesp. 5. mirari se, *quod.* Dom. 1.
plerisque vilitatem mirantibus. C. 50. laudabat mirabaturque avunc. Cajum nullo magis nomine. Ner. 30.
inter cetera *in eo* mirati sunt homines et oblivionem. Cl. 39.
*Mirus.* mirum et efficax studium. Cal. 3. mira varietate animi. Cl. 15.
miri in adulando ingenii. Vit. 2.
illud mirum admodum fuerit. Galb. 20. quod mirum esset. T. 68. ne cui haec mira sint. Cl. 15. mirum et vel praecipue notabile inter haec fuerit. Ner. 39.
nec mirum, si. C. 68. nec mirum, quum. T. 51.
*Mire.* simulavit mire modestiam. Dom. 2.
*Mirabilis.* mirabili casu. Cl. 10.
*Miraculum.* irrisis multorum locorum miraculis. Cal. 51. Gr. θαύματα.
ut mors ejus — majori miraculo fuerit. Oth. 12.
*Mirmillo.* Cal. 32. Ner. 30. Dom. 10. mirmillonum armaturas recidit. Cal. 55.
*Miscere.* miscentem frustra minas et preces. Oth. 3.
*Miscelli* ludi. Cal. 20. h. e. mixti e vario certaminum genere.
*Mixtura* aequabili vitiorum atque virtutum. Dom. 3.
*Mixtim* s. *Mistim.* T. 33. Mel. *Juxtim.*
*Miser.* miserum populum Romanum. T. 21.
*Miserari.* miserante obvia turba. Cl. 10.
miseratus est conditionem suam, cui sequ. Cl. 36.
miseranda oratione. T. 65.
*Miseratio.* ad miserationem caedis. C. 84. ob miserationem afflictae domus. Cal. 13.
an, quanta maxima posset miseratione, veniam praeterit. precaretur. Ner. 47.
*Misericordia* correptum. Cal. 12.
*Missilis, Missio* v. sub v. *Mittere.*
*Mitellita,* mitra s. corona parva. Ner. 27. v. Salmas. Exerc.

Plin. p. 392. Interpr. Gall. *couronnes de soie.* Sed mel. leg. *mellita.*

*Mitigare.* ad mitigandam temporum atrocitatem. T. 48.

*Mittere.* legatos. C. 24. quosdam libertini generis mitti. A. 44. diadema in Capitolium Jovi. C. 79. epistolas. C. 56. alicui nuncium. Ner. 42. tabulam. Cl. 21. suffragia, quae obsignata Romam mitterent. A. 46.

*misi* tibi denarios sequ. A. 71. (perfectum more Latin. in epistolis.)

missis, qui sequ. A. 26. Oth. 6. Vesp. 15. Dom. 20. missos ad arcessendam. Oth. 3.

*mittere circum* et *circa.* v. has partic.

ne magistratus — statim in provincias mitterentur. A. 36.

repudium mittere uxori h. e. libellum repudii. Cal. 36. alicui successorem. Dom. 1.

quia sibi — scaphas obviam non miserint. Cl. 38.

i. q. *emittere* in arenam. missum in arenam aprum. T. 72. cf. *Missus.*

i. q. *dimittere.* quum Poll. plebs funus — non prius ex Foro misisset sequ. T. 37.

*missam facere* legionem, ἀφιέναι. C. 69. uxorem. Cal. 25.

*missa facio* i. q. *praetermitto.* C. 49.

*mittere* de jactu aleae. mitt. canem, senionem. A. 71.

*mittere mappam.* Ner. 22. h. e. signum pugnandi s. certandi dare. v. *Mappa.*

*Missilis.* res missiles. A. 98. h. e. *munera, quae a Principibus spargi solebant,* Gr. ἀποφόρητα. *missilia.* sparsit missilia variarum rerum. Cal. 18. sparsa populo missilia omnium rerum. Ner. 11. omne genus rerum missilia sparsit. Dom. 4.

*Missio* i. q. *dimissio militum.* De variis missionibus v. *Lips.* de milit. Rom. 5, 19. decumanos — missionem et praemia flagitantes. C. 70. de seditione militum, praemia et missionem poscentium. A. 17. alias (legiones) immodeste missionem postulantes, citra commoda emeritorum exauctoravit. A. 24. ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum justaeque militiae commoda polliceretur. Vit. 15. missione impetrata. Vesp. 1.

definitis pro gradu cujusque et temporibus militiae et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. A. 49. missiones veteranorum rarissimas fecit. T. 48.

i. q. *dimissio ex officio* v. *magistratu.* missionem continuo efflagitavit (Caesar Quaestor a Praetore ad petendam in Urbe praeturam.) C. 7. cf. *Sallust.* Jug. 64.

*missio* gladiatorum i. q. venia iis data, non ad necem depugnandi.

gladiatores *sine missione* edi prohibuit. A. 45. (*Flor.* 3, 20, 14. „quod sub gladiatorio duce oportuit, sine missione pugnatum est.“ v. Freinsh.)

*missio sanguinis* (Aderlaſs.) Cal. 29.

*Missicius* praetorianus. Ner. 48. i. q. *exauctoratus.* Al. nomen militis habuerunt. Id sine dubio Suetonius nobiscum ignorat.

*Missus* in spectaculis *de vehiculis* v. *gladiatorum paribus, quae uno tempore ad certamen in arenam emittuntur,* nos: *ein Rennen,* Gall. *une course.*

nonnunquam interjecta per quinos missus venatione. Cl. 21. spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur. Ner. 22. Circens. die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. Dom. 4. (Inde ad *fercula* transfertur, quae eodem tempore apponuntur. v. *Capitol.* Pertin. 12., *Lampr.* Heliog. 30.)

*Moderari*, *Moderatio*, *Modestus*, *Modestia*, *Modicus*, *Modius*, *Modo* etc. v. sub v. *Modus*.

*Modus* est *mensura*, *norma*, ad quam exigitur aliquid, quod ad *magnitudinem* vel *numerum* vel *rationem* attinet, ultra quam augeri, citra quam subsistere non debet, quicquid *justis finibus*, qui sunt *in medio*, circumscriptum est. Eadem vis est nostro *Maaſs*, quod, ubi de *ratione* adhibemus, flectimus in formam femin. *die Maaſse*, ut in dictionibus: *in dieser Maaſse* etc. ubi est i. q. *Weise*, *Art*. Gr. κανών, μέτρον, τρόπος.

frumentum — sine modo mensuraque praebuit. C. 26. ubi additum *mensuraque*, ut saepe apud Nostrum, explicat: *sine modo*.

de modo aedificiorum. A. 89. taxato prius modo summae. Cal. 38.

ita modum se proscribendi statuisse. A. 27. jus civ. ad certum modum redigere. C. 44. Senatorum affluentem *numerum* — ad *modum* pristinum redegit. A. 35.

divortiis modum imposuit. A. 34.

excesserat humanitatis modum. T. 29. praeter modum comis. Vit. 7. praeter modum intemperans. Cal. 45. praeter modum commovebatur. Dom. 14.

adhibito honoribus modo. A. 100. nullo adhibito modo. Cal. 2. Vit. 15. adhibendum supellectili modum. T. 34. nullus adhibitus dilectus aut modus interimendi. Ner. 37.

nec largiendi nec absumendi modum tenuit. Ner. 30. adhibitus sumtibus modus. Ner. 16.

manumittendi modum terminavit. A. 40.

i. q. *forma*, *ratio*, quia similitudo est in finibus alic. rei ad certum modum descriptis. v. quae supra dixi de Germ. *Maaſs* et *Maaſse*.

manus formata commotaque in obscoenum modum. Cal. 56. in modum et ordinem ac numerum stellarum coel. Ursae. A. 80.

servilem in modum torsit. A. 27. crudelem in modum. T. 52. foedum in modum. Cl. 36. ad virilem modum. Ner. 44.

in modum justae uxoris propalam habuit. Cal. 24.

*pro modo* exsequi delicta. C. 67. (*nach Verhältniſs.*)

pari modo. Cl. 38. omni modo. A. 28. omnibus modis. A. 89. nullo modo. C. 17. Cal. 48.

quibus posset modis. C. 11. simili modo. A. 1. quoquo modo. A. 21.

litium series ubique majorem in modum excreverant. Vesp. 10.

*Modulus*. dimensus ad corporis sui modulum. Ner. 49.

*Modius*, frumenti mensura. C. 38. Galb. 7.

*Modo*. v. Perizon. ad *Sanct.* p. 677. ed. Scheid.

i. q. *tantum*. auditu modo cognitos. A. 21.

De tempore *modo*, *modo* est i. q. *hoc temporis momento*, *illo*.

*modo* unguent. tabernam, *modo* pistrinum exercuisse. A. 4. *modo* reparandarum classium causa — *modo* pace facta. A. 16. ut *modo* tonderet, *modo* raderet barbam. A. 79. *modo* piscabatur, *modo* ludebat. A. 83. *modo* ad statuam Aug., *modo* ad exercitus confugere velle. T. 53. *modo* insusurrans, *modo* clarius. Cal. 22. *modo* munera divid., *modo* nummos. A. 75.

*modo — nonnunquam*. T. 66. *modo — interdum*. Cal. 43.

*modo — modo — nonnunquam*. A. 41. Cal. 52. Cl. 15. *modo — modo — interdum*. A. 75. Ner. 49.

genere vario, *modo — tum*. Rh. 6. —

*non modo*, *sed et* v. *sed*. v. *Et*.

*non modo — verum et*. Ner. 38.

*Modicus*. modicae aedes. C. 46. A. 72. T. 11. modica statura. Oth. 12. (i. q. *mediocris*. Ter. 5.)

exstat alter (liber) aeque modicus. A. 85.

modicis intervallis. A. 49. modicae in dicendo facultatis. Galb. 3. i. q. *mediocris*.

vitia quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus. A. 66.

expeditionem unam omnino suscepit, eamque modicam. Cl. 17. (*haud gravem*.)

modica culcita. Ner. 48. Al. *modicella*. v. Oudend., et Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 79, 4.

*Modice*. lectus modice instratus. A. 73.

*Moderari*, ad certum modum redigere aliquid, ultra quem neque procedat, neque citra quem subsistat, saepius de illo, unde nostr. *mäſsigen, beschränken*.

nec successum victoriae moderatus est. A. 13.

duritiam lenitatemve multarum ex bono et aequo — moderatus est. Cl. 14.

spadonum — pretia moderatus est. Dom. 7.

i. q. *regere*. campestrem decursionem scuto moderatus. Galb. 6.

*Moderatio*. Valer. M. 4, 1. virtutem dicit, „quae mentes nostras *impotentiae* et *temeritatis incursu* transversas ferri non patitur." Gr. σωφροσύνη, ἐγκράτεια, *Appian.* Civ. 2, 63. μετριοπάθεια. Nos: *Mäſsigung*.

moderationem clementiamque — admirabilem exhibuit. C. 75. qua virtutis moderationisque fama. A. 21. parem moderationem minoribus quoque et personis et rebus exhibuit. T. 32. quum adhuc favorem hom. moderationis simulatione captaret. T. 57. provinciam administravit — moderatione atque abstinentia singulari. Oth. 3. abstinentia et moderatione insequentium Principum. Dom. 23. Equites Rom. severe curioseque, nec sine moderatione, recognovit. Cal. 16.

*Modestia*. plerosque modestia et pudore deterruit. T. 47. i. q. *verecundia*, Gr. αἰδώς. (ut nostr. *Bescheidenheit*, quod est a verbo *sich bescheiden*, Lat. *abstinere*, *renunciare*.) simulavit et ipse mire modestiam. Dom. 2.

i. q. *abstinentia*, quae *avaritiae* opponitur, Gr. ἐγκράτεια. summa industriae, nec minore modestiae fama. Tit. 4. v. not.

*Modestus*, Gr. ἐγκρατής. ut neque modestiores unquam, neque justiores exstiterint (magistratus.) Dom. 8.

*Modeste.* parum modeste fecisse eum. A. 64. (nostr. *unbescheiden*, Gall. *indiscretément.* Interpr. Gall. „Auguste lui reprocha, d'avoir manqué *à la décence.*")
nihilo modestius vixit. Ner. 5. Opp. *arrogantiae, insolentiae.*
*Modulatus* pass. modulata carmina. A. 57. Cal. 16. carmina lascive modulata. Ner. 42. modulatae laudationes. Ner. 20.
*Moechus.* moechum calvum adducimus. C. 51. uxoris moechus coeperat esse suae. Oth. 3.
*Moenia.* intra moenia hostis. C. 35. — Syracusis collapsa vetustate moenia. Cal. 21.
prospectis modo nec aditis Urbis moenibus. T. 72. destinarat Ostia tenus moenia promovere. Ner. 16.
nec populo aut moenibus patriae pepercit. Ner. 38.
*Moeror.* velut in domestico communique moerore. Cal. 5. moeroris impatiens. Cal. 24.
*Moestus.* moesta civitate clade Variana. T. 17.
ut diem cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. A. 23.
*Moles, agger, in portu ad arcendos maris fluctus objectus.* Ital. *molo.*
moles Puteolanae. Cal. 19. jactae moles infesto ac profundo mari. Cal. 37.
portum Ostiae exstruxit — ad introitum profundo jam solo mole objecta. Cl. 20.
*de gravi et molesta multitudine laborum.* in tanta mole rerum. A. 84.
*Molestus* i. q. *importunus, difficilis.* sermonis Lat. exactor molestissimus. Gr. 22. cur ergo illi *molestus* esse velim, quum mihi ille *jucundus* esse non possit. (*Cic.* ad Att. 12, 26.) Gr. 14.
molesta dialectos. T. 56. i. q. *injucunda.*
*Moleste* scribere aut loqui. A. 86. h. e. ita ut obscuritate injucundam legentibus vel audientibus difficultatem objicias.
*moleste ferre* aliquid. Cal. 39. Gr. δυςχεραίνειν i. q. χαλεπῶς φέρειν.
*Molestia.* quo minore molestia senat. munera fungerentur. A. 55.
quum Sil. impatientiam nauseae vitasset et molestiam navigandi. Cal. 23.
*Moliri, suscipere, aggredi rem gravem atque difficilem.*
reputans, quantum moliretur. C. 31. multa varie molientem. T. 3.
ingentia facinora ausus, et aliquanto majora moliens. Cal. 49. majora mox in Urbe molitus est. C. 8.
res novas mol. A. 14. 66. T. 25. 65. Galb. 11. Dom. 7.
posse erui (thesauros) parvula molientium opera. Ner. 31.
*Molitores* novarum rerum. Dom. 10. *Molitrix* nov. rerum. Ner. 35.
*Mollis.* quo mollior pilus surgeret. A. 68.
ad securiorem mollioremque militiam. Vesp. 6. Opp. *gravis, dura militia.*
mollis digitorum gesticulatio. T. 68. (nos: *sanfte Bewegung.*)

ut mollem et effeminatum denotare aliquem. Cal. 56. h. e. *delicatum*, *impudicum*.

*Mollities*. nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiem. Gr. 14.

*Momentum*. v. *Movere*.

*Monere*. sequ. *ut* v. *ne*. sorte, qua monebatur, ut. T. 14. monitis speculatoribus, ut. Cal. 44. monuit, ne. C. 20.

omisso *ut*. immolantem harusp. Spur. monuit, caveret periculum. C. 81.

*simpl*. somnio monitus (*gewarnt*.) A. 91. Galb. 9.

monitu Dei. A. 94.

*Monitio*. prout quique monitione indigerent. A. 89. addita monitione. T. 18. volebat credi monitione ejus futura praenoscere. Ner. 56.

*Moneta*. monetae publicisque vectig. peculiares servos praeposuit. C. 76.

*Monile*. mon. margaritis gemmisque consertum. Galb. 18. mon. e gemmis. Cal. 55.

*Monopolium*. monop. nominaturus. T. 71. de vectigalibus ac monopoliis. T. 30. v. not.

*Mons* Albanus. Cl. 4. Dom. 4. Tarpejus. C. 44. Coelius. T. 48. Vesp. 9. Gebenna. C. 25. Vesevus. Tit. 8. montes Ceraunii. A. 17.

in monte summo. Vesp. 1. partim effosso monte, partim exciso. Cl. 20. campi montibus aggere aequati, et complanata fossuris montium juga. Cal. 37.

*Monstrare*. ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit. C. 80.

*Monstrum* i. q. *portentum*, *prodigium*. magna et assidua monstra — exitum ei, qualis evenit, portenderant. Galb. 18.

*monstrum* de *homine ultra naturam humanam saevo et immani*. Cal. 22.

*Monstrosus* concubitus. T. 43. h. e. qui *contra naturam* exercetur.

monstrosae libidines. Cal. 16. Al. *monstruos*.

vita scriptisque monstrosus. Gr. 15.

*Monumentum* de *sepulcro*. C. 81. A. 95. Cl. 46. Ner. 38. 41. Vesp. 1. 12. Dom. 8. 15.

de *operibus* s. *aedificiis publicis*. ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis et excultis, Urbem adornarent. A. 29. (*Tibull*. 1, 7, 57. *monumenta viae*, ubi v. Heyn.)

*monumenta publica* i. q. *acta*, *tabulae publ*. (*öffentliche Schriften*, *Urkunden*.) Cal. 23.

*monumenta* simpl. i. q. *scripta*. C. 54. inter cetera studiorum monumenta. Cal. 3.

*Mora*. ne quod negotium mora elaberetur. A. 32. comperta morae causa. A. 94. quum morae culpa capite lueretur. Cal. 57. ne paululum quidem morae patiens. Cal. 38. impatiens morae. Cal. 51. ne quid morae interveniret. Ner. 37.

sine mora. T. 62. inter moras. Ner. 49. Oth. 11. inter aliquas moras. A. 78.

hos *per omnes moras* exitu prohibere conatus. C. 34.

pro mora. C. 38. h. e. *dilatione solutionis*. in solatium dilationis ac morae (quam ferrent candidati usque ad honorum primordia.) Ner. 15.

*Morari* aliquem i. q. *detinere, moram objicere;* nostr. *einen aufhalten.*

moranti se (h. e. *Caesari retinenti se, aquiliferum*). C. 62. si flumina morarentur. C. 57. si omnia morarentur. A. 97. h. e. *omnia se Romae detinere vellent.*

revulsae templi fores, ne quid gestientes vota reddere morarentur. Cal. 6. (h. e. ne *fores* morarentur *se* gest. vota reddere. Al. leg. *moraretur*, qui falso voc. *quid*, h. e. aliquid temporis v. ullo modo, subjectum habuerunt. v. not. et Oudend.)

necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur. A. 86. ne nuncii morarentur. T. 65. h. e. *se exspectantem destituerent, seriusque certiorem facerent.*

*Morari* a Gr. μωρός i. q. *insanire.* morari eum inter homines desisse, producta prima syllaba, jocabatur. Ner. 33. (per ἀμφιβολίαν, quum *morari* correpta prima syllaba sit i. q. *versari*, hoc *insanire.*) De hac *annominatione*, quae vario modo, ut *productione* n. l., efficitur, v. auct. ad Herenn. 4, 21.

*Morbus.* morbo quartanae aggravante. C. 1. decessit morbo aquae intercutis. Ner. 3. in podagrae morbum incidit. Gr. 5. prima morbi accessione. Vesp. 23.

morbus comitialis. C. 45. Cal. 50. Ner. 33. articularis. Galb. 21.

cujus opera ex ancipiti morbo convaluerit. A. 59. leniendis morbis nullam div. hum.que opem non adhibuit. Tit. 8.

morbo variante. A. 98. gravis morbus. T. 72. Tit. 2. ingravescente vi morbi. T. 73. variis et tenacibus morbis conflictatus est. Cl. 2.

morbo implicitum acri. Ter. 5.

supr. diem morbo obiit. Cl. 1. diutino morbo obiit. Cal. 1.

*Mordicus.* paludamentum mordicus trahens. C. 64. h. e. *dentibus.*

*Mori.* inedia. A. 53. T. 53. mori volentibus vis adhibita vivendi. T. 61. mori jussis. Ner. 37. moriendi impetum cepit. Oth. 9.

spectasse utrumque morientem. A. 13. moriens ut feram mecum spem sequ. A. 28. quibus ea funeris sui curam moriens demandarat. T. 51.

una voce occurrens: moriendum esse. A. 15.

Antonium — ad mortem adegit, viditque mortuum. A. 17. v. not. regem se voluisse videre, non mortuos. A. 18. (h. e. *mera cadavera, quamvis regum, quum in vivis essent.*) ne mortuo qu. perinde affectus est. T. 52. h. e. *ejus morte.*

pro mortuo deseri jussit. Dom. 2. —

contumeliis mortuum insectatus est. Ner. 33. h. e. *eum post mortem.*

*incolumem* detestata, *mortuum* laudibus tulit. Oth. 12. mortuum contumel. acclam. lacerare. Dom. 23.

*mortuus* (*der Todte.*) clare mortuo mandarat. T. 57. ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent. T. 75. bona vivorum ac mortuorum. Dom. 12. —

*Mors.* talia agentem — mors praevenit. C. 44. inter haec morte praeventus est. Tit. 10.

aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi cele-

remque optaverat. C. 87. talem ei mortem paene ex sententi: obtigisse. ibid. paratus intentusque morti. Oth. 11.

sua morte defungi h. e. *naturali, fatali.* C. 89. v. Ca saub. mortem obiit repentinam. A. 4. cf. *Obire.* repentin: Consulis morte. C. 76.

voluntaria morte perisse. Cal. 26. v. *Voluntarius.* morti liberum arbitrium. Dom. 8. 11. Lucan.

multi — morte simulata funere elati. Ner. 23.

non gravius, quam *simplici morte*, puniit. C. 74. morten leve supplicium putabat. T. 61. quibus omnibus — cruent mors persoluta est. Cal. 26. sub mortis poena. Cal. 48. mort destinatorum. Cal. 49.

ex senio mortem, ex morte compendium captans. T. 48 v. *Captare.*

aliquanto patientius mortem, quam dedecora suorum tulit. A. 65.

majora ac firmiora de eo judicia *in morte ac post mortem* exstitere. Cal. 5. mors ejus, divinitasque post morten A. 97.

ut voluntaria morte — civium odio quamprimum sati faceret. T. 66. tanquam aliter illi non possent, nisi morti succurrere. Ner. 36.

causam esse mortis alicui. v. *Causa.* Ceterum cf. verb *Adigere, Adipisci, Appetere, Capessere, Consciscere* etc.

*Mortalis.* filium mortali specie ampliorem. A. 94.

*Mortalitas.* accessisse sed ad finem mortalitatis. Cl. 4( h. e. *vitae humanae, morti subjectae.* (Oppon. *divina maje stas Principum consecratorum.*) Tac. A. 6, 50. *mortalitate explere.*

*Morigerari.* v. *Mos.*

*Morosus.* circa corporis curam morosior. C. 45. i. q. *curiosio diligentior.*

*Morose.* amicorum suprema judicia morosissime pensit vit. A. 66.

*Morositas.* affectatione et morositate nimia obscurab: stilum. T. 70. h. e. *cura nimis impedita et putida.* (Nos *eigensinnige Gezwungenheit.*)

*Morsus.* morsu aspidis perire. A. 17. viperae morsus. Cl. 16.

lingua morsuque sensim appetentes. (de impudicissim libidine.) T. 44.

*Mos* est id, quod a singulis vel pluribus in unam societater conjunctis receptum apud illos usu et consuetudine in natu ram abiit, apud hos legis fere vim atque auctoritatem obti nuit. (nostr. *Gebrauch, Gewohnheit,* unde *Sitte* h. e. id quo decet, convenit a v. *sitzen* i. q. *anstehen.*)

neque more, neque jure. C. 18. nec more, nec loco so lito. C. 41. spreto patriae more. C. 76. non more atque or dine, sed prout libuisset. A. 55. novo more. T. 2. more sol lemni. A. 56. Cl. 21. more majorum. T. 35. Cal. 3. Ner. 49 Dom. 11. more tradito. T. 61. more veteri. Cl. 32. Dom. 8 Rh. 3. contra morem. Cal. 43. haec nova, quae praeter con suetudinem ac morem majorum fiunt. Rh. 1.

e more. C. 6. ex more. C. 80. Ner. 10. de more. Cl. 42 Galb. 18. de more rituque priscae religionis. Tit. 5. ut es mos. Vesp. 19.

antiqui moris supplicium. Cl. 34. comitiorum more rev

cato. Cal. 16. ad antiquum morem nonnulla revocavit. A. 24. spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxit ordinavitque. A. 44. (h. e. *consuetudinem*, quae contra ordinem invaluerat.)

antiquum retulit morem, *ut*. C. 20. cognoscendi morem eum tenuit, *ut*. Ner. 15. veterem civitatis exoletumque morem — retinuit, *ut*. Galb. 4.

degenerasse eum a civili more. A. 17. quaedam circa civilem et militarem morem. Cl. 21.

exterarum gentium multitudo, suo quaeque more. C. 84. more Graeco. Ner. 12.

*more* i. q. *tanquam*, *quasi*. more clientium. A. 60. more concionantis. Rh. 6. hostiarum more mactatos. A. 15. bestiarum more quadrupedes cavea coercuit. Cal. 27.

*mos est c. infin.* fuitque mos triumphantibus, illas — pangere. Galb. 1.

cui mos erat, prius aliquem — excitare. Rh. 6. (His loc. infinitivus est subjectum, quasi: τὸ *pangere — mos fuit.*)

prisci decorique moris existimans. sequ. infin. A. 43.

*c. acc. et infin.* vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est. A. 97.

De dict. *mos est* et *moris est* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 13, 3. et 82, 5.

*mores* Gr. ἤθη, singulorum vel societatis adeoque civitatis.

quae ad mores, nec minus, quae ad civ. et bell. ejus studia pertineant. C. 44.

quibus moribus atque fortuna domi et inter suos egerit. A. 61.

approbata cito etiam morum indole. A. 8. quum Juliae mores improbaret. T. 7. Aug. palam morum ejus diritatem improbasse. T. 21. de acerbitate et intolerantia morum ejus. T. 51. fuit morum lenissimorum. Pers. non sine insectatione studiorum morumque ejus. Gr. 19. congruentia morum. Oth. 2.

*publici mores*. si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. T. 33. specie morum corrigendorum. T. 59.

*praefectura morum*. C. 76. ἐπιμέλεια τῶν τρόπων. *Praefectus morum*, ἐπιστάτης τῶν τρόπων τῶν ἑκάστου (*Dio* 43, 14.), primus Caesar appellatus est pro *Censore*. v. not. et Schwarz. ad *Plin.* 45, 4.

recepit et *morum legumque regimen*. A. 27. Fuit ἐπιμελητὴς καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων. *Dio* 54, 10. et 30.

in ipsa publicorum morum correctione. T. 42. coll. c. 33. suscepta morum correctione. Dom. 8.

*Morigerari* alicui ore (de impudica libidine.) T. 44.

*Movere*, id quod *quietum* vel *tranquillum* est, *ad procedendum v. agendum excitare et impellere*. Dicitur de rebus et hominibus, et pro diversitate naturae, conditionis, loci variam significationem obtinet, in singulis exemplis facilius indagandam.

nurum ac nepotes — loco movit. T. 64. h. e. *transportavit* ab uno loco ad alium.

corpus ut moveri a Miseno coepit. T. 75.

motis necdum conditis ancilibus. Oth. 8. (*Liv.* 27, 33.) v. not. et Oudend. ad h. l.

*movere*, ut Gr. αἴρειν, per ellipsin nominis, nostr. *aufbrechen.* ipso movente. Vit. 9. quum minime quis moturum speraret. C. 60. ut a Miseno movit. Cal. 13. v. Drakenb. ad *Liv.* 10, 4, 9.

mov. aliquem ordine senatorio. C. 43. i. q. *ejicere.* Senatu. Dom. 8. v. de hac nota senat. Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 39, 42.

*ventre* modo Britannici *moto.* Ner. 33. Ita etiam *ciere alvum* dicitur.

*moveri* dicuntur, quae agitari coeperunt, incipiuntur, unde i. q. *oriri*, ut Gr. κινεῖσθαι. (Ita Angl. *motion*, res in Senatu proposita, agi coepta.)

bellum civ. movit Fur. Camillus. Cl. 13. Antoni, civilia bella moventis. T. 59. bellum civ. motum a L. Antonio. Dom. 6.

seditionem — nullam omnino moverunt. C. 69. legiones, quae — seditionem olim moverant. Cal. 48. spe dissensionis, quae per M. Lepidum movebatur. C. 3. moto inter antisophistas graviore jurgio. T. 11. (Al. *orto*, mero glossemate. v. Oudend.) motis deditionis conditionibus. C. 75. parum prospere motam regni mentionem. C. 79. (v. Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 5, 24.) nov. tab. exspectatione, quae crebro movebatur. C. 42.

ne qui novi coetus recensionis causa moveri quandoque possent. C. 41.

*de animi sensibus atque affectibus* i. q. *affici*, *excitari*, *agitari* simil.

motus injuria Senatoris. A. 44. neque voluntate ulla, neque spe motus unquam. Ner. 18. ostentis praecipue movebatur. A. 92. coll. c. 94.

praecipuam invidiam hinc maxime movit. C. 78. hinc maxime motus. Ner. 22. qui quoquo modo animum vulgi moverent. Ner. 53.

*movere* pro *moveri.* quoties terra in Urbe movisset. Cl. 22. (*Liv.* 35, 40. „terra dies duodequadraginta movit.“ Ita *res moventes* in lingua forensi.)

*Motus.* crebro capitis motu nutantem. Cal. 39. ardenti motu gestuque. C. 55. cujus motum et habitum et incessum imitaretur. Cl. 4.

i. q. *turbae*, *seditio*, *primordia belli*, ut nostr. *Bewegungen.*

motu civili. Cl. 35.

motus hostiles. T. 37. motu Camilli. Oth. 1. ad hunc motum comprimendum. Vesp. 4. de motu Galliarum. Ner. 40.

*Motiuncula.* tentatus motiunculis levibus. Vesp. 24. (de *affecta valetudine.*)

*Momentum*, id quod movet, impellit aliquid, max. de statera, quod alteram lancem deprimit atque movet, adeoque discernit de vi v. pondere alic. rei. v. quae de voc. Gr. ῥοπή notavi ad *Plutarch.* Agesil. 33.

neque apud ducem, neque apud milites, ullius momenti esse potuisse. Dom. 10. (nostr. *Gewicht*, *Ansehen.* Int. Gall. *avoir aucun credit.*)

de *brevi temporis articulo*, quo aliquid movetur, agitatur.

momentis omnibus. C. 65. (Gall. *à tout moment* h. e. *en tout temps.*)

eo ipso momento. T. 14. eodem momento. Oth. 4. illa plane omnium horarum et momentorum erant. Cl. 40. ea momenta domestici captabant. Vesp. 21. ad epistolas omnes horarum quoque momenta — quibus datae significarentur, addebat. A. 50.

*Mox*, de re paulo post insequenti. *et mox.* A. 17. T. 14. *nec mox.* A. 47. T. 53. al.

*initio* quidem — *mox.* C. 22. *primo* — *mox.* A. 83.

unus atque alter et mox plures. Cl. 12. multis mox, quum deferrentur, recusatis. A. 26.

ex qua illi mox Julia nata est. C. 1. a quo mox — adoptatus est. Ner. 6.

is mox referre crebro solebat. Oth. 10.

*Mucro.* gladii. Vit. 17. adversus tot mucrones. Galb. 19.

*Mugitus.* assimilis quidam mugitui sonus. Galb. 18.

*Mula.* soleis mularum argenteis. Ner. 30. ad calciandas mulas. Vesp. 23.

mulae partus, obscoenum prodigium. Galb. 4. (cf. *Plin.* H. N. 8, 44.) quum mula pepererit. ibid. — *Mulus.* mulis e prox. pistrino ad vehiculum junctis. C. 31. ut Proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur. A. 36.

*Mulio.* canusinati muliones. Ner. 30.

mulionibus ac viatoribus praeter modum comis. Vit. 7. mulionem in itinere quondam suspicatus ad calciandas mulas desiluisse. Vesp. 23.

propter quod vulgo *mulio* vocabatur. Vesp. 4.

*Mulcare.* male mulcatum. C. 17. h. e. *verberibus afflictum.* Alii male: *multatum.* v. Oudend.

*Mulier.* quae novo more jud. maj. apud populum mulier subiit. T. 2.

omnium mulierum virum et omnium virorum mulierem Curio Caesarem appellat. C. 52.

mulier vulgaris. Vit. 1. Catta mulier. Vit. 14. species barbarae mulieris. Cl. 1.

mulieris servus nomenculator. A. 19. v. not. mulieris verna. Gr. 23.

mulier libertina. Cal. 16.

voc. *mulier* respectu ad nomen propr. ante memoratum. Ner. 28. 33. (ut nos: *das Weib.*)

mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere. A. 44. (h. e. *muliebre secus omnes*, ut nos: *Weiber.*) circumduci ac mulieribus ostendi. Cal. 35.

*mulieres* i. q. *uxores.* quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. A. 69.

*Mulierculae* i. q. *ancillae.* T. 6.

*Muliebris.* muliebre secus omnes. A. 44. v. *Secus.* in muliebrem naturam. Ner. 28.

muliebri veste. C. 6. munditiae muliebres. Oth. 12.

*Mullus*, piscium genus. Gr. τρίγλη. (v. *Plin.* 9, 17.) T. 60. tres mullos triginta millibus nummûm venisse, graviter conquestus — annonam macelli quotannis temperandam censuit. T. 34. (Haec enim jungenda, ut *adhib. supellectili modum* re-

spicit *Corinth. vasorum pretia*, ne quis de emendatione cogitet. v. not.)

*Mulsum*, vinum melle conditum. Dom. 20.

*Multa*. quum se multa irrogata condemnassent. T. 3. Inepte Pitisc. citat locum Cl. 14. ubi *multarum* sc. *legum* est a v. *multus*.

*Multare*. grandi pecunia multatos. A. 12. sacerdotio et uxoris dote et gentiliciis hereditatibus multatus. C. 1. parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit. C. 42. sedit. quemque et praedae et agri destinati tertia parte multavit. C. 70.

quod hic in aedilitate inquilinos praediorum suorum — multasset (simplic. h. e. *pecunia* multasset.) Cl. 38.

*multatus est* deponens multi defenderunt A. 21., in his Burm. et Ernestius. Cum Oudend. praetuli incerto vocabulo: *ultus est*.

*Multus*. *multa a multis* exstructa sunt. A. 29. *multa multorum* Claud. egregia merita, *multa etiam* secus admissa. T. 2. *multa et formidolosa multis* conjectantibus. Ner. 6. multa et immania — creditur destinasse. Ner. 43. *multaque et extrema* metuentes. Cal. 54. (πολλὰ καὶ ἔσχατα.)

qualia multa saepe — decreta erant. C. 20. multaque talia. Cl. 40. multa varie molientem. T. 3. multa — novavit. Dom. 7. scripsit multa. Gr. 7. multa composuit. Gr. 8.

sole multo. A. 82. ad multam noctem. A. 78. in multam noctem. T. 74. Ner. 20. (v. Drakenb. ad *Liv.* 5, 26, 6. ubi pro *multa nocte* librarii substituerunt: *ultima*, *in ultima*, et *in illa nocte*.)

*multus in* gloria — palam praedicanda. Lucan.

*multum*, Gr. πολύ. multum et aetate et dignitate antecedentes. C. 13.

*multum* i. q. *saepius*. nostr. *viel*, *vielmals*.

multum — Homericis locutus est versibus. Cl. 42.

i. q. *valde*, *multis verbis*. multum ad concordiam liberos suos cohortatus. Cl. 46.

*multo ante* et *non multo ante*. v. *Ante*.

*non multum abesse*. v. *Abesse*.

*Multifariam* h. e. *multis locis*. multifariam inscriptum. T. 52. scenicos ludos et assidue (h. e. *saepe*), et varii generis ac multifariam fecit. Cal. 18. v. Torrent. qui multifariam diversequ'e tendebant. Galb. 19. cf. *Plurifariam*.

*Multiplex*. multiplici undique familia comparata. C. 10. multiplici successu praeferocem. C. 35. multiplici flagravit invidia. A. 27. multiplici poena coercito ambitu. A. 40. multiplex penus. Ner. 11. gladiat. munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Cl. 21.

multiplici variaque doctrina censebatur. Gr. 10. multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Galb. 3. (nostr. *reichhaltig*, multiplicis argumenti, Gall. interpr. *pleine de recherches.*)

*Multiplicare*. multiplicatis missibus. Ner. 22.

*Multitudo*. confixa multitudine hostilium sagittarum. C. 68. statuarum et imaginum ejus multitudine. Tit. 4. formicarum multitudine oppleri. Ner. 46. hominum et judiciorum multitudo. A. 29. exterarum gentium multitudo. C. 84.

i. q. *plebs* v. *populus*, ut Gr. πλῆθος, nostr. *die Menge*, multitudinem confluentem. C. 16. in conferta multitudine. T. 2. ut vim multitudinis caveret. T. 72. verba supplicis interpretata praetorio viro multitudini pronunciante. Ner. 13.

*honesti* et *multitudo* opponuntur. necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles. A. 46.

*Mundus.* quae perpetuo — vice mundi circumageretur. Ner. 31.

*Munditiae*, cultus delicatior. munditiarum lautitiarumque studiosissimus. C. 46.

munditiarum paene muliebrium. Oth. 12. (de *corporis cultu. Sallust.* Jug. 85. „*munditias mulieribus*, viris laborem convenire.“ Paulo ante: „*sordidum* me et *incultis moribus* ajunt, quia *parum scite convivium exorno, neque histrionem ullum, neque pluris pretii coquum, quam villicum habeo.*“ cf. c. 63. *Tac.* A. 3, 30. *per cultum et munditias.* l. 4, 28. praeparatus multis *munditiis*.)

*Municeps*, *Municipium* etc., *Munificentia* v. *Munus*.

*Munire.* lorica sub veste munitus. A. 35. hieme quaternis cum pingui toga tunicis — muniebatur. A. 82. h. e. *corpus a frigore defendebat.*

munire viam. C. 44. A. 30.

*Munitio.* pecuniam ad munitionem viae transferre. T. 31. multos — ad metalla, et munitiones viarum aut ad bestias condemnavit. Cal. 27.

Dyrrhachina munitione. C. 68. in munitione oppidi. Galb. 10.

*Munus.* i. q. *officium*, quod singulis vel pluribus adeoque civitati praestamus, unde venit, ut modo de officiis publicis, modo de privatis et donis, in alicujus gratiam exhibitis, adhibeatur. (nostr. *Dienst*, *Dienstleistung*.) Gr. γέρας.

i. q. *officium*, *Pflicht*, *Amt*, *Verrichtung*.

non modo ducis, sed etiam militis functum munere. A. 10. M. Marcello ad munera publica admoto. T. 10. nulli publico privatove muneri habilis. Cl. 2. *privata* modo *officia* obiens, ac *publicorum munerum* expers. T. 15. senatoria munera fungi. A. 35. v. *Fungi*.

muneribus imperatoriis fungi. Vesp. 24. si quid subiti muneris injungendum esset. T. 18. remisso *officiorum munere*. C. 67. judicandi munus. A. 32. quibus obtigerat id munus. A. 10.

i. q. *donum*. praeferentibus munera. C. 84. (γέρατα, δῶρα ἐντάφια. v. *Kirchmann*. de fun. Rom. 3, 5.)

Saturnalibus — modo munera dividebat — modo nummos. A. 75. munera, quibus — donatus est. T. 6. munera Syriacis legionibus largitus est. T. 48.

muneri offerre aliquid. Ner. 46. muneri accipere al. Ner. 56. Galb. 10. Maecenati pro grammatico muneri datus est. Gr. 21.

Saepissime de *ludis gladiatoriis*, qui in defunctorum honorem in populi gratiam edi solebant, ex barbaro more, Manes victimis humanis expiandi, repetiti. v. *Kirchmann*. l. c. 4, 8. Inde omnino *gladiatorii ludi* dicti sunt *munera gladiatoria* v. simpl. *munera*, et distinguuntur *ludi* sc. *scenici*.

*gladiatorium munus.* C. 10. 39. T. 7. 37. 40. Cal. 18. 26. Cl. 2. 21. 24. 34. Ner. 4. 11. Tit. 8.

*munus* simpl. A. 43. 45. Ner. 12. Vit. 12. Tit. 7.

ad munus populi h. e. *populo exhibendum.* C. 75. munus populo — pronunciavit *in filiae memoriam*, quod ante eum nemo. C. 26. v. not.

munerum impendia. C. 54. ludorum ac munerum impensae. T. 34. Dom. 12.

quodam muneris die. A. 43. Cal. 35. curator munerum ac venationum. Cal. 27.

quaestoria munera. Dom. 4. coll. Cl. 24.

*Munusculum.* inter varia munuscula. A. 98. h. e. dona.

*Munerarius*, is qui edit munus gladiat. Dom. 10.

*Municipium* et *Municeps.* v. *Gell.* 16, 13., *Heinecc.* Ant. Rom. append. l. 1. §. 120. sequ. commeatibus per municipia et colonias dispositis. T. 38. Decuriones municipiorum et coloniarum. A. 100. municipiorum coloniarumque primores. Cl. 1.

*Municeps* Reatinus. Vesp. 1. *Gell.* l. c. „*Municeps* sunt cives Romani ex municipiis, legibus suis et suo jure utentes, muneris tantum cum populo Rom. honorarii participes, a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus neque ulla populi Rom. lege astricti, nisi in quam populus eorum fundus factus est." v. Othon. ad h. l.

*Municipatim.* municipatim dividendos custodiendosque conjuratos Catilinae Caesar censuit. C. 14. h. e. *per municipia.*

*Municipales* agri. A. 13.

*Munificentia.* C. 10. T. 48. Tit. 7.

*Muraena.* muraenarum lactes. Vit. 13. (v. *Plin.* 9, 23.)

*Murmur* Aetnaei verticis. Cal. 51.

*Murrhinus* calix. A. 71. (v. *Plin.* 37, 2. Rupert. ad *Juvenal.* 6, 155.)

*Murus.* circa Perusinum murum. A. 14. tacta de coelo parte muri. A. 94. furtim desiluisse de muro. Ner. 23. albis equis introiit, disjecta parte muri. Ner. 25. saxeo muro constructa. Ner. 38. civitates murorum destructione punire. Galb. 12.

*Murales* coronae. A. 25.

*Musca.* muscas captare. Dom. 3. ne musca quidem. ibid.

*Museum.* veteri Alexandriae Museo alterum additum a Claudio ex ipsius nomine. Cl. 42.

*Musica.* imbutus et musica. Ner. 20. occultae musicae nullum esse respectum. ibid. Graec. proverb. τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. ne musicae qu. rudis. Tit. 3.

*Musicum certamen* in Quinquennalibus. Ner. 12. Dom. 4. musicum agona commisit. Ner. 23. musici agones. Ner. 22.

*Mutare* vestem (*de reo.*) T. 2. vestimenta. T. 14. 58. (nostr. *die Kleider wechseln.*) habitum. Cl. 15.

mut. sententiam. C. 14. voluntatem. A. 12. mores. T. 67. huic mutatae vestrae de me opinioni. ibid. vulpem pilum mutare, non mores. Vesp. 16.

quid te mutavit. A. 69. cujusquam, qui aliquo casu mutari posset. T. 67.

mut. sacramentum (*de militibus desciscentibus* ab Imperatore, in cujus verba jurarunt, ad alium.) Cl. 13. Galb. 10.
Tribunos mil., Praefectos, provinc. praesides mutare. T. 41. i. q. *alios summittere, alios instituere.*
*Mutatio.* temporum. Ner. 5. rerum. Galb. 8. Dom. 16. matrimoniorum crebra mutatione. A. 34. (*Wechsel.*)
*Mutuus.* consuetudo mutui stupri. Oth. 2. mutua libidine constupratum. Vit. 12. mutua cum Graec. officia. T. 11.
*Mutuari.* quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent. A. 39.

## N.

*Naenia*, carmen lugubre in funeribus. naeniam canere. A. 100.
*Namque.* A. 3. T. 12. Sed C. 44. leg. *jam* pro *nam.* v. tamen Oudend.
*Nancisci.* nactus extraord. imperii occasionem. C. 11. (al. *nanctus*, ut T. 42. v. Oudend. ad C. 11. et Drakenb. ad *Liv.* 24, 31.) secreti licentiam nactus. T. 42.
nactus puer. imagunculam. A. 7. uberius compendium nactus. Vit. 2.
obtrectatoribus, qualescunque — nactus esset. Cal. 3. febrim nactus. Tit. 10. v. not.
*Nanus.* a quodam nano, adstante mensae inter copreas. T. 61.
*Nare.* nando trajiciens flumina. C. 57. nando evasit. C. 64. Ner. 34.
*Natare.* T. 44. Cal. 54. Ner. 39. Dom. 22. Sed A. 64. leg. *notare* pro *natare.* v. not.
*Nares.* humentibus naribus. Cl. 30.
*Narrare.* somnium — familiaribus forte narrabat. A. 94.
*Narratio.* dicta praeclare per narrationes explicare. Rh. 1.
*Nasci.* ex qua illi mox Julia nata est. C. 1. ex hoc Dom. nascitur. Ner. 4.
ante paucos, quam nasceretur, menses. A. 94. sideris Capric., quo natus est. ibid. dominum terrarum orbi natum. A. 94. — filium natum. C. 52.
*nascens* (partic. pass.) A. 5.
adolescent. honeste natum. A. 43. i. q. *honesto genere.*
quem (equum) natum apud se. C. 61.
sermone nato super coenam. C. 67. percussoribus ejus consilium natum. Cal. 51. tanquam occasione nata. Ner. 40.
secum et natas et morituras literas. Gr. 23.
de quodam — improbrius nato. Vesp. 23. h. e. *cui natura magna*, sensu obscoeno.
*Natalis* sc. *dies.* A. 57. sub natalem suum. A. 81. coll. T. 26. 65. Cal. 26. 49. Tit. 5.
addita voc. *dies.* ipso natali die. A. 94. a primo die natali ad exitum ejus. A. 100. diem nat. ejus. T. 53. quod Othonis — diem nat. celebraverat. Dom. 10.
De voc. *natalis* absolute dicto v. Burm. ad T. 53. et Cal. 49. (*Plin.* ep. 6, 30, 1. *natales tuos.*)
De *natalibus Principum* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 92, 4.
natale solum. Cal. 8.

*natales* de *origine generisque nobilitate.* A. 5. (*Plin.* ep. 3, 20, 6. *natales competitoris.* Id. 8, 18, 8. *mulier natalibus clara.*)

*Natu* a subst. *natus.* grandis natu. A. 89. Ner. 34. grandior jam natu. A. 53. utroque majorem natu fuisse. Ter. 1. majores natu. Cl. 15. 24. maximos natu de Germ. filiis. T. 54. natu minori. T. 2.

*Natura* de *summa omnium rerum causa* s. *vi, qua omnia nascuntur.*

regem populo Rom. naturam parturire. A. 94. non absolutum a natura, sed tantum inchoatum. Cl. 3. ludibria naturae. A. 83.

de *corporis animique ratione ingenita,* singulari cuique, qua distinguitur ab aliis rebus creatis, nostr. *natürliche Beschaffenheit, natürl. Eigenschaft, Natur.*

cordis ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Cal. 1. puerum exsectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus. Ner. 28. unde simpl. *de pudendis.* hircum vet. capreis naturam ligurire. T. 45.

max. *de animi indole* (*natürliche Gemüthsbeschaffenheit, Character.*)

natura lenissimus. C. 74. natura benevolentissimus. Tit. 8. comi facilique natura. Gr. 7. immanitas naturae. Ner. 7. fuit naturae acerbae. Gr. 9.

vini natura parcissimus erat. A. 77. pronior ad id genus libidinis et natura et aetate. T. 44. saevum et sanguinarium natura fuisse. Cl. 34.

saeva ac lenta natura ne in puero qu. latuit. T. 57. naturam saevam atque probrosam ne tunc qu. inhibere poterat. Cal. 11. quidam natura cupidissimum tradunt. Vesp. 16. super ingenii naturam. Dom. 3. h. e. *cupiditatem natura ingenitam.* magis ex natura et priore vita sua. Vit. 10.

magis naturae obtemperans. T. 59. *naturae* vitia esse, non *animi.* T. 68. (ubi *animus* ad mores voluntate et consuetudine acquisitos pertinet, *natura* ad ingenitam conditionem.) naturae illa vitia, non aetatis esse. Ner. 26. non abhorrentia a sua natura. Ner. 43.

*Naturalis* filius. Distingu. *adoptivus.* T. 52. nepos naturalis. T. 55.

historia naturalis h. e. rerum naturae. Plin.

*Natio*, γένος, ἔθνος. natione Hispanus. Gr. 20.

nationes male quietae. A. 21.

*Natrix*, serpentis genus. Cal. 11. ubi interpretatio voc. e glossemate addita videtur.

*Navare.* qui operam navarent cantanti sibi. Ner. 20. pro navata opera. Ner. 33. praemiis navàtae adversus Gallos et Vindicem operae. Galb. 16.

*Navis.* Alexandrina. A. 98. Ner. 45. Galb. 10. navis matris Deûm. T. 2.

nav. oneraria. Tit. 5. contractis undique onerariis navibus, et ordine duplici ad ancoras collocatis. Cal. 19. ut navibus, nec tamen mari, iretur. Ner. 31.

cum decem rostratis navibus obviam sibi. C. 63.

solutilem navem — commentus est. Ner. 34.

vetustissima nave impositos quocunque vento in quascunque terras jubebo avehi. C. 66. v. n.

arma transferri remittique navibus. Oth. 8.

aptatis navibus. T. 65. fugatae hostium naves. A. 16. bis classe victus naves perdidit. A. 70.

nando evasit ad proximam *navem*. C. 64. ut *in navi* victor pernoctaverit. A. 17. (Oudend. edidit *in nave*. De utraque forma *navem* et *navim*, *nave* et *navi* v. Drakenb. ad *Liv.* 25, 30, 7.) *de navi* Alex. A. 98. quum gregem ven. *e navi* educerent. Rh. 1. sarcin., quas *in navi* praemiserat. Ter. 5.

*navim* quum semel conscendit. Ter. 4. (in Volcatii poematio.)

*navem*. C. 64. 68. T. 2. Cl. 20. Ner. 34. 46. *nave*. C. 66. T. 14. Tit. 5. —

fabricare naves. A. 16. Cl. 18. — prolapsus in egressu navis. C. 59.

*naves* inter missilia. Ner. 11.

*Navicula* vectoria. C. 63.

*Navigium*. parvulum navigium. C. 58. uno navigio aegerrime effugit. A. 16. navigium clam petentes. T. 6. in locum corrupti navigii. Ner. 34.

delicatissimis navigiis et var. coronarum genere redimitis. Vit. 10.

*Navalis* victoria. A. 25. navalia spolia. A. 18. navale proelium. C. 39. A. 43. Tit. 7.

*Navarchi*. Vit. 13. ναύαρχοι.

*Navigare*. si quo pervenire mari posset, potius navigabat. A. 82. per illum se navigare. A. 98. vitare molestiam navigandi. Cal. 23. (*zu Schiffe reisen*.)

Drusus *Oceanum* septentr. primus Roman. ducum navigavit. Cl. 1. (*beschiffen*.)

*Navigatio*. portus et navigationem et accessum ad insulam explor. C. 58. —

dum de navigatione consulit. Tit. 5. h. e. *de itinere navali*.

*Naufragium*. naufragio perire. C. 89. A. 27. Ner. 34. naufragio etiam facto. A. 8.

classes, quas tempestatibus duplici naufragio amiserat. A. 16. amissis naufragio pretiosissimis rebus. Ner. 40.

*Naumachia*. edere naumachiam. C. 39. (Mox Lat. voc. *navali proelio*.) lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat. C. 44. naumachiam committere. Cl. 21. naum. exhibuit marina aqua. Ner. 12. (Inepte Bernecc. *naumachia marina*.)

*de loco*, ubi proelium navale committitur, aedificio, intra quod effossus lacus.

ad proximos Naumachiae hortos. T. 72. (ab Augusto effossae. v. A. 43.)

Naumachia praeclusa. Ner. 27. v. n. dedit et nav. proelium in veteri Naumachia. Tit. 7. (*Xiphil.* 66, 25. ἐν τῷ ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου, ὅ ποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ὠρύξατο. coll. 61, 20.)

Domit. excitavit Naumachiam. Dom. 5.

*Naumachiarii*. Cl. 21.

*Nausea*. nauseae impatientia. Cal. 23.

*Nauta*. nautae de navi Alexandrina. A. 98.

navis — sine gubernatore, sine nauta ac vectore ullo. Galb. 10.

*Ne.* ne enumerem. A. 51. ne singillatim minora quoque enumerem. Cl. 29. ne exsequar singula. Dom. 1.

*ne post voc.* de numero glad., quo ne majorem — habere Romae liceret. C. 10.

*ne quis* et *ne qui.* v. *Aliquis.* — *necubi.* A. 46. 86. v. *Alicubi.*

*ne — neve.* A. 21. 35. — *ut — neve.* Vesp. 11.

*ne non.* ne quod non manub. genus experiretur. Cal. 41. ne non hinc quoque — invaderet. Ner. 38.

ne qua non arte demer. Vit. 2. Cajum ne quo non genere demer. Vesp. 2. ne qua non religio sequ. Dom. 8.

*ne quidem.* prosperrime semper, ac ne anc. quidem unquam fortuna, praeterquam bis. C. 36. *neque* donavit, *neque* manumisit, *ne* heredit. *quidem aut* legata percepit. T. 15. Al. *nec.* ne stultit. qu. suam. Cl. 38.

ne illud quidem ignoro. T. 21. al. cf. *Neque. ne* conatum *quidem* omnino, *sed etiam.* C. 78.

per legatos, nec per eos quidem. T. 37. nec tunc quidem. Cal. 11. Al. *ne.* v. Oudend. nec clam qu. aut raro, sed quotidie ac palam. Vit. 2.

*ne* enclit. pro *utrum.* v. *An.*

*Nec* et *Neque.* ut — solus gratiam caperet, nec dissimularet collega ejus. C. 10.

nec tamen persuasit. Cl. 38.

neque tamen unquam. A. 49. neque tamen — aut statim aut unquam. Ner. 34.

*nec non et* i. q. *atque etiam.* suppliciter, *nec non et* minaciter. Tit. 5.

horam etiam, *nec non et* genus mortis. Dom. 14. provinciae civitatesque, *nec non et* regna quaedam. Vesp. 8.

*neque — neque.* *neque* patrio, *neque* civili, *ac ne* virili *quidem*, *ac denique* humano. Cal. 52. *neque* liberalitatis, *neque* clementiae, *nec* comitatis *quidem.* Ner. 10. coll. T. 15. — *neque — neque — imo etiam.* Cl. 40.

*neque — et.* *neque* refugit, *et* cominus tendens sequ. C. 63. *neque* ratam rem habuit, *et* subinde jactavit. Galb. 16. *neque* dissimulavit unquam, *et* saepe ingenue professus est. A. 44. *neque* dissim. unquam, *ac* frequenter *etiam* sequ. Vesp. 12. *neque* impetravit, *ultroque etiam.* T. 11. (v. Goerenz. ad *Cic.* Fin. 1, 14, 48.)

*nec* quis, *nec* inter quos, quo*ve* tempore ac loco verba faceret. Cl. 40.

*et nec — nisi* i. q. *neque etiam, nisi.* et nec destiterit — quicquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri. C. 78.

*nec aut — aut.* A. 12. 21. 25. T. 10. *nec* populo *aut* moenibus patriae. Ner. 38. v. *Aut.*

*Nedum* et *Necdum,* quae saepissime confunduntur, ut *Ne* et *Nec.*

*vix ut* referri audirive, *nedum* credi fas sit. T. 44.

*etiam* privatis deformia, *nedum* Principi. Cl. 40.

*ne* odio *quidem*, *nedum* vituperatione. Tit. 1. *ne* in usu *quidem*, *nedum* in honore ullo. Gr. 1.

*necdum.* h. e. *et nondum.* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 64, 2. patricius necdum Senator. A. 10. festinantius necdum perfecta Martis aede. A. 29. infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos. T. 44. necdum defunctae bona invasit. Ner.

34. rudi civitate, necdum — liber. disciplinis vacante. Gr. 1.

tener adhuc necdum matura pueritia. Ner. 7. maritum adhuc necdum coelibem. Galb. 5. durante adhuc — necdum abolita. Gr. 24. (v. corollar. huj. ind. sub voc. *Pleonasmus.*)

*Nebulo.* Gr. 15.

*Necare.* v. *Nex.*

*Necesse.* quasi plane ita necesse esset. Cal. 2.

*c. infin.* ut necesse fuerit Augusto, clam frustra monitum edicto coercere. Ner. 4.

*c. acc. et infin.* neve Sept. Oct.ve mense ullos adesse alios necesse esset, quam sequ. A. 35.

*Necessarius.* optima quaeque et necessaria. C. 44. opera magna potiusque necessaria, quam multa perfecit. Cl. 20. ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria. T. 18.

necessaria causa excedere theatro. Ner. 23. (Gr. ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἀποχωρεῖν, per euphemismum. v. Lex. Xenoph. sub voc. ἀναγκαῖος, 7, c.)

quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset. T. 62. Interpr. *necessariis ad quaestionem.* Facilior structura, qua *necessarium* intelligimus *cognatum* v. *familiarem rei,* et *quaestioni* jungimus verbo *adesse.* v. Oudend.

*Necessario.* ut necessario ad mangon. quaestus descenderit. Vesp. 4. h. e. *necessitate,* ἀνάγκῃ, *coactus.* cunctanter et necessario. T. 37. vel necessario. Dom. 20. huc introire, nisi necessario et caste, religio est. A. 6.

exped. partim *sponte* suscepit, partim *necessario; sponte* in Cattos, *necessario* sequ. Dom. 6.

*Necessitas.* quo major permanendi necessitas imponeretur. C. 60.

successorem ascitum eum *necessitate* magis, quam *judicio.* T. 23.

*vi* se *et necessitate* teneri. Cl. 10. (*Zwang.*)

nullo dilectu, *culpane* quis, an aliqua necessitate, cessasset. Cl. 15. (h. e. *negotio necessario*, nostr. *nothwendige Abhaltung.*)

pro necessitate temporis. T. 6. (*Drang der Umstände.*)

*necessitates* de *inopia rerum necessariarum.* Gr. ἀνάγκη et ἀνάγκαι. v. Lex. Xenoph. sub h. v. nr. 5.

famem et ceteras necessitates — tanto opere tolerabant. C. 68.

negavit, se aliis subventurum, nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. T. 47. h. e. *inopiae.* (De *oneribus publicis* dicitur apud *Tac.* A. 1, 11.)

*Necessitudo.* i. q. *conjunctio per sanguinem* v. *affinitatem.* v. *Gell.* 13, 3. et not. ad C. 27.

ad retinendam Pompeji necessitudinem. C. 27. necessitudine juncti. A. 17. reges etiam inter semet ipsos necessitudinibus mutuis junxit. A. 48. ut et necessitudine aliqua jungerentur. A. 62. (Al. *necessitate*, quod contra perpetuum Suetonii usum recte recipiendum negavit Oudend.) pro necessitudinis jure. Cal. 26. nullum necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Ner. 35.

*necessitudines* abstr. pro concr. i. q. *necessarii*, ἀναγκαῖοι. remisit hosti judicato necessitudines amicosque omnes A. 17. revisere necessitudines. T. 11. odium adversus neces-

situdines in Druso primum fratre detexit. T. 50. ut Augustus (omitto enim necessitudines reliquas) sequ. Cal. 4. inter ceteras necessitudines. Cl. 6.

*Nectere.* purpura coccoque funibus nexis. Ner. 30.

*Nexus.* brachiorum nexibus. Ner. 53.

*Nefas* est c. acc. et inf. quia more tradito nefas esset virgines strangulari. T. 61.

*Nefandus.* consilium iniit nefandae atrocitatis. Cal. 48.

*Nefastus* dies, quo judicia haberi prohibitum. v. tamen *Gell.* 4, 9.

diem inter nefastos referre. T. 53. (ut tristem, ad ignominiam defunctae.)

*Negare* sequ. *acc. c. inf.* i. q. *dicere, aliquid non esse, non factum v. fore.*

C. 22. 30. 36. 55. 74. A. 25. 42. 97. T. 51. Cal. 15. Cl. 15. 25. Ner. 6. 37. 48. 51. Dom. 15. al.

negante eo. T. 31. h. e. quamquam negabat, partic. imperf. v. aoristi.

negantur ibi ranae coaxare. A. 94. h. e. dicuntur non coaxare.

non negaverim. Vesp. 1. vini parcissimum (sc. fuisse) ne inimici quidem negaverunt. C. 53. — *simpl.* nostr. *leugnen.* negando minuendove. C. 66.

*negare alicui aliquid.* Gr. ἀπειπεῖν, ἀπολέγειν, ἀποφάναι, nostr. *abschlagen, verweigern.*

ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. C. 22. civitatem negavit, immunitatem obtulit. A. 40. cibum desideranti negatum. T. 73. precantibus assidue Marsis negatum. Cl. 20. nihil cuiquam poscenti negavit. Vit. 8. neque negavit quicquam petentibus. Tit. 8. negata sibi gratuita libertate. Vesp. 16. nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset. Gr. 16.

*Negligere, non curare* aliquid, Gr. ἀμελεῖν, παρορᾶν.

*c. acc. et inf.* ut Gallias a Germanis vastari neglexerit. T. 41. bustum ejus consepiri, nisi humili levique maceria, neglexit. Ner. 33. —

negligere marium pignora. A. 21. somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. A. 91.

liberalia studia — neglexit. Dom. 20. omni div. humanoque jure neglecto. Vit. 11.

*negligens* c. gen. omnis lenocinii. A. 79. circa Deos ac religiones negligentior. T. 69. remissior ac negligentior. Galb. 14. Opp. *parcior.*

*Negligentia.* ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. C. 53.

annum a D. Jul. ordinatum, sed postea negligentia conturbatum. A. 31.

Var. cladem temeritate et negligentia ducis accidisse. T. 18.

tertium consul. iniit solus, non — superbia negligentiave. Cal. 17. (*legum* sc. atque *morum*; quos negligere superbiae est.) ampl. ordines, contaminatos veteri negligentia. Vesp. 9.

magna inquisitorum negligentia. Cl. 16. negligentia et ambitione parentum. Gr. 9.

*c. gen.* sermonis rerumque tantam saepe negligentiam ostendit. Cl. 40.

*Negotium.* officii aut negotii causa. T. 27. neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit. T. 30. de majore negotio. A. 35. Cl. 23. majoribus nec feminae convenientibus negotiis abstineret. T. 50. neque post ulli majori negotio animum accommodavit. A. 98. cum tot sustineas et tanta negotia solus. Horat. in tanto negotio. T. 21.

ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. T. 28. ad negotiorum consuetudinem rediit. T. 52. consiliarios in negotiis publicis. T. 55. —

provinciae minimi negotii. C. 19. quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. A. 33. — ne plebs frequentius a negotiis avocaretur. A. 40.

omnino *de quavis re, quae agitur, armis vel in judicio.*

transactum negotium, oppressos, qui tumultuarentur. Galb. 19. in ipso negotio plures affuturos. Oth. 5. (ἐν αὐτῷ τῷ πράγματι.)

ne quod negotium impunitate elaberetur. A. 32. (de judiciis.) si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Cal. 40. (h. e. *causam, de qua litigabatur.*) proprio negotio documentum daturum, quam aequus judex in alieno negotio futurus esset. Cl. 15. de quodam negotio — ita pronunciasse dicitur. ibid. negotium afflixit. Rh. 6. i. q. *causam perdidit.* post decisa, quaecunque obvenissent, negotia. Vesp. 21.

causa maturandi destinata negotia. C. 80. (Al. omittunt *negotia.* Sed magna cautione opus est in expungendis, quae omitti possunt, sed non minus saepe adduntur. v. Oudend.)

in magno negotio habuit c. infin. C. 23. Gr. ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι, ποιεῖσθαι. Sine codd. nihil mutandum. Casaub. deletum voluit *negotio.*

*negotium dare alicui* i. q. *mandare* (*Auftrag geben, beauftragen.*)

sequ. *ut* v. *ne*, v. *genit. gerund.* negotium Aedilibus dedit, *ne* sequ. A. 40.

dato Aedilibus negotio — *inhibendi.* T. 34. dato negotio trierarchis, *qui* Liburnicam — confringerent. Ner. 34.

*sine dat. personae.* dato negotio, ut simulacra numinum — apportarentur. Cal. 22.

*sine addito objecto.* negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. A. 3.

*Negotiari*, quaestum facere *foeneratione* v. *re frumentaria.* Differunt *negotiatores*, qui erant omnium ordinum, a *publicanis*, et multo magis a *mercatoribus*, viliore hominum genere. v. egregiam Ernestii disputationem de negotiatoribus, ejusque compendium in Clave Ciceron. sub h. v.

ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi, rationem duceret. A. 42. h. e. *omnium, qui ex agris et re frumentaria quaestum facerent in Italia et provinciis.* v. not. (*Cic.* pro leg. Man. 7. „deinde *ceteris ex ordinibus homines gnavi et industrii partim ipsi in Asia negotiantur — partim suas et suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent.*") Casaubonum ad h. l. cave audias. Contra v. Ernest. in Cl. Cic. scribas quaestorios, negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem. Dom. 9. h. e. *fenus exercentes.* v. not.

*Negotiatores.* accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus. C. 49.
negotiatoribus certa lucra proposuit (*artiore annona.*) Cl. 18. *de aliis mercatoribus.* praeclusit cunctos negotiatores. Ner. 32. v. not.
*Negotiatio* de *viliore mercatura.* negotiationes, vel privato pudendas, propalam exercuit, *coemendo quaedam tantum, ut pluris postea distraheret.* Vesp. 16.
*Nemo non.* C. 75. nemo punitorum non. T. 61.
nemo ante eum. Cl. 21.
*Nemus.* C. 81. A. 94. Caesarum nemus. A. 43. nemus flumenque Clitumni. Cal. 43.
praetoria — nemoribus excoluit. A. 72. in silvis ac nemoribus. T. 43.
*Nepos.* C. 73. A. 4. 29. 43. 64. 94. T. 61. 62. 64. Cal. 14. Cl. 12. Vesp. 5. Gr. 17.
nepotem suum ex Druso filio naturalem. T. 55. Eundem *verum nepotem* dicit Cal. 19. Oppon. *adoptivo.*
*Neptis.* C. 6. A. 31. 64.
*Nepotatus,* profusa luxuria. Gr. ἀσωτία. nepotatus sumtibus. Cal. 37. Vulg. *nepotinis.*
*Nequissimus* servus. Dom. 11.
*Nervus.* quoties nervorum causa marinis — utendum esset. A. 82. propter nervorum valetudinem vix ingredi. Vesp. 7.
*Nescire* literas. C. 77. Ner. 10. v. *Literae.*
nescio quid frivoli. Cal. 39. oblatrantem nescio quid. Vesp. 13. esse, qui magnum nescio quid afferret. Dom. 16.
*Neuter.* neutrius partis esse, neutram partem sequi. C. 75. Ner. 2. v. *Medius.*
*Nex,* mors violenta, caedes. C. 14. 20. 36. 74. A. 10. 35. 95. Cal 12. 57. Vit. 10. Dom. 14.
nex voluntaria. A. 13. unde: consciscere necem. Cal. 36. ut necem sibi maturaret. Plin.
de *morte naturali ex morbo.* C. 5.
*Necare.* A. 65. T. 62. Ner. 36.
*Nexus.* v. *Nectere.*
*Nidor.* ictus nidore prandii. Cl. 33.
*Nidus.* ut — frequentaretur columbarum nidis. A. 94.
*Nihil.* nihil liberorum tulit. A. 63. nihil contumeliarum defuit quin subiret. Ner. 44.
nihil ornamentorum. Vesp. 12. cui nihil tuti usquam esset. Cl. 36.
nihil esse Rempublicam. C. 77. (οὐδὲν εἶναι.)
ut — nihil sapere disceres. Rh. 5. — qui nihil aliud egerunt. C. 55.
nihil non. C. 19. Cal. 39. T. 18. Galb. 15.
*nihil aliud* et *nihil amplius* quam v. *Aliud* et *Amplius.* — *nihil aeque* v. *Aeque.*
*nihil prius aut magis* a comitibus exegerat, quam *ne* sequ Ner. 49.
*nihil minus, quam.* A. 25. — nihil convenientius ducens, *quam* — vindicare. A. 10.
*nihildum.* C. 7.
*nihilo.* nihilo securior aut constantior. T. 65. nihilo tractabilior. A. 65. nihilo reverentior. Cal. 26. nihilo opulentior. Vesp. 4. nihilo modestius vixit. Ner. 5.

*nihilo minus.* C. 16. Gr. 24.
*Nimis.* nimis pauca et exigua — edidit. Gr. 24.
*Nimius.* affectatione et morositate nimia. T. 70.
*Nisi.* nonnisi. C. 52. 56. A. 21. 33. 34. al. non — nisi. C. 18.
nec nisi. C. 44. 60. 69.
*nisi — non.* domum se *nisi* Pontificem *non* reversurum. C. 13. Parthos *nisi* a rege *non* posse vinci. C. 79. (De voc. *non* in hac constructione subinde omissa v. Oudend. ad C. 13., Duker. ad *Flor.* 1, 12., Drakenb. ad *Liv.* 34, 16.)
*neque, nisi — neque, nisi.* C. 58.
*nec ulli — nisi.* C. 75. *nec ullum — nisi.* C. 82. *nullam nisi.* C. 36.
*post verba, quae negationem continent,* ut post *vetare.* A. 64. T. 71. *prohibere.* A. 31. T. 26. *negare.* A. 25. *religio est* h. e. *nefas est.* A. 6. post *ademit* h. e. *non concessit, prohibuit.* C. 43.
aviae Ant. secretum petenti *denegavit, nisi ut* sequ. Cal. 23.
*nisi quod,* nostr. *ausgenommen daſs,* elliptica dicendi ratione. Cal. 45. Vit. 7. Vesp. 4. Dom. 4. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 86, 5.
*nisi si* (*ausgenommen wenn.*) praetext. nemini, *nisi si* cujus parenti hoc officium negare non posset. Gr. 16. v. Goerenz. ad *Cic.* Leg. 1, 3, 9. et 2, 26, 65.
*nisi* cum *plusquamperf. conjunct. post imperfectum v. perfectum indicativi,* ut Gr. aoristus cum voc. ἄν, sequente εἰ μή.
*paene* Aethiopia tenus Aegyptum *penetravit, nisi* exercitus sequi *recusasset.* C. 52. *neque* in Britanniam *transvexit, nisi — explorasset.* C. 58.
*paene interemerunt, nisi — expressa* cruciatu confessio *esset.* Galb. 10.
*quod nisi* initio. T. 62.
*Niti.* genu nixus. A. 52. dum consurgit et nititur. Vesp. 24.
de *exonerante ventrem.* vultu veluti nitentis. Vesp. 20.
c. *infin.* quod Dec. Brutum — expellere armis niteretur. A. 10. a Patribus ad plebem transire nitentem. C. 20.
sequ. *ne.* nisus omni modo, *ne* quem — poeniteret. A. 28.
*Nitidus.* oculos habuit claros ac nitidos. A. 79.
*Nix.* perfusam nivem mulso. Dom. 20.
*Nivatus.* piscinae tempore aestivo nivatae. Ner. 27.
*Nobilis* a voc. *Noscere* pr. i. q. *noscibilis.*
i. q. *insignis.* nobilis grammaticus Latinus. Gr. 10.
i. q. *genere honoribus* v. *imaginibus illustri ortus,* nostr. *von edlem Geschlecht.*
vir nobilis. T. 25. nobilissimus vir. Cal. 12. haud dubie nobilissimus, magnaque et vetere prosapia. Galb. 2. nobiles viros. Vit. 14. Senatorum nobilissimo cuique. Ner. 10. nobilissimo cuique. Ner. 36. Gr. 3. ex nobilissima juventute. A. 43.
nobilissimi juvenes. C. 39. Cl. 27. nobilis puer. Galb. 10. nobiles pueri ac puellae. Cal. 16. Cl. 32. — *nobiles* simpl. Gr. 11. 18.
*de exteris.* Masintham, nobilem juvenem. C. 71. pueri nobiles ex Asia. Cal. 58. unus ex nobilibus captivis, Josephus. Vesp. 5.

*Nobilitas.* a qua tamen nobilitatis causa appetitus sequ. Galb. 3. (de *generis antiquitate.*)
reges concertantes apud se — de nobilitate generis. Cal. 22.
*Nocere.* Cornelio — nunquam nocere sustinuit. C. 74. h. e. *noxam inferre.*
periturum potius, quam nociturum ei. Ner. 35. cf. *Noxa.*
*nocentes* i. q. *noxii.* reis tam innoxiis quam nocentibus. Vesp. 16.
*Noctu, Nocturnus.* v. *Nox.*
*Nolle.* A. 38. noli uxorem meam premere. Cal. 25.
*Nomen.* Scipionum. C. 59. Agrippae. A. 97. Augusti. T. 26. Neronis. Ner. 57. *nomen gentile* resumere, deposito *adoptivo.* Ner. 41. imagunculam hoc nomine inscriptam. A. 7. pro opprobrio sibi prius nomen objici. ibid. abolito priore nomine. Dom. 15. Patris Patr. nomen. Ner. 8. quam uxorio nomine dignatus est. Cal. 25. qui se privato nomine Vespasianum salutaverat. Vesp. 15. qui se Lachetem mutato nomine coeperat ferre. Vesp. 23. bis eundem praeponentes, nomine atque cognomine. C. 20.
infamia affectati regii nominis. C. 79.
eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras. Rh. 1.
per errorem nominis. C. 85. Cal. 30. — *nomine* (*mit Namen*). addito nominat. A. 65. 98. T. 61. nomine eum ciens. Ner. 47.
in familiam nomenque adoptare al. C. 83. quos et ferre nomen suum jussit. A. 101.
adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit. T. 6. asciturus in nomen familiae suae Neronem. Cl. 39. qui — eo nomine fuissent, quo essent ullae familiae, quas ipse contingeret. Ner. 32. testamento semper in bona et nomen ascitum. Galb. 17. filium — appellare nomine suo passus est. C. 52. —
adjecit et libertorum servorumque nomina sequ. A. 101. propositis nominibus Legatorum consul. Vesp. 6. nominibus in recitatione praeteritis. Cal. 16.
usurpare Romana nomina. Cl. 25. nomina barbarica ferre. Cal. 47.
blandiore nomine commilitones appellabat. C. 67. nomine insulae abutentes. T. 43. multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit ex suo nomine. Ner. 55. devitans — δυςφημίαν nominis. A. 92. per cavillationem nominis. Gr. 3. fausta nomina. v. *Omen.*
ob humilitatem generis ac nominis. Vesp. 4. propter nominis celebritatem. Gr. 23.
*in alic. nomen jurare.* Cl. 10.
*deferre alic. nomen.* C. 30. i. q. *accusare.* diuturnorum reorum — nomina abolevit. A. 32. i. q. *catalogo reorum expunxit.* coll. Dom. 9.
*nomine* (nostr. *im Namen*) h. e. *auctore eo, cujus nomen praetenditur.*
communi nomine. C. 19. (*im Namen beider.*) sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque. A. 29. suo nomine. A. 43. Opp. *pro aliis.*
suo Pompejique nomine. C. 54. Agrippae juv. nomine. A. 51. communi suo Romaeque nomine. A. 52. nomine exer-

citus. A. 26. legionum nomine. Cl. 24. qui libellos aut carmina — sub alieno nomine edant. A. 55.

ego perdidi — meo nomine. A. 71. repudium ei suo nomine — remissum. T. 11. quibusdam absentium *maritorum nomine* repudium *ipse* misit. Cal. 36.

*nomine* (*unter dem Namen*) h. e. *praetexto aliquo nomine pro causa*,

unde saepe i. q. *pro*, *ob* etc.

praedae nomine. C. 38. stipendii nomine. C. 25. usurae nomine. C. 42. calciarii nomine. Vesp. 8.

univ. tribus in censura notavit levitatis nomine, quod sequ. T. 3. laudabat Cajum nullo magis nomine, quam quod sequ. Ner. 30. eo nomine omnes exacerbavit. Galb. 16. eo nomine graviter increpitus. Vesp. 4.

*Nominare*. tutorem. C. 83. sacerdotem. Cl. 22. successor ei nominatus. C. 34. Ner. 2.

i. q. *alicujus nomen deferre*. inter socios Catilinae nominatus. C. 17. in conjuratione nominatum. Cal. 26. quod ipsi quoque — in quadam conjuratione quasi participes nominati. Cal. 56. ut — auctores ex compacto nominaret. C. 20. nominatos ab indice. T. 73.

*Nominatim*. C. 26. A. 53. Cl. 6. 10. Ner. 40.

*Nomenculator*. mulieris servus nomenculator. A. 19. v. not.

nomenculatores. Cal. 41. unum ex nomenculatoribus suis. Cl. 34.

*Non*. *non* solatiis ullis, *non* edictis inhiberi luctus publ. potuit. Cal. 6. —

auctoritas dign. formae *non* defuit *vel* stanti *vel* sedenti. Cl. 30.

*non modo*, *non solum*, *non nulli*, *nulli non*, *non nunquam*, *nunquam non*, *non sine* et similia v. sub voc. *modo*, *solum*, *nulli* sequ.

*Nonae*. observabat et dies quosdam, ne — *Nonis* quicquam rei seriae inchoaret — devitans δυςφημίαν nominis. A. 92. (oritur enim dissecta voce *non is*.)

*Noscere* carmina. Dom. 20. Gr. ἀναγνῶναι. Al. *cognosc*.

*Nostras* vox. T. 71. Opp. *peregrina*.

*Nota*, *signum, quo quid agnoscitur et ab aliis distinguitur*, nostr. *Zeichen*, *Kennzeichen*, *Merkmal*, *Mal*, *Gepräg*, *Character*.

quibus corporis notis vel cicatricibus. A. 65. dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. A. 80. recentibus adhuc lasciviae notis. Cal. 36. —

nummos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos. A. 75. (*Gepräg*.)

ut nummum argent. nota sideris Capricorni — percusserit. A. 94. qua nota etiam nummum percussit. Ner. 25.

unde *de animo*: patefacta *interiore animi sui nota*. T. 54. Gr. χαρακτήρ, τύπος.

*stigma*, *fronti hominis scelerati impressum*, unde *probrosum judicium*, *nomini alicujus a Censore ascriptum*.

deformatos stigmatum notis. Cal. 27. famosi judicii nota. T. 35. quum demsisset cuidam appositam notam. Cl. 16. ignominiosis notas demsit. Vit. 8. super veterem segnitiae notam. Cl. 5. h. e. *ignominiam*, *probrum*.

nota in Atellanico exodio. T. 45. h. e. *versus, quo mores Tib. notabantur.* Alii locum aliter mutandum censuerunt. v. Oudend.

*notae* i. q. *compendia scribendi* v. *signa lecturis cognita, arcana iis, quibus literae non destinatae sunt.* si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit. C. 56.

quoties per notas scribit. A. 88. notis velocissime excipere. Tit. 3. (ταχυγραφεῖν *per compendia.*)

celeriter confecti belli notam. C. 37. h. e. *quo notaret, indicaret bellum celeriter confectum.* — nomina et notae morti destinatorum. Cal. 49. h. e. *crimina notis significata.* v. n.

*Notare*, i. q. *animadvertere*, modo in malam partem, modo i. q. *observare.*

i. q. *ignominiosam notam ascribere*, adeoque *punire, animadvertere.*

ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit, plures animadversione, sed varia. A. 39. Legato legionis — ignominia notato. T. 19. universas tribus in censura notavit. T. 3. notavit multos. Cl. 16. notavit aliquos, quod sequ. A. 39. Sestio Gallo — olim ab Aug. ignominia notato. T. 42. nummar. judices cum suo quemque consilio notavit. Dom. 8.

unde omnino *probrum, ignominiam alicui aspergere.*

notatus est et ut pretiosae supellectilis — praecupidus et aleae indulgens. A. 70. scripta famosa, quibus primores viri ac feminae notabantur. Dom. 8. notatus et sororis joco. Ner. 5. calumnia notatus. Rh. 4. dicto non infaceto notatum ferunt cujusdam sequ. Gr. 23. spintriae cognomine notatus. Vit. 3.

i. q. *denotare, indigitare aliquem.*

ut — Senatum gestu notaret. Ner. 39.

i. q. *observare aliquid, animadvertere ut memorabile*, nostr. *anmerken.*

notavi et illa. A. 87. neque ego notarem. A. 88. quem cursitare — proverbio Graeco notatum est. T. 38. unum hoc — notatum est. T. 11. observatum autem notatumque est in primis. Cal. 60. mox vulgo notatum est. Ner. 4.

notante omni exercitu. A. 96.

i. q. *per notas scribere.* A. 64. ubi al. *natare:*

notata, non perscripta erat summa. Galb. 5. h. e. *numeri signo indicata, non literis exscripta.* v. not.

*Notabilis* pr. *notatu dignus, memorabilis*, adeoque i. q. *singularis, insignis.*

notabilis cultu. C. 45. res vetustate ac raritate notabiles. A. 72. notabilis externorum favor. Cal. 14. notabili varietate. Ner. 1. dictorum notabilium. Dom. 20.

fuerunt et illa — notabilia. Cl. 16. atque haec eo notabiliora erant. T. 29. mirum et vel praecipue notabile inter haec fuerit. Ner. 39.

*Notabiliter* usurpare aliquid quotidiano sermone. A. 87. (H. l. exempla *notabilium dictorum* ejus incipiunt a verbis: *ponit assidue.* Praecedentia ostendunt, quae *frequentius* dixerit Augustus.)

*Notus.* i. q. *nobilis, celeber.* Gr. ἐπίσημος. Opp. *obscurus.* (nostr. *ausgezeichnet, angesehen.*)

gladiatores notos. C. 26. patresfamil. notos. Cal. 25. (*honesti generis:*) — notus jurisconsultus. Gr. 10.

notissimus Eques Rom. Ner. 11. nonnulli de notissimis doctoribus. Gr. 3. poetam simul grammaticumque notissimum. Gr. 4. duos solos e notioribus venia donatos. Dom. 10. h. e. *nobilioribus.* Nihil mutandum.

*noti* (nostr. *Bekannte*) distinguuntur a *familiaribus.* T. 61. nota res est sequ. acc. c. inf. Cal. 38. notissimum est. T. 2. uti notum esset. Vesp. 9.

*notum facere aliquid* i. q. *vulgare*, nostr. *bekannt machen.* libros totos — populo notos per edictum saepe fecit. A. 89. ut carmina — legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent. Gr. 2.

*de al. re alicui.* de filia absens ac libello — notum Senatui fecit. A. 65. (nostr. *Anzeige thun.*) cf. *Plin.* ep. 2, 11.

*Notescere.* A. 43. Ner. 42. Al. *innotescere*, *enotescere*, *enitescere.* v. Oudend. ad A. 43.

*Notitia* historiae fabularis. T. 70. antiquitatis. Gr. 23.

*Novacula.* Cal. 23.

*November.* C. 40. A. 32.

*Novus*, *de hominibus et rebus*, *proxime in aliorum locum substitutis.*

novi Consules. C. 15. nova vectigalia. C. 20. h. e. non omninò nova, sed quorum nova locatio esset, ut nos: *neue Zollpachtung.* v. not.

Kal. Januariae novae. Cal. 40. ubi al. *nobis* pro *novis.*

possessor villae novus. A. 6. nova dissensio. C. 3. nova affinitas. C. 21.

novi milites. C. 29. oppon. *veteranis.* — *novae tabulae, novae res.* v. suis locis.

i. q. *recens repertus* v. *institutus.* opp. *noto*, *cognito.*

novum obsidum genus. A. 21. novum atque inauditum genus spectandi. Cal. 19.

vectigalia nova atque inaudita. Cal. 40. novi et ignoti generis. Ner. 41.

novum collegium. A. 32. ne quem novi status poeniteret. A. 28. novum officium instituit. T. 42.

nova monumenta. A. 29. oppon. *refectis et excultis.*

*novissimus* i. q. *extremus*, *ultimus.* cf. *Gell.* 10, 21.

ex secundo ordine in novissimum detrudi. C. 29.

Gall. belli novissimum imperfectumque librum. C. 56. librum, quem Sulla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat. Gr. 12.

novissimus consulatus. Ner. 14. i. q. *ultimus.* duos novissimos. Cal. 17.

in Senatu novissimus consularium sententiam dixit. Cl. 9.

primum — sequentem — deinde — huic proximum — novissimum. C. 37. quorum librorum primos — sequentes — novissimum. C. 56. (cf. Cal. 17. et Ner. 14.) ex quibus primum ac novissimum — secundum — tertium — quartum. A. 9.

novissimo testamento. C. 83. novissimo illo SCto ac jurejurando. C. 86. novissimam fabulam cantasse eum — Oedipodem. Ner. 46.

in novissima clausula. Ner. 39. i. q. *extrema*, *sub finem clausulae.*

novissima Hierosol. oppugnatione. Tit. 5. (*ultima, extrema.*)

in ternos novissimos menses. C. 76. per duos novissimos anni menses. Vesp. 4.

*novissime.* C. 39. 58. A. 8. 50. Cal. 42. Cl. 46. Ner. 11. 29. Dom. 11. Gr. 6.

*Novitas.* in novitate imperii. T. 25.

*Novare.* multa — novavit. Dom. 7. h. e. *novo modo instituit.*

*Novellare* i. q. *novas vites pangere.* ne quis in Italia novellaret. Dom. 7. v. not.

*Nox.* somnio proximae noctis. C. 7. somnium pristinae noctis — narrabat. A. 94.

ea nocte, cui illuxit dies caedis, — ipse sibi visus est sequ. C. 81. proxima nocte visum sibi sequ. Ner. 7. proxima nocte somniavit. Galb. 18. insequenti statim nocte. A. 94.

nocte interposita, primo diluculo. Vit. 15. nocte tota. Cl. 44.

post paucissimas noctis horas. A. 6. horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis. A. 50. quacunque vel noctis hora. T. 18. magna parte noctis. Cal. 50.

interdiu vel nocte. C. 65.

media nocte. A. 94. T. 13. nocte media. Cl. 13. Al. *noctu.* v. Oudend.

de media nocte. Cal. 26. de nocte. A. 97. Vesp. 21. v. *De.* sub noctem. Oth. 8.

ad mediam noctem. Ner. 47. Dom. 16. ante mediam noctem. Cl. 33.

ad multam noctem. A. 78. in multam noctem. T. 74. Ner. 20.

in noctem. A. 33. Al. *in nocte.* v. Oudend. qui *seram vesperam* intelligendam docet.

per singulas noctes. C. 1. per noctes. T. 52. per continuas noctes. Ner. 36. per sex dies septemque noctes. Ner. 38.

noctibus continuis. C. 84. duabus continuis noctibus. A. 94. duabus noctibus. Cl. 18. noctibus. A. 100. Oth. 2. Dom. 4. diebus ac noctibus. Ner. 31.

*noctem* polliceri alicui h. e. *concubitum unius noctis.* Dom. 1.

*Noctu.* A. 19. Cal. 24. 54. Sed Vesp. 21. ubi multi *noctu* et vitiose *de noctu,* legend. *de nocte.*

vespera aut noctu. A. 53. noctu etiam et in tenebris. T. 68.

*Nocturnae* horae. Cal. 50.

*Noxa* i. q. *damnum.* quod sine ulla sua noxa Idus Mart. adessent. C. 81. v. not. et Oudend.

ne cui periculo aut noxae apud victorem forent. Oth. 10.

i. q. *voluntas nocendi.* maluit timiditatis arguere, quam noxae. A. 67.

i. q. *crimen* (*noxae sc. illatae*), *culpa.* judices — legum et religionis, et noxae, de qua cognoscerent, admonebat. T. 33.

*Noxii* i. q. *condemnati,* nostr. *Schuldige, Verbrecher.* Cal. 27. Cl. 34. Ner. 12. Vit. 17.

*Nubere.* Liviam Orest. C. Pisoni nubentem. Cal. 25. quae C. Marcello nupta erat. C. 27. nuptam ante duobus consularibus. A. 62.

Equiti Rom. antea nuptam. Ner. 35. nuptam M. Agrippae. Gr. 16. C. Memmio nuptam. Cal. 25.

quae C. Caesari nupta fuerat. Cl. 26.

*nuptae* simplic. (*verheirathete Frauen.*) nuptarum concubinatus. Ner. 28.

*nuptum dare alicui filiam.* A. 63.

*Nuptiae.* confecit nuptias. Cl. 26. Antoniam recusantem *nuptias suas.* Ner. 35. super festinatas *Liviae nuptias.* A. 69. h. e. *cum Livia.* post *Augusti* statim nuptias. Galb. 1. h. e. *Liviae cum Augusto.*

cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Tit. 7. nuptiarum specie. Oth. 3.

die nuptiarum. A. 66. die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum. Cl. 29. die, qui erat nuptiis destinatus. Cl. 26.

cujus *officium nuptiarum* et ipse cum Agr. celebravit. Cl. 26. v. *Officium.*

per *sollemne nuptiarum* celeberrimo officio deductum ad se. Ner. 28.

*Nubilis.* Claudiam — duxit uxorem, vixdum nubilem. A. 62. h. e. *vix maturam* viro.

quam vixdum nubilem Druso — despondit. Oth. 1.

*Nubes.* supra nubes volitare. C. 81.

*Nubilum*, coelum nubilum. propter nubilum. Ner. 13.

*Nudus*, dejecta ab humeris toga, nudo pectore. A. 52.

nudis puellis ministrantibus. T. 42. ut — amicis etiam nudam (ostenderit.) Cal. 25.

nudam jussit abjici. Cl. 27.

quem — nudus elideret. Ner. 53.

sedens in *cespite nudo.* T. 18. (nos: *auf bloſsem Rasen.*)

*nudi libri* i. q. *incomti, haud ornati.* C. 56.

*Nudare* i. q. *exuere aliquem insignibus et dignitate ordinis.*

nudatos opere censorio. C. 41. Al. *notatos.* v. not.

*Nullus.* capillo raro ac circa verticem nullo. Cal. 50.

nullis infensior, quam. Vit. 14. nullus tam abjectae conditionis — fuit, cujus non sequ. Cal. 35.

*non nullus.* non nulla et ipse infamia aspersus. Ner. 3. se in Graecis literis magnum processum habere, et in Latinis nonnullum. Gr. 10.

*nonnulli.* A. 3. 10. Gr. 11. al. cf. *Alii* et *Sunt, qui.*

nonnulli urbanorum. C. 20. nonnulli patrum familiarum. A. 59.

*nullus non.* nullo non damnatorum — ingerente. T. 66. nullius non boni exempli. Cal. 16. ad nullius non facinoris societatem. A. 32. nullum non opsonii genus. Ner. 16. nullam div. hum.que opem non adhibuit. Tit. 8.

nullos non honores. C. 76. Al. *nonnullos.* v. not.

*Num*, particula, qua interrogatur, ubi respondentis negatio exspectari potest. (Scheid. ad Sanct. Min. p. 269. sequ. deducendum putat a Gr. νεύω, *nuo*, ut sit: *nutune significas? adnuisne?* Contra verba νεύειν, *nuere* sunt a particula affirmandi et negandi, quae proprie *sono* pronunciantis distinguebatur. Manifesta est cognatio voc. ναί affirmat. et νή negat. in compositionibus, et μή, μῶν pro μὴ οὖν, Hebr. לא, Lat. *ne*, Germ. *nein* et *nicht*, ubi non negligenda vulgi

pronunciatio *ne* et *nen*. Liquidae in omnibus linguis confunduntur. Itaque si etymologiam sectari placet, facillima manere videtur, qua *num* dictum putamus pro Gr. *μῶν*.) consultus, num et — vellet. A. 18. (nostr. *ob er nicht auch.*)

*Numen*. omnia se a terris tunc numina declinarunt. A. 70. simulacra numinum. Cal. 22.
templum numini suo proprium. Cal. 22.
per numen Drusillae dejeravit. Cal. 24.
icunculam — pro summo numine colere. Ner. 56. pro numine coli. Vit. 1.

*Numerus*. de cetero numero candidatorum. C. 41. cautum est de numero gladiatorum. C. 10. sacerdotum numerum — auxit. A. 31. Senatorum affluentem numerum. A. 35. Praetorum, Aedilium, Quaestorum etc. numerum ampliavit. C. 41. numerum Praetorum auxit. A. 37.
insertos civium numero. A. 42. quum et de numero — eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset. A. 40.
in Deorum numerum relatus est. C. 88. Cl. 45. Rh. 4.
e conjuratorum in Cajum numero. Cl. 11. unam omnino e reorum numero. A. 56.
eos quoque sicariorum numero habuit. C. 11. suorum sibi numero futuros. C. 75. hostium numero habendos. Ner. 2.
max. *de militibus*. certum numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam allegit. A. 49. admonitus de supplendo numero Batavorum. Cal. 43. militum numerum deminuere. Dom. 12.
imaginariae militiae genus, quod vocatur *supra numerum*. Cl. 25. (unde: *candidatos*, qui *supra numerum* essent. Ner. 15.)
unde *numeri* i. q. *milites*, qui sub uno Tribuno sunt. Gr. *ἀριθμοί*. revocatis ad officium numeris. Vesp. 6. v. not. ad h. l. (cf. *Plin*. ep. 3, 8, 4. „neque enim adhuc *nomen in numeros relatum est*." l. 10, 38. „quod sacramento militari nondum *distributi in numeros erant*." et ep. sequ. „quod nondum *per numeros distributi sunt*.")
qui judicia centumv. — redigerent ad brevissimum numerum. Vesp. 10.
evenit, ut summum numerum jacti ab eo (tali) ostenderent. T. 14.
*ad numerum*. fauces ceteraque membra sibi ad numerum defricare. Vesp. 20. h. e. *certo finitoque numero*. v. *Cels*. 2, 14.
*Numerare*, *praesentem pecuniam solvere*, pr. numeratis singulis nummis. (*baar zahlen*.)
numeratis quinqu. talentis. C. 4. bina sestertia, quae — numeraverat. C. 38.
si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset. C. 42.
ut oblatos victoribus aureos — voce digitisque numeraret. Cl. 21.

*Nummus* omnino de *moneta excusa*, Gr. *νόμισμα*.
nummum argenteum nota sideris Capric. percutere. A. 94. coll. Ner. 25. nummi veteres regii, peregrini. A. 75. nummus asper. Ner. 44. h. e. *nondum usu detritus*.
nummo vel anulo effigiem impressam. T. 58.

plerumque i. q. *sestertius*, ut C. 38. 54. A. 40. 41. 46. 71. 101. T. 20. 48. Ner. 10. 30. Vit. 13. Dom. 7. Gr. 8.

et quoniam *sestertiis* numerare solebant Romani, *nummi* i. q. *pecunia*.

nummos pronunciare. C. 19. nummos non mediocris summae — sparsit in plebem. Cal. 37. nummos solverunt. Rh. 1.

*nummo* addicere aliquid. C. 50. i. q. *minimo pretio*. v. not.

*Nummularius* i. q. *argentarius*, *mensarius*. A. 4. Galb. 9.

*Nummarius*. copia nummariae rei. A. 41. (*Ueberfluſs an baarem Geld.*)

tesserae nummariae. A. 41. v. *Tessera*.

nummarii judices. Dom. 8. h. e. qui nummos s. pecuniam pro judiciis accipere solebant. v. not. et Ernest. exc. ad h. l.

*Nunc* — *nunc*. T. 14. 24.

*Nuncius*. pr. *homo ipse*, qui certiorem facit alium de aliqua re.

ne nuncii morarentur. T. 65. ut persaepe nuncios de se praevenerit. C. 57. quum — civitas sequentes nuncios opperiretur. Cal. 6. urgentibus de Pharnace nunciis. C. 35. urgentibus aliis super alios nunciis. Ner. 41. supervenientibus ab Urbe nunciis. Galb. 11. turbatus nunciis de seditione mil. A. 17. sprevisse nuncium. Galb. 20. (nostr. *Nachricht*.)

de *servis* s. *ministris Principum*. ut somniculosos per nuncium increpuit. Cl. 39. cuidam scenico placenti nuncium misit. Ner. 42.

de *ipsa re nunciata*, quae significatio cum priore ita cohaeret, ut saepius vix ad species revocare exempla queas, ut A. 17. Galb. 20. et sequ. ad primum nuncium. T. 75. accepto nuncio. Oth. 12. laetus nuncio. T. 11. nuncio malae pugnae perterritus. Cal. 51.

*Nunciare* aliquid. haruspice tristia exta nunciante. C. 77. quum cladem exercitus nunciaret. Oth. 10. nunciaret Senatui ac populo victoriam. Ner. 1.

obsessione castr. — nunciata. C. 58. nunciata host. incursione. A. 1. hac (clade) nunciata. A. 23. pro quinta sexta hora nunciata est. Dom. 16. (*anmelden*.)

*nunc. de aliqua re*. quidam de futura victoria nunciavit. A. 96. de Neronis exitu nunciantem. Galb. 22. dies, quo nunciatum de Tiberio erat. T. 75.

*sequ. acc. c. inf.* nuncians, esse qui sequ. Dom. 16. quum, sublatam Trib. intercessionem — nunciatum est. C. 31.

*nunciari* de subjecto ipso c. infin. irrumpere Appius nunciatus. Cl. 38.

accidit, ut navis nunciaretur pulverem advexisse. Ner. 45.

*Nuncupare*. Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. A. 31.

nuncup. aliquem haeredem. Cal. 38. Cl. 4. Horat. inter haeredes. A. 17. in tertiis haeredibus. Cl. 6.

nuncupare vota. A. 97. v. interpr. ad *Plin.* Paneg. 67, 3.

*Nuncupatio* sc. haeredis. Cal. 38.

votorum nuncupatione. Ner. 46.

*Nundinae*. observabat, ne postridie nundinas quoquam proficisceretur. A. 92. (ob *Novemdiales*. v. *Macrob.* Saturn. 1, 13.)

nundinarum die. Ner. 32. ut — declamaret nonnisi nundinis. Gr. 7.

*jus nundinarum* in privata praedia a Consulibus petiit. Cl. 12. h. e. jus mercatus in priv. praediis habendi.

*Nundinari.* constabat, in cognitionibus patris nundinari praemiarique solitum. Tit. 7. h. e. *vendere jus acceptis praemiis.* v. not.

*Nunquam.* nunquam antea. Ner. 46.

*nunquam — ut non.* A. 56. v. *Ut.*

*nunquam non.* A. 73. T. 69. Cl. 9.

*nonnunquam.* A. 33.

*Nuper.* Dom. 23.

*Nurus.* T. 53. 61. 64.

*Nusquam.* quantum nusquam esset. C. 44.

*Nutare.* v. *Nutus.*

*Nutrire.* quum nutriri alitem placuisset. Galb. 1.

*de prima educatione infantis.* apud amitam Lepidam nutritus est. Ner. 6.

*Nutritor.* a nutritore suo manumissus. Gr. 7. (qui *expositum* infantem educaverat.)

*Nutrix.* T. 6. Dom. 17. nutrices. Ner. 50.

*Nutricula.* A. 94. Ner. 42. tenellorum nutricula vatum. Gr. 16. (*de grammatico.*)

*Nutrimentum*, prima educatio. per hanc nutrimentorum consuetudinem. Cal. 9. nutrimentorum locus. A. 6. (h. e. *ubi nutritus est.*)

*Nutus.* adolescentulum — nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit. Vesp. 8. v. Oudend.

uno meo nutu jugulari utrumque vestrûm statim posse. Cal. 32.

*Nutare.* crebro capitis motu nutantem sibi. Cal. 39.

i. q. *vacillare, ruinam minari.* prope afflictam nutantemque Remp. stabilire. Vesp. 8. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 5, 6.

i. q. *incertae fidei esse, ad defectionem declinare.* nutantes ac dubiae civitates. C. 4.

*Nux.* crura suburere nuce ardenti. C. 68.

modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis. A. 83.

## O.

*Ob.* ob id. A. 53. ob id ipsum. C. 8. ob hoc. A. 94. Dom. 17. Gr. 3. 16. ob haec. Ner. 5. ob quae. Ner. 13. ob eundem coetum. C. 16. ob libidines atque adult. damnatum. T. 11.

*ob* repetitum. *ob haec* simul *et ob* sequ. C. 84.

*Obaeratus.* C. 27. quamquam tenuem adhuc et obaeratum. C. 46.

*Obambulare.* dextram obambulantis — continuit. T. 25. gymnasia obambulans. T. 11. Libri: *gymnasio,* quod h. saltem l. vix defendas. Nam *obambulare* hic non est i. q. *deambulare,* ut T. 25., sed *circumire.*

*Obdormire* et *Obdormiscere.* Atiam — obdormisse. A. 94. Al. *obdormivisse.*

ut interdiu nonnunquam in jure dic. obdormisceret. Cl. 33. quum cantante eo obdormisceret. Vesp. 4. Nonnulli etiam Cl. 8. *quoties obdormisceret* pro *addormisceret.*

*Obedire.* in certando ita legi obediebat, ut sequ. Ner. 24.

tanquam parum esset non obedire. Cal. 29.

*Obeliscus* magnus ex Aegypto advectus. Cl. 20. v. *Plin.* 36, 9.

*Obesus.* cervice obesa. Ner. 51. venter obesus. Vit. 17. brevis fuit atque obesus. Horat.

*Obesitas.* obesitate cujusdam. Cl. 41. deformis obesitate ventris et crurum gracilitate. Dom. 18.

*Obfirmate.* quamquam obfirmate resistentem. T. 25. i. q. *pertinaciter, enixe.*

*Obhaerere.* navis obhaerens vado. T. 2.

consurgenti ei lacinia obhaesit. Ner. 19.

*Obire.* Crassum diem caedi destinatum non obisse. C. 9. h. e. *destinato die non affuisse.* Al. male *adiisse.* v. not. privata modo officia obiens. T. 15.

obire expeditiones. C. 58. certamina. Ner. 23. ganeas atque adulteria. Cal. 11.

*diem obire* i. q. *mori.* T. 4. supremum diem. Cl. 1. mortem. Cl. 46. mortem obiit repentinam. A. 4. (Al. *morte* contra usum nostri.) mortem etiam obiturus. T. 39. simpl. ut is obiit. A. 63.

*Obitus* immaturus. Cal. 8.

*Objicere.* vivos homines laniandos absumendosque objicere (polyphago.) Ner. 37. objectum feris. Cal. 27.

detractum spectaculis canibus objecit. Dom. 10. porcello objecit (venenum.) Ner. 33.

i. q. *opponere.* ad introitum mole objecta. Cl. 20. lectoque et culcita objectis. Vit. 16.

ut — vix pauci complexu togaque objecta protexerint. C. 14. Sed Ner. 34. leg. *abjecto* pugione, non *objecto.*

i. q. *exponere.* a quo — incurrenti repente fero apro per metum objectus est. A. 67. Caesare — tantis discriminibus objecto. Cal. 45. (nostr. *Preis geben.*) quam delatoribus objecit. T. 45.

*objici* med. i. q. *occurrere.* quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur. A. 6.

*objicere* i. q. *exprobrare, crimini dare,* nostr. *vorwerfen, zum Vorwurf machen.*

Artabani — laceratus est literis, parricidia et caedes et ignaviam et luxuriam objicientis. T. 66. quibuscunque coelibatum aut orbitatem aut egestatem objiceret. Cl. 16. satis erat, objici qualecunque factum dictumve. Dom. 12. pro opprobrio sibi prius nomen objici. A. 7. quod ipsi Gallo inter grav. crimina ab Aug. objicitur. Gr. 16.

*sequ. acc. c. inf.* proavum ejus Afri generis fuisse, et — exercuisse, objicit. A. 4. C. Memmius, ad cyathum — stetisse, objecit. C. 49.

sequ. *quod* v. *quasi.* quum Aemilio inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod — soleret. A. 51. objectum est poetae, quod — lacessisset. T. 61. Salvidieno — objectum est, quod — locasset. Ner. 37.

memor, objectum ab eo sibi saepius, quasi sequ. A. 28.

*Objectare* i. q. *Objicere*. Dom. 18.
*Objurgare*. i. q. *reprehendere*, *increpare*. in objurgando. T. 57. Senatum populumque gravissimo objurgavit edicto, quod sequ. Cal. 45. objurgante magistro. Ner. 22. statim quidem petulantiam linguae objurgasse. T. 61.
i. q. *castigare*. ferulis objurgari. Cal. 20. adeo ut saepe flagris objurgaretur a patre. Oth. 2.
*Oblatrare*. Demetrium Cynicum — oblatrantem nescio quid. Vesp. 13.
*Oblectare*. qui velut desiderantem oblectarent. Cl. 45. alea se oblectabat. Dom. 21.
*Oblectamentum*. oblectamenti causa. A. 71. erat ei in oblectamentis. T. 72.
*Obligare*. oblig. annuos magistratus. C. 23. i. q. *sibi devincire*, *obstringere*.
ne se Senatus *in acta* cujusquam obligaret. T. 67.
quum locupletes eo facilius *scelere* se obligarent. C. 42. (*Cic.* pro domo c. 8. „*quum populum Rom. scelere obligasses.*")
*obligare alicui praedia*. Vesp. 4. i. q. *praediis cavere*. unde: quum *obligatam aerario fidem liberare* non posset. Cl. 9. v. Clav. Ciceron. sub h. v.
*obligare* vulnus, nostr. *verbinden*. obligari curarique se passus. Vit. 2.
*Oblimare*. fossae oblimatae longa vetustate. A. 18.
*Obliquus*. obliquis orationibus et edictis. Dom. 2. h. e. *malignis*, oblique vulnerantibus.
*Aurel. Vict.* epit. 9. „causidicorum *obliqua dicta*," nostr. Vesp. 13. *figurae*.
*Tac.* A. 14, 11. „temporum Claud. *obliqua insectatione.*" Ita *obliquae sententiae* sunt apud *Quinctil.* 9, 2, 79. et 94.
*Obliterare*. silentio rem obliteravit. T. 22. Ner. 40. obliterata doloris memoria. T. 52. obliterato suorum casu. Cal. 10. (*Tac.* A. 1, 51. „tempus *obliterandae seditionis.*" Id. 3, 34. „quid fore, si per plures annos in modum discidii *obliterentur* (conjugia). v. Drakenb. ad *Liv.* 3, 71. §. 7.)"
*Oblĭtus* a verbo *Oblinere*. scripta, nimia priscorum verborum affectatione oblita. Gr. 10. v. Clav. Cicer. sub h. v.
*Oblivisci*. oblitis ministris. Galb. 18. Consulibus, oblitis de natali suo edicere. Cal. 26.
*Oblivio*. per oblivionem. C. 28.
suo (principatui) oblivionem imminere. Cal. 31.
omnium factorum dictorumque veniam et oblivionem in perpetuum sanxit. Cl. 11. Gr. ἀμνηστίαν, ἄδειαν. v. not.
*oblivio*, Gr. μετεωρία, nostr. *Vergeſslichkeit*. Cl. 39.
literarum oblivio. Gr. 9. abstr. pro concr. i. q. *literarum oblitus*. cf. *Memoria*.
*Oblocare*. ea, quae ad epulum pertinerent, macellariis oblocata. C. 26. Male al. *ablocata*.
*Obmurmurare*. Oth. 7.
*Obmutescere*. Cl. 44.
*Obnoxius* pr. *noxae expositus*, *damno subjectus*, unde i. q. *anxius*, *timidus*.
Urbem inundationibus incendiisque obnoxiam. A. 29. ne grassatoribus obnoxia esset (Urbs.) A. 43.
saepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus (calvitii deformitatem.) C. 45.

contumeliis obnoxius. T. 63. (Male ejicere voluerunt *contumeliis*, de quibus auctor c. 66. v. not.) Cl. 8.
omnium criminationibus obnoxios reddidit. T. 54.
ut et matrimonia obnoxia essent. Cal. 40. sc. *vectigalibus*.
quum et obnoxium se barbaris per hoc animadverteret. Dom. 12.
absol. i. q. *timidus*, nostr. *demüthig*, *unterwürfig*. obnoxium et trepidum egit. T. 12.

*Obnunciare*, impedire legem nunciato tristi augurio vel malo omine. C. 20. v. not. cf. Clav. Cicer. et Glossar. Liv. sub h. v., *Brisson*. de form. p. 121.

*Obolere*. quod antidotum oboluisset. Cal. 23. maluissem, alium oboluisses. Vesp. 8.

*Oboriri*. tanta oborta caligo est. Ner. 19. Al. *coorta*. Illud unice rectum. v. Oudend.
siti interim oborta. Ner. 54.

*Obrogare*. quando et plebiscito Pompejus postea obrogasset. C. 28. ex emendatione vulg.: quando *nec* plebisc. Pomp. postea *abrogasset*. v. not.
capiti Pap. Popp. legis — obrogavit. Cl. 23. ubi eodem vitio vulg. *abrogavit*. (Ita recte ad Herenn. 2, 10. post Lambin. Schütz. *obrogatio* pro vulg. *abrogatio*. Sequ. enim: cui legi *obrogatum* vel *derogatum* sit.)

*Obruere*. paene obrutus fluctibus. C. 58. cadaver — levi cespite obrutum est. Cal. 59.

*Obrussa*. aurum ad obrussam. Ner. 44. h. e. ad ignem probatum. v. not.

*Obscoenus*. obscoenum in modum formata commotaque manus. Cal. 56. h. e. in formam partis obscoenae. — *obscoena*, τὰ αἰδοῖα. Cal. 58. Dom. 10.
*obscoenum* ostentum. Galb. 4. Opp. *lactissimum*.
*Obscoenitas*. obsc. oris. T. 45. (de ore *turpi libidine* foedato.)
obscoenitas in feminas. Cl. 15. profiteri apud al. obscoenitatem. Ner. 29. h. e. *impudicitiam*.

*Obscurus*. cubiculo perparvo et obscuro. Tit. 1.
obscura origo. Vesp. 1. Opp. *nobilis*.
signa quaedam, nec obscura poenitentis — dederat. Cl. 43.
*Obscure*. non obscure gerere simultatem. Vesp. 6. i. q. *satis aperte*.
*Obscuritas*. de *oratione difficili intellectu*, nostr. *Dunkelheit*.
obscur. Sallustii. Gr. 10. quae (conjunctiones) detractae afferunt aliquid obscuritatis. A. 86.
*Obscurare*. affectatione et morositate nimia obscurabat stilum. T. 70.

*Obsecrare*. Deos obsecro, ut sequ. T. 21.
*Obsecratio*. ut, dira avi — visa, obsecratio haberetur. Cl. 22. h. e. *deprecatio apud Deorum aras*.

*Obsequium*. tanti in avum obsequii. Cal. 10.
nationes male quietas ad obsequium redegit. A. 21. in omne obsequium paratos. Galb. 19.

*Obserare*. obseratis adhuc foribus. Tit. 11.

*Observare*, pr. *oculis animoque attendere ad aliquem v. aliquid*.
observandum se admonens. C. 65. h. e. *attendendum*, *quid*

*ageret.* Int. Gall. „*il avertissoit son armée, de ne point le perdre de vûe.*“

adversarios observare. Ner. 23. (in certamine. Gr. παρατηρεῖν.)

unde i. q. *curare* aliquid, ut rem animadversione dignam atque gravem.

delicta neque observabat omnia. C. 67. h. e. *attentius curabat*, nostr. *beachten.* Sequ. *neque exsequebatur* h. e. *puniebat.*

auspicia et omina quaedam pro certissimis observabat. A. 92. observabat et dies quosdam. ibid. (Int. Gall. „*il ne negligeoit ni les auspices, ni les augures*“ mox: „*il observoit avec soin les jours sinistres.*“) Gr. φυλάττειν.

observavit sedulo, ut sequ. Cl. 22. h. e. *curavit, pro more servavit.* observatum etiam est, ne sequ. A. 57. nostr. *beobachten.*

*observare aliquem* Gr. θεραπεύειν, i. q. *colere.* observavit ante omnes Liviam. Galb. 5. quem senem adolescens observaverat. T. 70.

qui principatus dies in posterum observatus est. Vesp. 6. h. e. *pro festo, sollemni habitus.*

*observare* i. q. *notare* aliquid ut memorabile, nostr. *bemerken.*

observatum etiam fuerat sequ. acc. c. inf. Ner. 46. observatum est. Galb. 1. 18.

*Observantia.* A. 76. v. *Inobservantia.*

*Observatio.* reliquit non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. Gr. 24.

*Obses.* superatis pecunias et obsides imperavit. C. 25. obsides exigere, recipere. A. 21.

novum genus obsidum, feminae. A. 21. obsides quosdam, abductos e literario ludo. Cal. 45.

Parthorum obsides. A. 21. 43.

*Obsidere.* non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent. C. 68.

quod et patrem suum Germ. ducem, et se — obsedissent. Cal. 48.

maximis obsessum operibus. C. 35. Dec. Brutum obsessum Mutinae. A. 10. obsessa Alexandria — brevi potitus est. A. 17.

*Obsidio* Massiliae. C. 34. in obsidione Capitolii. T. 3.

*Obsessio.* obsessione castrorum in Germania nunciata. C. 58.

*Obsignare.* suffrag., quae sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. A. 46. quum obsignatas devectasque Romam (sortes) non reperisset. T. 63. (*versiegeln.*)

testamentum obsignaverat etiam humillimorum signis. T. 76. testamentum conscripsit, ac signis omnium magistratuum obsignavit. Cl. 44. (*besiegeln.*)

ne tabulae, nisi pertusae ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Ner. 17. quum, urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandes testamenti tabulas. Horat.

*Obsistere.* obsistens fugientibus. C. 62.

*Obsitus.* pannis obsitum vicatim circumduci. Cal. 35.

*Obsolefieri.* ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. A. 89. h. e. *vilescere.*

*Obsoletus.* paenula obsoleti coloris. Ner. 47. h. e. *vetustate detriti.*

Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, delebat. Cal. 38. h. e. *vetustate irrita.*

*Obsonium.* v. *Opsonium.*

*Obstare.* T. 10. nostr. *im Wege stehen, im Wege seyn.*

obstitit respectus cohortis. Oth. 6. h. e. *prohibuit, impedimento fuit.* nisi ea secreta obstarent. T. 52. v. not. et voc. *Secretus.*

*Obstinatus.* obstinatos ad resistendum. C. 15. h. e. *certos resistere, quicquid contra ageretur.*

*Obstinate.* quum obstinatius omnia agi videret. C. 29.

Patris patr. appellationem — obstinatissime recusasse. T. 67.

morem obstinatissime retinuit. Galb. 4. obstinatissime tenuit, ne sequ. Tit. 8.

*Obstipus.* obstipa cervice. T. 68. Oudend. „*obstipum caput*, quod stipitis instar firmum stat et elatum, ac paulum recline." cf. Ernest. ad h. l. Falsa prorsus versio interpr. Gall. „il marchoit *la tête baissée*, le visage refrogné."

*Obstrepere.* obstrepentes ranas. A. 94. si quis saltante eo vel leviter obstreperet. Cal. 55.

*Obstringere.* fenore obstrictus. C. 27.

*Obstruere.* Curiam — obstrui placuit. C. 88.

*Obsuere.* obsuta lectica. T. 64. sporta auri obsuta. Rh. 1.

*Obtegere.* soboles adeo adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verum et obtegeret. A. 94. capillo — summissiore, ut cervicem etiam obtegeret. T. 68.

plerosque dissimulare vitium et callide obtegere. Ner. 29.

*Obtemperare.* naturae obtemperans. T. 59. nisi obtemperassent. T. 36.

*Obtentus* a voc. *Obtendere.* ante faciem obtento sudario. Ner. 48.

*Obterere.* puerum citatis jumentis haud ignarus obtrivit. Ner. 5.

*Obtestari.* clare obtestatus Deos sequ. acc. c. inf. Cal. 15.

*Obtestatio.* revocante assidua obtestatione populo. T. 40. suorum obtestatione. Vit. 2. epist. Othonis, extrema obtestatione ultionem mandantis. Vesp. 6.

*Obtinere.* i. q. *tenere, sub imperio habere.* qui tum eam provinciam Propraet. obtinebat. Ner. 40. Hispaniam ex praetura obtinentem. Galb. 3. Africam Proconsule biennio obtinuit. Galb. 7. ut claustra Aegypti obtineret. Vesp. 7.

i. q. *assequi, impetrare.* nec obtinuit. C. 11. A. 37. non difficulter obtinuit, *ut.* Cl. 41.

obtinere non potuit, *quin.* T. 31. i. q. *impedire, prohibere.*

obtinuissetque adeo — nisi sequ. C. 14. h. e. *vicisset sententia.* obtinuit, reus ne fieret. C. 23.

*Obtingere.* quia hoc mense sibi et primus consulatus et insignes victoriae obtigissent. A. 31.

qui primus Romam reverso — honor obtigit. C. 5.

quibus obtigerat id munus. A. 10. quibus sors obtigisset. Dom. 14.

talem ei mortem paene ex sententia obtigisse. C. 87.

*Obtrectare.* ne aut obstare aut obtrectare praesens videretur.

T. 10. h. e. *ejus dignitatem minuere.* Int. Gall. „*afin que sa présence ne lui fît point d'ombrage.*"

i. q. *per invidiam detrahere aliquid de alic. laude.* Germanico usque adeo obtrectavit. T. 52.

ne obtrectare parentis gloriae videretur. Ner. 18. Al. *gloriam.* v. Oudend.

omnino *per invidiam laedere aliquem, ejusque commoda minuere.*

nullus — fuit, cujus non commodis obtrectaret. Cal. 35. Sermo est de Calig. *livore ac malignitate.*

*Obtrectatores*, nostr. *Neider, Verkleinerer.* C. 45. 55. A. 14. Cal. 3. Ner. 28. Vit. 1. ubi *adulatores* opponuntur.

*Obturbare.* necubi lectorem — obturbaret. A. 86.

*Obvenire.* Quaestori ulterior Hispania obvenit. C. 7. quaecunque obvenissent, negotia. Vesp. 21.

*Obversari.* ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. A. 94. sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus obversari. Cl. 37. Al. *observata* et *observari.* v. Oudend. ad l. c. et Drakenb. ad *Liv.* 3, 5. et 35, 11.

*Obviam.* non cessit tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. C. 69. ingresso Urbem obviam progressus. Cl. 24.

*Obvius.* C. Cassium, cum decem rostr. navibus obvium sibi. C. 63. umbone obvios agens. C. 68. (hostes resistentes.) obvium sibi Helv. Cinnam. C. 85.

libellum ab obvio quodam porrectum. C. 81. densissimo — obviorum agmine. Cal. 13.

obvii viatores. T. 64. obvia turba. Cl. 10. obvii viatores. Ner. 48. caligatorum militum obvios. Vit. 7. obvio quoque — adhaerente. Oth. 6. cuicunque obvio. Galb. 4.

nemine obvio. Vit. 17. invalidum quemque obviorum. Oth. 2.

*Obvolvere.* obvoluto capite. C. 58. toga caput obvolvit. C. 82. ad tonitrua et fulgura caput obvolvere. Cal. 51. brachio lanis fasciisque per aliquot dies — obvoluto. Dom. 17.

*Occasio, opportunitas rei gerendae, quae casu venit, non consilio.* Gr. ἀφορμή, καιρός.

diffisus occasione, quam minorem opinione offenderat. C. 3. ad captandas majorum rerum occasiones. C. 7. quasi ad occasionem majoris spei commoraretur. T. 11. multis ad occasionem stimulantibus. Galb. 7. h. e. *ad captandam et utendam occasionem.*

cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent, interrogatisque, de qua occasione loquerentur. Galb. 10. quo faciliorem occasionem Othoni praebuit perficiendi conata. Galb. 17.

quaerenti occasiones subministrasse. T. 61. (sc. *affligendi homines sibi invisos.*)

nullam unquam occasionem dedit. Cal. 10. (Gr. λαβήν, *praetextum, quo uti posset Tiberius ad se affligendum.*)

ne minimam qu. occasionem quoquam omittente *in* testificanda sollicitudine. Cal. 14. neque liberalitatis — exhibendae ullam occasionem omisit. Ner. 10.

nec deinde ulla belli occasione — abstinuit. C. 24. usum occasione rapiendae dominationis. C. 30. occasione oblata. C. 73. occ. ultionis oblata. A. 16. ut tandem ultionis occasio data est. Oth. 4.

tanquam occasione nata spoliandarum — provinciarum. Ner. 40.

tunc occasione temporum bellantem. C. 35.

ut saepius canendi occasio esset. Ner. 21. nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit. A. 47.

proelia non tantum *destinato*, sed *ex occasione* sumebat. C. 60. Al. omittunt *ex*.

ad occasionem aurae. A. 97.

per occasionem valetudinis mortisque ejus. A. 67. per occasiones. A. 41. per omnem occasionem. Cl. 11. per omnes occasiones. Tit. 8. per blanditiarum occasiones. Cl. 26. per inopiam occasionis. Cal. 56.

occasione omni. Cl. 42. cujus criminis occasione. Dom. 10.

*Occasus.* post solis occasum. C. 31. non ultra solis occasum. Dom. 21.

*Occīdere* a *Caedere.* C. 84. 85. 87. A. 11. 33. Galb. 19. Oth. 1. Plin.

*veneno occisum* convenit. Cl. 44.

propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone — imaginibus. Galb. 10.

quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis. Dom. 21.

*Occipitium.* capillo pone occip. summissiore. T. 68. occipitio raso. Cal. 35.

*Occulere.* gladium. A. 27. paucos — occuli trans Rhenum jussit. Cal. 45.

staturam brevem, sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur. A. 79.

*Occultus.* occultissimum iter. C. 31.

*Occulte.* si qua occultius perferenda erant. C. 56.

*Occultare.* Masintham occultavit apud se diu. C. 71.

ad occultandam facinoris invidiam. Ner. 33.

*Occumbere.* voluntariam necem. A. 13. Al. *voluntaria nece.* Utraque constructio in usu. v. Drakenb. ad *Liv.* 2, 7. et ad 31, 18. Sanct. ed. Scheid. p. 472. et 758. Noster accusativum frequentat. cf. *Obire.*

*simpl.* in ea domo, in qua occubuerit. Cal. 59.

pro libertate eos occubuisse. A. 12. occumbere acie. Ner. 2. circa se dimicans occubuerat. Tit. 4.

*Occupare.* Picenum, Umbr., Etr. occupavit. C. 34. Italiam per clientelas occupare. T. 2.

Consules — Forum Capitoliumque occuparant. Cl. 10. si victores Alpium juga vel etiam Urbem occuparent. Cal. 51. ut — solus victor tres exercitus occuparet. A. 11. castra occup. Oth. 6.

fremitu gratuita in Circo loca — occupantium. Cal. 26. ut equestria ab infimo quoque occuparentur. ibid.

vacuas areas occupare et aedificare. Vesp. 8. et Vejos occupat ista domus. Ner. 39. principatum occupare, agere. T. 24.

dies, qui honor. ludis occupabantur. A. 32.

*Occupatus.* ne quid circa haec occupatum avocaret. Ner. 23. occupatissimus. Horat.

*Occupatio.* abuti eum occupationibus suis. Ner. 42. sacras ejus occupationes. T. 27.

*Occurrere.* v. de hoc verbo et derivato *Occursare* Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 5., Graev. et Oudend. ad Cal. 25.

i. q. *obviam ire*, *obviam fieri.* cujus sibi species itinere avio occurrisset. A. 96. prae turba occurrentium prosequentiumve. Cal. 4. vetuit quemquam Senat. sibi occurrere. Cal 49. Sed Cal. 26. leg. *ad essedum currere* pro *occurrere.* v. not — his ut occurreret. Galb. 19.

i. q. *ad officium* v. *negotium adesse.* quod occurrere absentes ad vadimonium non possent. Cal. 39. si paulo serius ad praedictam coenae horam occurrisset. Cl. 8. (nostr. *sich einfinden, sich einstellen.*)

i. q. *respondere*, Gr. ἀπαντᾶν. una voce occurrens. A. 15 v. not.

*Occursus.* ex occursu visam. T. 7. ex occursu imperare alicui aliquid. Ner. 1. ex occursu maledictis incessere al Ner. 23.

*Ocellata*, *lapilli*, *globuli*, quibus ludebant veteres. A. 83. v Casaub. ad h. l., Turneb. Advers. 3, 18., Salmas. Exerc Plin. p. 496.

*Ocius*, ὠκέως, ὤκιον s. ὠκυτέρως. C. 68. Galb. 4.

*Octogenarius.* Juvenal.

*Octophoron*, lectica, ab octo servis portata, lentius et mollius vehiculi genus. Cal. 43. Al. *octaph.*

*Oculus.* C. 45. 68. A. 27. 53. 79. T. 7. 68. Cal. 50. Ner. 26. 4 51. Galb. 21. Vit. 6. Dom. 17. 18. v. singulis locis.

rectis oculis aspicere instructam aciem. A. 16. subjicere oculis al. A. 18.

quasi civitatis oculis remotus. T. 42. convertere hominum oculos. Cal. 35.

velle se pascere oculos. Vit. 14. ne quid oculorum consuetudini deperiret. Vesp. 2. parcetis oculis vestris. Dom. 1

restituere oculos alicui. Vesp. 7. h. e. *visum.*

par oculorum in amicitia M. Antonii Triumv. exstitisse. Rh. 5.

*Oculatus.* male oculatus. Rh. 5.

*Odisse.* oderint, dum probent. T. 59. oderint, dum metuant Cal. 30.

*odero* futurum. invicem eum odero. T. 28.

*Odium.* T. 66. Ner. 45.

*Odor.* offensus putrefacti cerebri odore. Cal. 27. num odore offenderetur. Vesp. 23.

ad leniendam gravitatem odoris. Vit. 10.

*Offendere.* i. q. *invenire.* occasione, quam minorem opinione offenderat. C. 3.

praeclusam viam offendit. Oth. 8.

i. q. *laedere, aegre facere alicui.* Cal. 2. Cl. 26. Gr. 1 Gr. ἀνιᾶν.

*offendi* i. q. *aegre ferre aliquid*, Gr. ἀνιᾶσθαι.

matutina vigilia offendebatur. A. 78. h. e. *haud facile ferebat vigiliam matut.*

si argumento offenderetur. T. 44. (nostr. *sich an etwa ärgern*, Gr. σκανδαλίζεσθαι.)

offendi odore. Cal. 27. Vesp. 23.. calvitio ita offendebatur. Dom. 18. offensus deformitate veterum aedificiorum Ner. 38.

*sequ. acc. c. inf.* componi aliquid de se — offendebatur. A. 89. offensus, interpellari se toto mense. T. 54.

unde *offensus* c. dat. i. q. *iratus*, *infensus*.

offensus Patribus. C. 19. is forte tunc M. Lollio offensior. T. 15. pontificibus offensior. Ner. 2. Etiam Galb. 3. nonnulli: *offensus Jul. Caesari* pro vulg. *infensus*.

Sed Galb. 10. legendum: per haec prope universis ordinibus *offensis*, non *offensus*, quod passiva signific. interpretantur: *invisus*. v. Oudend. et not. nostr.

*Offensa*, nostr. *Beleidigung*, *Kränkung*.

quamquam et offensis intervenientibus. A. 66. ex levibus offensis. Cl. 26.

offensarum inimicitiarumque minime memor. Vesp. 14.

*offensa* oppon. *gratiae*. gravissimam contraxit offensam. Vesp. 4. (nos: *er fiel in Ungnade*.) v. Gesner. Thesaur. sub h. v.

*Offerre*. corollaria et praemia. A. 45. praemium. Vesp. 18. oblatos victoribus aureos. Cl. 21. oblatam a Tarracon. — coronam aur. Galb. 12. verbenas coronasque — obtulisse ei. Vesp. 7. qui sibi grandem mullum inopin. obtulerat. T. 60.

quae boletum medicatum — obtulerat. Cl. 44. oblatos tuberes. Dom. 16. —

dictaturam magna vi offerente populo. A. 52. oblatum a Senatu honorem. Dom. 14.

quibus diplomata civitatis Rom. singulis obtulit. Ner. 12. civitatem negavit, immunitatem obtulit. A. 40. oblatis provinciis. T. 63. Aug. ei epist. officium obtulit. Horat. —

signa mil. — obsidesque insuper obtulerunt. A. 21.

singulos equites e viatico suo obtulerunt. C. 68.

osculandam manum offerre alicui. Cal. 56. osculum offerenti manum praebuit. Dom. 12.

obtulisse ultro jugulum. Galb. 20.

dono offerre alicui aliquid. C. 28. muneri. Ner. 46.

oblaturum se fuisse eam (in sortem.) A. 51. oblatam in matrimonium sibi. Dom. 22.

offerre alicui amicitiam suam. Ner. 25. consilium operamque. Dom. 17.

in lite adversario jusjurandum offerre. Rh. 6.

*se offerre*. magistratibus — se offerebat consiliarium. T. 55. consortem imp. generumque se Vitellio obtulit. Oth. 8. qui se obtulerat (ad mortem.) A. 13.

occasione oblata. C. 75. A. 16.

*Officere* i. q. *nocere*. abstinere cibis pomisque officientibus. Ner. 20.

*Officina*. quum et officinas promercalium vestium exerceret. Gr. 23.

*Officium* pr. *quicquid aliis praestamus lege vel more vel voluntate*, unde nostr. *Pflicht*, *Schuldigkeit*, ubi de iis dicitur, quae *lege* praestare jubemur. ad officium redire. C. 69. aegre retenta in officio. Galb. 10. quid officii sui putaret. A. 56. officii duxit — exorare. T. 11. conversus hinc ad officia pietatis. Cl. 11.

*quae agenda, administranda, praestanda ad aliquod munus pertinent*, nostr. *Dienst*, *Verrichtung*.

remisso officiorum munere. C. 67.

partitis post victoriam officiis. A. 13. recepta ad se prope omnium officiorum cura. Tit. 6.

adeoque de *muneribus* ipsis, nostr. *Dienst*, *Amt*.

nova officia excogitavit. A. 37. novum officium instituit a voluptatibus. T. 42.

quidam ex officio admissionis. Vesp. 14. h. e. *ex ministris, quibus officium admittendi homines ad Principem.* epistolarum officium. Horat. datorum officiorum codicillos. Cl. 29. (ubi sine causa haerent Graev. et Ernest.) delegare officium alicui. Ner. 32.

civilium officiorum rudimentis. T. 8. *privata* modo *officia* obiens, ac *publicorum munerum* expers. T. 15. officia urbana aut peregrina. Dom. 1. in urbano officio. Vit. 5. (*cura operum publicorum.* Oppon. *in provincia.*)

manente officii titulo. T. 63. quaedam ex maximis officiis inter libertinos Equitesque Rom. communicavit. Dom. 7. ad ampliora officia promovere al. Vesp. 16. procuratores atque libertos (ejus) ad eadem officia revocavit. Oth. 7.

officiorum omnium breviaria. Vesp. 21. h. e. *ipsorum cujusque officii aulici ministrorum.*

*de iis, quae more vel voluntate alicui praestamus*, nostr. *Dienst*, *Gefälligkeit*, *Aufmerksamkeit*, *Artigkeit*, *Höflichkeit*.

omnibus officiis Cn. Pompejum assectatus est. C. 19. nullum officiorum in quemquam genus omisit. C. 26. nullo officii aut ambitionis in quemquam genere omisso. Oth. 4. quum praecipua officia vivae praestitisset. A. 61. tantum afuit, ut relegatae, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret. T. 50.

*de salutatione et sollemni comitatu magistratuum et Principum.*

relicto statim novorum Consulum officio. C. 50. (h. e. *sollemni gratulatione.*)

in officio salutationis. A. 27. (nostr. *Aufwartung.* v. Lex. Xenoph. sub voc. θεραπεία.) ne quem officii causa inquietaret. A. 53. vitans praeternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue. T. 12. reges, qui officii causa in Urbem advenerant. Cal. 22. quamquam hoc modo agenti nunquam aut officium hominum aut reverentia publica defuit. Cl. 6. reges — quotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientium praestiterunt. A. 60. aut officii aut negotii causa. T. 27. assidentem conspirati specie officii circumsteterunt. C. 82.

officia prosequentium. C. 71. h. e. *turba officii causa abeuntem in provinciam Praetorem prosequentium.* (*Plin.* ep. 1, 5, 11. *in Praetorio officio.* Paneg. 76, 9. „*ipsius officium tam modicum, tam temperatum*, ut antiquus aliquis magnusque Consul sub bono Principe incedere videretur.")

maxime *de eo officio, quo quis dies festos et cerimonias domesticas amicorum suo interventu et praesentia celebrat, ut tirocinii, nuptiarum, funeris sollemnitates*, et quae alia ad urbanitatem pertinent. (*Plin.* Paneg. 85, 5. *omnia familiaritatis officia* dicit. *Eutrop.* 8, 2. „Gloriam tamen milit. civilitate et moderatione superavit, Romae et per provincias aequalem se omnibus exhibens; *amicos salutandi causa frequentans, vel aegrotantes; vel cum festos dies habuissent, convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens* sequ.")

officia cum multis mutuo exercuit. A. 53. mutua cum

Graeculis officia usurpans. T. 11. si vel officii vel sacri causa maturius evigilandum esset. A. 78. —

togae virilis die — sine sollemni officio, lectica in Capit. latus est. Cl. 2. h. e. *sine sollemni pompa* s. *comitatu amicorum.* coll. Cal. 10. *Plin.* ep. 1, 9, 2. „*officio togae virilis interfui.*" 4, 17, 6. „ille in inchoandis honoribus *deductor et comes — ille denique in omnibus officiis nostris* sequ."

cujus *officium nuptiarum* et ipse cum Agripp. celebravit. Cl. 26. per sollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se. Ner. 28. h. e. *celeb. pompa.*

quum ad officium (nuptiarum) et ipse venisset. Cal. 25.

*Offula.* quis potest sine offula vivere. Cl. 40.

*Olea.* olearum ac palmularum ossibus incessebatur. Cl. 8.

*Oleum* conditum. C. 53. v. *Condire.*

Senatui quoque et Equiti oleum praebuit. Ner. 12.

*Olera.* praeter legumina aut olera. Ner. 16.

*Olere.* optime olere occisum hostem. Vit. 10.

*Olidus.* hirsutus atque olidus senex. T. 45.

*Olim* h. e. *priore tempore*, Gr. πάλαι, nostr. *zuvor*, *früher.* A. 16. 44. al.

olim etiam, quoties sequ. Ner. 28.

Drusum, *olim* Decimum, *mox* Neronem praenomine. Cl. 1.

Cornel. virginem absolutam *olim*, *dehinc* longo intervallo repetitam sequ. Dom. 8. —

hostem *olim* ejus, *et tunc* exsulantem. A. 54. quidam histr., producti *olim*, *tunc* quoque prod. Cl. 21. pulsum *olim* Senatu, *ac tunc* de orat. coronatum. Dom. 13.

De *olim* pro *jam diu*, *jam pridem* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 24, 1. cf. *Juvenal.* 4, 96. 6, 346. 9, 17.

quae olim omissa. Dom. 4. alveum Tib. completum olim ruderibus. A. 30.

*Omen.* *Cic.* de divin. 2, 40. interpretatur: „si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit, et ejus verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis."

revertentem ex provincia non solum *faustis ominibus*, sed et modul. carminibus prosequebantur. A. 57. super *fausta omina.* Cal. 13. Utroque loco alii: *nominibus* et *nomina*, de qua confusione v. Drakenb. ad *Liv.* 5, 54. et Burm. ad *Ovid.* Metam. 6, 448.

*fausta omina* et eximias laudes congesserant. A. 98. *faustisque ominibus* cum acclamantium turba prosequebatur. Cl. 27.

verso ad melius omine. C. 59.

pumilos atque distortos — ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat. A. 83.

auspicia et omina quaedam pro certissimis observabat. A. 92. *arborem palmae* repertam conservari, ut *omen victoriae*, jussit. A. 94.

quod et ipsum mox inter omina relatum est. A. 97.

in castris natus — jam designati Principis omen erat. Cal. 8. (Graeca brevitate pro: *id ipsum*, *quod in castris natus erat*, jam omen sequ.)

quum, an marem editura esset, variis captaret ominibus. T. 14.

confirmabatur secundissimis auspiciis et ominibus. Galb. 9. consternatis et quasi omine adverso anxiis omnibus. Vit. 8.
*Ominari.* audiit — clamorem militum, et sibi adversa, et Galbae prospera ominantium. Ner. 48. h. e. *optantium, imprecantium.*
*Omittere.* id quidem consilium ut praeceps — omisit. A. 8. omitt. occasionem. Cal. 14. Galb. 10. Ner. 10.
ut solitae agi — res omitterentur. A. 32.
continuis actionibus omissis. Ner. 15. v. not.
omissa sub Galba vectigalia revocasse. Vesp. 16. quae quidem omitti jam video. Gr. 4. om. exercitationes. A. 83. T. 13. jocularia et latebras. Ner. 27. consuetudinem. Vesp. 12. Rh. 1. quicquam ex consuetudine. Ner. 42. nullum largit. — genus omisit. C. 26. omisso ordine. C. 84. omissa mora. Oth. 6. nec quicquam omittere, quae sequ. Ner. 20.
opus propter difficultatem omissum. Cl. 20. Opp. *peractum.* cf. Cl. 11.
*omitto* (in narratione.) omitto SCta. A. 57. omitto enim necessitudines reliquas. Cal. 4. ne haec quidem omiserim. A. 76.
*Omnis* i. q. *totus.* omnis Gallia. C. 25. omnis exercitus. A. 96. una cohors — paene omnis confixa. C. 68. al. — omni oratione. Cl. 39. occasione omni. Cl. 42. h. e. *quavis.*
ut diversa omnia comperit. Ner. 34.
*Omnino*, nostr. *in allem, im ganzen, überhaupt.*
clades duas omnino. A. 23. bella duo omnino. A. 20. duas omnino. Ner. 19. unum omnino signum. A. 99. uni omnino M. Alexandro. A. 94. neque quisquam omnino. C. 68. seditionem nullam omnino. C. 69. bis omnino. T. 48. 72. v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 6, 31, 10.
nostr. *durchaus, ganz und gar*, Gr. πάντως. ne cui dubium omnino sit. C. 52. omnino negabat. A. 25. necdum omnino abolita. Gr. 24. sicci omnino atque aridi. Gr. 4.
*Onus.* abjecto onere. Galb. 20. onera vehiculorum. T. 18.
marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Cal. 58.
*de sumtu* v. *impensis.* et onera bellorum civil., et triumphorum ac munerum sustinuit impendia. C. 54. nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera. Cal. 42. neque eo secius in explicandis oneribus haereret. Dom. 12. h. e. *non sufficeret expediendis sumtibus.*
*de vectigalibus* v. *tributis.* si Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. Cl. 25.
*Onerare.* oneratis gravi pondere cervicibus. A. 67. larga meri potione oneratos. T. 62.
onerandas tributo provincias. T. 32.
onerare aliqu. invidia. Ner. 34. ne oneraretur invidia. Oth. 6.
*onerare* sententia sua quemque, vel. *sublevare.* Cal. 53.
*Oneraria* navis. Tit. 5. πλοῖον φορτικόν s. φορτηγικόν.
*Onustus.* navis armis onusta. Galb. 10.
*Opem* ferre alicui. T. 47. 50. Galb. 7. implorare. T. 8. orantes opem valetudini. Vesp. 7. opis ferendae gratia. Ner. 21.
nullam divinam humanamque opem non adhibuit. Tit. 8. summa ope restitit. C. 29. (ὡς δυνατόν, ὡς ἐδύνατο.) omni ope contendit. Dom. 2.
*Opes*, χρήματα, nostr. *Vermögen, Schätze, Reichthum.*

privatis opibus. C. 30. amplis innutritus opibus. A. 3. immensas opes absumsit. Cal. 37. paternas opes recuperavit. Ner. 6. quod ingentes a Tib. relictas opes — prodegisset. Ner. 30. spe — immensarum et reconditarum opum. Ner. 31.

*de copiis et reliquis facultatibus, quibus instructa civitas valet.*

translatis opibus imperii. C. 79.

*de potentia, qua quis in civitate valet.* Hic usus vocis ex prima civitatis Rom. institutione venit, qua plurimum valebant ditissimi, censu primis classibus ascripti.

potentia atque opibus floruerunt. A. 66. (Ita *Cic.* Off. 1, 25, 4. „neque *opes aut potentiam* consectabitur." nos: *Vielvermögen und Macht.* l. 2, 7, 1. „ad *opes* tuendas ac tenendas," et mox: „multorum odiis nullas *opes* posse obsistere." al.)

*Opulentus.* rediit certe nihilo opulentior. Vesp. 4.

opulentissimae provinciae. Ner. 40.

ceteras (aedes) opulentissimis donis adornavit. A. 30.

*Opitulari.* nunc consolando, nunc opitulando. Tit. 8.

*Opera, labor alicui rei adhibitus,* sive nostri, sive alieni usus gratia.

multitudinem — operam sibi in asserenda dignitate tumult. pollicentem. C. 16. ob eximiam adversus Gracchos operam. T. 3. ambos opera ejus occisos. A. 11. cujus opera — convaluerat. A. 59. cujus vel praecipua opera — Bibulum impugnaverat. C. 21. eorum opera. Ter. 5. quorum opera in bello, in otio, in negotio suo quisque tempore usus est. Ter. 2. coll. c. 4. milites gratuitam operam obtulerunt. C. 68. consilium operamque obtulit. Dom. 17.

*operam dare* v. *edere* v. *navare* de *omni genere laboris* s. *studii* dicitur.

opera optimatibus data est, ut sequ. C. 19. dare te operam, ne sequ. A. 86. dabo operam, ut sequ. T. 28. dabis operam, ut valens pervenias ad German. Cal. 8. h. e. *videbis, cavebis, curabis.*

operam dare *dicendi magistro.* C. 4. i. q. *magistrum audire ejusque praecepta exercere.*

dabat assidue *phonasco* operam. A. 84. i. q. *instituendum se dedit phonasco, et studiose eo usus est.* — operam ullam dare *historiae, carminibus, stilo.* Dom. 20.

ut raptim compluribus simul *tonsoribus* operam daret. A. 79. i. q. *vacaret, tonderi se pateretur,* ut *curare* c. inf. v. partic. pass.

*Foro* operam dedit, honestam magis, quam assiduam. Tit. 4.

praemia navatae adversus Gallos et Vind. operae. Galb. 16.

dedit et *matrimonio* operam. Galb. 5. h. e. *etiam uxorem duxit, maritus fuit.*

ob editam in caede Galbae operam. Vit. 10.

saepe *de scenicorum et gladiatorum ministeriis,* s. *artis gladiat.* etc. *exercitio.*

in opera scenae arenaeque edenda. T. 35. ad edendas in scena *operas.* Cal. 58.

qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat. Cal. 27. universum genus *operas* aliquas publico spectaculo praebentium. A. 45. ad scenicas et gladiatorias operas etiam Equi-

tibus Rom. aliquando usus est, A. 43. post editam operam. Ner. 12. nec dubitavit etiam privatis spectaculis operam inter scenicos dare. Ner. 21. elegit, qui — operam navarent cantanti sibi. Ner. 20. h. e. *se adjuvarent accinendo.* nostr. *den Gesang begleiten.*

etiam *de exercenda libidine.* ne cui in opera edenda exemplar imperatae schemae deesset. T. 43.

*operae* de *hominibus ad aliquam operam conductis, Arbeiter.*

manceps operarum. Vesp. 1.

operae campestres. A. 3. i. q. homines, quorum ministerio candidati utebantur ad emenda suffragia et dividendas pecunias.

*Operarii.* Cl. 22.

*Operari.* simpl. nostr. *arbeiten.* quamvis continuis triginta hom. millibus sine intermissione operantibus. Cl. 20.

*Operosus.* ampla et operosa praetoria. A. 72. h. e. *cum multo labore exstructa.*

*Operose.* Lucan. i. q. *cum labore et studio.* Add. *diligenter.*

*Opifices.* Cal. 57.

*Operiri.* v. *Opperiri.*

*Opimus.* opimis cervicibus. Cl. 30.

spolia opima. Cl. 1. *arma a duce hostium duci detracta.*

*Opinio.* occasio, quam minorem opinione offenderat. C. 3. quum opinione tardius cederet. Ner. 33. (h. e. *quam opinatus ipse fuerat.*)

*de eo, quod alii crediderunt, sibi persuaserunt.*

quod quum praeter opinionem evenisset. C. 16. quod accidit opinione falsa. C. 33. contra opinionem (sc. hominum.) Vit. 7. nostr. *wider Vermuthen.*

constans opinio est. C. 50. ut opinio fuit. Cal. 2. constanti et opinione et sermone paene omnium. T. 39.

tenet vicinitatem opinio, tanquam sequ. A. 6. concepta opinione veteri — sed et mox confirmata est. ibid. exiit opinio. Ner. 53. percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio. Vesp. 4. quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Gr. 4. videtur eorum potius sequi opinionem, qui — existiment. A. 88. causa evitandae opinionis, quia videbatur sequ. Ter. 4.

mutatae vestrae de me opinioni. T. 67.

*Opinari.* propalam alium Neronem et opinabantur, et praedicabant. Tit. 6. causas alias fuisse opinantur. C. 30. alii e diverso (sc. *putant*), opinatum (Caesarem) sequ. acc. c. inf. C. 86. (ut emendatius legitur pro vulg. *alii e diverso opinantur* sequ.) hoc minus experiendos casus opinans. C. 60. adulteratam opinatus. C. 6.

nemine gnaro aut opinante, quidnam coepturus esset. Cal. 46. h. e. *suspicante,* Gall. *s'imaginer.*

quantum opinamur. Gr. 2. quo et ipso aucta suspicio est opinantium sequ. T. 23.

*opinor* mediae orationi insertum. Gr. 14.

i. q. *opinionem captam proferre et cum aliis communicare.*

desinant quidam, quaerere ultra aut opinari. C. 66. (*sich und andern einbilden, Vorstellungen machen.*)

unde *opinari de aliquo* i. q. *judicare*. cf. *Existimare*, *Cogitare*.

gravissime de se opinantem. A. 67. h. e. *loquentem*. quod male opinari de Caesare soleret. A. 51. v. Casaub. male de suo munere opinatos. Cal. 27.

quid de eo in utramque partem opinatus sit. Cl. 3.

nec opinantes aggredi. A. 10.

*Opitulari*. v. *Opem*.

*Oportet*. χρή. C. 74. A. 7. 54. T. 31. Cl. 15. non oportere. Vesp. 9. Tit. 8. quae jam nunc sibi componi oportere. Ner. 43.

*Opperiri* i. q. *exspectare*.

jam dudum opperientes. C. 81. successionem opper. T. 25. nuncios. Cal. 6. carnificem. Cl. 34. exitum. Ner. 34. responsa. Vit. 16. ut se — opperirentur. Oth. 6.

*Oppidum*. A. 1. 14. 46. 94. 101. T. 38. 50. Cl. 21. ex Regillis, oppido Sabinorum. T. 1. oppido Ferentino. Oth. 1. Urbe oppidove ullo. A. 53. ubi non *urbi cuivis*, sed *Urbi Romae* opponitur, contra quam etiam *oppida* provinciarum urbes.

oppida. A. 49. 72. T. 38. Ner. 23. duo praecipua oppida. Ner. 39. super viginti oppida. Vesp. 4. Lusitanorum quaedam oppida. C. 54. libera ac foederata oppida. Cal. 3.

*Oppidatim*. A. 59. Galb. 18.

*Oppidani* pugiles catervarii. A. 45. distinguuntur a *legitimis atque ordinariis*.

*Opplere*. formicarum multitudine oppleri. Ner. 46. quum Aedilem eum C. Caesar — luto jussisset oppleri. Vesp. 5.

*Opponere*. urgenti — hosti hinc fratrem cum classe — opposuit. Vit. 15. inter oppositas classes. C. 58.

opposita ad oculos manu. A. 78.

*Opportunus*. dispositis per opportuna loca stationibus. A. 32.

quo opportunissime potuit (die.) Ner. 13.

*Opportunitas*. cujus (provinciae) emolumento et opportunitate. C. 22.

ex opportunitate. T. 17.

*Opprimere*. fauces manu sua oppressit. Cal. 12.

bona oppressorum in Vesevo. Tit. 8. vi pulveris ac favillae oppressus est. Plin. —

post oppressum statim Antonium. A. 28. Sejano hoste tunc suspecto, mox et oppresso. Cal. 12. oppressum Sejanum. Cl. 6. oppressa conjuratione Sejani. T. 65. oppressis, qui novas res moliebantur. Galb. 11. oppressos, qui tumultuarentur. Galb. 19. bellum civ. movit Fur. Camillus — verum intra quintum diem oppressus est. Cl. 13.

unde omnino i. q. *perdere*, *affligere*. pari modo oppressum ferunt App. Silanum. Cl. 37. suspectissimum quemque — oppressit. Tit. 6.

max. *de vi hostili*. Sabinum — in Capit. compulit, succensoque templo — oppressit. Vit. 15.

ab Antonio Pr., advers. partium duce, oppressus est. Vit. 18. Oppio Sabino cons. oppresso. Dom. 6.

militem Gallum ab Equite Rom. oppressum trahi crinibus. Ner. 41. (nostr. *überwältigen*.)

oppressus est — conspiratione. Dom. 14.

*repentino impetu perdere hostem*, nostr. *überfallen*.

oppressus ex improviso a Demochare et Apollophane. A.

16. Hasdrubalem, priusquam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. T. 2.
*Opprobrium.* gravi et perenni opprobrio, et ad omnium convicia exposito. C. 49.
ad opprobrium vitae. C. 59. pro opprobrio sibi prius nomen objici. A. 7.
Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. A. 53.
magis opprobrio legentibus, quam gloriae et fructui esse. Gr. 24.
*Oppugnatio.* circa oppugnationem pontis. C. 64. in oppugnatione castelli. Vesp. 4.
*Opsonium*, quicquid cibi praeter panem et vinum sumitur, ὄψον, ὀψώνιον.
panaria cum opsonio viritim divisit. Cal. 18. nullum non opsonii genus. Ner. 16.
Senatui Equitique panariis, plebei sportellis cum opsonio distributis. Dom. 4.
qui *opsonia contra vetitum* retinerent. C. 43. (h. e. *prohibita.*)
sollemnibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa opsonia apposuit. T. 34.
fumantia opsonia, vel pridiana atque semesa. Vit. 13.
diripiendi pomorum et opsoniorum rerumque missilium. A. 98.
inter profusissimos opsoniorum apparatus. Vit. 10. — ex auro panes et opsonia. Cal. 37.
*Optare.* subitam sibi celeremque (mortem) optaverat. C. 87. identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam — optabat. Cal. 31. vir, quo meliores liberos habere, ne opto quidem. Oth. 1.
ut non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit. T. 23.
ut Reip. subveniret, optantis. Vesp. 6. Recepi cum Ernest. *hortantis.*
reverti se iis tantum, qui optarent. Cal. 49.
*Optimus.* ut optimi status auctor dicar. A. 28.
signum excubanti Trib. dedit optimam matrem. Ner. 9.
Jupiter Optimus Maximus. v. ind. prim. sub voc. *Jupiter.*
Optimus Maximus Caesar. Cal. 22.
*Optimates*, Gr. οἱ ἀγαθοί, οἱ ἄριστοι, Lat. etiam *viri boni.*
optimatium partes. C. 1. adversante optimatium factione. C. 11. impar optimatium conspirationi. C. 15. optimatibus. C. 19. h. e. *ab optimatibus.*
Sullae dictum, optimates saepius admonentis sequ. C. 45.
ad optimates se contulit. A. 10. (*er trat auf die aristocratische Partei.*)
causam optimatium — deseruit. A. 12.
notissimum est, Claudios omnes — optimates assertoresque unicos dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse. T. 2.
tantus optimatum fautor. Gr. 3. Leg. *optimatium* ex usu Suetonii.
*Opulentus.* v. *Opes.*

*Opus.* De *labore ipso*, et *de eo* dicitur, *quod labore effectum est*, ut nostr. *Werk, Arbeit.*

*de labore ipso*: fossas — militari opere detersit. A. 18. h. e. *per milites.*

militem opere assiduo corroboravit. Galb. 6.

fossas novi et immensi operis effecit. Cl. 1. portum operis sumtuosissimi fecit. Ner. 9.

tabulae operis antiqui. C. 47. (nostr. *von alter Arbeit.*) vasc. operis antiqui. C. 81. Vesp. 7.

anulus opere antiquo. Galb. 10.

praetorianos ad inchoandum opus cohortatus est. Ner. 19. ad opus damnari. Ner. 31.

*de iis, quae labore s. opere facta, exstructa sunt*, ut *de munitionibus*, nostr. *Werke.* Pompejum — maximis obsessum operibus. C. 35.

*de aliis rebus magni laboris*, ut *pontibus, fossis, aggeribus* etc., nostr. *Bau, Werk.*

ut Germaniam — alicujus immensi operis fama territaret. Cal. 19. quorum operum — alterum peractum, omissum alterum est. Cal. 21. ad dimetiendum opus. ibid.

in auspicando opere Isthmi. Ner. 37. in opus novi theatri. T. 31. rivum Anienis novi lapideo opere in Urbem perduxit. Cl. 20.

Ita *opera* saepissime *aedificia publica, Baue.* C. 28. A. 29. 31. 46. 100. T. 30. 47. Cal. 21. Cl. 14. 20. Ner. 31. Vesp. 9. Tit. 8. Dom. 5. 12. *cura operum publicorum* (officium ab Augusto excogitatum). A. 37. curam operum publ. administravit. Vit. 5.

opera pistoria. T. 34. (*Backwerk.*)

*opus censorium* i. q. probrum notae censoriae obnoxium. C. 41. v. not. cf. *Gell.* 4, 12. et 14, 7.

*magno opere* h. e. magno studio. A. 8. 17. 27. 92. Ner. 57. Galb. 20. Vit. 3. Gr. 1. Vesp. 21.

*tanto opere.* C. 1. 68. A. 66. Cal. 33. 51. Cl. 1. Ner. 41. Vesp. 2.

*quanto opere.* A. 57. T. 45. Cl. 21. v. Oudend. ad C. 1. Disjunctim scribendum, patet etiam ex:

*omni opere* contendit. Dom. 2.

*opus est* c. ablat. C. 27. quadringenties millies opus esse, Vesp. 16. (omisso per notam brevitatem ablativo.)

*sequ. acc. c. inf.* opus est, dare te operam. A. 86.

*simpl.* quotiescunque opus esset. A. 37.

*Opusculum* de libro. opusculum suum annalium Ennii elenchorum. Gr. 8.

*Ora.* Campaniae ora proximisque insulis circuitis. A. 98. oram Camp. legens. T. 11.

*Oraculum.* Geryonis juxta Patavium. T. 14. Carmeli Dei apud Judaeam. Vesp. 5. Paphiae Veneris. Tit. 5. vicina Urbi oracula etiam disjicere conatus est. T. 63. Culta mulier, cui velut oraculo acquiescebat. Vit. 14.

*Orare* i. q. *rogare.* remove istaec, oro te. C. 49. Deos semper oravi, ut sequ. Cal. 28.

ut maturaret, orantibus. Cal. 49.

orare veniam. A. 15. per genua orare conantem. T. 27. Ostiensibus quiddam publice orantibus. Cl. 40. orantes opem valetudini. Vesp. 7. De hoc dativo v. Oudend.

*aliquem aliquid.* negata — libertate, quam imperium adeptum suppliciter orabat. Vesp. 16.
*c. accus. et inf.* vel Aeg. praefecturam concedi sibi oraret. Ner. 47.
i. q. *agere, dicere.* oravit causas. Cal. 3. in orando. Tit. 3.
*Oratio.* M. Catonis oratio. C. 14. oratio Strabonis Caesaris, quae inscribitur pro Sardis. C. 55.
orationes Caesaris. C. 55. C. Memmii asperrimae orationes. C. 73. orationes Q. Metelli de prole augenda et Rutilii de modo aedificiorum. A. 89. oratio Neronis, qua in Vindicem perorabat. Ner. 46.
meditata et composita oratione loqui. A. 84.
multa varii generis prosa oratione composuit. A. 85. vitae memoriam prosa oratione composuit. Cl. 1. certabant prosa oratione Graece Latineque. Dom. 4. orationis carminisque Latini corona. Ner. 12. epistola prosa oratione. Horat.
in oratione Latina secutus est Corv. Messalam. T. 70.
recitantes — audivit, nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. A. 89.
quum — orationes in Sen. recitaret etiam Quaestoris vice. Tit. 6.
epistolas, orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Dom. 20. quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Gr. 3.
inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione. T. 65. saepe etiam carpsit obliquis orationibus et edictis. Dom. 2.
omni oratione. Cl. 39.
legatis perpetua oratione respondit. Cl. 42.
in *sermone,* vel in *continua oratione.* T. 27.
ornatus orationis. C. 56. (nostr. *Rede, Stil.*)
*Oratiunculae.* Cl. 38.
*Orator.* Cicero ad Brutum, oratores enumerans. C. 55. oratorum quem huic antepones. ibid. Asiatici oratores. A. 86. poetae et oratores semigraeci. Gr. 1. prosperis oratorum actionibus rescribere. Cal. 53. a cognitione veterum oratorum Seneca praeceptor (cum avertit.) Ner. 52. cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione. Pers.
plerique oratorum etiam declamationes ediderunt. Rh. 1.
oratorum ac poetarum certamina. Dom. 4. tunc de oratoribus coronatum. Dom. 13.
*Orbis* solis. A. 95. orbis terrae. C. 61. depictum orbem terrae in membrana. Dom. 10.
orbis terrarum, ἡ οἰκουμένη. C. 7. 28. A. 61. 94. Cal. 11. Ner. 40. Dom. 16.
cinaedus orbem digito temperat. A. 68. (ambiguo dicto, quod ad Gallum referri potest, digito *orbem tympani moderantem*, et Augustum, *orbis terrarum* Principem.)
*Orbus, liberis destitutus.* Quirini consul. praedivitis et orbi. T. 49.
*Orbatus.* utroque filio. T. 39. patre ac viro orbatam. Dom. 22.
Republica Consulibus orbata. A. 11.
orbatus luminibus. Ner. 37. Vesp. 7.
*Orbitas, Kinderlosigkeit.* quibuscunque orbitatem objiceret — patres se probantibus. Cl. 16.

despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem ratus. Galb. 17.

*Orchestra, locus in theatro, ubi sedes Senatorum.* C. 39. suggestus in orchestra. C. 76. v. not.

spectandi in orchestra jus. A. 35. in orch. considere. A. 44. sedere in orch. Cl. 25. (ubi resp. *sedere in Senatu.*) e tribunali posito in orchestra. Cl. 21.

deinde in orchestram Senatumque descendit. Ner. 12. media in orchestra — epulatus. Ner. 20.

libelli in orchestra positi. T. 66.

*Orcini* Senatores. v. ind. prim.

*Ordinare, Ordinatio, Ordinarius.* v. *Ordo.*

*Ordiri.* orsus a pietatis ostentatione. Ner. 9. primus scribere historiam orsus. Rh. 3.

*Ordo*, certa *series*, qua *locus* rebus vel hominibus tribuitur, vel *tempus* agendis designatur, nostr. *Reihe, Reihenfolge, Ordnung.* sic structo literarum ordine. C. 56.

ut, quem ordinem interrogandi sententias Consul Kal. Jan. instituisset, cum toto anno conservaret. C. 21. intravit ordine suo. Ner. 21. h. e. *quum locus et tempus cantandi ad ipsum pervenisset.* praemisso in ordine equo. A. 38. (*in Reihe und Glied.*)

omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus Urbis. C. 84. omnes ordine — salutavit. Ner. 10. (*der Reihe nach.*) Al. *ordines.* — *ex ordine.* Ner. 1. ἴσως. Opp. *vicissim.*

ordo et summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent. C. 54. ordinem rei gestae perferre ad Sen. Cl. 37.

eum vitae ordinem tenuit. T. 18. coll. Vesp. 21. quamvis — nihil ex ordine quotidiano praetermitteret. T. 72. (*Lebensordnung, Lebensweise.*)

ordinem aestivorum duorum. T. 21. (Gr. τάξις.)

*extra ordinem* h. e. *praeter normam vel tempus legibus v. more constitutum.* nostr. *außer der Reihe, außer der Zeit, außer der Ordnung.* (cf. *Extraordinarius.*) C. 9. A. 3. 43. T. 25. 32. Cal. 18. Cl. 6. 23. Vesp. 8. Dom. 8.

non more atque ordine, sed prout libuisset. A. 35.

*cogere, redigere al. in ordinem* pr. i. q. *compescere, coercere* verbis v. factis justos fines excedentem. Cl. 23. 38. Vesp. 15. v. *Cogere* et *Redigere.*

*ordo* i. q. *locus, cuique in theatro certa serie designatus.*

ut — primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. A. 44. maritis e plebe proprios ordines assignavit. ibid.

*quatuordecim ordines,* subsellia Equitum.

in quatuord. ordinibus sedentem. A. 14. Plerumque voc. *ordines* omittitur in hac dictione, ut C. 39. sessum in quatuordecim.

*ordo* i. q. *gradus, quem quis in Rep. obtinet*, nostr. *Rang, Stelle.*

difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi. C. 29.

aliquem cujuslibet ordinis. T. 12. ordinis libertini. Gr. 18.

unde *ordines* tria illa genera, classes civium Romanorum, τάξεις, *Senatorum, Equitum* et *plebis.* nostr. *die drei Stände.*

omnes ordines. A. 41. 57. Ner. 44. (Sed Ner. 10. leg. *omnes ordine — salutavit.* v. not. et Oudend.)

circa omnium ordinum statum. Cl. 22.

prope universis ordinibus offensis. Galb. 16. ceteros ordines. Cal. 26. ex reliquo quoque ordinum genere. C. 27. non sine magno ordinum hominumque dilectu. A. 74. magna jam ordinum frequentia. Ner. 46.

lex de maritandis ordinibus. A. 34. h. e. de matrimoniis civium Rom. omnium ordinum.

*ordo senatorius.* C. 41. 43. A. 35. T. 23. Vit. 1. Dom. 4. Rh. 1. Idem *amplissimus ordo.* v. *Amplus.*

*primi* ordinis viri. Pers.

Saepe *ordo* simpliciter *de Senatu*, ubi res et contextus errorem eximit.

Quintus caruit ordine. Vit. 2. i. q. *modus est ordine Senatorio.*

labantem ordinem. C. 14. is ordo, cujus insigne id esset. A. 94.

eumque ordinem sublaturum quandoque e Rep. Ner. 37. (Praeced. ne reliquis quidem se parsurum *Senatoribus.*)

*ordo equester.* C. 41. A. 2. 63. 100. T. 51. Cal. 15. 17. 30. 49. 53. Cl. 6. 13. Ner. 20. Galb. 10. Vit. 12. Tit. 8. Dom. 4.

*uterque ordo* h. e. senatorius et equester. A. 15. T. 35. Cal. 49. Ner. 11. Galb. 14. Dom. 8. Vesp. 9. ut potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. A. 40. v. Oudend. ad T. 35.

Ita etiam *amplissimi ordines* Senatus atque Eques. Vesp. 9.

sui cujusque ordinis principes. A. 66. multos honesti ordinis. Cal. 27.

*ordines* sc. militum i. q. *centuria*, praesertim *primus pilus.*

ordines ducere. Vesp. 1. i. q. *primipilarem esse.* cf. *Plin.* ep. 6, 25, 3.

quibus ex commendatione Pompeji ordines dederat. C. 75. i. q. *quos Centuriones fecerat.* v. not.

*Ordinarius* i. q. *lege atque ordine ad aliquid constitutus.* cf. *Legitimus* et oppos. *Extraordinarius.*

consulatus ordinarius. Galb. 6. (h. e. *legitimus inde a Kal. Jan.* Opp. *honorarius* Consulum medio anno in aliquot menses suffectorum.) Vit. 2. Dom. 2.

pugiles legitimi atque ordinarii. A. 45. h. e. *ad id certaminis genus legibus artis instituti.* Opp. *catervarii oppidani.* Ita *gladiatores ordinarii Senec.* de benef. 3, 28. et ep. 7.

dispensator ordinarius. Galb. 12. h. e. *a domino ipso ad id officium institutus, ordinatus.* Opp. *vicarius.* v. Gesner. Thesaur.

*jus ordinarium* i. q. *jurisdictio*, quae ad ordinarios magistratus pertinebat. Cl. 15. Opp. *cognitio,* quae est quaestio extraordinaria.

ordinarius apparatus muneris gladiat. Cl. 26. h. e. quicquid ferarum et hominum alias ad munus adhiberi solebat.

*Ordinare* est *ordinem dare alicui rei*, adeoque *constituere, disponere*, vel *turbatum ordinem restituere.* Gr. διατάττειν, κοσμεῖν, ἁρμόζειν, καθιστάναι.

conversus hinc ad ordinandum Reip. statum. C. 40. quum Anton. Orientem ordinandum recepisset. A. 13. electus ad ordinandam provinciam, et intestina dissensione et bar-

barorum tumultu *inquietam*. Galb. 7. De loco C. 18. v. *Ornare.*

spectandi *confusissimum ac solutissimum morem correxit ordinavitque*. A. 44.

ordinare bibliothecas. C. 56. Gr. 21. i. q. *digerere*. C. 44. annum a D. Julio *ordinatum*, sed postea negligentia *conturbatum atque confusum*. A. 31. fastos a se ordinatos. Gr. 17.

donec desideria militum ordinarentur. A. 17. donec circa successorem omnia ordinarentur. Cl. 45. (nostr. *in Ordnung bringen* et barbara voce *reguliren*.)

i. q. *constituere*. comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum Consulem. Vit. 11. equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum leg. Cl. 25. Hisque locis affinia sunt, ubi

*ordinare aliquem* i. q. *instituere*, nostr. *anstellen, verordnen.*

magistratus in plures annos ordinavit. C. 76. equestrem militiam petentes etiam ex commendatione cujusque oppidi ordinabat. A. 46. (dispensatorem) sine mora ordinavit. Vesp. 23. v. post Ernest. ad h. l. Oudend. et Wolf.

*Ordinatio*. anni. A. 31. Sed Ner. 40. leg. *Orientis dominationem*, non *ordinationem*.

ordinatione proxima. Dom. 4. h. e. *constitutione praesidum*, nostr. *bei der nächsten Besetzung der Stellen, Anstellung*. v. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 72, 1.

*Organa* hydraulica. Ner. 41. scenica. Ner. 44.

*Origo*. de ejus ac patris sui utraque origine. C. 6. paternam originem — maternam. Galb. 2. despiciens maternam Aug. originem. A. 4. in memoriam majorum originis. A. 7. Vitelliorum originem alii aliam — tradunt sequ. Vit. 1. originem Flavii generis. Vesp. 12. dissimulata origine. Dom. 12. praesentem conditionem verae origini anteposuit. Gr. 21.

Origines Catonis. A. 86.

*Oriri*. mat. genus ab regibus ortum. C. 6. equestri familia ortum se. A. 2.

majores Oth. orti sunt oppido Ferentino. Oth. 1. regio genere ortam. Ner. 28.

ortum se ab Epidio Nunc. Rh. 4.

mentione ejus orta. T. 13.

*Ortus* solis. Vesp. 5.

*Ornare*. Lares floribus. A. 31. floribus tumulum. Ner. 57.

legio cultu Romano ornata. C. 24. milites habebat tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret. C. 67. ad ornandam Fortunam suam Tusc. Galb. 18.

praemiis — quaestoriis praetoriisque ornamentis ornari. Cl. 28. ubi tamen praeferendum *honorari*, quod vide. — ornari catenis. Ner. 21. (*de Nerone tragoedo*.)

in funere ornando et in memoria honoranda. A. 100.

de ornanda instruendaque Urbe. C. 44. Remp. stabilire primo, deinde et ornare. Vesp. 8. (Al. *exornare*, ut C. 28. „urbes praec. operibus *exornans*" et Ner. 46. „*exornati Lares*" sc. *floribus*. Sed, omisso ablativo nominis, praeferendum simplex *ornare*, ut C. 44. v. Oudend.)

neque *aquila ornari*, neque signa convelli moverique potuerunt. Cl. 13. (quod vel de sordibus detersis, vel de adaptata aquila cuspidi intelligendum, v. not.)

ornandum tollendumque se. A. 12. sc. *laudibus honoribusque.* (*Vell.* 2, 62. *laudandum.*) —

antequam *provinciae ornarentur.* C. 18. h. e. *rebus instruerentur administrandae prov. necessariis, milite, pecunia, commeatu.* v. Clav. Cicer. sub h. v. Al. *ordinarentur*, quod h. l. non valet, quum *ordinatae* h. e. *decretae* jam essent provinciae.

Halotum procuratione amplissima ornavit. Galb. 15.

Icelus — anulis aureis et Marciani cognomine ornatus. Galb. 14.

ipsum pro Apolline ornatum. A. 70.

quis verbis aut ornatior aut elegantior. C. 55.

divisit in plurimos et ornatissimos lacus. Cl. 20.

deprecantibus amicissimis et ornatissimis viris. C. 1.

*Ornatrix.* matris meae liberta et ornatrix fuit. Cl. 40. v. Wouwer. ad *Plaut.* Mostell. 1, 3, 97.

*Ornamentum.* matronae ornamenta sua, quae gerebant (injecere flammae.) C. 84. ornam. Augustarum. Ner. 28. sororum. Cal. 39. — ornamenta pugnantium. Tit. 9. Melius leg. *ferramenta.* v. not. ornam. aedium. T. 26. dona atque ornam. templorum. Vit. 5. praetoriorum. Tit. 8.

*de insignibus alicujus honoris externis sine honore ipso,* nostr. *Auszeichnungen, Ehrenzeichen.*

sufficere illi debere uxoria ornamenta. T. 35. ornam. consularia. C. 76. Cl. 5. 24.

quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari. Cl. 28.

*ornamenta triumphalia*, Gr. τιμαὶ ἐπινίκιοι s. νικητήριοι, ut: supplicationes, appellatio Imperatoris, laurea corona, trabea triumphalis, sceptrum, statua, sacrificia, inde ab A. U. 740. s. ultimo Agrippae triumpho, ducibus decerni solebant a Principibus pro *justo triumpho*, quem sibi reservabant. v. ad A. 38. et loca T. 9. 20. Cl. 1. 17. 24. Ner. 4. 15. Galb. 8. Vesp. 4.

universe *de iis, quae nomen v. gentem alicujus distinguunt, insigniunt.*

adeo nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetivit sequ. Vesp. 12.

*Ornatus.* statuarum tabularumque pictarum ornatu. A. 72.

ornatus triumphalis. Cal. 52.

omni ornatu orationis tanquam veste detracta. C. 56.

*Orsus.* v. *Ordiri.* — *Ortus.* v. *Oriri.*

*Orthographia.* orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodiit. A. 88. (de quo additamento interpretationis v. Ern. et nostr. not. ad h. l., et supra *id est* sub v. *Esse.*)

Verrii libris de orthographia rescripsit Scribonius Aphrodisius. Gr. 19.

*Os.* per vim ore diducto. T. 53. piro — hiatu oris excepto. Cl. 27. spumas, quae per os fluebant. Cal. 1.

obscoenitas oris. T. 45. (ob impudicitiae infandum genus.) flagrabat libidinibus — usque ad infamiam oris. Gr. 23.

de *voce.* pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono. A. 84. titubantia oris prope mutum et elinguem. Vit. 6. cui os ferreum esset. Ner. 2. oris improbi. Gr. 15. os nullum, vel potius pugilis. Gr. 22. h. e. *sermo, eloquentia.*

unde: in ore habere aliquid. C. 30. ore decernentium. C. 88.

*de toto vultu.* ore paulo pleniore. C. 45. commendari se verecundia oris. Dom. 18. ad similitudinem oris sui. Ner. 21.

*Osculum*, pr. nostr. *Mäulchen*, quod tamen vulgaris modo usus est.

quasi Jupiter — ejus osculum delibatum digitis ad os suum retulisset. A. 94. sc. *digitis a pueri ore ad suum admotis.* Obscure et falso interpr. Gall. „*que ce Dieu — les avoit instruit à son sujet du baiser des adorateurs.*"

repente in osculis Liviae defecit. A. 99.

ut consuerat, osculo exceptus (ab Imperatore). Oth. 6. neque adveniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertiit. Ner. 37. osculum, ut assuerat, offerenti manum praebuit. Dom. 12. (Magnae comitatis Principum erat, osculo impertire adeuntes, superbiae, pro osculo manum osculandam praebere. cf. *Osculari.* T. 10. et Cal. 56. v. de hac re Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 24, 2. „*non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis.*") ab amplexu et osculo suo dimisit omnes. Oth. 10.

*jus osculi* (inter cognatos utriusque sexus.) Cl. 26.

in turba osculum sibi ingerentem. Gr. 23. (de *homine impudico.*) artissimis osculis palam exceptum. Galb. 22.

Tiber. quotidiana oscula prohibuit edicto. T. 34. (Si ad morem *Principes osculandi* refers, superbia Tiberii peperit hoc edictum. v. supra. Si quotidiana oscula omnium, amicorum maxime, intelligis, veri simile est, impudicitiam famosam, cui sedes in obscoenis osculis, prohibere voluisse Principem oris ipsum impuri.)

*Osculari.* matri osculanti. C. 13. (in discessu ad comitia.) v. Casaub. et Burm. ad h. l.

eat nunc mater mea, et successorem meum osculetur. Ner. 35.

ne verbo qu. cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu exosculatus. T. 10. Al. *osculatus:* v. Oudend.

agenti gratias osculandam manum offerre. Cal. 56. quod — e convivio egrediens manum sibi osculandi causa apprehendisset. T. 72.

Mnesterem pantom. etiam inter spectacula osculabatur. Cal. 55. (*impudico more.*)

*Osculabundus.* detractum socculum dextrum (Messalinae) inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnunquam osculabundus. Vit. 2.

*Ossa.* quandoque ossa Capyis detecta essent. C. 81.

legenda ossa (Augusti) per sacerdotes summorum collegiorum. A. 100.

ossaque et reliquias, quae inerant, mari mersit. Dom. 8.

belluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur *Gigantum ossa.* A. 72.

ossa oleatum ac palmularum. Cl. 8. i. q. *nuces*, nostr. *Kerne, Steine.*

*Ostendere.* ut — medicus dentem ei ostenderet, tantum quod exemtum. Vesp. 5.

amoveri ocius nec cuiquam ostendi. C. 69. mulieribus ostendi. Cal. 55.

i. q. *manu demonstrare aliquid*, nostr. *auf etwas hinweisen.*
ostendens gladii capulum. A. 26.
i. q. *conspiciendum aliquid dare*, nostr. *zeigen.*
unum omnino — signum alien. mentis ostendit. A. 99. evenit, ut summum numerum jacti ab eo (tali) ostenderent. T. 14.
sermonis — tantam saepe neglig. ostendit. Cl. 40. ut certiorem adhuc indolem ostenderet. Ner. 10. ut summi Principis spem ostenderet. Vit. 10. ut ostendamus nostram sententiam. Rh. 1.
*sequ. acc. c. infin.* ut edicto ostenderet, esse sibi notas. C. 75.
*ostendi*, φαίνεσθαι, *sich zeigen.* nisi quum major spes — ostenderetur. A. 25.
*ostendi* i. q. *adesse et monstrari pro signo et monumento rei.*
ostendebatur ara Octavio consecrata. A. 1. (ut nostr. *man zeigte.*) nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus. A. 6. munera — ostenduntur adhuc. T. 6.
*se ostendere candidatum.* A. 10. i. q. *profiteri.*
i. q. *probare.* quod epistolis ejus ostenditur. C. 26.
i. q. *narrare.* quod factum ei Viennae ostendimus. Vit. 18.
*Ostentare* i. q. *ostendere, monstrare*, nostr. *weisen, zeigen.*
Germanici liberos — ostentavit. A. 34. saepius digitum laevae manus ostentans. C. 33.
quum ei carnifex — laqueos et uncos ostentaret. T. 54. cavam manum ostentans. Vesp. 23.
i. q. *probare*, nostr. *beweisen.*
quasi aequitatem integram ostentans. Cl. 15.
illaesum corpus veste deposita ostentante. Cl. 16.
ostentans, quanta eos — invidia maneret. C. 14. literae ipsius autogr. ostentant sequ. acc. c. inf. A. 87.
*Ostentatio.* orsus hinc a pietatis ostentatione. Ner. 9.
*Ostentum.* C. 32. 77. A. 92. 94. 97. T. 14. 19. 72. Cal. 57. Galb. 4. Vit. 9. Vesp. 5.
Deorum ostenta. C. 32.
*Ostiarius*, θυρωρός. servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse. Rh. 3.
*Ostrea*, genus conchae. T. 42.
*Otium, tempus a negotiis publicis vacuum*, nostr. *Abgezogenheit von Geschäften, Muse.*
ut per otium ac requiem Apollonio Mol. — operam daret. C. 4. abjecta spe dignitatis ad otium concessit. Cl. 5. medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit. Vesp. 4. Cumas transiit, ibique in otio vixit. Gr. 8. ut non temere quis plura in otio scripserit. Plin.
quoties otium esset, alea se oblectabat. Dom. 21.
non tantum otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. T. 28.
quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur. Galb. 9.
*Ovare*, ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσελαύνειν.
ovans ingressus est Urbem. A. 22. Cal. 49. et ovans, et curru Urbem ingressus est. T. 9.
quas ob res ovandi jus et triumphalia ornamenta percepit. Cl. 1.

i. q. *laetari, laetitiam voce et cantu prae se ferre.*
sequentibus currum ovantium ritu plausoribus. Ner. 25.
*Ovatio.* A. Plautio etiam ovationem decrevit. Cl. 24.
triumphos septem, duas ovationes, adepta est (gens Claudia.) T. 1.
*Ovum.* ovum incubanti gallinae subductum nunc sua, nunc ministrarum manu — fovit. T. 14.

## P.

*Pabulum.* equorum greges — comperit pertinacissime pabulo abstinere. C. 81.
*Pacare.* v. *Pax.*
*Pacisci.* ingens praemium pactus. Oth. 2. pactus est lucri partem. Vesp. 23.
exacta pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat. Vesp. 23.
nec unquam de mercedibus pactus. Gr. 7. pepigerunt, bolum quanti emerent. Rh. 1.
salutem sibi et millies HS. a Flavio Sabino pepigit. Vit. 15. cum adversariis pepigit, ut sequ. C. 29. (Utroque loco est *pactionem obtulit.*) (Retuli ad formam *pacisci* perfectum *pepigi*, quod est a *pago*, *pango*, ob significationem. v. Gesner. Thes. sub v. *Pacisci.*)
qui sibi pepigissent sequ. acc. c. inf. C. 23. Melius leg. *recepissent.* v. *Recipere.*
pactus, ut is — pronunciaret. C. 19.
*pactum* pass. pactumque, ut — consurgerent. C. 9. Ita *Cic.* ad Att. 2, 9. „*quae de me pacta sunt.*“ Off. 1, 33. „*pactae sunt induciae.*“
*quo pacto* h. e. *quo modo.* Cal. 26. eo pacto. Cal. 60.
*Pactio.* adversariis negantibus, ullam se de Rep. facturos pactionem. C. 30.
sine pactione gravissimae mercedis. A. 10.
*Pactum* subst. cujus pacti non dubit. a quibusdam jusjur. — exigere. C. 23.
*Paedagogus.* paedagogum ministrosque Caji filii. A. 67.
sub paedagogo fuit. Cl. 2. apud amitam Lep. nutritus est, sub duobus paedagogis, saltatore atque tonsore. Ner. 6.
tristior et paedagogi vultus. Ner. 37. objurgante magistro. Ner. 22. Al. *paedagogo.* v. Oudend.
praetextatis cuneum suum (assignavit) et proximum paedagogis. A. 44.
quosdam cum paedagogis et capsariis uno prandio pariter necatos. Ner. 36.
regebatur trium arbitrio, quos — paedagogos vulgo vocabant. Galb. 14.
*Paedagogium.* ingenuorum paedagogia. Ner. 28. sunt *loca, ubi pueri ingenui ad stuprum instituebantur.* v. not. ad h. l. cf. *Spartian.* Adrian. 2. „fuit in amore Trajani, *nec tamen ei per paedagogos puerorum*, quos Trajanus impensius diligebat, Gallo favente *defuit.*“ Ex h. l. *paedagogia puerorum* possis etiam interpretari *deductionem puerorum ad stuprum,*

ad sensum eadem, ad vim verbi diversa paulo significatione. Interpr. Gall. „*libertinage de Neron avec de jeunes gens de distinction.*“

*Paedicator* Caesaris, Nicomedes. C. 49.

*Paene*, ut rectius scribi quam *pene* ob distinctionem ab ablat. nom. *penis*, jure contendit Reizius in dictatis.

C. 35. 37. 52. 58. 68. A. 6. 14. 16. 94. Gr. 11.

quos — *paene bis* prodidit. T. 6. *paene vixdum* re div. peracta. T. 44.

tempore quidem principatus *paene toto* prope illaesa. T. 68. ubi *prope*, quod deest in nonnullis libris, male supervacuum videtur Burmanno. *Paene* pertinet ad: *tempore toto*, et *prope* ad *illaesa*, et suam quodque vim obtinet.

*paene ut* — contingeretur. Ner. 6.

*Paenula*, pallii genus, quod tunicae superinduebatur. v. *Turneb.* Advers. 28, 12., et Salmas. ad *Spartian.* Adrian. 3.

saepe depictas gemmatasque indutus paenulas. Cal. 52.

ut erat nudo pede atque tunicatus, paenulam obsoleti coloris superinduit. Ner. 48. divulsa sentibus paenula. ibid. paenula ad vulnus apposita. Ner. 49.

ut manus paenulis continerent. Galb. 6.

*Pagani.* v. *Pagus.*

*Pagina.* epistolae quoque ejus ad Sen. exstant, quas primus videtur ad paginas et formam memor. libelli convertisse. C. 56.

*Pagus*, ager plures vicos continens, nostr. *Gau*, Gall. *Canton.* pagus Thurinus. A. 2.

*Pagani*, qui non sunt milites. v. not. ad A. 27. et Gesner. in Thes.

concionante se, admissa turba paganorum, apud milites. A. 27. dimota paganorum turba. Galb. 19.

*Palam* i. q. *manifeste*, *aperte*, oppon. *clam.* Scheid. ad *Sanct.* Minerv. p. 234. deducit a Gr. *πάλη*, *excussio* atque adeo *expositio*, ut sit *κατὰ πάλην*, ut Hebr. נֶגֶד et לְנֶגֶד.

his plane palam — dicebat. C. 27. nostr. *ganz offen, gerad heraus.*

palam nec dissimulanter. T. 21. palamque jam et vulgo. T. 43.

palam minari. C. 24. palam profiteri. C. 72. palam queri. Cal. 31.

palam se ferebant. A. 32. h. e. *in conspectu hominum apparebant, grassabantur.*

*palam facere aliquid*, nostr. *bekannt machen.* T. 22. ut demum, fato functum, palam factum est. Cal. 6. ut de Claudio palam factum est. Ner. 8.

quum palam esset, sequ. acc. et inf. T. 31.

quum jam — palam heres nuncuparetur. Cal. 38.

nulla dissimulandi cura ad majora palam erupit. Ner. 27.

*Palla*, pallium muliebre. Cal. 51.

*Pallaca*, Gr. *παλλακή*, *pellex*, *concubina.* Vesp. 21.

*Pallium*, vestimentum Graecum, *ἱμάτιον*, *τριβώνιον.*

redegit se, deposito patrio habitu, ad pallium et crepidas. T. 13. cf. *Liv.* 29, 19.

inter varia munuscula togas insuper ac pallia distribuit. A. 98.

decubuit super lectum — vetere pallio strato instructum. Ner. 48.

*Palliatus.* togatumne an palliatum dicere causam oporteret. Cl. 15.

palliati i. q. *Graeci.* C. 48. — habitu sedentis ac palliati. Gr. 9.

*Palliolatus, palliolo* h. e. *capitis tegmine,* quale aegroti et meretrices gestabant, contra tempestatis injuriam munitus. Cl. 2. v. not. Miror, Gesnerum in Thesauro *pallio indutum* interpretari.

*Palma,* cava manus. dispansam dextrae manus palmam. Dom. 19.

*Palma* arbor. arborem palmae repertam. A. 94. enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam. A. 92.

*signum victoriae.* more victorum cum palma discucurrit. Cal. 32.

ut — in praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. Ner. 5. h. e. *praemiis victoriae.* velle se palmarum numerum ampliare. Ner. 22. (auctis certaminibus adeoque praemiorum numero.)

*Palmulae,* dactyli palmae. A. 76. v. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 927.

palmularum ossa. Cl. 8.

*Palmata* vestis i. q. *tunica triumphalis.* Cl. 17.

*Palpitare.* semianimes palpitantesque in carcerem rapti. T. 61.

*Paludamentum,* vestimentum, insigne imperatorum. C. 64. A. 10. v. Gronov., Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 41, 10.

*Paludatus* h. e. *paludamento indutus.* iter ingressus est paludatus. Galb. 11.

Urbem ad classicum introiit paludatus. Vit. 11.

praesedit paludatus (ludo, qui simulacrum expugnationis oppidi exhibebat.) Cl. 21.

*Paludes* Pomptinae. C. 44.

*Palumbus,* columbae genus, et gladiatoris nomen, unde frigidus Claudii jocus. Cl. 21.

*Panaria.* v. *Panis.*

*Pangere* (Gr. πήγω s. πάγω, πηγνύω, πήγνυμι) i. q. *instituere, plantare.* quum pangi ramulum placuisset. Galb. 1. (Altera significatio, qua est *constituere aliquid cum aliquo,* pertinet ad cognatam formam *Pacisci,* ubi vide.)

*Panis.* C. 48. A. 76. 77. 94. Cal. 39.

viso genere panis ex herba, quo sustinebantur (milites Caesaris.) C. 68.

secundarius panis. A. 76. sordidus. Ner. 48. fragmina panis. Cl. 18.

ex auro panes et opsonia convivis Calig. apposuit. Cal. 37.

faciem rasitare et pane madido linere. Oth. 12.

*Panaria,* *canistra pane plena* inter dona Imperatorum s. missilia. Cal. 18. Dom. 4.

*Panificia,* *placentulae pani similes,* (*Gebäck.*) Vesp. 7. (*Cels.* 2, 18. „quae ex frumentis panificia sunt.") h. l. intellige πόπανα, Serapidi et Osiridi offerri solita. v. Ruperti ad *Juvenal.* 6, 540.

*Pannus.* duas gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Dom. 7. h. e. *vestis.* v. *Factio.*

*panni*, Gr. ῥάκη, *Lumpen*. pannis obsitum vicatim circumduci. Cal. 35.
*Pantomimi*, saltatores scenici, qui motu gestuque personarum actiones exhibebant. v. *Mariscott*. de personis et larvis c. 2, et Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 46, 1.
Hylas et Pylades pantomimi. A. 45. Mnester pantom. Cal. 36. 55 57. Paris. Dom. 10.
pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatae. Ner. 16.
seditiones pantomimorum. Ner. 26. h. e. turbae, quas inter diversos fautores in theatro excitabant pantomimi.
*Papilla*. quasi infantes — inguini ceu papillae admoveret. T. 44. in digressu papillas quoque exosculatus. Ner. 34.
de *viro*. uno se trajecit ictu infra laevam papillam. Oth. 11.
*Par*. pari festinatione. C. 18. pari severitate atque indulgentia. C. 65. parem gratiam referre. C. 72. A. 12. ut — par periculum poenae subiret. A. 32. quibus ostentis par respondit exitus. Vit. 9. ipsum quoque paria meruisse. Cal. 30. ex iis, qui pari lege damnati erant. Ner. 3. h. e. *eadem*. pari modo. Cl. 37.
alius infans nomine pari. Cal. 8. — *par* alicui sc. *viribus*, nostr. *gewachsen*. Dom. 10.
*par impar*, lusus puerorum. A. 71.
*par* substant., *ein Paar*. pugilum par. A. 44. quum par quoddam mutuis ictibus concidisset. Cl. 34. aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. C. 10. paribus gladiatorum ad certum numerum redactis. T. 34. si qua paria longius recessissent. Ner. 53. bina paria e suo ludo. Dom. 4. — par oculorum. Rh. 5.
*Pariter*. saepe in *cunctos pariter* Senatores — invectus est. Cal. 30. secum *omnes pariter* abduceret. Tit. 5. quosdam *cum* paedagogis — uno prandio *pariter* necatos. Cl. 36. prolata sinistra *pariter cum* vulgo. Cl. 21.
e plebe quidam — item alius — sedentem pro tribunali pariter adierunt. Vesp. 7. h. e. *eodem tempore*.
statuas equ. — fractis repente cruribus pariter corruerunt. Vit. 9.
*Paralysis*, morbi genus, quo membra resolvuntur. Vit. 3. v. *Cels*. 5, 27.
*Paraphrases*. Gr. 4.
*Parapsis* leguminis. Galb. 12. ubi al. *paropsidem*. v. Oudend.
*Parare*. Aem. Paulum C.que Curionem — ingenti mercede defensores paravit. C. 29. par. expeditionem. Ner. 19. alicui necem. Oth. 1. metu judicii, quod privato parabatur. C. 18. parabatur et in noctem spectaculum. Cal. 57. tabernae parabantur. Ner. 27. ubi v. not.
ut comperit *paratos*, *qui* vi ac per arma prohiberent. C. 16.
dum voluit, alios habere *parata*, *unde* sumerent. C. 56. forensia — intra cubiculum habuit, *ad* subitos repentinosque casus parata. A. 73. conscriptis paratisque jam tabulis. A. 97.
paratum *ad* scelus venenum. Vit. 6. *in* omne obsequium paratos. Galb. 19.
*c. infin.* paratus et ulcisci. Dom. 23. —
exercitus paratus intentusque momentis omnibus. C. 65.

quum utroque sermone nostro sis paratus. Cl. 42. i. q. *promtus*, nostr. *fertig*, *Fertigkeit haben*. Al. *peritus*. v. Oudend. et voc. *Peritus*.

*Parasitica* mensa. Hor.

*Parastichis*. Gr. 6. h. e. series vocum per plures deinceps versus, quarum primae literae nomen efficiunt. v. *Gell.* 14, 6.

*Parcere*. parceret arteriis. Ner. 25. teque rogo, ut parcas tibi. T. 21.

ut civibus parceretur. C. 75. ne cui parceretur. A. 27. vix ulli pepercit. Vit. 14. neque tormentis neque supplicio cujusdam pepercit. T. 62. ne reliquis qu. nepotibus parsurus creditur. ibid. nec populo aut moenibus patriae pepercit. Ner. 38. pudicitiae neque suae neque alienae pepercit. Cal. 36. nec parcente conviciis (populo). Ner. 35. h. e. *non abstinente*, s. *large*, ἀφειδῶς, *convicia ingerente*.

parcetis oculis vestris. Dom. 11. h. e. *non offendetis oculos ingrato aspectu*.

*parsisse*. latrones quondam sibi — parsisse. Gr. 23.

*Parcus* i. q. *moderatus*, *sibi temperans in al. re.*

in semet augendo parcus. Cl. 12. nec parcior in bell. virtute honoranda. A. 38.

c. *gen.* pecuniae parcus. T. 46. parcissimus vini. C. 53. A. 77. (ἐγκρατής.)

*parcior* et *negligentior* opponuntur Galb. 14.

*Parce*. parce neque pro liberalitate sua. C. 38. si parcius — quis se prosecutus fuisset. A. 66. prout quisque se *magis parciusve* laudasset. Ner. 25.

ut — parcius aetatulae indulgeret. Cl. 16.

parcissime. A. 25. 40.

*Parcimonia* s. *Parsimonia*. instrumenti ejus et supellectilis parcimonia. A. 73. ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret. T. 34.

*Parĕre*. Atia prius quam pareret. A. 94. quum mula pepererit. Galb. 4.

i. q. *acquirere*, *comparare*. male partis optime usus est. Vesp. 16.

terra marique pace parta. A. 22.

*Partus*. hora partus. A. 94. per tres Vespasiae partus. Vesp. 5. amissa Junia ex partu. Cal. 12. mulae partus. Galb. 5. qualiscunque partus. Cal. 8.

i. q. *proles ipsa*. partus conjugum expositi. Cal. 5.

*Parturire*. regem populo Rom. naturam parturire. A. 94.

*Parens*. terra, quae omnium parens haberetur. C. 7.

non *parentem patriae* appellari passus est (Liviam). T. 50.

et *mascul.* columnam — statuit scripsitque: *parenti patriae* (de Caesare.) C. 85.

*parens* pro *patre*. ne obtrectare parentis gloriae videretur (patris Claudii.) Ner. 18.

pro *matre*. si superstes parenti exstitisset. Vit. 14.

parentes. T. 6. Cal. 27. Cl. 26. Vit. 2. Gr. 9. 16. De voc. *parens* ab absoleto *paro*, *parere* v. Scheid. ad Sanct. p. 99.

*Parēre*. i. q. *obedire*. decimam legionem contumacius parentem. A. 24.

i. q. *apparere*, φαίνεσθαι. omnium victimarum jocinora replicata — paruerunt. A. 95. Al. *patuerunt*, quod minime qua-

drat. v. Oudend. abunde arbitror parere. Cal. 8. quantum postea eventu paruit. Vesp. 4. Ita *parebant* legendum puto pro *parabantur* Ner. 27. v. not. ad h. l.

*Paries* Ner. 48. Cal. 59. Dom. 14. Gr. 17.

*Parmularius* pr. *Threx*, quoniam Threces *parmula* utebantur in pugna. De *fautore Threcis* dixit Domitianus. Dom. 10. v. Gesner. in Thes. sub h. v.

*Parricidia*. parricidas bonis omnibus — multavit. C. 42. Sine dubio h. l. *parricidae* ex vetere linguae usu sunt, *qui civem pacis tempore interfecerant*, ut in lege Numae: „*si quis hominem liberum dolo sciens morti duit*, *parricida esto*." Loquitur enim auctor de poenis *facinorum*. Etiam interpr. Gall. vertit: *l'assasin d'un homme libre*, et bene hanc interpretationem subjuncta nota asseruit. —

*parricidia*, qui *Principem* interfecit, ut *Patrem patriae*. Senatum quasi parricidam. Cl. 12.

*parricida* de *matricida*. apud parricidam Principem (Neronem.) Lucan.

*parricidae* omnino qui *parentes interfecerunt*. poenas parricidarum repraesentabat exigebatque coram. Cl. 34. *Culleo insutus* docet *Senec*. de clement. 1, 23.

*Parricidium*. manifesti parricidi reum, *ne culeo insueretur*, quod *non nisi confessi afficiuntur hac poena* sequ. A. 33. (De *lege Pompeja* v. not. ad h. l.)

etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio. Cal. 12.

interemit, insimulatum insuper parricidii. Vit. 6.

junxit *parricidio matris* amitae necem. Ner. 34.

*parricidia* omnino *caedes consanguineorum*. parricidia et caedes. T. 66. parricidia et caedes a Claudio exorsus est. Ner. 33.

*parricidium* nominatae Idus Martiae ob caedem Caesaris, Patris Patriae. C. 88. v. *Ovid*. Fast. 3, 697. sequ.

*Pars*. inferior corporis. C. 82. domus. A. 5. 29. muri. A. 94. oppidi. A. 1. Urbis. A. 70.

pars vestis et capilli. T. 6. reliqua pars e Caesaris nomine. A. 97.

in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat. A. 43. in parte primori (assidebat.) T. 33. prospicere ex superiore parte. Cal. 50. a parte dextra. Vit. 9.

transeuntem eum in alteram partem. T. 31. (de *discessione Senatus*.) unde: in utramque partem opinari. Cl. 3.

in ima parte Palatii. T. 54. in ceteris partibus (domus aur.) Ner. 31. relicta, ubi plurimum, dimidia parte. Dom. 7.

pars apparatus. C. 10. mercedum. C. 20. praedae. C. 70. lucri. Vesp. 23. poenarum. A. 54.

quarta pars crediti. C. 42. parricidas — bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit. ibid. heredes ex parte dimidia et sextante — ex parte tertia — ex partibus reliquis. A. 101. cf. T. 23. Cl. 4. 6. Ner. 6. aequis partibus. T. 76.

partem rei famil. in pecunia habere. T. 49. partes hereditatum. A. 66. —

quodammodo pro parte aliqua. A. 46. v. not. aut omnia, aut ex maxima parte. A. 78. multis partibus pauciores. C. 68. minus tertia parte. C. 42.

proposita vitae ejus velut *summa*, *partes singillatim* — exsequar. A. 9.

partes i. q. *portio cibi.* Cal. 18. partibus de coena dignatus est. Dom. 11.

membra partesque imperii. A. 48.

in ceteris partibus vitae. A. 72. omni parte vitae. Ner. 5. totum ex parte magna principatum. Cl. 25.

ab extrema parte versuum. A. 87. reliquam partem (cantici) retulerunt. Galb. 13. —

quoque plures partem administrandae Reip. caperent. A. 37. ne quam partem curamve Reip. attingeret. T. 13.

unde *partes* sunt *id*, *quod agendum*, *administrandum in aliquo negotio alicui datum est*, pr. *de personis*, *quas histriones agunt.*

divisis partibus. C. 80. (h. e. *negotiis in patranda caede* inter singulos conspiratos distributis. Nostr. *die Rollen vertheilen.*) coll. Cl. 37. qui primas partes susceperat. C. 82. primas sibi partes Cassius depoposcit. Cal. 56.

pr. *de scena.* ludis — ex utroque ordine et sexu plerique ludicras partes sustinuerunt. Ner. 11.

*de oratore.* suscepit eas partes. Rh. 6. h. e. *negotium dicendi.*

*de negotiis publicis et loco, quem dant in civitate.*

summas sibi partes — vindicantem. A. 16. aequas potentiae partes sibi vind. T. 50.

partes sibi, quas Sen. liberet, tuendas in Rep. depoposcit. T. 25.

*pars de numero*, vel hominum, vel rerum. magna pars hominum. Oth. 12.

per partem Tribunorum. C. 11. parte magna Senatus. C. 27. quum partem reliquam copiarum continenti repeteret. A. 16. cum parte equitum praetor. Cal. 45.

partem servitiorum. A. 42. parte Liburn. demersa. A. 17. triremes magna ex parte. Cal. 47.

de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia — pro parte altera. C. 41.

*pars — pars.* C. 84. milites, pars victoriae fiducia, pars ignom. dolore — processerant. Vesp. 8.

pars — pars — nonnulli. C. 89. pars — pars — alii. T. 75.

*pars c. plurali verbi.* T. 75. magna pars rutila barba fuerunt. Ner. 1. pars in absentis, pars in praesentis Vespasiani verba jurarunt. Vit. 15.

*pars* et *partes de factione civili* vel *oppositis hostibus.*

pars adversa. C. 63. 75. Dom. 10. dux adversarum partium. Vit. 18.

diversarum partium habebatur. C. 1. optimatium partes. ibid. quot et quos diversarum partium sequ. A. 51. adversarum Augusto partium fuerat. T. 6.

conjurandi pro partibus suis. A. 17. Pompejanarum partium Centurio. Vesp. 1.

medios et neutrius partis. C. 75. assiduo inter utrasque partes usu. C. 75.

etiam *de adversariis in contentione eruditorum v. lite*, quasi studiosiorem partis adversae. T. 11. diversae partis advocatus. Gr. 9.

*partes simplic. de partibus adversariis.* v. not. ad A. 12.

reliquias partium in Africa refoventes. C. 35. ceteros — consentire pro partibus. A. 12. ubi qui vim verbi non ceperunt, correxerunt: *Patribus*, prorsus inepte.
solus permansit in partibus. T. 4. veterem partium fortunam. T. 57.
profligatis partibus. Ner. 3. victis partibus. Horat.
*Partim* — *partim*. partim ductu, partim auspiciis suis. A. 21.
i. q. *alii*, *alii*. nec tamen desunt, qui partim antecedente anno — partim insequente genitum eum scribant. T. 5. citati — partim se domi vulneraverunt — partim in media Curia venenum hauserunt. T. 61.
acclamante populo: feliciter, partim — partim. Cl. 7. h. e. *aliis* — *aliis*.
partim tergiversantibus, partim aperte detrectantibus. Ner. 47.
originem *alii aliam*, et quidem *diversissimam*, *partim* — *partim*. Vit. 1.
Germ. *liberos*, receptos *partim* ad se, *partim* in patris gremium. A. 34. h. e. *alios* ad se, *alios* in patris gremium.
*hos* — *partim* subjici ac venire imperavit, *partim* — avehi. Tit. 8.
*haec partim* — *partim etiam* sequ. Ner. 19.
*Particeps*. omnium consiliorum secretorumque. Oth. 3. ac si conscius et particeps foret. Oth. 6. in quadam conjuratione quasi participes nominati. Cal. 56. participem atque etiam tutorem imperii agere. Tit. 6. relictum se participem imperii. Dom. 2.
socios expeditionum et participes victoriarum suarum. A. 25. comites et participes victoriae. Cal. 45. participibus victoriae. Vesp. 8.
*Partiri*. partitus est copias. Vit. 9. — comitia cum populo partitus est. C. 41.
*pass*. partitis post victoriam officiis. A. 13.
*Partus*, *Parturire*. v. *Parĕre*.
*Parum*. parum secunda fama. A. 3. ut parum salubrem. T. 2. parum modeste fecisse eum. A. 64. parum tempestive. Cl. 38. hoc consilio — parum celato. Ner. 34. si automatum — parum cessisset. Cl. 34.
parum diligenter parumque integra veritate. C. 56.
tanquam parum esset non obedire. Cal. 29. (nostr. *zu wenig*.) quasi parum esset, sine responso abegisse. Vesp. 8. quasi parum reprehenderetur, quod sequ. Cl. 39. (*Plin*. Paneg. 60, 1. „*parum est*, *ut* sequ." *Liv*. 7, 30. „*parum fuit*, *quod* sequ." l. 42, 3. „templum — violare *parum habuisse*, nisi sequ.")
*Parumper*. h. e. *per* v. *ad aliquod tempus*. T. 73. Galb. 19. Vesp. 6.
parumper commoratus, *dum* — pararetur. Ner. 48.
*Parvus*. aetate parvi. A. 48. cf. *Grandis*.
*Parvulus*. parvulum etiam tum. Cl. 27. cujus filios, etiam tum parvulos. Dom. 15. parvulum navigium. C. 58. parvuli cultelli. Cl. 34.
in parvulis rebus. Galb. 7.
parvula molientium opera. Ner. 31.

*Pascere.* cohortes — decimatas hordeo pavit. A. 24. h. e. *hordeum pro cibariis dedit.*
sineret se plebeculam pascere. Vesp. 18.
velle se pascere oculos. Vit. 14.
*pasci* med. non pascentibus pullis. T. 2. (Partic. praes. pass. v. potius medii, ut *vehens, praetervehens, transvehens,* quae vide.)
*Pascua.* rura, arvis atque vinetis, et pascuis silvisque varia. Ner. 31.
*Passim* h. e. *per varios locos sine lege atque ordine, dispersim.*
licentiam omnem passim lasciviendi permittebat. C. 67. passim vagantibus. Ner. 16. —
in silvis ac nemor. passim Ven. locos commentus est. T. 43. et imagines aureas coli passim. T. 65. passim victimae caesae. Ner. 25. vinum passim divisit. Vit. 10.
passim cum luminibus et victimis in Capit. concursum est. Cal. 6.
ut passim ac propalam contemtui esset. Cl. 15. h. e. *ubique, apud omnes sine discrimine,* et *propalam* h. e. *sine dissimulatione, aperte.*
*Passus,* mensura pedum quinque. *Stadium* est 125 passuum s. 625. pedum. v. *Plin.* H. N. 2, 23. C. 25. 57. 64. Cal. 19. Cl. 20. Galb. 6.
*Pastor.* pastores. C. 32. neve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. C. 42. v. not.
boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. T. 32.
*Patefacere.* v. *Patere.*
*Pater.* ex qua jam pater erat. A. 63. maritos, *patres* — se probantibus. Cl. 16. Opp. *orbitas.*
nomini proprio add. *pater*, ut quis distinguatur a *juvene* ejusdem nominis. cf. *Juvenis.*
C. Curio pater. C. 9. a Curionibus patre et filio. C. 50. C. Octavius pater. A. 3. 94.
patrem Paulum. A. 16. Silius pater. A. 71. *pater Caesar* distingu. ab Augusto. A. 17. 45.
*paterfamilias.* Dom. 10. nec quicquam postea pro patrefam. egit. T. 15.
nonnulli patrum familiarum. A. 59. patresfamiliarum notos. Cal. 26.
*pater exercituum,* cognomen Caligulae. Cal. 22.
cognomen *Patris patriae.* C. 76. v. not. cf. *Parens.* Patris patriae cognomen Augusto a plebe et Senatu delatum. A. 58. a Tiberio recusatum. T. 26. 67. item a Nerone propter aetatem. Ner. 8.
*Patres* i. q. *Senatores.* C. 16. 19. 22. 34. A. 44. 53. T. 71. Cl. 25. 46. al.
a *Patribus* ad *plebem* transire. C. 20. h. e. *a patriciis in plebem,* antiquo adhuc sensu, ubi Senatores non erant nisi patricii. gens a Patribus in patricias cooptata. T. 2.
causa *plebi* fuit secedendi rursus a *Patribus.* T. 2. v. *Patricius.*
Patres conscripti. C. 78. A. 5. 58. T. 30. 65. 67.
A. 12. non leg. *consentire pro Patribus*, sed *pro partibus.* v. *Partes.*
*Paternus.* paternum genus. C. 6. T. 3. cognomine pa-

terno. Tit. 1. paterna patrimonia. A. 101. ultio paterna h. e. patris. A. 29.

*Patrius.* patria onera. Cal. 42.

*Patria.* spreto patriae more. C. 76. salva Roma, salva patria. Cal. 6.

restitutus in patriam. Ner. 3. German. cohortem — remisit in patriam. Galb. 12.

traditur — refugisse in patriam. Gr. 15.

nec populo aut moenibus patriae pepercit. Ner. 38. h. e. *urbis patriae.*

Pater patriae. v. *Pater.*

*Patricii* pr. *progenies primorum Patrum s. Senatorum,* (v. *Liv.* 1, 8.) *nobiles* genere, non dignitate. Non iidem *Senatores,* quum honores aditum ad Curiam darent etiam plebejis, ex quo communicati ii fuerant cum plebe. ea gens (Octavia) a Tarquinio Pr. rege inter Rom. gentes allecta, mox a Serv. Tullio in *patricias transducta,* procedente tempore *ad plebem se contulit,* magno intervallo per D. Julium *in patriciatum rediit.* A. 2.

patricia gens Claudia. T. 1. a Patribus in patricias cooptata. ibid.

optimates assertoresque — dignitatis ac potentiae patriciorum. T. 2.

adolescens patricii generis. A. 5. duos patricii generis. Tit. 9.

patricius, necdum Senator. A. 10. v. not.

patricios allegit. C. 41. h. e. *novis gentibus patriciatum s. nobilitatem dedit,* distingu. *Senatum supplevit.* cf. A. 2. supra cit. Ner. 1. Oth. 1. Vit. 1.

*Patriciatus.* A. 2. v. supra.

*Patrimonium, bona a patre in filium hereditate tradita.* cum duobus paternis patrimoniis ceterisque hereditatibus. A. 101. exutum patrimonio. Gr. 11.

unde omnino i. q. *res familiaris,* nostr. *Vermögen.*

abundante patrimonio. A. 2. attrito patrimonio. A. 40. quod integris patrimoniis exsulabant. C. 42. ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent. T. 48. Menecraten cithar. et Spiculum mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis aedibusque donavit. Ner. 30.

*Patruus,* patris frater. Cl. 9. Dom. 10.

*Patruelis.* Patrueles dicuntur, quorum patres sunt fratres. Dom. 10. 15. fratri patrueli suo. C. 29.

*Patere.* de *finibus regionis* i. q. *extendi,* nostr. *sich erstrecken.* C. 25. T. 26.

i. q. *apertum esse,* nostr. *offen stehen.* in serum usque patente cubiculo. Oth. 11.

i. q. *aperiri, sich öffnen.* quum primum a somno patuissent (oculi). T. 68.

subito cubiculi fores sponte patuerunt. C. 81. quum inter cetera prodigia Mausoleum derepente patuisset. Vesp. 23. — Saepius confunduntur *patere* et *parere.* v. *Parēre.*

*patentissimus* locus i. q. *amplus, late patens.* Cal. 42. Cl. 32.

*Patefacere.* portas advenienti. C. 54. sponte foribus patefactis. Ner. 46. patefacta interiore animi sui nota. T. 54.

*Pati.* cladem. C. 36. quae ipse pateretur. Cal. 10.

quicquam amplius pati. T. 45. (per euphemismum *de stupro.*) v. not. ejulatus vim patientium virginum imitatus. Ner. 29.

*sequ. acc. c. inf.* i. q. *sinere, concedere,* nostr. *leiden, dulden, zugeben.*

alios ad honorem pati pervenire. C. 23. neque — gubernatorem cedere adversae tempestati passus est. C. 58. quam — filium natum appellare nomine suo passus est. C. 50. cf. A. 43. 49. 51. 53. T. 38. quod se — passus esset evadere. T. 20. natalem — vix unius bigae adject. honorari passus est. T. 26. armatos — jurare in nomen suum passus est. Cl. 10.

testem se — interrogari et refelli, aequissimo animo patiebatur. A. 56. se facilius passurum, fisco detrahi aliquid, quam civit. Rom. vulgari honorem. A. 40.

si est passurus, se ab Silani filio — admoneri. Cl. 4.

*c. simpl. accus.* facile id sane Tiberio patiente. Cal. 11. h. e. *permittente.*

*Patiens.* laboris ultra fidem patiens erat. C. 57. solis ne hiberni qu. patiens. A. 82. ne paululum qu. morae patiens. Cal. 38.

nec patientem sessoris alterius (equum). C. 61.

adversus convicia malosque rumores — firmus ac patiens. T. 28.

*Patienter.* nihil eum patientius quam maledicta et convicia hom. tulisse. Ner. 39.

*Patientia, constantia in tolerandis laboribus et aerumnis,* καρτερία, ὑπομονή.

ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. C. 68.

i. q. *tranquillitas animi in tolerandis, quae displicent,* ὑπομονή.

desideravit — M. Agrippae patientiam. A. 66. ut quidam patientiam rumperent. T. 24. h. e. *tacite tolerare rem amplius non possent.*

unde i. q. *indulgentia,* nostr. *Geduld, Nachsicht.*

adeo causidicos patientia ejus solitos abuti. Cl. 15. quo contemtius abuteretur patientia hominum. Dom. 11.

*Patina.* dedicatio patinae, quam — clipeum Minervae Πολιούχου dictitabat. Vit. 13.

*Patinarius.* aliis incendiarium et patinarium vociferantibus. Vit. 17.

*Patrius, Patricius, Patrimonium.* v. *Pater.*

*Patronus, qui defendit, tuetur dignitate et potentia inferiorem.*

oppon. *liberto,* ubi est i. q. *manumissor.* prout domino patronove gratus quis esset. C. 27.

patronus dominusque non minus severus, quam facilis et clemens. A. 67. (ubi *patronus libertos, dominus servos* respicit.) Add. A. 27. Cal. 16. Cl. 25. 37. 40. Dom. 14. Gr. 15. 16. 20.

*qui causam alicujus agit in judicio, advocatus.*

haud dubie principibus patronis annumeratus est. C. 55. celeberrimi patroni. Ner. 7. sua voce — ac sine patrono. Cl. 16. cf. Gr. 4. Rh. 3.

i. q. *princeps legationis,* qui verba facit pro reliquis.

equ. ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit. Cl. 6.

*patronus Senatus* dictus est Drusus. T. 3. eodem modo, quo urbes, populi, provinciae nobiles Romanos patronos sibi legere solebant. cf. *Clientela* et *Tutela*.

*Patrocinium*, defensio alicujus hominis vel causae.

quasi plane defensione ac patrocinio res egeret. C. 52. v. not.

cautum, ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem darent. Ner. 17. v. *de lege Cincia* not. ad h. l.

*Patruelis*, *Patruus* v. sub voc. *Pater*.

*Pauci*. in alteram partem, in qua pauciores erant. T. 31. multis partibus ipsi pauciores. C. 68. aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. C. 10.

paucissimis comitibus. A. 8. paucissimis horis. A. 27.

*Pauculus*. qui nund. die pauculas uncias venderet. Ner. 32.

*Paulum*. paulum constitit. C. 31. (de *tempore*.) si paulum subbibisset. Ner. 20.

*de loco*. paulum infra jugulum. C. 82.

*Paulo* ablat. nostr. *um ein weniges*. paulo deflectere. A. 93. Oudend. restituit *paulum*, sed illud aeque potest ferri. Vide tamen ejus not. ad h. l. et quos laudavit.

ore paulo pleniore. C. 45.

paulo post. A. 94. paulo serius. T. 52. paulo ante. C. 21. paulo prius. Cal. 57.

*paulo minus* i. q. *fere*, *paene*, Gr. ὀλίγου δεῖν, nostr. *um wenig* h. e. *beinahe*.

quod *paulo minus* utrumque evenit. T. 39. *paulo minus* quatuordecim annos. Ner. 40.

civilem admodum — ac *paulo minus quam* privatum egit. T. 26.

*Plin.* ep. 7, 24, 1. „*paulo minus* octogesimo aetatis anno decessit." Paneg. 28, 4. „*paulo minus* quinque millia ingenuorum fuerunt." In sententia interrogativa est *quanto minus quam*. *Plin.* Paneg. 61, 7. ubi v. Schwarz. et Ernest.

*Paululum*. A. 26. Cal. 38.

*Paulisper* h. e. *per aliquod tempus*. C. 8.

*Paulatim*. A. 31. 71. T. 35. 58. Ner. 27. Galb. 9. Rh. 1.

*Pauper*. pauperem se et habitare sub tegulis fatetur. Gr. 9. eum admodum pauperem decessisse. Gr. 20.

*Pauperies*. vixit — in summa pauperie, et paene inopia. Gr. 11.

*Paupertas*. paupertatem — conquerens. Cal. 42.

*Pavefieri*, *repentino timore percelli*, Gr. περιφοβεῖσθαι.

subito pavefactus. A. 99. per quietem pavefactus. Oth. 7. Aetnaei verticis fumo ac murmure pavefactus. Cal. 51. fulgure adverso pavefactus. Ner. 48.

*Pavidus*. quies pavida imaginibus. Cal. 50. nostr. *beängstigt*, *geängstet*.

pavidus et metuens, ne sequ. Ner. 24. nostr. *ängstlich*.

pavidus semper atque anxius. Dom. 4. ubi *pavidus* timorem crebro et undique injectum (nostr. *Scheu*), *anxius* continuum et inhaerentem significat.

*Pavimentum*, solium conclavium, calce plerumque vel gypso constratum, vel minutis lapidibus s. tesseris artificiose compositum, Gall. *parquet*.

sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. A. 72.

in expeditionibus tessellata et sectilia pavimenta circumtulisse. C. 46. v. not. (Male disjungit interpr. Gall. *des carreaux et un parquet.*)

*Pavo.* ob surreptum e viridario pavonem. T. 60.
pavones inter hostias. Cal. 22. pavonum cerebella. Vit. 13.

*Pax.* coepit (historiam) a pace civili. Cl. 41.
quoniam bello confecto pax esset. C. 28. pace facta. A. 16. terra marique pace parta. A. 22. reconciliata inter omnes pace. T. 4. legatos pacem petituros. Vit. 16. tanquam pax impetrata esset. ibid.
pace belloque. A. 61.
*pax* i. q. *securitas interna civitatis.* tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia. T. 37.
*Pacis* templum. Vesp. 9. v. ind. prim.
*Pacare.* pacata provincia. C. 18. delegatus pacandae Germaniae status. T. 16.

*Pectus* de parte corporis. C. 82. A. 52. 80. T. 68. Cal. 32. 58. Ner. 20. Galb. 11.

*Pecuaria* sc. res. qui pecuariam facerent. C. 42. Al. addunt *rem.*

*Pecudes.* Cal. 27. cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. Ner. 31.

*Peculium,* quicquid possident, qui sub aliena potestate sunt, filii familiarum vel servi, patris dominive venia. v. *Heinecc.* Ant. R. 1, 2, 9.
ne hereditatem qu. aut legata percepit ulla aliter, quam ut *peculio referret accepta.* T. 15. et *peculio concesso a patre* fraudavit (Juliam.) T. 50.
*Peculiaris* i. q. *proprius,* Gr. ἴδιος, nostr. *eigenthümlich.*
peculiares servi. C. 76. h. e. *privati,* oppos. *publicis.* v. not.
e peculiaribus loculis suis. Galb. 12. h. e. *fiscis privatis.*
quasi *proprio suo ac peculiari* Deo. A. 5. ubi augetur altero prius.
peculiari merito. Vit. 4. h. e. *singulari,* nostr. *ganz besonderes Verdienst.*

*Pecunia.* C. 1. 2. 19. A. 12. 30. 36. 41. T. 31. 37. 46. Cal. 41. 42. Ner. 24. 30. Vesp. 16. 23.
quod partem rei fam. in pecunia haberent. T. 49.
emtorem familiae pecuniaeque in testamento Augusti fuisse. Ner. 4. v. not.
pecuniam ex prima pensione admovit ad nares. Vesp. 23. (*ein Geldstück.*)
*pecuniae.* C. 4. 11. 19. 25. 42. 54. A. 39. 57. Galb. 9. Oth. 10. Dom. 17.
*Pecuniosus.* viris feminisque pecuniosioribus. A. 25. Al. *peculiosioribus.* v. not.

*Pecus* tondere, non deglubere. T. 32.

*Pedatus.* v. *Pes.*

*Pegma,* πῆγμα a πήγω, πήγνυμι, machina artificiose constructa, de qua pugnabant gladiatores vel agebant histriones. v. *Senec.* epist. 88., interpr. ad *Phaedr.* 5, 7, 7., *Lips.* de Amphith. c. 22., et quos citavit Rupert. ad *Juvenal.* 4, 121.
si automatum vel pegma vel quid tale aliud parum cessisset. Cl. 34.

*Pegmares* gladiatores, qui de pegmate depugnant. v. *Lips*. Saturn. 2, 14.

Cal. 26. Lectio admodum est incerta. v. interpr. et not. nostr.

*Pejerare*. Ner. 28.

*Pejus*. Dii me pejus perdant. T. 67.

*Pelagi* speciem colloquentem secum videre per somnium visus sibi Caligula. Cal. 50.

*Pellere*. Trib. pl., qui pulsi (sc. *Urbe*) supervenerant. C. 33. pulsus a suis sc. *regno*. T. 49. pulsus a patre (*regno*). Cal. 44.

damnatorum liberi Urbe pulsi. Ner. 36. pulsum Senatu. Dom. 13.

alteris, pelli se — querentibus sc. *agris*. A. 13.

pulsus i. q. *repulsus*, *fusus*. C. 36. nostr. *geschlagen*, *zurückgeworfen*.

*Pulsaré* i. q. *verberare*. T. 2. Galb. 5. (*schlagen*.)

*Pellex*. nimiam potentiam pellicis (Liviae.) A. 69.

pellicem reginae Dolabella Caesarem dixit. C. 49.

*Pellicere*. Indos etiam ac Scythas — pellexit ad amicitiam suam populique Rom. ultro per legatos petendam. A. 21. Artabanum summis artibus non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Vit. 2. illecebris Agripp. per jus osculi et blandit. occasiones pellectus *in* amorem. Cl. 26.

*Pellis*. ferae pelle contectus. Ner. 29. ut semper et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio (contra fulgura.) A. 90. cf. *Plin*. 2, 55.

*Pelta*. chlamyde peltaque et galea ornatam. Cal. 25. peltae Amazonicae. Ner. 44.

*Pendĕre*. pecuniam. A. 12. tributa. Dom. 12.

i. q. *perpendere*, nostr. *erwägen*, *curam habere al. rei*, unde dictiones:

neque in divexanda quicquam pensi habuit. Ner. 34. h. e. *ullo modo sibi moderatus est*. nihil pensi habuit, quin praedaretur omni modo. Dom. 12. i. q. *sine omni moderatione praedatus est*. v. Cort. ad *Sallust*. Cat. 5. et c. 23 et 52.

*Pensio*. pensionem annuam repraesentare fisco. Ner. 44. pecunia ex prima pensione. Vesp. 23. (nostr. *Zahlung*, *Zahlungstermin*.)

*Pensare* i. q. *compensare*, nostr. *ersetzen*, pr. *aufwiegen*.

*Pensitare* i. q. *perpendere*, nostr. *erwägen*, *abwägen*, quasi *lanci impositum aestimare*.

pensitatis suis et inimicorum viribus. C. 30.

amicorum suprema judicia morosissime pensitavit. A. 66. h. e. *examinavit*, *accurato et severo judicio subjecit*, nostr. *abwägen*, *auf die Wagschale legen*.

*Pendēre*. manibus abscisis atque ante pectus e collo pendentibus. Cal. 32. *venalis pependisse* Cl. 9. dicitur is, *cujus bona proscripta erant ut venalia ob solutionem non praestitam*. v. not. Assimilis locus Dom. 9. *reos*, *qui* ante quinquennium proximum *apud aerarium pependissent*. h. e. *quorum nomina apud aerarium proscripta*, *publice affixa*. v. not. v. *Plin*. ep. 4, 9, 1. „ad Senatum remissus *diu pependit*" h. e. *rei nomen diu proscriptum*, *affixum fuit*. Male Ernest. interpr. *inter spem et metum*. cf. etiam Gronov. ad *Plaut*. Capt. 4, 3, 8.

*Pene.* v. *Paene.*

*Penetrare.* penetraſse ad eam muliebri veste. C. 6. per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos. C. 58.

in provincias quoque grammatica penetraverat. Gr. 3.

paene Aethiopia tenus Aegyptum *penetravit, nisi* exercitus sequi *recusasset.* C. 52. Gr. διέβη ἄν, εἰ μή. v. not.

*Penetrale, interior pars monumenti s. sepulcri.* A. 18. *templi.* Galb. 9.

*Penis.* saepe inter alios jocos purissimum penem appellat Augustus Horatium. Horat.

*Penitus.* hostem penitus in intimas solitudines actum. Cl. 1.

i. q. *prorsus, omnino.* Druidarum religionem — penitus abolevit. Cl. 25.

*Pennatae* formicae. Ner. 46.

*Pensare, Pensitare, Pensio* v. sub voc. *Pendĕre.*

*Penus* multiplex. Ner. 11. v. de hac voce *Gell.* 4, 1.

*Penuaria* cella. A. 6. Al. *penaria.* v. Oudend.

*Penuria.* summa tunc in civitate penuria ac fames. A. 70.

*Per* significat *continuationem* vel motus vel actionis a principio ad finem, et modo ad *locum* refertur, modo ad *tempus,* modo ad *instrumentum* s. *adminiculum,* quo res ab initio ad certum destinatumque finem s. consilium procedit. Videamus in singulis.

a) *de loco.* *a* mari supero *per* Apennini dorsum *ad* Tiberim usque. C. 44.

Parthis inferre bellum per Armen. ibid. comitanti se per silvestre iter. C. 72. per infestas hostibus vias. A. 8. excubias per Urbem indixit. A. 23. vehicula per mil. vias disposuit. A. 49. per manus translatus est. Cal. 51. (ubi *per* non instrumentum notat, sed *ab una manu ab aliam.*) per longas porticus vagus. Cal. 50. per diversas portas in oppidum immisit. T. 37. per hunc pontem ultro citro commeavit. Cal. 19.

et repetitum. *per* Siciliam quoque *et per* Achajam circumductus. T. 6.

saepe *distributive,* ut Gr. κατά, ubi processio significatur ab uno ad alterum.

numos per centurias pronunciare. C. 19. per provincias. C. 48. Cl. 23. per agros. A. 32. per singulos lectos. A. 75. per collegia. Cl. 22. Ita *per Urbem* A. 23.

est i. q. *per singulas partes Urbis.* per mil. vias. A. 49. i. q. *ab uno loco ad alium in viis mil.* per Italiam disposuit. T. 37. per terrarum orbem. C. 28. T. 61. cohortes per hospitia dispersae. T. 37. commeatibus per municipia et colonias dispositis. T. 38. disposita statione per ripas Tiberis. T. 72. prostantes per antra et cavas rupes. T. 43. per stabula ac deversoria. Vit. 7. per castra. Galb. 6.

Affinia haec, ubi item *per* Gr. κατά, nostr. *nach,* distributive.

partes singillatim, neque per tempora, sed per species exsequar. A. 9.

per valetudinum genera disponi. T. 11.

b) *de tempore,* ubi *continuam temporis durationem* significat ab uno temporis momento ad aliud, in quo finis hujus durationis.

per singulas noctes. C. 1. per singula lustra. A. 27. per

singulos dies. Cal. 22. per continuos dies. C. 78. per singulos mensis. Vesp. 20. per quatuor paene menses. C. 35. per dies quinque. C. 39. per triduum. ibid. per septem dies continuos. C. 88. per totum diem. A. 24. per omnes dies. A. 71. per aliquot horas. C. 68. A. 56. per decem annos. C. 69. per omnes aetatis gradus. A. 79. per omnem vitam. A. 81. per omne ver. A. 91. per novem proximos menses. T. 65. per Kal. Martias. Vesp. 19. h. e. *singulis Kalendis*. Praecedit ibi: *Saturnalibus*, de qua variatione casus v. Oudend. ad h. l.

unde saepe est i. q. *in* v. *inter*, ut Gr. διά, nostr. *während*.

per tot successus. C. 25. per Gall. triumphum. C. 51. per nocturnum iter. A. 29. 90. per pacem. A. 32. per celeb. ludos. A. 44. per somnum. C. 45. (ubi al. male *per somnium*). Cl. 33. per noctes. T. 52. per quietem. C. 7. Cl. 33. Ner. 7. Oth. 7. per tumultum. C. 34. per expeditionem. Galb. 7. per spectacula. Cl. 27. per comitia. C. 80. per convivia. Ner. 43. per eum tumultum. Cal. 26. per bellum Philippense. T. 5. sec. nonnullos, vulg. *post*. v. Burm.

triduo per irritas altercationes absumto. C. 23.

per aestatem. A. 16. per idem tempus. A. 18. Galb. 10. Vesp. 7.

per haec. Cl. 27. h. e. *inter haec*, ἐν τούτοις. per quae. T. 52. h. e. *quo tempore*.

per tres Vespasiae partus. Vesp. 5. per quinos missus. Cl. 21.

adolescentiam — per haec transegit. T. 7. per haec ac talia maxima aetatis parte transacta. Cl. 10.

c) de *instrumento* s. *adminiculo* alicujus rei, *quo ad finem* s. *consilium quis continua actione* s. *motu procedit*. Dicitur ita *per* eodem modo, quo *via* de adminiculo. Idem prorsus usus Gr. διά, nostr. *durch*, *vermittelst*.

*de instrumento personae*, s. *homine*, *quod aliquid fit ministro et adjutore*.

spe novae dissensionis, quae per M. Lep. movebatur. C. 3. causa mortis ei fuisse per Cn. Pisonem creditur. T. 52. per illum se vivere. A. 98.

tentavit per partem Tribunorum. C. 11. gratias ei per primores viros egit. C. 16.

extrahi Curia per lictorem. C. 20. lege Vatinia — per Senatum. C. 22. A. 10. restitit per Tribunos. C. 29. nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est. C. 36. edidit ludos — per omnium linguarum histriones. C. 39. recensum pop. per dominos insul. egit. ibid. per praeconem pronunc. SCtum. C. 84. libello per Quaestorem recitato. A. 65. testam. recitavit per libertum. T. 23. ad amic. per legatos petendam. A. 21. per Centuriones raptum e tribunali. A. 27. per quem — cognoverat. A. 56. vix per matrem consecutus. T. 12.

per quosdam — Centuriones mandata dedisse. T. 12. per legatos — nec per eos quidem, nisi sequ. T. 37. per legatos exsequi al. T. 63. convicianti oculum per Centurionem excussit. T. 53. prohibitus per militem. T. 64. per nuncium increpuit. Cl. 39.

erudire al. per aliquem. C. 26. eruditione repletus est per sequ. A. 89. per hanc insinuatus Neroni. Oth. 2.

per quorum numerum decreta confici possent. A. 35.

unde *per se* est *propria opera*, adeoque i. q. *ipse*, ut Gr. δι' ἑαυτοῦ.

nisi ante *per se* portus — explorasset. C. 58. (Diversitas lectionis ex ignorantia hujus usus venit.) externa bella duo omnino *per se* gessit — reliqua *per legatos* administravit. A. 19. nepotes literas — *per se* plerumque docuit. A. 64. *per semet* in urnas condidit. Cal. 15. exquirens *per se* pretia. Cal. 39. et quae *per alios* erant gesta — et quae *per se*. C. 56. confirmatum *per legatos suos* imperium, *per se* retinere non potuit. Vit. 9. (cf. *Cic.* Top. 1. „ut eos *per te ipse* legeres." *Spartian.* Adrian. 13. fin. et 17. v. *Horat. Turs.* ed. Schwarz. p. 560.)

*de instrumento rei, qua aliquid efficitur*, s. *via, qua ad aliquid efficiendum pergimus.*

vi ac per arma. C. 16. per vim. T. 2. 37. 63. per gratiam. Oth. 1. per gratiam et praemium. A. 35. per gratiam et preces. A. 27. per suffragia populi. C. 5. per edicta obnunciare. C. 20. per omnes moras prohib. C. 34. per intercalandi licentiam. C. 40. edebat (candidatos) per libellos. C. 41. per notas scripsit. C. 56. A. 88. necem suam per venenum. C. 74. per epistolam conqueri. A. 51. per assem et libram emtos. A. 64. calculis per urinam ejectis. A. 80. praecepta per libellos dare. T. 18. accusavit per literas. T. 54. per blanditias atque promissa. T. 37. quum per SCtum sanxisset. T. 48. per ambitum verborum. T. 71. quaestiones per tormenta habebantur. Cal. 32. acerbo et brevi scripto aut per internuncios. Cl. 3. a singulis et per factionem. Cl. 13. testatus quondam per edictum. Cl. 11. per jus osculi et blandit. occasiones pellectus. Cl. 26. Cajo per aurigandi, Claudio per aleae studium familiaris. Vit. 4. per hoc gratissimus Claudio. Galb. 7. obnoxium se barbaris per hoc. Dom. 12.

per haec terribilis cunctis. Dom. 14. saevitiam per haec maxime ostendit. Cal. 27.

laeta per haec portendi. A. 95. per quae factum putem. Oth. 12.

libertinum se — per hoc indicat. Gr. 5. condit. temporum — etiam per haec existimare quivis possit. Cal. 60.

per genua orare. T. 27. (in qua dictione *per* eandem vim habet, quam in his: *per arma*, *per libellos* etc., ut id notet, quo preces significantur.)

per leges licet. Cal. 1. i. q. *legibus permittitur*.

cognomen per unam literam scriptum — ipse per duas effert. Gr. 6. (nostr. *mit* einem Buchst.)

Denique *per* additur saepe nominibus ita, ut ablativus nominis vel adverbium substitui queat, sed peculiari tamen potestate sua, ut *causam*, quae est in alicujus animo, et ad rem efficiendam vel effectam transit, accuratius denotet, vel *continuam conditionem* s. *statum* exprimat.

Ad hoc genus magna pars exemplorum supra excitatorum referri potest, quum lingua vivusque sermo non studiose discernat notiones, uti faciendum est in subtiliore de vo-

cibus disputatione, sed multas misceat et conjungat. Damus loca.

per jocum. C. 4. (Al. *inter* jocum. *Per* magis animum jocantis, *inter* tempus significat. De confusione praepositionum, ex re ipsa orta, v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 35, 11. cf. *Inter.*) A. 86. C. 20. Ner. 6. 16. per ludum jocumque. Tit. 3. velut per ludum. Cl. 8. per lusum. Cl. 2·. per contumeliam. C. 22. per insidias. C. 25. per oblivionem. C. 28. per errorem. C. 85. Cal. 30. per simulationem colloqui. A. 79. per simulationem. Cl. 45.

per dissimulationem. C. 31. per ambitionem. C. 28. per iram. A. 54. per metum. A. 67.

per contemtum religionis. T. 2. per fraudem. T. 3. per fallaciam. T. 62. Cal. 39.

per adulationem. Cal. 8. 28. per blanditias. Ner. 34. per taedium sequ. Cl. 10.

per causam h. e. *sub praetextu.* C. 7. per justam causam. Ner. 36. cf. *Causa.*

per speciem sacramenti. T. 36. per speciem juris. T. 50. per speciem honoris. T. 65.

per honorem militiae. Juven. Plura exempla v. sub singulis vocibus.

per discordiam. T. 37. per occasiones. A. 41. per occasionem valetudinis mortisque ejus. A. 67. per occasionem atque licentiam. Vesp. 6. per inopiam occasionis. Cal. 56.

per otium atque requiem. C. 4. per vim, per gratiam. v. supra. per factionem. Ner. 2. Cl. 15.

per vices. A. 52. Cl. 42.

Ceterum *per* verbis praepositum eandem continuati ad finem usque motus vel actionis significationem iis addere solet, ut Gr. διά.

*Peragere*, Gr. διατελεῖν, διαπράττειν, nostr. *vollenden, vollbringen.*

Mileti Didymeum peragere. Cal. 21. opus a Claudio peractum. ibid. Oppon. alterum *omissum.* marmoreum arcum — omissum peregit. Cl. 11. ad peragendam auream domum. Oth. 7. quo quaeque (opera) maturius peragerentur. Tit. 8.

conventibus peractis. C. 30. 56. peracta proscriptione. A. 27. re divina. T. 44. peracto principio. Ner. 21. quoad perageretur sermo. T. 25. judicia, quibus peragendis sequ. Vesp. 10. quo facilius centum missus peragerentur. Dom. 4.

*Peragrare.* peragranti provincias. A. 60. in peragranda Aegypto. A. 93. peragrata Campania. T. 40.

de *navigatione.* Liburnicas, quibus — litora Campaniae peragraret. Cal. 37. v. *Justin.* 12, 10., Oudend. ad A. 93., Duker. ad *Flor.* 2, 7, 6.

*Perannare* h. e. *totum annum vivere.* puella nata non perannavit. Vesp. 5. ubi Casaub. novo more dictum censet *perannare* de *unius anni* vita, Gr. διετίζειν, quum alias sit πολλὰ ἔτη διαγίνεσθαι s. διαιωνίζειν. Puto, ad ipsum hoc discrimen valere duplicem formam *perannare* et *perennare*, quod omnino est διαγίνεσθαι.

*Percellere.* i. q. *perdere, evertere, affligere.* Gr. καταπλήττειν.

ceteros, alium alia de causa, perculit. T. 55. Opp. *incolumes praestitit.*

Ptolemaeum — non alia de causa repente perculit. Cal. 35.

Al. *percussit*, quod lenius est vocabulum, et ortum ex soloeco *perculsit* videtur Oudendorpio.

nullum necessit. genus est, quod non scelere perculerit. Ner. 35.

de *animo perculsus*, nostr. *betroffen*. perculsus inopinata re. T. 11. Ernest. et Oudend. malunt *percussus*. Sed gravius verbum *percelli* de *pavore*, *terrore* saepius est apud Livium, ut 1, 27. et c. 47. l. 2, 14. et 37. l. 3, 38. l. 44, 13. et al. v. Drakenb. ad 7, 23., qui tamen ad 1, 27. praefert *percussus* cum Burm. ad *Ovid.* Metam. 4, 138. Omnino utrumque a scriptoribus promiscue adhibitum, et singulis locis sequenda librorum auctoritas.

*Percipere.* hereditatem, legata. T. 15. quamvis proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset. A. 101. v. Gesner. ad *Plin.* ep. 10, 79, 2.

ejus rei fructum percipere. A. 28. ut — neque testimonium, neque praemia ampliora ulli perciperent. Galb. 6.

perceptis liber. disciplinis. Gr. 15. cura et industria educatoris sui altiora studia percepit. Gr. 21.

*Percivilis* sermo. T. 28. v. *Civilis.*

*Percontari* i. q. *interrogare.* admissos amicos percontatus. A. 99. Al. *percunctatus.* v. de utraque forma Drakenb. ad *Liv.* 6, 25. et Gesner. in Thes. sub v. *Percontor.*

*Percrebrescere.* valida fama percrebruit. C. 79. percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio. Vesp. 4. nota — percrebruit. T. 45.

quum — convaluisse tandem percrebruisset. Cal. 6.

Scribendum *crebrui*, *increbrui*, *percrebrui*, non *crebui* etc., docet Oudend. ad C. 79. ex analogia vocabulorum: *aeger*, *aegri*, *aegresco*; *niger*, *nigri*, *nigresco*; *piger*, *pigri*, *pigresco* al. cf. *Increbrescere.*

*Percupidus.* v. Oudend. ad A. 70.

*Percurrere.* paene junctim percucurrit quaesturam, praeturam, consulatum. T. 9. amplissimos honores percucurrit. Ner. 3.

i. q. *perlegere*, *recitare*, Gr. διέρχεσθαι. deinde cetera percurrisse. Ter. 2. Potius: *percucurrisse.*

Eadem tamen varietas perfecti etiam in reliquis compositis.

*Percutere.* quasi calce ab eo percussus. Vit. 7.

nummum nota percutere. A. 94. Ner. 25.

alloquenti — Chaeream cervicem gladio caesim graviter percussisse. Cal. 58.

secuti percutere al. i. q. *capite plectere.* Cl. 25.

hostem cominus saepe percussit. Cal. 3. De reliquis v. *Percellere.*

*Percussor.* C. 83. 89. A. 10. Cal. 51. 58. Cl. 37. Ner. 34. 37. 43. 47. Galb. 19. 23. Vesp. 15.

*Perdere.* men' servasse, ut essent, qui me perderent. C. 84. Sed T. 54. leg. *proderentur* pro *perderentur.*

Dii me Deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio. T. 67.

perdere pecuniam. Ner. 30. i. q. *profundere.*

i. q. *amittere*, *verlieren.* ad summam perdidit non multum. A. 71. (in lusu aleae.)

victus naves perdidit. A. 70. classibus tempestate perditis. A. 16.

diem perdidi. Tit. 8. h. e. *sine fructu praetermisi; abjeci.*

*perditus* i. q. *profusus, abjectus,* nostr. *verworfen, weggeworfen.* luxuriae ac lasciviae perditae. Cal. 25.

*Perdomare.* toto Illyrico — perdomito. T. 16. ad perdomandam Judaeam relictus. Tit. 5.

*Perducere.* perductum inde in theatrum. Ner. 13. ne perduceretur ad Sullam. C. 74. qui se — in conspectum eorum cum aliquo mil. praesidio perduceret. T. 65. quo prope bimulus demum perductus ab Urbe sit. Cal. 8.

copias, quas — praemitteret, quasque ipse perduceret. Vit. 9. (*hinfuhren.*)

max. *de feminis ad stuprum ductis.* cf. *Deducere.*

perductam. T. 45. v. not. quum perductae pro concubitu sest. quadr. donasset. Vesp. 22.

perductam a marito conjunxit sibi. Cal. 25. v. not. et, quem ibi laudavi, Walch. ad *Lactant.* 6, 17.

perductis pluribus aquis. A. 42. (de *aquarum ductibus.*) rivum Anienem lapid. opere in Urbem perduxit. Cl. 20.

grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium. Vesp. 18.

*Perduellionis* diem dicere alicui. C. 12.

*Perdurare.* quum perdurare non posset, destitit ante decursum. Ner. 24.

*Peregre* proficisci. C. 42. edidit et peregre spectacula. Cal. 20. h. e. *extra Italiam.*

nonnulli — peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata. Gr. 3.

*Peregrini* i. q. *exteri, non Itali.* C. 80. A. 42. peregrinae conditionis homines. Cl. 25. pro peregrina (voce) nostratem requirendam. T. 71.

*Peregrinitas* i. q. *conditio peregrina.* Opp. *Latinitas* et *civitas Romana.*

peregrinitatis reus. Cl. 15. h. e. *qui civem Rom. se tulerat peregrinus.*

in peregrinitatem redigere aliquem. Cl. 16.

*Peregrinatio, iter in regiones peregrinas* h. e. *extra Italiam.*

peregrinatione Siciliensi. Cal. 51. peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam et Achaicam; sed Alexandrina — destitit. Ner. 19. peregrinatione Achaica. Ner. 51. Vesp. 4. peregrinatione Graeciae h. e. *per Graeciam.* Ner. 34.

*Perferre* aliquid ad aliquem v. in al. locum, nostr. *überbringen.*

qui a loco perferunt literas. A. 49. h. e. ipsi ferunt ad eum, ad quem datae sunt.

perferendae pro se legationis. Cl. 6. perferret ad Ptol. — codicillos suos. Cal. 55.

quum codicillos Memmii ad Pomp. uxorem de stupro pertulisset. Gr. 14.

legatos, qui pertulissent (ad se coronas). Ner. 22.

unde i. q. *nunciare, referre alicui de al. re.*

si qua occultius perferenda erant. C. 56.

ordinem rei gestae perferre ad Senatum. Cl. 37.

i. q. *diutius ferre, tolerare.* neque ultra perferre posset (uxorem). T. 10.

i. q. *ad finem usque obtinere, servare.* ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat. A. 58. v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 9, 35.

*perferre legem* h. e. *efficere, ut lex lata ad populum accipiatur,* nostr. *durchbringen.* hanc — prae tumultu recusantium perferre non potuit. A. 34.

*Perficere.* tumultum inchoatum. A. 17. aedem antiquitus inchoatam. A. 60. opera. Cl. 20.

consilium. Cal. 56. conata. Galb. 17. perficiendi desperatione. Ner. 43. etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio. Cal. 12.

perfecitque utrumque. C. 24. (e glossemate intrusum videtur.)

facile perfecerat, ut sequ. Dom. 11.

inscit. tanto opere elaboratae perfectaeque a se artis. Ner. 41.

*Perfectus* dux. A. 25. perfectum literis. Gr. 4. Mel. *perfunctum.*

*Perfidia.* admissam in se perfidiam. C. 75. perfidiae tantae, ut sequ. Ner. 5.

spoliatum perfidia. T. 49. h. e. *per perfidiam.* trig. Lusit. millibus perfidia trucidatis. Galb. 3.

*Perfidiose.* perfidiosius rebellantes. A. 21.

*Perfodere* Isthmum. C. 44. Cal. 21. Ner. 19.

*Perforare.* centum et viginti ictibus scuto perforato. C. 68.

*Perfricare* alicui faciem pisce. T. 60. Resp. *os lacerare.* cf. *Plaut.* Capt. 4, 2, 36.

*Perfundere.* totum cruore perfudit. Galb. 18.

perfundebatur aqua. A. 82. perfusus aqua frigida panis. A. 77.

cujusdam caput — perfusam nivem mulso dixit. Dom. 20.

*Perfunctus* literis. Gr. 4. Al. *perfectus.*

*Perfusoriae* assertiones. Dom. 8. h. e. vindicationes in libertatem *cum calumnia litis* conjunctae, ad *perfundendum* h. e. *obruendum fallendumque* dominum servi. v. Ern. exc. ad h. l. Lectio admodum est incerta.

*Pergere.* Asturam perrexit. A. 97. h. e. *iter continuavit.* ut eodem quam primum pergeret. Galb. 19.

*Pergrandis.* v. *Praegrandis.*

*Pergula,* ὑπερῷον. A. 94. in pergula docuit. Gr. 18. (cf. *pergulae magistrales* apud *Vopisc.* Saturn. 10. v. int. ad *Plaut.* Pseud. 1, 2, 79.)

*Periculum.* C. 70. A. 10. 16. 29. 32. T. 53. Cal. 9. Cl. 9. 29. Ner. 19. Galb. 19. Oth. 10. Tit. 9. Dom. 16.

ne ultimae qu. sortis hominum conspiratione et periculo caruit. A. 19.

rem non minimi periculi. A. 67. ne cui periculo aut noxae apud victorem forent. Oth. 10.

ne periculum memoriae adiret. A. 84. oculorum et vitae periculum adiit. Ner. 26.

ne in metu qu. ac periculo mortis extremo. Vesp. 23.

*Periclitari* de summa imperii. T. 21. Al. omittunt *de.* v. Oudend. ad h. l., Gronov. et Drakenb. ad *Liv.* 38, 25, 7. periclitatum quendam prae pudore ex continentia. Cl. 32.

*Peridoneus* praeceptor. Gr. 11.

*Perinde* i. q. *aeque, eodem modo,* pr. *inde a principio aliquo v.*

*causa continuo ad finem*, Gr. ἴσως, nostr. *gleichmäſsig*, inde: ut *convenit rei* v. *causae*, *verhältniſsmäſsig*, ut Gr. ἴσως, adeoque *non perinde* i. q. *non admodum.*

coxendice — non perinde valebat. A. 80. ne mortuo qu. perinde affectus est. T. 52. (quod plena sententia esset: *perinde* s. *aeque ac debebat v. exspectari poterat.*) adventus ejus non perinde gratus fuit Galb. 13. (nostr. *nicht eben sehr.*) (v. *Tac.* Agr. 10. *Plin.* ep. 2, 1, 1. „maximi et clarissimi civis, *perinde* felicis.“ h. e. *aeque, pari modo.* Al. male *proinde.* v. *Horat. Turs.* p. 570. ed. Schwarz.) —

mores, quos perinde exprimeret in scriptis. Ter. 4. h. e. *ad rei veritatem.*

perinde reliquas. C. 56. h. e. *eodem modo reliquas usque ad ultimam*, nostr. *und immer so fort.*

*perinde — ac* (*eben so, als*). perinde scribendum, ac loquamur. A. 88.

*perinde — ac si.* A. 35. Cal. 10. nostr. *eben so, als wenn.*

*perinde atque* i. q. *perinde ac si* s. *quasi.* Ner. 15. (v. *Hor. Turs.* p. 567. nr. 4.)

nulla tamen re *perinde* commotus est, *quam* sequ. Dom. 15.

*perinde ut* afficeretur. Cl. 14. h. e. *prout*, nostr. *je nachdem.* (*Hor. Turs.* l. c. nr. 3.)

*Perindigne* ferre al. T. 50.

*Perinfamis* amore libertinae. Vit. 2.

*Periphrases.* Gr. 4. Leg. *paraphrases.*

*Perire.* C. 75. 88. 89. A. 11. 14. 17. 27. T. 62. Cal. 60. Vit. 2. De infin. *perisse* pro *periisse* v. Oudend. ad A. 17. et T. 62. et Cal. 60.

periturum se potius quam perditurum. Tit. 9. periturum potius, quam nociturum ei. Ner. 35.

Dii me Deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio. T. 67. peream, nisi admiror. Cl. 4. (*asseverandi form.*)

*Peristylium* i. q. *xystus.* A. 82.

*Peritus.* per Senatores armorum peritos. C. 26. armorum et equitandi peritissimus. C. 57. Tit. 3. ut peritissimum rei militaris. T. 21.

quum utroque sermone nostro sis peritus. Cl. 42. v. Burm. ad h. l. et Gronov. ad *Gell.* 4, 8. Sed leg. *paratus.*

periti praesides provinc. A. 23. i. q. *experti, experientia idonei.*

*periti* i. q. *haruspices.* A. 95.

*Peritia* futurorum. T. 67.

*Perjurium.* plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Cal. 41.

*Perlegere*, nostr. *durchlesen.* perlectis epistolis. Vesp. 21.

i. q. *absolvere lectionem*, nostr. *vollends hinaus lesen.* A. 85. T. 23. Cl. 41.

*Permanere*, Gr. διαγίγνεσθαι, διαμένειν, nostr. *aushalten*, *ausdauern.*

quo major permanendi necessitas imponeretur. C. 60.

quum convivae — permanerent, digresso eo. A. 74. ad multam noctem permanebat. A. 78.

si sibi incolumis status permansisset. Ner. 54.

secula permaneat nostri Diana Catonis. Gr. 11.

quasi etiam post mortem tyranni saevitia permanente. T. 75.

permanere in magistratu. C. 16. in tali statu biennio fere permansit. T. 13.

neque in clementiae, neque in abstinentiae tenore permansit. Dom. 10.

non tamen permansit in gratia. Lucan. solus permansit in partibus. T. 4.

*Permiscere.* turbare omnia ac permiscere. C. 30. Gr. διαχέειν.

*Permittere.* licentiam omnem — permittebat (militi.) C. 67. permissa, immo exacta, jocandi licentia. A. 98. alicui liberum mortis arbitrium. Dom. 8. — permittente Cajo, revocatus est. T. 13.

*c. infin.* C. 75. A. 24. 38.

*c. acc. et infin.* neque adiri a quopiam — permisit. A. 65. esse in manibus lectitarique permisit (scripta.) Cal. 16.

i. q. *tradere, committere,* nostr. *überlassen, übergeben.*

regnum Aeg. victor Cleopatrae fratrique ejus minori permisit. C. 35. procuratione Urbis amicis permissa. C. 79. ceteras prov. Proconsulibus sortito permisit. A. 47. provincias et exercitus Equ. Rom. ac libertis permissurum? Ner. 37. jus arbitriumque omnium rerum illi permissum est. Cal. 14. matri summam omnium rerum — permisit. Ner. 9. coercitionem in histr., magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam. A. 45.

quamvis minimum fortunae casibusque permitteret. T. 19.

Gallias exercitibus diripiendas permittere. Ner. 43. his — adeo se abutendum permisit et tradidit. Galb. 14. (ubi *tradidit* ut gravius auget prius *permisit.*)

*Permodicus* locus. A. 6. permodica re familiari. T. 47.

*Permovere.* edictis tandem Vindicis — permotus. Ner. 41.

*Permulcere.* permulsisse malas (Domitio.) Ner. 1.

*Permutare.* non literas modo, sed syllabas aut permutat aut praeterit (contra orthographiam.) A. 88. permut. hiberna legionum. Vesp. 6.

*Pernegare, omnino negare al.,* Gr. ἐξαρνεῖσθαι. T. 57. Ner. 35.

*Pernicies.* quae in perniciem publicam — duraverant. A. 32.

*activo sensu,* ut suspicione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur. Vesp. 14.

circum vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen. Ner. 26.

*Pernoctare.* A. 17. T. 18. Cal. 14. Cl. 10. Dom. 1.

*Perorare.* consurgere ac perorare. Rh. 6. locum perorandi sectari. ibid.

perorare in aliquem. Cal. 53. Ner. 46.

*Perosum* esse i. q. *odisse.* si non populum Rom. perosi sunt. T. 21. Agrippinam Narcissi amicos perosam. Vesp. 4.

*Perparvum* cubiculum. Tit. 1.

*Perpauca* verba. C. 84.

*Perpendere.* vitiis virtutibusque Tib. perpensis. T. 21.

*Perperam.* De Gr. πέρπερος et verbo περπερεύεσθαι h. e. περιφέρεσθαι, *leviter et sine constantia agere,* (Suid. προπετῶς μηδὲ λογισμῷ ποιεῖν) v. *Becmann.* de origin. Lat. l. p. 843. sequ.

perperam edere (res gestas) i. q. *falso, contra veritatem,*

C. 56. quod eum — perperam praeco non Consulem, sed Imperatorem pronunciasset. Dom. 10.

ne quid perperam fieret. T. 33. h. e. *contra leges et bonum ordinem.*

*Perpeti* i. q. *tolerare, diutius ferre.*

vitia et delicta amicorum perpessus. A. 66. h. e. *non exigens.*

talem Principem paulo minus quat. annos perpessus terrarum orbis. Ner. 40.

ut neque calcium perpeti — valeret. Galb. 21.

*Perpetrare* bellum. Cal. 46. i. q. *perficere,* Gr. διαπράττειν.

*Perpetuus,* perpetua dictatura h. e. διὰ βίου. C. 76. distinguitur a *continuo* consulatu s. *per plures annos sine intervallo gesto.* tribun. potestas perpetua. A. 27. morum legumque regimen aeque perpetuum. ibid.

magistr. atque honores — quosdam novi generis perpetuosque cepit. A. 26.

legatis perpetua oratione respondit. Cl. 42. poena perpetuae servitutis. T. 36. perpetuo praecepto. Cal. 30.

perpetua felicitas. A. 58.

in perpetuum. A. 16. 42. 65. Cal. 25.

*Perprospera* valetudo. Cl. 31. Al. *prospera.*

*Perquirere.* Seleucum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores. T. 56.

*Perraro.* T. 38. Ner. 12. Gr. 24.

*Perrogare* sententias. A. 35. h. e. *a primo ad ultimum Senatorem,* nostr. *durchfragen.* cf. *Tac.* H. 4, 9. „quum perrogarent sententias Consules."

Inepta est conjectura Bernecc. in ind. *prorogare,* quod libros etiam invasit.

*Perrumpere.* perruperunt in triclinium usque. Oth. 8.

*Persaepe.* C. 57. A. 72.

*Persancte* jurare. Ner. 35. Tit. 10.

*Perscribere.* quam facile atque celeriter eos perscripserit. C. 56.

si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset. C. 42. (*per syngrapham promissum,* nostr. *verschrieben.* Al. male *praescr.* v. *Cic.* ad Att. 9, 14.)

quia *notata, non perscripta* erat summa. Galb. 5. h. e. *numerorum signis indicata,* non *literis exscripta,* nostr. *ausgeschrieben.*

*Persedere, ad finem usque sedere,* nostr. *sitzen bleiben.* ut — meridie, dimisso ad prandium populo, persederet. Cl. 34.

*Persenex.* Gr. 9.

*Persequi,* abeuntes. C. 4. fugientem. C. 35. avem regal. volucres — persecutae. C. 81. familiares atque etiam notos persequ. T. 61.

i. q. *verbis insectari, reprehendere.* cujus μυροβρεχεῖς cincinnos usquequaque persequitur. A. 86.

i. q. *legere,* Gr. διέρχεσθαι C. 56. pr. *sequi a verbo ad verbum.*

*Perseverare, aliquod consilium v. coeptum constanter persequi, non desistere,* nostr. *bei etwas bleiben, aushalten.*

immoderatius perseveranti. C. 14. sc. *in sententia.* acerbius loquentibus satis habuit — denunciare, ne perseverarent. C. 75. h. e. *ne pergerent ita loqui.*

impetum se cepisse — neque tamen perseverasse. A. 42. i. q. *tamen destitisse*.

perseverantem. T. 53. (sc. *in inedia*. Praeced. *mori inedia destinanti*.)

quamquam saepius revocaretur, tamen perseveravit. T. 16.

si perseveraverit. T. 28. (sc. *in maledicendo*. Praeced. *siquidem locutus aliter fuerit*.)

nihilo secius Aquilejam usque perseveraverunt. Vesp. 6. h. e. *iter continuaverunt*.

*persev. in al. re.* in retinenda (Rep.) perseveravit. A. 28. Opp. *de reddenda cogitavit*.

perseverarunt omnes in eodem cognomine. Ner. 1. h. e. *retinuerunt cognomen*.

*c. infin.* hospitio patris ejus — uti perseveravit. C. 73. sacrificare, vota suscipere — perseveravit. C. 83. qua signare insecuti quoque Princ. perseverarunt. A. 50. quod — vivere perseverarent. Cal. 38. reticere ipsi genituram suam nec velle edere perseverabat. A. 94. quin decimare velle perseveraret. Cal. 48. citare nihilominus ut vivos perseveravit. Cal. 26. accitum ab Urbe vesperam usque opperiri perseveravit. Cl. 34. ut pocillo ejus argenteo potare perseveraverit. Vesp. 2. Cybiosacten eum vocare perseveraverunt. Vesp. 19. ut a primo imperii die, consortem successoremque testari perseveravit. Tit. 9. nec exsequi rem perseveravit. Dom. 7.

soloecismum — usque adeo arguere perseveravit, quoad sequ. Gr. 22.

Idem usus Graec. διαγίγνεσθαι et διατελεῖν c. partic., ut *semper*, *perpetuo* aliquid factum significent.

*Perseverantia*. T. 16. nostr. *Ausdauer*, *Beharrlichkeit*.

*Perseveranter*. dilexit et probavit unice ac perseveranter. A. 62.

*Persolennis*, s. *Persollemnis*. Corrupta lectione Ner. 28. *persollemni nuptiarum*. Leg. *per sollemne nuptiarum*, v. *per sollemnia nupt*.

*Persolvere*. promissa praemia. A. 15. (h. e. *plane solvere*, nostr. *auszahlen*. Al. simpl. *solv*.)

ut etiam legitima praemia non nisi sero persolverit. Vesp. 8.

legata — cum fide ac sine calumnia repraesentata persolvit. Cal. 16.

quibus omnibus pro necess. jure proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est. Cal. 26.

*Persona*, Gr. πρόσωπον, pr. *larva*, quam induere solebant histriones ad effingendam speciem hominis, cujus partes in scena agebant.

tragoedias cantavit *personatus* (*Xiphil.* καὶ τὰ πρόσωπα — εἰκασμένα ἔφερε), heroum Deorumque, item heroidum ac Dearum personis effectis ad similitudinem oris sui, et feminae, prout quamque diligeret. Ner. 21.

archimimus personam ejus ferens. Vesp. 19. h. e. *Vespasianum agens*.

quasi scenico exodio sub persona Paridis et Oenones divortium suum cum uxore taxasset. Dom. 10. h. e. *sub nominibus Paridis et Oen.*, *quos in scenam produxerat*, nos: *unter der Rolle* s. *unter dem Namen*.

unde: P. Africanus, qui *a Terentio personam mutuatus*

quae domi *luserat* ipse, *nomine illius in scenam detulit.* Ter. 3. h. e. *sub Terentii tanquam auctoris nomine sua poemata scenae dedit.*

nunquam ita docuit, ut magistri personam sustineret. Gr. 24. h. e. *magistrum ageret.*

quum ex persona Caesaris sermo sit. C. 55. h. e. *quum tamen Caesar ipse in ea oratione verba faciat pro Metello, quasi loquens producatur.*

Inde est *species illa, quam quis in scena vitae gerit*, adeoque dicitur de *singulis hominibus*, sed *abstracte*, ut dicunt, *non concrete*, ita ut conditio, mores, omnino ea designentur, quae singularem speciem (εἶδος, χαρακτῆρα) alicui tribuunt, quo ab aliis distinguatur.

certis personis et aetatibus. C. 43. h. e. *hominibus certae conditionis et aetatis.*

minoribus quoque et personis et rebus. T. 32. h. e. *in minore conditione versantibus*, nos: *bei Menschen und Sachen von geringerer Bedeutung.*

illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus. A. 27. h. e. προςωπολημπτούντων, ut est in N. T., *quum conditionem, mores, preces, gratiam, in singulis magis respicerent, quam legem de proscriptione universe latam.*

continuantes unumquodque (praenomen) per trinas personas, modo alternantes per singulas. Ner. 1. (*de hominibus alicujus generis absolute.*)

*Personatus* i. q. *personam, larvam gerens in scena.* Ner. 21.

*Perspectare* h. e. *usque ad finem spectare.* certamen — perspectavit. A. 93. inter maximos imbres perspectavit (nav. pugnas). Dom. 4. De confusione voc. *perspectare* et *prospectare* v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 63, 4.

*Perspeculari.* perspeculatus locorum situs. C. 58. h. e. *diligenter et ab omni parte speculatus*, ne quis cum Bernecc. malit *praespeculatus.*

*Perspicere.* qui — virgines denudarent atque perspicerent. A. 69. h. e. *oculis lustrarent.* nostr. *durchblicken.* sagaciter persp. alicujus naturam. T. 57.

*Perstringere.* ut genam non leviter perstrinxerit. Cl. 15. Sed A. 29. leg. *praestrinxisset.*

*Persuadere.* ut domesticis persuaderet sequ. acc. c. inf. Dom. 14. (nostr. *überzeugen.*)

si praesens sibi persuasisset, quam sequ. A. 40.

scio, vulgo persuasum, quasi sequ. T. 21. persuasissimum habeo. Ner. 29.

*Persuasio.* plenus persuasionis, cuncta fato agi. T. 69. non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. C. 88. quam veterem de se persuasionem — auxerat. Vit. 7.

*Persuasoriae* assertiones. Dom. 8. Leg. *perfusoriae*, quod vide.

*Pertaesus* ignaviam suam. C. 7. morum perversitatem ejus. T. 62. semet ipse pertaesus. T. 67.

*Pertendere.* ab Rhodo, quo pertenderat (h. e. *totum iter s. finem itineris destinaverat,*) transiit in Asiam. C. 4. pertendit ad alteram ripam. C. 32. (διέβη.) Circejos pertendit. T. 72. (i. q. *perrexit* A. 97.) ut vehiculo *ad* Forum *usque* et Curiam pertenderent. Cal. 44.

quum — flagrante Vesevo ad explorandas propius causas Liburnica pertendisset. Plin. Inepta est lectio: *Liburnicas praetendisset.*

*Perterrere.* Tedium Afrum — tantis perterruit minis. A. 27. Dedi *conterruit* cum Oudend. fama host. copiarum perterritos. C. 66. nuncio malae pugnae perterritum. Cal. 51. ita nullum spatium perterritis dabat. C. 60.

*Pertinacia, obfirmatus ad ferendum vel agendum aliquid animus.*

patientia et pertinacia hostis. C. 68. in cujus pertinaciae poenitentiam. A. 27.

*Pertinaciter.* postulare al. A. 34. contendere. C. 1. instare. A. 65. flagitare al. Galb. 12. pertinacius retinentibus. T. 10. Caecilio Met. auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit. C. 16. pertinacissime abstinuit hoc honore. A. 52. Tiberium pertinacissime recusantes. Cal. 1. fratris filiam — quum pertinacissime recusasset. Dom. 22. expostulatis ad poenam pertinacissime caedis auctoribus. Dom. 23. in qua sola (superstitione) pertinacissime haesit. Ner. 56. pertinaciter liberalibus studiis deditus. Cl. 40. (*mit groſser Ausdauer.*)

*etiam de voluntate carentibus.* equorum greges — comperit pertinacissime pabulo abstinere. C. 81.

cinis — pertinaciter luxit. T. 74.

*Pertinere* ad aliqu. C. 26. 44. Ner. 32. — nostr. *Bezug haben.* alterum ad Juniam — pertinere, alterum ad Parthorum regem. Vesp. 23.

*Pertrepidus.* v. *Praetrepidus.*

*Pertundere.* ne tabulae nisi pertusae — obsignarentur. Ner. 17.

*Perturbatio.* civili aliqua perturbatione. Vesp. 5.

*Perungere.* veneno sibi perunxit pedes. Gr. 3.

*Perurgere.* summa vi Germanicum — ad capessendam Remp. perurgebant. T. 25.

*Pervehere.* cujus corpus — Romam usque pervexit. T. 7.

*Pervenire.* si quo pervenire mari posset. A. 82. (h. e. *usque ad locum, quem petebat.*)

dum ab Urbe in Hispaniam ult. quarto et vic. die pervenit. C. 56.

quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit. Cl. 38. (nostr. *gelangen.*) ad honorem pati pervenire al. C. 23. primus ad famam dignationemque docendo pervenit. Gr. 5.

nec plus perventurum ad heredes suos, quam sequ. A. 101.

*Perverse.* curulem (sellam) perverse collocatam. Galb. 18.

*Perversitas* morum. A. 62. (Ita verbum ipsum *pervertere* i. q. *perdere*, ut *Tac.* A. 4, 12. et 71. l. 12, 22. H. 2, 10.)

*Pervigilium, sacrum nocturnum.* pervig. indicere. Cal. 54. menstruis supplicationibus et pervigilio anniversario coluit (simulacrum Fortunae.) Galb. 4.

in Apennini jugis etiam pervigilium egit (ad celebrandam victoriam.) Vit. 10.

*Pes.* impulsum ab eo dextri pedis pollice. Cal. 57. digiti pedum. Dom. 18. usque ad imos pedes. T. 68. ut erat nudo pede. Ner. 48. pedibus nudis. A. 100. Cal. 42. retectis pedibus. A. 78. v. not.

petiit, ut sibi pedes praeberet excalciandos. Vit. 2.

veste — subjecta militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. Cal. 26. animadversis pedibus. Cl. 10. pede apprehenso. Cl. 15. pedibus e tribunali detractus est. Rh. 6.

equus pedibus prope humanis. C. 61. manibus pedibusque articulari morbo distortissimis. Galb. 21. — taurus — elatis pedibus totum cruore perfudit. Galb. 18. —

coenanti ad pedes stare. Cal. 26. (*servorum more.*) ad pedes stantibus. Galb. 22. (h. e. *ab iis, qui ad pedes stabant, servis, ministris.* v. not.) v. loca citata a Gesner. in Thes. sub voc. *Pes* III. 2.

praeter pedes suos transeuntes. Cal. 36. ante pedes ei stabat puerulus sequ. Dom. 4.

biennio continuo — pedem porta non extulit. T. 38.

*pedibus* opp. *equo* v. *vehiculo*, nostr. *zu Fuſs.*

per angust. tramites pedibus evasit. C. 31. in agmine nonnunquam *equo*, saepius pedibus anteibat. C. 57. *praemisso* in ordine *equo*, ad respondendum — *pedibus* venire. A. 38. in consulatu *pedibus* fere, extra consul. saepe adaperta *sella* per publicum incessit. A. 53. pedibus toto itinere praegrediens. T. 7. ceteri *pedibus* — Crassus Frugi *equo* phaler. Cl. 17. nisi *aut pedibus, aut sella, aut lectica* transirent. Cl. 25. qui — Romam pedibus per vicem commeant. Vesp. 8. pedibus per Urbem non temere ambulavit. Dom. 19.

*pedibus* opp. *itineri maritimo.* quum praeter Locros Rhegium pedibus iret. A. 16. unde *pedestre iter.* a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit. Cl. 17.

*pes*, mensurae genus. A. 79. Ner. 19.

*Pedatus.* male pedatus scambusque. Oth. 12.

*Pedites.* C. 38. 39.

*Pestilentia.* Cal. 31. pestilentia unius autumni tempore Neronis. Ner. 39.

pestilentia sub Tito, quanta non temere alias. Tit. 8.

*Petasatus*, tegmen capitis, quod *petasus* dicitur, gerens. A. 82.

*Petere*, pr. *studiose ire ad aliquid, citatum ad aliquid cursum facere*, ut Perizon. ad *Sanct.* Min. p. 740. sequ. ed. Scheid., qui deducit a Gr. πέτω, πέτομαι. cf. Scheid. ad Lennep. Etymol. sub voc. πέτω et πίπτω.

Inde vel *de re* dicitur, *quam consequi studemus*, vel *de loco, ad quem tendimus*, ut Gr. ἐφίεσθαι.

*de re.* i. q. *rogare, operam dare alicui rei consequendae*, nostr. *um etwas ansuchen.*

consulatum. C. 24. A. 26. honores. Cl. 5. centuriatum. Gr. 24. pontificatum. C. 13.

de petenda civitate agitantes. C. 8.

commeatum petiit. T. 10. quamvis saepe commeatum petenti. Ner. 35.

ad amicitiam suam — per legatos petendam. A. 21. amicitiam ejus ultro petiit. Cal. 14. in pace, quam peterent. A. 21. legatos pacem petituros. Vit. 16.

secretum petenti — dedit. T. 25. secretum petenti denegavit. Cal. 23.

signum more mil. petisse. Cal. 58. colloquio petito. A. 27.

equ. militiam petentes. A. 46. publicanos remissionem petentes. C. 20.

petita venia. A. 45. neque negavit quicquam petentibus, et ut, quae vellent, peterent, ultro adhortatus est. Tit. 8. quam justas petendi causas haberet. A. 40.

quoad Cassius Sev. — dilationem petiit (a judicibus.) Gr. 22. auctor fuit — judices in eum a Senatu petendi. Dom. 8.

*alicui aliquid.* quendam — dispensationem cuidam petentem. Vesp. 23.

sibi alic. filiam in matrimonium. C. 27. A. 63. desinite — conjugio hanc petere. Gr. 18.

*al. ab aliquo.* nec a se peti passus est. Tit. 8. jus nundinarum — a Consulibus petiit. Cl. 12.

*pro aliquo.* Tiberio pro cliente Graeco petenti. A. 40.

*c. infin. pass.* peteretque donari — Deo. A. 5.

i. q. *postulare, dari sibi jubere,* nostr. *verlangen.*

petito speculo. A. 99.

unde in judicio *plus petere.* Cl. 14. h. e. *libello* s. *intentione plus complecti, quam jure ad al. pertinet.* v. not. petitur puer — in libertatem. Rh. 1. De *usu judiciali* hujus verbi v. Gesn. Thes. nr. 2.

i. q. *cupere, operam dare rei.* fructum, quem peto. A. 28.

i. q. *quaerere, acquirere, conquirere aliquid ex al. loco,* nostr. *holen, suchen* etc.

unde solitus esset vinum olim et ipse petere. Cl. 40. muraenarum a Parthia usque fretoque Hisp. per navarchos ac triremes petitarum. Vit. 13. exemplaribus undique petitis. Dom. 20.

ab exercitu auxilium petissem. C. 30.

*de loco* est *impetum* v. *cursum aliquo dirigere.*

petere aprum jaculis. T. 72. undique se strictis pugionibus peti. C. 82.

i. q. *tendere aliquo, de cursu ad locum directo.*

Britanniam petisse. C. 47. provincias cum imperio petituri. A. 29. Aegyptum petit. A. 17. navigium clam petentes. T. 6. secessum Camp. petiit. T. 39. Illyricum petens. T. 14. Syracusas petiit. Cal. 24. ex secessu Anticyrae, quam — petierat. Cal. 29. confestim Urbem petiit. Cal. 48. Achajam petit. Ner. 22. Fundos petentibus. Galb. 4. Palatium petiit. Oth. 7. Aventinum et paternam domum clam petiit. Vit. 16. Cutilias ac Reatina rura — petiit. Vesp. 24. Alexandriam petens. Tit. 5. Sabinos petit. Tit. 10.

unde etiam *petere aliquem* i. q. *ad aliquem ire.* Parthosne an Galbam supplex peteret. Ner. 47. —

De forma *petisse, petissem* pro *petiisse, petiissem* v. Oudend. ad C. 30. et A. 63.

*Petitio.* a petitione honorum absentes summovere. C. 28. ut absenti sibi — petitio secundi consulatus daretur. C. 26. in petitione consulatus. C. 73.

prima statim petitione. Vesp. 2.

*Petitor.* e petitoribus non alios adjuvare. C. 23. Inepte al. *competit.* v. *Competitor.*

*Petulans.* jocis quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus. A. 55.

*Petulantia* linguae. T. 61. jocorum. Galb. 20. petulantiam — exercuit. Ner. 26. (v. ejus exempla eodem capite.)

rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens. Vit. 10. Gr. ἀταξία, ἀσέλγεια.

*Phalanx.* legio, quam M. Alexandri phalangem appellabat. Ner. 19.

*Phalerae*, equorum ornamenta, inter dona militaria. A. 25.

*Phaleratus* equus. Cal. 19. Cl. 17. phalerata Mazacum turba. Ner. 30. v. not.

*Phasianae* inter hostias. Cal. 22. *Phasiani.* phasianorum cerebella. Vit. 13. Sed h. etiam l. al. femininum praeferunt. v. Oudend. *Martial.* 3, 58, 16. „impiorum *phasiana* Colchorum."

*Phengites* lapis. Dom. 14. h. e. translucens a Gr. φέγγος. v. *Plin.* H. N. 36, 22.

*Philologus* i. q. *grammaticus* sensu antiquo. Philologi appellationem assumsisse videtur, quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur. Gr. 10.

*Philosophus.* SCtum de philosophis et de rhetoribus. Rh. 1.

philosophum (Isidorum Cynicum) Nero Urbe Italiaque summovit. Ner. 39. philosophorum contumaciam Vesp. lenissime tulit. Vesp. 13. (Sequ. de Demetrio Cynico.) Domit. philosophos omnes Urbe Italiaque summovit. Dom. 10. v. not. *Tac.* Agric. 2. *sapientiae professores* dicit.

*Philosophia.* a philos. Neronem mater avertit, monens, imperaturo contrariam esse. Ner. 52. a quo inductus aliquatenus in philosophiam est. Pers.

Cornutus, sectae Stoicae, qui libros philosophiae reliquit. Pers.

*Philosophari.* virorum acriter tunc philosophantium. Pers.

*Phoenicopterus*, *avis Africae, a rubentibus pennis sic dicta.* v. *Plin.* H. N. 10, 48. *Martial.* 3, 58, 14. „nomenque debet quae rubentibus pennis." l. 13, 71. *Juvenal.* 11, 139.

phoenicopteri inter hostias. Cal. 22. sacrificans respersus est phoenicopteri sanguine. Cal. 57.

linguae phoenicopterûm in patina Vitellii. Vit. 13. cf. *Lamprid.* Heliog. 19.

*Phonascus*, qui declamantis vocem instrumento musico moderatur. A. 84. Ner. 25.

*Piaculum*, *sacrum piaculare.* per omnia piaculorum genera manes Galbae — propitiare tentasse. Oth. 7.

*Picare* dolia. Cl. 16.

*Pictura.* v. *Pingere.* — *Pie*, *Pietas.* v. *Pius.*

*Pigere.* ut Silanum non piguerit, sententiam suam — interpretatione lenire. C. 14.

*Pignus.* marium pignora. A. 21. de *obsidibus.* In libris aliquot *pignera.* v. Oudend. et Schaefer. ad *Plin.* ep. 1, 12, 3.

de *filio.* intercepto communis filii pignore. T. 7.

*pignora capere* est *direpta supellectili coercere Senatorem magistratui non parentem*, v. c. indicto a Consule Senatu non venientem, v. ad jus vocatum comparere recusantem. C. 17. v. not. Gr. ἐνέχυρα λαμβάνειν. cf. Clav. Cicer.

*Pignerare* aliquid i. q. *pro pignore dare*, nostr. *verpfänden.* ut ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas. Vit. 7.

*Pignerari* i. q. *pignoribus obstringere et devincire sib aliquem.*

primus Caesarum fidem mil. etiam praemio pigneratus. Cl. 10.

*Pila.* A. 83. *pilae* i. q. *aggeres in aqua exstructi, moles.* Gr. κρηπῖδες. congestis pilis. Cl. 20.

*Pileus.* arrepto pileo vel galero. Ner. 26.

*libertatis signum.* servos ad pileum vocare. T. 4. i. q. *manumittere.*

*Pileatus.* ut plebs pileata tota Urbe discurreret. Ner. 57.

*Pilus.* quo mollior pilus surgeret. A. 68.

*Pili* primi, *primi ordines legionis.* plerisque Centurionum maturis jam, et nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit. Cal. 44.

*Pinax.* lib. qui inscribitur *pinax.* Gr. 6.

*Pingere.* pingendi studium. Ner. 53.

*Pictura.* aversae tabularum picturae. A. 75. tabellae lascivissimarum picturarum. T. 43.

*Pinguis* i. q. *densus, crassus.* Gr. παχύς. pinguis toga. A. 82. παχὺ ἱμάτιον.

pinguissima coma. Ner. 20. h. e. *densissima.*

*Pinna.* ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur. Cl. 33.

*Pinsere.* *pinsit* v. *pinsuit* nonn. A. 4. Al. *finxit.*

*Piratae.* C. 74.

*Pirum.* Cl. 27.

*Piscis.* A. 96. Cal. 49. Vit. 13. Rh. 1.

*Pisciculos* appellavit Tib. pueros, quibus natans ad libidinem abutebatur. T. 44.

*Piscari.* animi laxandi causa piscabatur hamo. A. 83. piscatus est rete aurato, purpura coccoque funibus nexis. Ner. 30. dum piscaretur. Ner. 35.

similes ajebat esse aureo hamo piscantibus. A. 25.

*Piscator.* T. 60. piscatores. Rh. 1.

*Piscina*, de *balineo.* refotus saepius calidis piscinis, ac tempore aestivo nivatis. Ner. 27. inchoabat piscinam a Miseno ad Avernum lacum, contectam, porticibusque conclusam, quo, quicquid totis Bajis calidarum aquarum esset, converteretur. Ner. 31. v. *Plin.* ep. 2, 17, 11. et 5, 6, 25.

*Pistor*, e servis. C. 48. duobus solis comitibus, pistore et coquo. Vit. 16.

Cassius Parm. ut pistoris nepotem taxat Augustum. A. 4.

*Pistoria* opera. T. 24. v. *Opus.*

*Pistrinum.* A. 4. mulis e proximo pistrino ad vehiculum junctis. C. 31.

*Pistrinensia* jumenta. Cal. 39.

*Pius.* censuerunt quidam, ut *Pius* cognominaretur. T. 17. *Pius* vocabatur Caligula. Cal. 22.

*Pie.* si grate pieque quis se prosecutus fuisset. A. 66.

*Pietas.* aliis rebus pietatem colas. C. 30. (*servato jure divino.* Eurip. εὐσεβεῖν χρεών.)

*erga parentes et consanguineos.* T. 70. Cal. 1. 12. 15. Cl. 11. Ner. 9. Pers.

*erga Principem* ut *Patrem patriae vel etiam Deum.* A. 66. Vit. 3. Dom. 11. cf. *Impius.* Gronov. ad *Tac.* A. 3, 51.

*Placere.* Senecam tum maxime placentem. Cal. 53.

cuidam scenico placenti. Ner. 42. Cano choraulae mire placenti. Galb. 12.

citharoedum placentem. Vit. 11.

*placitus* h. e. *qui placuit*, *probatus*. quum maxime placitam sevocasset. Cal. 36.

in *Senatus decretis vel Principum edictis* solemne verbum est *placere*.

haec nova — neque placent, neque recta videntur. Rh. 1.

*Curiam* — *obstrui* placuit, *Idus*que Mart. parricidium *nominari*, ac *ne* unquam eo die Senatus ageretur. C. 88. quibus imperium prorogari — quid et qua forma regum literis rescribi placeret. T. 30. placuerat, per classiarios arma transferri sequ. Oth. 8. quum auctore Tiberio secerni minus idoneos Senatores removerique placuisset. Vit. 2.

mulieres — venire in theatrum, *non placere*. A. 44. (*in edicto Augusti.*)

spectare eum Circ. ex pulvinari, non placet nobis. Cl. 4. (*in epistola Augusti.*)

simul. Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat (Caligulae.) Cal. 57. —

quum placuisset — aggredi. Cal. 56. sc. *conjuratis*, h. e. *quum constituissent*, *decrevissent*.

trucidatis, quos *placitum esset*. C. 9.

*Placidus*. placida quies. Cal. 50. Opp. *pavida* h. e. *inquietata*, *turbata somniis*.

*Plaga*. i. q. *vulnus*. C. 82. Cal. 55. Oth. 11.

distingu. a *vulnere*. verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem repraesentantes adversariis. Vit. 10. ubi *plagae* incruentae, *vulnera* cruenta sunt.

*Plagosus*, qui plagas inferre s. verberare amat. Gr. 9.

*Plagulae*, *vela lecticae*. quum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis coelum. Tit. 10. De lectione incerta v. Oudend.

*Plangere*. Gr. κόπτεσθαι, ὀλοφύρεσθαι. Ner. 49. Oth. 8.

*Planus*. e *plano* aut *e quaesitoris tribunali*. T. 33.

*Plane* i. q. *prorsus*, *omnino*. plane deterritus. C. 14. necdum plane inimicus. A. 70. plane palam. C. 27. nostr. *ganz offen*. *quasi plane* defensione — res egeret. C. 52. (v. Schaefer. ad *Plin*. ep. 4, 11, 9. Schwarz. ad Paneg. 20, 1.) illud plane inter omnes fere constitit. C. 87.

sed plane poematum quoque non imperitus. A. 89.

*planeque* ita fecit. Ner. 38. v. Oudend. et plane ita fecit. Tit. 8.

illa ejus quotidiana, et plane omnium horarum et momentorum erant. Cl. 40. ubi legendum puto *paene*.

illud plane quantumvis salubriter et in tempore. Cl. 21. h. e. *sine dubio*, *aperte* maxime salubriter. v. *Quantumvis*.

*Plaudere*. sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit. Galb. 6.

*alicui*. inchoanti Ner. cantica primus exsultans etiam plausit. Vit. 11. eisdem assurrectum ab universis in theatro et a stantibus plausum. A. 56.

quum essedario Porio — studiosius plausum esset. Cal. 35.

*Plausores*. sequentibus currum ovantium ritu plausoribus. Ner. 25.

*Plausus*. qui — plausuum genera condiscerent. Ner. 20.

*Plaustrum.* plaustra potius quam plostra dicenda. Vesp. 22. v. not.

*Plebs.* C. 79. 85. A. 40. 44. 46. 53. T. 2. 37. Cl. 18. 27. Ner. 10. Tit. 8. plebs Romana. C. 14. urbana. Cal. 13.

prima plebs (Augusto cognomen Patris patr. detulit), legatione Antium missa; dein, quia non recipiebat, ineunti Romae spectacula frequens et laureata. A. 58.

tantum gaudium publice praebuit (mors Neronis), ut plebs pileata tota Urbe discurreret. Ner. 57.

inter servitia et sordidam plebem. Ner. 22. ab infima plebe. Oth. 7.

e plebe homo. Cl. 13. e plebe homines. A. 51. magistri e plebe cujusque viciniae lecti. A. 30. quosdam et de plebe. Vit. 14.

plebs Pollentina. T. 37. a propinquarum urbium plebe. Cal. 43. convocata plebe (Novariae.) Rh. 6.

*plebei* regem se salutanti. C. 79. sec. codd. Vulg. *plebi;* al. corrupte *plebejo.* v. Oudend. ad h. l. *plebei* sportellis cum opsonio distributis. Dom. 4. v. Oudend. ad T. 57. et 76.

genit. *plebei.* v. Oudend. ad T. 37. Omnino de forma *plebes, plebei* cf. Drakenb. ad *Liv.* 1, 20. l. 2, 24. et 45. l. 31, 43., singillatim de genit. *plebei* Eund. ad *Liv.* 2, 33. et de dat. *plebei* ad l. 2, 42. et l. 27, 20.

*Plebecula.* sineret se plebeculam pascere. Vesp. 18.

*Plebiscitum.* C. 11. 28. Senatusconsulta, plebiscita. Vesp. 8.

*Plebejus.* a plebejo quodam et ignoto. Ner. 56. plebejo homini. T. 2.

plebeja gens. T. 1.

*Plectere.* merito se plecti, qui — concupisset. Vesp. 12.

*Plenus.* pleno convivio. C. 49. A. 51. 76. Cal. 24.

plenus spei. C. 26. persuasionis. T. 69. minarum. Lucan. juvenem probri plenum. Cl. 16. vultus ruboris plenus. Dom. 18. arca variorum venenorum plena. Cal. 49. zona aureorum plena. Vit. 16.

quae omnia — arrogantiae plena. T. 68.

os plenius. C. 45. (nostr. *ein volles Gesicht.*)

*Plerique* i. q. *multi.* C. 50. 52. 68. 83. Dom. 19. al. plerique Equitum. A. 40. provinciarum pleraeque. A. 59. litigatorum plerique. Cal. 39. non defuit plerisque animus. Cal. 56. plerique mortem obierant. Cl. 46. plerique consulares. Ner. 38. plerique jurgia simulantes. Ner. 45. ex utroque ordine et sexu plerique. Ner. 11. (quibus omnibus locis *plerique* non sunt *plurimi,* sed *multi* v. *plures.*) Ita etiam matronae pleraeque. C. 84. pleraque pessimi exempli. A. 32. ubi Ernest. manifestam interpretationem intrudere voluit, *pluraque.* pleraque et quae per alios erant gesta sequ. C. 56. cf. loc. Taciti, quae ad C. 83. excitavi. Inde

*Plerumque* i. q. *saepe.* C. 62. 65. T. 33. *Tac.* A. 4, 57. v. *Horat. Turs.* p. 572. ed. Schwarz.

*Plostrum.* v. *Plaustrum.* Illa vulgaris pronunciatio.

*Plumbeus.* plumbeam chartam supinus pectore sustinere (coepit.) Ner. 20.

os plumbeum. Ner. 2.

*Plus.* plus minusve loqui. A. 84. (*zu viel oder zu wenig.*) v. *Horat. Turs.* p. 574. nr. 7.

plus petendo. Cl. 14. h. e. *nimium, plus quam convenit.* v. *Petere.*

neque ex quoquam *plus denario* auferente. A. 57. nec *plus quam mille* nummos — deponi. Dom. 7. v. Drakenb. ad *Liv.* 29, 25. l. 31, 34. et l. 41, 12.

*de tempore.* ne quis — *plus triennio* continuo Italia abesset. C. 42. ne *plus quam bis* in mense legitimus Sen. ageretur, Kalendis et Idibus. A. 35. neque enim *plus quam tribus* nocturnis horis quiescebat. Cal. 50.

etiam absolute *plus* additur ablativis consequentiae. *non plus decimis* concessis. Galb. 15. h. e. *quum non plus quam decimas concederet.* Idem usus in dictionibus *nihil aliud*, *nihil amplius*, *minus*, de quibus suis locis vide. Omnino de usu voc. *plus* cf. Perizon. ad Sanct. p. 673. sequ. ed. Scheid. Adde Sanct. ipsum p. 1030.

*Plures*, neque tamen unquam plures quam tres cohortes. A. 49.

quasi plura polliceretur, quam sequ. Tit. 8.

*Plurimus.* unum vel alterum, vel, *quum plurimos*, tres aut quatuor. Gr. 24.

relicta, *ubi plurimum*, dimidia parte. Dom. 7.

*Plurifariam* h. e. *pluribus locis.* A. 46. 80. T. 45. Cal. 54. Cl. 21. Ner. 24. Vit. 9. cf. *Multifariam.*

*Pluteus tricliniaris*, *pars exterior lectuli*, *a mensa aversa.* *Interior* erat *sponda*, mensae adversa. cf. *Sponda.* coenanti modo ad pluteum, modo ad pedes stare. Cal. 56.

*Pocillum.* Vesp. 2.

*Podagra.* in podagrae morbum incidit. Gr. 3.

*Podion* s. *Podium*, editior locus in theatro inter scenam atque orchestram, ubi suggestus Principum. v. *Vitruv.* 5, 7.

accubans, parvis primum foraminibus, deinde toto podio adaperto, spectare consuerat. Ner. 12.

*Poëma*, C. 56. A. 89. T. 70. Tit. 3. Dom. 1. Gr. 11. 23. Luc. Pers.

*Poëta.* A. 99. T. 61. 70. Cal. 27. Dom. 4. Gr. 6. 11. 16. 23. Pers.

antiquissimi doctorum, qui iidem et poetae et oratores semigraeci erant. Gr. 1.

praestantes poetas, nec non et artifices — insigni congiario magnaque mercede donavit. Vesp. 18. (Damnata enim bonis avibus inepta lectio, quae *coemtos poetas* peperit. v. not.)

poeta Ennius distinguitur a posteriore Ennio. Gr. 1.

*Poëtica.* A. 85. Ner. 52. Dom. 2. Gr. 11.

*Poena.* Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente poenam h. e. *supplicium.* C. 14. capitalis poena. C. 48. Dom. 14. sub mortis poena. Cal. 48. sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. T. 36. nec sine poena, si quis sequ. Cal. 40.

poenam in se ultro depoposcerunt. C. 68. exacta de sontibus poena. C. 69.

poenas facinorum auxit. C. 42. multiplici poena coercito ambitu. A. 40.

in deprecanda graviore adulterii poena. A. 5. v. not. graviore poena ulcisci al. A. 21. affici graviore poena. Ner. 39.

metu poenae theatralis. A. 40. v. not. poenas parricidarum repraesentabat. Cl. 34.

par periculum poenae subire. A. 32. ademta lenitave parte poenarum. A. 34.

alios poena, alios ignomin. . notavit. A. 39. poena acrior. Oth. 3. legitimam poenam supergressus. Cl. 14.

quoniam satis poenarum exactum esset. A. 27. poenas innocentium, impunitates noxiorum. Galb. 15.

ad evitandas legum poenas. T. 35. ne — subeunda poena esset. Vesp. 6.

inter poenam. T. 60. nullus a poena hominum cessavit dies. T. 61. precanti cuidam poenae maturitatem. ibid. ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur. T. 75. a spectaculo poenae. Cal. 27. alterius poenae duos filios adjecit. Vit. 14. rapi ad poenam. Cl. 10. 37. Vit. 14. poenas dare. Ner. 46. luere. Vesp. 1. Rh. 6.

quale id genus esset poenae (*puniri more majorum.*) Ner. 49. coll. Dom. 11.

quasi solatio et honore aliquo poenam levaturus. Galb. 9.

deposcere aliquem ad poenam. Tit. 6. expostulatis ad poenam — caedis auctoribus. Dom. 23.

*Poenitet.* neque id dixisse me poenitet. T. 29. ecquid poeniteret. T. 45.

nisus omni modo, ne quem novi status poeniteret. A. 28. h. e. *ut omnes contenti essent novo statu.* cf. locus Vesp. 1. infra cit.

*poenitens* facti. Vit. 15. signa — poenitentis et *de* matrimonio Agrippinae, *deque* Neronis adoptione dederat. Cl. 43.

*poenitendus.* neque enim exstare ullum suum factum poenitendum. Tit. 10.

gens — Reip. nequaquam poenitenda. Vesp. 1. h. e. *quam ad imperium admisisse, Remp. minime poeniteret, adeoque utilissimum esset.*

*Poenitentia*, de *mutato consilio* s. *animi sententia*, *qua factum quid nolumus.*

poenitentia vel metu. C. 9. subita poenitentia. C. 75. ex poenitentia. Oth. 1.

poenitentiam simulans, quod sequ. Cal. 39.

ad poenitentiam versi. Cal. 9. in poenitentiam religione conversis. Cl. 13.

revocatis ad poenitentiam defectoribus. Ner. 43.

ut haustum venenum poenitentia evomuerit. Ner. 2. absterritus, non tam poenitentia, quam perficiendi desperatione. Ner. 43.

c. *genit.* poenitentia prioris sectae. A. 12. h. e. *mutatum de partibus, quas prius defenderat, judicium.* in cujus pertinaciae poenitentiam. A. 27. ob poenitentiam veterum delictorum. Cl. 25. poenitentia mutati sacramenti. Galb. 10.

nec tam mortis poenitentia, quam suorum obtestatione. Vit. 2. h. e. *consilio de morte sibi consciscenda mutato.* coll. Ner. 2. supra cit.

*Poëta*, *Poëtica* v. post *Poëma.*

*Pol.* satis pol proterve. Ter. 3.

*Polire.* argento et auro politis armis. C. 67.

politiora servitia. C. 47. v. Oudend.

*Pollere.* qui plurimum inter homines pollent. C. 6. pecunia pollere. C. 19.
*Pollex.* impulsum ab eo dextri pedis pollice. Cal. 57.
inserto per os pollice. Galb. 20. quod duobus filiis — pollices amputasset. A. 24.
*Polliceri.* Vettius etiam chirographum ejus — pollicebatur. C. 17.
multitudinem — operam sibi — pollicentem. C. 16. milite ac populo — hortante omnemque operam suam certatim pollicente. Vit. 15. alicui amicitiam et societatem. Cl. 25.
existimatur etiam equ. census pollicitus singulis. C. 33. trec. nummos, quos pollicitus olim erat. C. 38. donativum etiam pollicitum (tradunt.) Galb. 20. ut voluntariis non modo missionem — sed etiam — commoda polliceretur. Vit. 15.
quicquam cuiquam — polliceri. C. 78. auctores Bibulo fuerunt, tantundem pollicendi. C. 19.
quasi plura polliceretur, quam praestare posset. Tit. 8.
poll. alicui matrimonium. Cal. 12. nuptias. Tit. 7. noctem. Dom. 1.
ceteros, quod polliciti sint, tarde praestare, sed ipsum, quod praestet, tarde polliceri. T. 24.
*Pollicitationes.* Ner. 13. Oth. 6. Dom. 2.
*Polluere.* quaestio de pollutis sacris. C. 6. pollutarum cerimoniarum reum. C. 74.
*Polyhistor.* quem propter antiquitatis notitiam polyhistorem multi — vocabant. Gr. 20.
*Polyphagus* quidem Aegyptii generis. Ner. 37.
*Pompa.* inter pompae (*triumphalis*) fercula. C. 37. nonnullos ex principibus legit, ac seposuit ad pompam. Cal. 47. triumphi die, fatigatus tarditate et taedio pompae. Vesp. 12.
*pompa Circensis.* C. 76. Tit. 2. matri Circenses instituit, carpentumque, quo in pompa traduceretur. Cal. 15. aviae Liviae — Circensi pompa currum elephantorum decem. Cl. 11.
quasi — die Circensium proximo sollemni pompae simulacrum Dei detraxerit. A. 16.
*praeeunte pompa* ceterarum sc. *coronarum,* h. e. *coronas gestantium.* Ner. 25. v. not.
*pompa funebris.* funeratus est sollemni Principum pompa. Cl. 45. quanti funus et pompa constaret. Vesp. 19.
*Pomum.* recens acidumve pomum succi vinosioris. A. 77. poma. T. 53. Ner. 20. diripiendi pomorum et opsoniorum. A. 98. v. not.
*Pomiferae* arbores. Cal. 37.
*Pondus,* nostr. *Last.* oneratis gravi pondere cervicibus. A. 67.
nostr. *Gewicht.* tres uncias, quae ponderi deerant. Galb. 12. statuas — ponderis certi. Dom. 13.
*Pondo.* tria millia pondo auri. C. 54. sedecim millia pondo auri. A. 30. v. de hoc antiquae vocis *pondus, pondi* ablativo *Gronov.* de pec. vet. 1, 6. et Perizon. ad *Sanct.* p. 747. ed. Scheid.
*Pone.* occipitium. T. 68. verticem. Ner. 51. cervicem. Dom. 23.
ut — accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. C. 20.
*Ponere* i. q. *collocare, constituere,* nostr. *setzen, stellen.*
utriusque simulacrum aen. victor posuit in templo. A. 96. statuas olim sibi positas. A. 52. jussit, vel continuo ponerent

(statuam.) Vesp. 23. imagines a civitatibus ei positae. Vesp. 1. cf. T. 26. Cl. 9. Vit. 9. Tit. 2. Dom. 13.

positis ante se cum pecunia fiscis. Cl. 18.

miles positus ad custodiam aditus. Ner. 21.

ipsa enim (verba) sicut Messalae, posui. A. 58. nos: *hersetzen.*

de Quaestore quodam cand. *inter causas* suffragationis suae *posuit*, *quod* sequ. Cl. 40.

Similis locus Oth. 7. *posita brevi ratione*, *quasi* sequ. h. e. *proposita.* Alii aliter locum tentant. v. not.

posito in hortis — rudimento. Ner. 22.

i. q. *deponere.* posita veste. Galb. 3. positis lacernis. A. 40.

exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos. A. 100.

ponere barbam. Cal. 5. 10. Ner. 12. lanuginem. Ner. 34. v. *Barba.*

*Pons.* ponte fabricato. C. 25. Bajarum medium intervallum Puteolaneas ad moles — ponte conjunxit. Cal. 19. per hunc pontem ultro citro commeavit. ibid. talem a Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis. ibid. dedicatione pontis. Cal. 32. super templum D. Aug. ponte transmisso. Cal. 22.

circa oppugnationem pontis. C. 64. ruina pontis. A. 20.

propere versus ad pontes. Cal. 51.

*pons in Campo Mart., quo ad suffragia in septum transibant.*

utrumne illum in campo — e ponte dejicerent. C. 80.

*Ponticulus.* quod si ponticulum transierimus. C. 31.

*Pontifex.* domum se nisi pontificem (sc. *maximum*) non reversurum. C. 13. pontifex in locum P. Scipionis substitutus. T. 4. (non *pontifex maximus*, quo honore adhuc Caesar fungebatur, sed *in pontificum collegium* cooptatus.) inter pontifices sacrificanti. T. 25.

Cn. Domitius in tribunatu pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, *jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit.* Ner. 2.

fasti vitio pontificum per intercalandi licentiam turbati. C. 40.

ut — obsecratio haberetur, eamque ipse jure maximi pontificis — praeiret. Cl. 22.

*Pontificatus maximus.* C. 13. 46. A. 31, Vit. 11. Tit. 9.

ad pontificatum traductus est. Cal. 12. (*pontificibus ascriptus est.*)

*Pontificales* ludi. A. 44. h. e. editi, suscepto pontificatu maximo.

*Popae, qui victimas mactabant.* succinctus poparum habitu. Cal. 32.

*Popina, locus, ubi opsonia coquuntur et venduntur.* Ner. 16. 26. Vit. 13.

datum Aedilibus negotium, popinas ganeasque inhibendi. T. 34. Claudius coercitionem popinarum Aedilibus ademit. Cl. 38.

*Popino, qui in popinis versatur, helluo.* Gr. 15.

*Poples.* ingredientem destituebant poplites minus firmi. Cl. 30.

*Populus* et de *tota civitate Romana omnibusque ordinibus* (v.

*Gell*, 10, 20.), et de *plebe* seorsim dicitur. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 25, 2., Sigon. ad *Liv.* 25, 3.

*de tota civitate Rom.* ad amicitiam suam populique Rom. petendam. A. 21. imperium populi Rom. A. 31. unicum populi Rom. praesidium. T. 21. quasi in fidem populi Rom. T. 49. ne de summa imperii sui pop. Rom. periclitetur. T. 21. si non populum Rom. perosi sunt. ibid. dominum gentium populum. Cal. 35.

censum populi ter egit. A. 27. coll. A. 97.

*populi Rom.* sexum, aetatem, *ordinem omnem.* Cal. 4.

tam indignam sortem populi Rom. Cl. 3. ex aerario populi Rom. Cl. 25.

populum Rom. — voti compotem fecit. Cal. 13.

magni existimans, sincerum atque — incorruptum servare populum. A. 40.

populum universum tanta per omnes occas. comitate tractavit sequ. Tit. 8.

primus — magistratum populi suffragio cepit. A. 2. (*comitiis centuriatis.*)

tentavit et, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Cal. 16.

populo hortos circa Tiberim publice — legavit. C. 83. τῇ πόλει. legavit populo Rom. quadringenties. A. 101. h. e. *aerario.* Sequ. *tribubus* h. e. *plebi viritim*, ut T. 76.

Saepius de *plebe Romana* seorsim, Gr. δῆμος v. πλῆθος.

per suffragia populi. C. 5. v. not. beneficium populi. C. 29.

tam Senatus, quam populi diurna acta. C. 20. *lege Vatinia* — mox *per Senatum*, veritis *Patribus*, ne, si ipsi negassent, *populus* et hanc daret. C. 22.

citra Senatus populique auctoritatem. C. 28. Senatus consentiens cum populo Rom. A. 58. apud Senatum ac populum. T. 68. Senatui populoque Rom. Cl. 7.

neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites. A. 84. et militum et Senatus populique gratulationibus. Ner. 34.

epistola Senatus pop.que Rom. Cl. 25. nunciaret Senatui ac populo. Ner. 1. legatum Senatus ac populi Rom. Galb. 10.

populo consalutato. T. 17. Praec. *Senatu adstante.* equestri ordini et populo. Cal. 49. Opp. *Senatui.* aut Senatu aut populo. Ner. 41. absentem Senatum populumque. Cal. 45. populus — miles — Senatus. Dom. 23.

conciliato populi favore. Cl. 11. ad populum provocanti. C. 12. Q. Catulum ad disquisitionem populi vocavit. C. 15. egit cum Tribunis plebis — id potius ad populum ferrent. C. 26. v. Drakenb. ad *Liv.* 7, 42.

recensum populi — egit. C. 41. (h. e. *plebis*, frumenti dividendi causa, ne quis de censu universi populi Rom. cogitet. v. not. coll. A. 40. et 42.) populo praeter frumenti denos modios — trecenos quoque nummos viritim divisit. C. 38.

Ita semper *plebs* intelligenda, ubi congiarium *populo* datum dicitur. v. *Congiarium.* populo famem indixit. Cal. 26. dimisso ad prandium populo. Cl. 34. cf. *Lips.* de magn. Rom. 2, 12. et Duker. ad *Liv.* 31, 50.

bestias ad munus populi comparatas. C. 75. consternatum ruinae metu populum. A. 43.

militem secrevit a populo. A. 44. (in theatro.) multa et ipse jecit in populum. Ner. 26.

inter immodicas ac novas populi acclamationes. C. 79. cf. Ner. 24. Vit. 4.

ne populo qu. jam praesenti statu laeto. C. 80. nec populo — pepercit. Ner. 38.

flagitante populo. A. 16. Cal. 41. dictaturam magna vi offerente populo. A. 52.

deprecanti saepe populo Rom. A. 65. ullis populi precibus. T. 37. revocante — populo. T. 40.

populo auxilium flagitante. T. 48. populo Rom. deposcente. Galb. 15. quasi efflagitante populo. Dom. 3.

injussu populi triumphantem. T. 2.

morte ejus ita laetatus est populus. T. 75.

populumque et milites adhortatam. T. 50. commonito pro Rostris populo. Cl. 22.

spectante populo. Ner. 53. interpellante milite ac populo. Vit. 15.

utinam populus Rom. unam cervicem haberet. Cal. 30. Praeced. *infensus turbae.*

*Popularis* sandapila. Dom. 17. h. e. *quali homines de plebe exportantur.*

populares tumultus. T. 37. h. e. *plebis in theatro.*

*popularia* h. e. *sedes populi in theatro.* Cl. 25. Dom. 4.

*populares* h. e. *qui ejusdem sunt populi,* nostr. *Landsleute.* Ner. 43.

*Popularitas, studium placendi populo comitate.*

incendebat et ipse studia hominum omni genere popularitatis. Cal. 15. pari popularitate. ibid.

ne quid popularitatis praetermitteret. Tit. 8.

maxime popularitate efferebatur, omnium aemulus, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Ner. 53.

*Porcus.* ut M. Varronem porcum appellaret. Gr. 23.

*Porca* caesa. Cl. 25.

*Porcellus.* porcello objecit (venenum.) Ner. 33.

*Porrigere.* libellum — ab obvio quodam porrectum. C. 81. coll. A. 53. asses porrigentibus. A. 91. parapsidem leguminis — porrexisse. Galb. 12.

gladium — porrectum sibi a quodam. Vit. 8. pugionem Consuli — ac mox Senatoribus singulis porrigens. Vit. 15. jussum se — pugionem porrigere. Dom. 17. oblata sibi ferramenta pugnantium inspicienda porrexit. Tit. 9.

porrecta a se poma. T. 53. veneno manu sua porrecto. Vit. 14.

*Porta.* portas claudere alicui. C. 34. patefacere. C. 54. cohortem — per diversas portas in oppidum immisit. T. 37. clausis oppidorum portis. Ner. 23.

statim contendit ad portam et inde Romam. Rh. 6.

custodiam portae commissi castelli retinuit. C. 68.

funus triumphali porta ducendum. A. 100.

*portae Caspiae.* Ner. 19. v. not.

*Portitores.* Rh. 1. — *Portorium.* stipulatores, qui se in via portorium flagitassent. Vit. 14. peregrinarum mercium portoria instituit. C. 43.

*Portare* munera in campum. C. 84. aquilam humeris subisse diuque portasse. A. 10.
*cespitem portare* Aug. Centuriones jussit poenae loco. A. 24.
*Portendere.* apparuit, *ostentum* illud Aug. potentiam *portendisse.* A. 94. periculum, quod imminere ipsi *per quaedam ostenta portenderetur.* Cl. 29. altero *ostento* periculum a custodibus domino *portendi.* Cal. 57.
magna et assidua *monstra* — exitum ei, qualis evenit, *portenderant.* Galb. 18.
qui magnam felicitatem portenderet. Vesp. 5.
stella crinita, quae summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur. Ner. 36.
arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes. C. 7. laeta per haec et magna portendi. A. 95. responsum est, summum — imperium portendi familiae. Galb. 4. non aliud portendi, quam venturum sequ. Vit. 18. beatiorem post se laetioremque portendi Reip. statum. Dom. 23.
*Portentum.* terrebatur ad hoc evidentibus portentis somniorum et auspiciorum et omnium, quum veteribus, tum novis. Ner. 46.
portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum. Cl. 3. nostr. *eine Miſsgeburt von einem Menschen.*
*Portentosus, a natura suetoque ordine recedens,* nostr. *miſsgestaltet, unnatürlich, widernatürlich.*
parvo portentosoque capite. Dom. 4.
portentosissima genera ciborum atque coenarum. Cal. 37.
*Porticus.* Capitolium ornavit porticibus ad tempus exstructis. C. 10. addidit (templo Apoll. Palat.) porticus cum bibliotheca Latina Graecaque. A. 29. porticus et basilica Caji et Lucii. ibid. in porticibus Herculis templi. A. 72.
in utraque Fori sui porticu. A. 31. in publicam porticum. T. 11.
aedes, in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum. A. 72. deceres Liburn., magna thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate. Cal. 37. domus aureae tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. Ner. 31. inchoabat piscinam — contectam porticibusque conclusam. ibid.
ut ante insulas ac domos porticus essent. Ner. 16.
stans tantummodo intra porticum mediam. Cal. 27. per longissimas porticus vagus. Cal. 50. porticuum, in quibus spatiari consuerat, parietes phengite lapide distinxit. Dom. 14.
*Portitores, Portorium* v. sub voc. *Porta.*
*Portus.* portus et navigationem et accessum ad insulam explor. C. 58.
portus Julius. A. 16. portum Ostiae exstruxit (Claudius.) Cl. 20. Antii portum operis sumtuosissimi fecit Nero. Ner. 9.
*Posca, vinum aceto mixtum,* quale plebs et milites bibere solebant. Gr. ὀξύκρατον. (Hoc est ὄξος felle vel potius herbis amaris mixtum, quod miles Christo moribundo porrexit. Matth. 27, 48. Semper milites poscam secum portabant.)
Puteolis poscam vendentem. Vit. 12.

*Poscere.* sedit. militum, praemia et missionem poscentium. A. 17. Tribuno signum de more poscenti. Cl. 42. in aquae frig. potione, quam is affectus febre poposcerat. Vit. 14.

tutorem a se poscentibus. A. 94. crebro vindicem poscebant. Ner. 45.

si res posceret. T. 65.

*Posse.* ego quid potui? Ner. 45. v. not.

quibus primum potuit experimentis. Ner. 7. quo (die) opportunissime potuit. Ner. 13. quam posset velocissimum. Ner. 33. qua posset quisque opera. Galb. 10.

quantum posset praedae et manubiarum. Ner. 38. utcunque quis posset. Cl. 16.

tempus, quo vobis aequum possit videri. T. 24. h. e. *fortasse videbitur.*

*posse etiam periphrasin facit infinitivi futuri.* Angl. *could.*

posse per ambitionem quandoque restitui. A. 42. non dubitans etiam citra bellum posse terreri. Cl. 35. bene agi potuisse. Ner. 28. posse enim — praevalere. Galb. 19. sperans — profligari plurimum posse. Oth. 9. (Ita *Cic.* pro l. Man. 6. fin. „putatisne vos illis rebus *frui posse*" h. e. *fruituros,* quod dicere noluit.)

*Potens.* potens rerum. C. 72. amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit sequ. A. 56. Agrippinam, potentem adhuc apud filium. Vesp. 4.

urbes potentissimae. C. 28. potentissimos duos competitores. C. 13. potentissimos amicorum. Lucan.

*Potentia.* Augusti potentiam. A. 94. assertores dignitatis ac potentiae patriciorum. T. 2.

fiducia fraternae potentiae. A. 14. nimiam potentiam pellicis. A. 69.

potentiae cupiditate. C. 50. se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. C. 86.

potentia atque opibus — floruerunt. A. 66. tantum potentia valuit. Oth. 2.

nec potentia minor, nec dignitate. T. 1. velut partes sibi aequas potentiae vindicantem. T. 50. quem ad summam potentiam — provexerat. T. 55.

*Potestas* pr. est *facultas, potentiam suam* s. *vim in alium exercendi.* Itaque, sicut *potentia* conditionem, ita *potestas* actum significat, *Macht* absol. et *Macht über einen* v. *über etwas.*

quorum ipsi in potestate sunt reges. C. 6. jam istam volucrum fore potestatem. A. 13. v. *Esse.*

in adversariorum devenit potestatem. C. 36. in potestatem redigere al. C. 4. T. 25. Tit. 4.

si de potestate patris exisset. Vit. 6.

i. q. *venia,* (*Macht, Erlaubniſs, etwas zu thun,*) max. *de venia aliquem conveniendi.*

potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. C. 75. facta tandem abeundi potestate. T. 10. potestatem omnibus adeundi sui fecit. T. 40. si quis adire vellet, potestatem sui praebuit. Oth. 11. qui potestatem sui die festo non habuissent. T. 34. —

potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. A. 21. ut populo potestatem faceret, bina paria — postulandi. Dom. 4.

ne potestas cuiquam capitis sui fieret. Ner. 49. h. e. *ne caput cuiquam traderetur.*

inde *potestas* abstract. de *magistratu* v. *imperio, penes quod est potestas.*

quod compellari apud se majorem potestatem passus esset. C. 17. quoad potestate abiret. C. 20. contentus dictaturae potestate. C. 76. Tribunos — potestate privavit. C. 79. potestate transacta. A. 40. in eadem hac potestate. A. 27.

ignota tunc adhuc Caesarum potestate. T. 14. nec quicquam — pro potestate subscripsit. Oth. 7.

tribunicia potestas. A. 27. T. 9. 11. 16. 23. 65. Vesp. 12. Tit. 6. consularis. Dom. 1. summa potestas i. q. *consulatus.* Cal. 26.

quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis. T. 29.

auctores restituendae tribuniciae potestatis, cujus vim Sulla deminuerat. C. 5.

honore omni et potestate privavit. Ner. 34. (*Ansehen, Gewalt.*)

*potestates* i. q. *provinciis praefecti.* Cl. 23. Opp. *magistratus in Urbe.* — *summae potestates* i. q. *Principes, ἀρχαί.* Ner. 36.

*Potiri.* ne spolio potiretur hostis. C. 64. (De lectione solocca *poteretur* v. not.)

obsessa Alexandria — brevi potitus est. A. 17. regnorum, quibus belli jure potitus est. A. 48. si potitus imperio fuisset. Cal. 12. qua (femina) ut potiretur. Ner. 35.

i. q. *obtinere.* quod multos jam annos potiretur sacerdotio. Cal. 35.

c. *genit. rerum* potiri. A. 94. Vesp. 4. v. Perizon. ad *Sanct.* p. 482. ed. Scheid. coll. p. 739.

*Possessio.* ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum. C. 42. h. e. *fundorum*, nostr. *Besitzungen, Grundstücke.*

loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse. T. 10.

*Possessor.* se esse possessorem ac velut aedituum soli. A. 5. possessor villae novus. A. 6. ne quis possessorum expelleretur (agris.) C. 38. neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit. A. 13. rapti per agros viatores — ergastulis possessorum (sc. agrorum) supprimebantur. A. 32. subsiciva — veteribus possessoribus concessit. Dom. 9. loca in Urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. A. 32. h. e. *iis, qui tunc possidebant.* non ausus extorquere possessoribus proximas domos. A. 56. aedificare, si possessores cessarent, cuicunque permisit. Vesp. 8.

*Post.* post paucissimas noctis horas. A. 6. paucos post dies. C. 22. Cal. 14. 26. post nonum mensem, quam Tib. excessit. Ner. 6.

post se. T. 22. h. e. *post aetatem suam* i. q. *post mortem suam.*

post remotos — Tribunos. C. 80.

*statim post.* v. *Statim.*

*de loco.* religatis post terga manibus. Vit. 17. —

post hoc. Oth. 11. (Al. *post haec.*) Gr. 3. v. Oudend. ad T. 9. et Oth. 11. —

i. q. *postea*, vi adverbii. biduo post. C. 16. nec multo

post. C. 26. quinto post die. C. 38. longo post intervallo. Vit. 1. *post biennio*, sc. cod. Salm. T. 20. v. Oudend.

*paulo post quam.* C. 39. — *postquam deinde etiam.* Ner. 42. aliquanto enixius, postquam. Galb. 3.

*Postea.* aut statim aut unquam postea. Ner. 34.

*Posthaec.* A. 19. T. 9. Vesp. 8. Al. *posthac* et *post hoc.*

*Posthac.* C. 75. A. 40. 42. 53. 55. 97. T. 7. Ner. 37. Dom. 13.

*Posterus.* postero die. C. 20. posteri temporis. C. 23.

praesentis et posterae vitae. A. 71.

posteriore corporis parte. Ner. 46.

*posteriore* epulo. Cal. 17. priore proelio — posteriore. C. 55. cf. *Prior.* — posteriores (grammatici). Gr. 4. *die spätern.* Oppon. *veteres.*

in posterum. C. 14. A. 18. 29. Vesp. 6.

posteri. A. 43. Cal. 38.

*Postremo.* C. 20. 80. T. 67. Cal. 46.

primo — deinde — postremo. T. 61.

*Posthabere.* omni ratione posthabita. Cal. 37.

*Posticus.* postica parte Palatii. Oth. 6.

*posticum.* aegre, nec nisi postico, evadere. Cl. 18.

*Postmeridianis* horis. Gr. 24.

*Postponere.* quum se — etiam deterioribus postponi videret. Gr. 8.

*Postridie.* postridie nundinas. A. 92. postridie quam ad leg. venit. Galb. 6.

*Postulare.* immodeste missionem postulantes. A. 24. ut — prius veniam postularit. T. 71.

postulante L. Pisone. C. 83. (in Senatu.) abolitioem ejus (legis) publico spectaculo pertinaciter postulante Equite. A. 34.

saepe *de populo, gladiatorem ad pugnam produci petente.*

pugilum par postulatum. A. 44. quum Tetrinius latro postularetur. Cal. 30.

Palumbum postulantibus. Cl. 21. ut populo potestatem faceret, bina paria e suo ludo postulandi. Dom. 4.

*c. accusat. personae.* quum — prospicientem (Caligulam) pauci postulassent (gladiatores.) Cal. 18.

i. q. *accusare, alicujus nomen deferre.*

Dolabellam repetundarum postulavit. C. 4. qui postulabatur injuriarum. A. 56.

*simpl.* a L. Antistio Tr. pl. postulatus. C. 23. Eodem sensu

*Postulationes.* Ner. 7. et *Postulatores.* Ner. 15.

*Potare.* T. 42. Ner. 5. Vesp. 2. potaturus. Ner. 48. sec. vulg. Meliores libri: *poturus.* v. Oudend.

*Potio.* pro potione sumebat sequ. A. 77. larga meri potione. T. 62. gelidae aquae potione. Oth. 11. in aquae frigidae potione. Vit. 14. de potione, qua Brit. hausta periit. Tit. 2.

*Potiuncula.* ut — modicam in ampulla potiunculam sumeret. Dom. 21.

*Potus.* ad quem sponte se a potu recepisset (jumentum.) Galb. 7.

*Potulentus* i. q. *ebrius.* Oth. 2.

*Potionare.* creditur potionatus a Caesonia. Cal. 50. v. int.
*Potens*, *Potentia*, *Potestas*, *Potiri* v. post *Posse*.
*Potior.* vitiis virtutibusque Tib. perpensis, potiores duxisse virtutes. T. 21.
quum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Oth. 8.
*potius.* potius navigabat. A. 82. h. e. *navigationem praeferebat.*
*Potissimum.* Gallias potissimum elegit. C. 22.
*Prae* a Gr. παραί (v. Scheid. ad Lennep. Etymol. p. 731. et ad Sanct. Min. p. 232.) pr. *comparationi* inservit, quae ad *locum* pertinere potest, quo alius alio prior est, vel ad *vim* atque *momentum*, quo quis superior est altero.
Itaque *de loco* dictum non omnino esse potest i. q. *ante*, sed ostendit, aliquid juxta positum, sed primo loco, magis eminere et conspici. Nostra lingua, cui major particularum penuria, voc. *vor* et *über* eodem sensu utitur, praesertim quum usus nostri *ob*, praeterquam in paucis, ut *ob etwas halten*, *Obacht*, *Obsicht* etc. fere obsolverit.
*prae se ferre* aliquid igitur est *in conspectum* v. *omnino ad sensus hominum aliquid prodere*, nostr. *äufsern*, *zu erkennen geben.*
quam voluntatem quum prae se identidem ferret. A. 28. odium semper contemtumque Tiberii prae se ferens. Cal. 14. mediocritatem pristinam *neque dissimulavit unquam* ac frequenter etiam prae se tulit. Vesp. 12.
*sequ. acc. c. inf.* Galba prae se tulit, nullos minus metuendos sequ. Vit. 7. h. e. *aperte dixit*, *non dissimulavit.*
et proprio sensu *de loco.* prae se ferens Darium puerum. Cal. 19. (ubi manifestum est discrimen particulae *ante.* Nam *ante eum* alius quis ferre poterat puerum, non *ipse ante se.* Contra *prae* notat, loco priorem fuisse puerum.)
Ubi *de comparatione virium* s. *momenti* dicitur, quo quid plus valet altero, *prae* explicari potest voc. *ob*, *propter*, quum id, quod prius est et superius, causa exsistat rei v. facti. Ita nos *vor*, *über* pro *wegen.* *Ueber* est comparativus vocis *ob.*
prae turba. C. 39. Cal. 4. prae tumultu recusantium. A. 34.
prae pudore. A. 65. T. 66. Cl. 32. prae ardore. Cal. 57. prae metu. Cl. 10. prae dolore. Oth. 12.
*Praeacutus* stilus (*vorn zugespitzt.*) Dom. 3.
*Praebere* pr. *praehabere*, unde i. q. *exhibere*, nisi quod hoc *e medio* datum, illud omnino oblatum quid significat, nostr. *vorhalten*, *hinhalten*, unde *geben*, *gewähren.*
cavam manum asses porrigentibus praebens. A. 91. osculum offerenti manum praebuit. Dom. 12. ut sibi pedes praeberet excalciandos. Vit. 2. praebentis pro scopo dispansam dextrae manus palmam. Dom. 19.
universorum se oculis in Circo max. praebuit. Ner. 22. ut visendam praeteret faciem neve summitteret. Vit. 17. praebens invicem aurem. Cal. 22.
unde omnino *dare*, *exhibere.*
praeb. coenam. A. 74. epulum. A. 98. Vit. 10. cibum. Vit. 14. prandium. C. 38. frumentum. C. 26. oleum. Ner. 12. pecuniam. Cal. 41. annua. T. 50. gratuita subsellia. Ner. 17.

operas publico spectaculo. A. 45. occasionem. Galb. 17. materiam. A. 16. Cl. 4. ne quid materiae praeberet Neroni. Galb. 9. facultatem. C. 56. A. 15. suspicionem. Ner. 40.

ut adeunti litigatori spatium moramque praeberet. Vesp. 23. si quis adire vellet, potestatem sui praebuit. Oth. 11. tantum gaudium publice praebuit (*Nero mortuus* h. e. *morte.*) Ner. 57.

quod — exorandum praebuerat (Neronem). Vit. 4. h. e. *praestiterat, ut Nero exoraretur.*

*Praecalvum* caput. Galb. 21. h. e. *in anteriore parte calvum.*

*Praecavere.* ad praecavenda venena sua. Cal. 23.

*Praecedere.* praecedente titulo. Cal. 32. praecesserat de eo fama. Galb. 12.

*c. accus.* ut Equites Rom. — praecederent eum. Dom. 14.

*Praecellere.* honore. A. 25. ingenium in utroque eloqu. doctrinaeque genere praecellens. Cal. 3. si qui arte praecellerent. Ner. 23.

*Praeceps* (a *prae* et *caput*) Gr. πρηνής. ut praeceps per gradus iret. Cal. 35.

unde *de iis, qui temere ruunt in periculum,* v. *sine consilio ad rem festinant.*

ad exitium licentia praecipites. A. 47. in furorem usque praecipites. Cal. 9.

inconsultus ac praeceps. Cl. 15. (*voreilig, vorschnell.*) Oppon. *circumspectus et sagax.*

praeceps consilium. C. 20. A. 8. praeceps cogitatio. Cal. 48.

*Praecipitare* aliquem in flumen. A. 67. Cl. 9. in mare. T. 14. 62. in fontem fluminis. Rh. 4. quoad praecipitaretur ex aggere. Cal. 27. repente omnes praecipitavit (sc. *de ponte.*) Cal. 32. in terras praecipitatum Cal. 57.

quasi praecipitaturus se in Tiberim. Ner. 47.

*simpl.* ut is se praecipitaverit. A. 27.

i. q. *temere aliquo ruere,* ut nostr. *stürzen, sich stürzen.* pluribus eodem praecipitantibus. C. 64.

*Praecipitium, locus praeruptus.* in praecipitium propellere aliquem. A. 79.

*Praecidere.* praecidendas falsario manus. Cl. 15.

*Praecingere.* male praecinctus puer. C. 45.

*Praecipere.* pr. *prae reliquis capere, suscipere.*

veteres ac praeceptas (cerimonias.) A. 93. (nostr. *früher angenommene, herkömmliche.* Al. *receptas.* v. Burm.)

i. q. *praeire aliquid* h. e. *dictare,* quod dicitur

et *de magistris,* modo *simpliciter,* ubi est *magistrum, praeceptorem esse.*

visum sibi per quietem C. Caesari praecipere. Ner. 7. praecepisse multis et claris juvenibus. Gr. 10. ut paucis et tantum adolescentibus praeciperet. Gr. 16.

modo *addito accusativo.* glossemata nobis praecipit. Gr. 22.

et, de iis, *qui jubent aliquid.* cf. *Dictata* sub v. *Dicere.*

*sequ. acc. c. inf.* T. 65. Cal. 47. Ner. 31. A. 99.

sequ. *ut.* C. 84. Cl. 38. Ner. 34.

*Praeceptum.* praecepta et exempla publice vel privatim salubria. A. 89. ita ut quotidie praecepta eloquentiae trade-

ret. Gr. 7. alterum praeceptis de ratione scribendi (instruxit.) Gr. 10.

nostr. *Vorschrift*, *Befehl.* perpetuo notoque jam praecepto. Cal. 30.

praecepta sequentis diei — per libellos dare. T. 18. Gall. *ordres.*

*Praeceptor.* A. 42. T. 57. Ner. 52. Gr. 10. 11. 17.

*Praecipuus*, *insignis*, *eximius prae reliquis.*

gentem Octav. Velitris praecipuam fuisse. A. 1. praecipuum in aula locum tenuit. Vit. 4. praecipuam — sibi invidiam hinc maxime movit. C. 78. praecipua militiae laus. C. 35.

edidit — et quosdam praecipuos (ludos). Cal. 18. h. e. *prae reliquis insignes.*

inter causas vel praecipua. T. 51. cujus vel praecipua opera. C. 21.

quo praecipuo adjutore. C. 12. quem vel praecipuum adjutorem speraverat. A. 10. cf. *Vel.*

decreta accusatoribus praecipua praemia. T. 61.

praecipua coenationum rotunda. Ner. 31.

HS. quingenties quum praecipuum inter legatarios habuisset. Galb. 5. h. e. *quod prae reliquis legatariis caperet.* cf. *Turneb.* Advers. 9, 2., Gesner. ad *Plin.* ep. 5, 7, 1.

*Praecipue.* C. 65. praecipueque. C. 84. Tit. 7. praecipue ut animadvertit. T. 50.

*Praeclarus.* materno genere praeclaro. Oth. 1. praeclara facta ejus T. 52. de infante — praeclara spopondit. T. 14.

*Praecludere.* horreis praeclusis. Cal. 26. Naumachia praeclusa. Ner. 27. ruina aedificiorum praeclusam viam offendit. Oth. 8.

praeclusit cunctos negotiatores. Ner. 32. h. e. *clausis portis Urbe coercuit.* v. not.

*Praeco.* laudationis loco Consul Anton. per praeconem pronunciavit SCtum. C. 84. praeconis voce ad populum concionatus est. A. 84. citatum pro tribunali voce praeconis. T. 11. cunctos — tacere jussit voce praeconis. Dom. 13.

vox praeconis irrisa est, invitantis more sollemni ad ludos sequ. Cl. 21.

Senatum per praecones propere convocavit. Cl. 36.

praeco in comitiis consularibus pronunc. Consulem destinatum. Dom. 10.

praeco in auctione. Cal. 38. — sacr. Eleusin. initiatione impii et scelerati voce praeconis summoventur. Ner. 34.

*Praeconium* facere. Gr. 3. i. q. *praeconem esse.* praeconio contendere h. e. *vocis claritate.* Ner. 24. v. not.

*Praecognoscere.* mors ejus — evidentissimis ostentis praecognita est. A. 97.

*Praecordia*, περικάρδια. initio veris praecordiorum inflatione tentabatur. A. 81.

*Praecupidus* pretiosae supellectilis Corinthiorumque. A. 70.

*Praeda.* praedae nomine. C. 38. mancipia ex praeda viritim dedit. C. 26. Al. *et praedia*, *et prandia.* v. not.

urbes diruit, saepius ob praedam quam ob delictum. C. 54.

partae et ad licitationem dividendae praedae pretium. Ner. 26. ne non hinc quoque quantum posset praedae et manubiarum invaderet. Ner. 38.

se cuicunque obvio praedae futuram. Galb. 4.

*Praedari.* Dom. 12. — *Praedones* i. q. *piratae.* C. 4. 74.

*Praedamnare.* destituere ac praedamnare reum. A. 56.

*Praedicare, aperte, palam aliquid dicere,* nostr. *laut, offen sagen, versichern.*

*sequ. acc. c. inf.* A. 17. C. 30. Cal. 11. 23. Gr. 23. Rh. 4. nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam praedicantes. Cl. 25.

*de al. re.* de iisdem comment. Hirtius ita praedicat. C. 56.

*palam appellare.* fortissimum virum praedicantes. Oth. 12. (*cum laude.*)

propalam alium Neronem et opinabantur, et praedicabant. Tit. 7. (*laut nennen.*)

*Praedicere, ante s. prius dicere, zuvor sagen.*

*sequ. acc. c. inf.* praedixisse matri osculanti fertur — reversurum. C. 13. quum praedixisset, experturum se sequ. Dom. 11. mane praedixerat sequ. T. 11.

ut praediximus. A. 90. h. e. *supra diximus.* v. interpr.

max. *de conjectoribus, haruspicibus* etc. *qui futura denunciant.*

quum Agrippae magna et paene incredibilia praedicerentur. A. 94. adolescentulo Chaldaei cuncta praedixerant. Dom. 14. qui — mutationem rerum praedixerat. Dom. 16.

genituram ejus praedictam a mathematicis. Vit. 3. non aliud portendi praedixerant. Vit. 18. id de Imperatore Rom. — praedictum. Vesp. 4.

audivit praedicta haruspicis. Oth. 6. durius et contra praedicta cadentibus rebus. T. 14.

i. q. *ante constituere,* nostr. *vorher bestimmen, vorher ansagen.*

ad praedictam coenae horam. Cl. 8.

*Praedictiones.* T. 14.

*Praeditus* praenomine. T. 1. imperio. A. 25. amplissimo magistratu. A. 26.

tanta eum honestate praeditum. Gr. 13.

*Praedium.* amplissima praedia. C. 50. praedia ampla. Ner. 33.

urbanis rusticisque praediis locupletatum. Ner. 30. in praediis Cosanis. Vesp. 2.

inquilinos praediorum suorum. Cl. 38. v. not. in praediis suis deprehensos. Ner. 38.

jus nundinarum in privata praedia a Consulibus petiit. Cl. 12.

decessit — in praediis suis. Pers. — labefacta fide praedia alicui obligare. Vesp. 4., unde

*Praediatoria lex, qua praedia publico obligata eorum, qui solvendo non essent, venibant.* Cl. 9. v. not. et Clav. Cicer. sub voc. *Praediatorius.*

*Praedives, prae aliis* h. e. *valde dives.* T. 49.

*Praedones.* v. *Praeda.*

*Praedulcis* vox. Cal. 33.

*Praeduri* sensu obscoeno de *exoletis.* Galb. 22.

*Praeesse.* provinciae. A. 3. Galb. 6. exercitui. A. 10. cohortibus. Cal. 12. classi. Plin. bibliothecae. Gr. 20.

*Praesens.* v. suo loco.

*Praefari.* quando ita praefari non abstinuerit. T. 23. edicto praefatus sequ. acc. c. inf. C. 28.
*Praefatio.* vetere Fecialium praefatione adhibita. Cl. 25. v. Drakenb. ad *Liv.* 45, 5.
nunquam — sine praefatione clementiae. Dom. 11.
in praefatione quadam (libri.) Lucan.
*Praeferox* multiplici successu. C. 35.
*Praeferre*, *ante ferre*, nostr. *voraustragen*, *vortragen.*
trium verborum praetulit titulum. C. 37. h. e. *praeferri jusserat.* praeferentibus munera. C. 84. praelato titulo. A. 59. ministri acerram praeferentis. T. 44. scutum sua manu praetulit. Ner. 7. statua, quae Circ. pompa hodieque praefertur. Tit. 2.
i. q. *anteponere*, *antehabere*, nostr. *vorziehen.* v. quae supra dixi de vi comparativa partic. *Prae.*
omnibus gentis suae procul dubio praeferendum. Ner. 3. Pisone praelato. Oth. 5.
facile tempus et locum praetulerunt. C. 80. repentinum inopinatumque (finem vitae) praetulerat. C. 87. quietem praetulit. Galb. 7. Antium, omnibus semper locis ac secessibus praelatum. Cal. 8.
*Praeficere.* cur enim non praeficitur Urbi (Latinis.) Cl. 4. Aegypto praeficere. Dom. 4.
*praefectus*, cui administratio vel imperium aliquod datum, ut
*provinciae* v. *rei militaris.* praefecto regis provincia expulso. C. 4. *Liv.* 40, 52. „*praefecti regis Antiochi.*“
Tiberius Alex. praefectus Aegypti. Vesp. 6. v. quae de *praefecto Augustali Aegypti* diximus ad A. 18.
praefecti Pompeji. A. 16. i. q. *duces classium.*
*praefectus alae.* T. 30. v. ad A. 38. Tribunos mil. praefectosque (alarum) mutare. T. 41. v. not.
*praefectus castrorum.* Vesp. 1. v. Lips. exc. ad *Tac. A.* 1, 20.
*praefectus Praetorii.* Cl. 12. Galb. 11. 14. praefecti praetorii. Cal. 56. Ner. 21. praefectus praetorianarum cohortium. Tit. 4. Dom. 6.
*praefectos pro Praetoribus* Caesar constituit, qui absente se (v. not.) *res urbanas* administrarent. C. 76. (ad quem loc. v. de *praefectis Urbi* sensu antiquo, et nova inde a Caesare potestate.) praef. Urbi sacro Latinarum. Ner. 7. cf. etiam Salmas. ad *Capitol.* Anton. Phil. c. 4.
*Praefecto Urbis* A. 33. legendum pro: *Praetori urbano.* v. not.
sub edicto *praefectorum* Cl. 9. nempe *aerario*, qui erant illo tempore Praetores, unde inutilis correctio *Praetorum.* v. not. ad h. l. et ad A. 36. et Cl. 24.
*Praefectura.* Aegypti. A. 66. (v. ad A. 18.) Ner. 47.
*praefecturae alarum.* A. 38. Talis praefectura alae impetrata ab adolescentulo. Vesp. 8
*praefecturam Praetorii* suscepit Titus, nunquam ad id tempus nisi ab Equite Rom. administratam. Tit. 6. v. not.
*praefectura Urbis.* A. 37. T. 42. Vesp. 1. v. ad C. 76.
*praefectura morum.* C. 76. pro *censura* mutato nomine a Caesare suscepta. v. not. et voc. *Censura.*

*Praefigere.* caput ejus praefixum hastae. C. 85. praefixo in biremis puppe vexillo. Cal. 15.
*Praefinire.* ad certum praefinitumque tempus. Galb. 14.
*Praegnans.* A. 62. 63. T. 14.
*Praegrandis.* membra praegrandia. A. 72. locustam, quam praegrandem ceperat. T. 60. Al. *pergrandem.* v. Oudend. cum praegrandibus oculis. T. 68.
*Praegravare, gravioris momenti esse,* nostr. *überwiegen.* C. 76.
*Praegredi,* pedibus praegrediens. T. 7.
*Praegustator.* Cl. 44.
*Praeire* obsecrationem. Cl. 22. h. e. *verba concepta obsecrationis praelegere populo.*
*Praejudicium, judicium de aliquo, quod exemplum et signum est judicii de alio, in eadem vel simili causa mox ferendi.*
statim Quaestor ejus in praejudicium aliquot criminibus arreptus est. C. 23. v. not.
*Praelautus.* praelautos vereque magnificos (putabat), qui abuterentur (divitiis) et perderent. Ner. 30. Oppon. *sordidi ac deparci.* praelautus alioqui, famosusque coenarum magnificentia. Vit. 2.
*Praelegere.* Gr. 1. 16. Lucan.
*Praeligare.* Gr. περιδεῖν. coronam laur. candida fascia praeligatam. C. 79.
*Praelium.* v. *Proelium.*
*Praelucere.* servum praelucentem. A. 29. Al. *praeducentem.* v. Oudend.
*Praemittere.* duces, copias etc. C. 31. 63. A. 17. Oth. 8. Vesp. 7. Vit. 9.
praemissus Apolloniam. A. 8. obsides quosdam — clam praemissos. Cal. 45. praemissis libertorum fidissimis Ostiam. Ner. 47. praemissis, qui rem div. appararent. Galb. 18. — praemisso in ordine equo. A. 38.
praemissa voce, hoc age. Cal. 58.
*Praemium.* C. 17. 52. 74. T. 20. 54. Cl. 28. Oth. 2. Vesp. 18. per gratiam et praemium. A. 35.
missionem et praemia flagitantes. C. 70. promissa veteranis praemia. A. 15. seditio militum, praemia et missionem poscentium. A. 17. citra commoda emeritorum praemiorum. A. 24. (ubi *praemiorum* e glossemate in textum venisse videtur.)
quicquid ubique militum esset, ad *certam stipendiorum praemiorumque formulam* astrinxit. A. 49. praemia ampliora. Galb. 6. fraudari se praemiis sequ. Galb. 16. coll. Vit. 10.
legitima praemia. Vesp. 8. —
praemia tyrannicidarum. T. 4. decreta accusatoribus praecipua praemia. T. 61. praemia delatorum Papiae legis. Ner. 10.
aucta praemia legis de marit. ordin. A. 34.
*corollaria et praemia* in ludis ac muneribus. A. 45. repraesentanda praemia in posterum. Ner. 5. (de *mercede palmarum.*) praemia coronarum. Ner. 32.
*Praemiari.* in cognitionibus — nundinari praemiarique h. e. *praemia pacisci.* Tit. 7. v. not.
*Praemonere.* praemonitis sociis, ut sequ. Oth. 6.
*Praemori.* ut parte ea corporis quasi praemortua vixerit. Gr. 3.

*Praemunire.* praemuniri medicamentis. Cal. 29. i. q. antidotis. Ner. 34.
*Praenomen.* quum praenominibus cognominibusque variis distingueretur (gens Claudia), Lucii praenomen consensu repudiavit. T. 1. ne praenomina quidem ulla, praeterquam Cnei et Lucii, usurparunt (Aënobarbi). Ner. 1. quatuor filios — tantum praenominibus distinctos, reliquit. Vit. 2.
adoptatus a noverca sua, Livium nomen et Ocellae cognomen assumsit, mutato praenomine. Galb. 4.
observatum est, Caesares omnes, quibus Caji praenomen fuerit, ferro perisse. Cal. 60.
*praenomen Imperatoris* a Caesare primo assumtum. C. 76. v. not. cf. T. 26. Cl. 12.
*Praenoscere* futura. Ner. 56.
*Praeparare* expeditionem. Ner. 44. profectionem. T. 38. classem. Ner. 47.
gladios in necem suam praeparatos. Cal. 24. ferae muneri praeparatae. Cal. 27.
quum pueri nobiles — ad edendas in scena operas evocati praepararentur. Cal. 53.
praeparatum leonem ajunt, quem — elideret. Ner. 53.
quos a liberto Neronis ad fraudem praeparatos. Galb. 10.
chirographum ejus praeparatae apud milites concionis. Tit. 6.
ad eloquentiam praeparandam. Gr. 4. — praeparatum venire. T. 56.
*Praependere.* caro praependebat. Galb. 21. Al. *propend.*
*Praepinguis.* Galb. 3.
*Praeponere.* cohors praeposita castello. C. 68. Parthenius cubiculo praepositus. Dom. 16.
monetae publicisque vectigalibus peculiares servos praeposuit. C. 76. quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. A. 33. consulares exercitibus praepositos. T. 32. quem cohortibus et alis provinciaeque Judaeae praeposuit. Cl. 28. ex consulatu Syriae praepositus. Vit. 2.
binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. A. 38. candidatos — legionibus praeposuit. Ner. 15.
classi praepositus. T. 4. Cajum Orienti praepositum. T. 12. legioni praepositus. Tit. 4.
novum officium instituit, praeposito Equite Romano. T. 42.
Threces — corporis custodibus praeposuit. Cal. 55.
magistros toti certamini praeposuit consulares. Ner. 12.
*praepositus* substantive. praepositos procuratoresque. Galb. 12. praepositi. Galb. 16. Oth. 1. i. q. *duces.* caeso praeposito. Vesp. 4. h. e. *praeside.*
*Praepositiones* verbis addere. A. 86. v. not.
*Praepropere.* expeditionem impigre atque etiam praepropere inchoavit. Oth. 8.
*Praeripere.* perlatos a cursore Ph. codicillos praeripuit. Ner. 49.
ut praerepta, non praebita, facultas scriptoribus videatur. C. 56.
*Praeruptus.* praeruptis immensae altitudinis montibus. T. 40.
*Praesagire.* exercitu — exitum praesagiente. A. 96. praesagiente Virgilio sequ. acc. c. inf. Gr. 23.

*Praesagium.* id quoque magis praesagium, quam mentis deminutio fuit. A. 99.

praesagium insequentis casus. Galb. 6. praesagia mortis ejus praecipua fuerunt. Cl. 46. nunciabantur et ex Urbe praesagia. Vesp. 5. de qua victoria praesagiis prius quam nunciis comperit. Dom. 6.

praesagio fuit etiam Domitii patris vox. Ner. 6.

*Praescire.* praescisse haec eum peritia futurorum. T. 67.

*Praescriptum.* ultra praescriptum. C. 28. v. not. — praescripta legum. Cl. 14.

ex Augusti praescripto imperaturum se. Ner. 10.

*Praesens.* praesens consolando revocavit ad vitam. A. 53. (nostr. *persönlich.*) ne aut obstare, aut obtrectare praesens videretur. T. 10.

absentibus, secundum praesentes facillime dabat. Cl. 15. v. not.

*praesente se.* C. 76. manifeste est corruptum. De varia medela v. not.

donec successores post aliquot annos praesentibus daret. T. 63.

ferenda esse praesentia, qualiacunque sint. A. 87. et praesentia — et futura mala. T. 59.

sicut *in posterum* — ita *ad praesens.* Tit. 6.

*Praesentia.* posse enim auctoritate et praesentia praevalere. Galb. 19.

*in praesentia.* T. 22. Cl. 4.

*Praesentaneus.* venenum velocissimum ac praesentaneum. Ner. 33. h. e. *praesentis* s. *proximae efficaciae.* cf. *Gell.* 6, 4. *Senec.* ep. 95. *praesentanei boleti.*

*Praesentire.* bellorum omnium eventus *ante praesensit.* A. 96.

*Praesepe* eburneum (equi.) Cal. 55.

*Praesertim* quum. T. 21. Cal. 8.

in tanto praesertim negotio. T. 21.

*Praesidere.* seque praesidenti patri ad genua summisit. T. 20. quum mane pro aede Cap. Jovis paululum curuli sella praesedisset. A. 26. quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus praesedisse. A. 35.

*praesidere ludis, spectaculis* etc. A. 45. T. 6. Cal. 18. Cl. 2. 7. 21. Ner. 12. Vit. 4. Dom. 4. v. int. ad *Plin.* ep. 7, 11, 4.

*Praeses* provinciae. C. 35. Dom. 6. praesides provinciarum. A. 23. T. 32. 41. Cl. 17. Oth. 7. Vesp. 6. Dom. 8.

*Praesidium* i. q. *tutela,* nostr. *Schutz.*

manus Equ. Rom., quae armata praesidii causa circumstabat. C. 14. praesidii causa et gloriae. Rh. 1. h. e. *ad defendendos s. tutandos reos.*

unicum populi Rom. praesidium. T. 21. ad praesidium coloniarum. A. 25.

*milites, ad tutelam alicujus hominis vel loci constituti.*

qui se — cum aliquo militari praesidio perduceret. T. 65. continere se et legionariorum firmare praesidiis. Galb. 19. praesidio in Apuliam misso. Vit. 1. qui Corfinium praesidio tenebat. C. 34.

*Praestare* i. q. *antestare* h. e. *eminere, excellere,* Gr. προέχειν.

in quibus et ipse praestabat largiter. A. 89.

unde *praestans.* prudentiaque et aetate praestantibus. Galb. 10. aut aequavit praestantissimorum gloriam, aut excessit.

C. 55. componi aliquid de se — nisi a praestantissimis. A. 89.

ut aliquanto ex tempore, quam a cura, praestantior haberetur. T. 70.

nossentne quemquam praestantiorem. Ner. 41. praestantes poetas. Vesp. 18.

transitive est *facere*, *ut aliquid fiat* v. *non fiat* (pr. *für etwas stehen*), unde

i. q. *praebere*, *exhibere*, nostr. *gewähren*, *leisten*, Gr. *παρέχειν*.

*praest. aliquid.* abstinentiam neque in imperiis, neque in magistr. praestitit. C. 54. innocentiam praest. Vit. 5. non modo Principis sollicitudinem, sed et parentis affectum unicum praestitit. Tit. 8. fidem praestitit. Tit. 9. veniam et oblivionem — sanxit ac praestitit. Cl. 11. nequaquam animi constantiam praestitit. Lucan.

curam solito exactiorem praestitit. T. 18. *praestare* et *polliceri* oppon. T. 24.

*c. accus. personae* i. q. *agere*, *ostendere*, *exhibere*.

paulatim Principem exseruit praestititque. T. 33. aliquamdiu se varium praestitit. Dom. 3.

Caec. Metello — auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit. C. 16.

Urbem tutam — etiam in posterum praestitit. A. 29. h. e. *fecit, ut tuta esset.*

horum omnium vix duos aut tres incolumes praestitit. T. 55. h. e. *quasi creditos reddidit*, *incolumes esse passus est.* solos — incolumes praestitit. Galb. 15.

si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. Cl. 25.

*praest. alicui aliquid.* alicui honorem. A. 51. officia. A. 60. 61. quod nihil cuiquam toto die praestitisset. Tit. 8. ut quotannis ingredientibus Cur. Senatoribus certam summam viritim praestaret heres suus. Dom. 9. — *Praestans.* v. supra.

*Praesto* esse i. q. *adesse*, *advenire*. Cl. 15.

*Praestituere.* ante praestitutam diem. Ner. 21.

*Praestolari.* (*Becmann.* de orig. Lat. l. p. 1030. a *praestus* s. *praestulus*, Gr. *ἐπίμονος*, pro quo *praesens* usitatum, deducendum putat, et corripiendam alteram syllabam, et ex ipsa hac etymologia, et ex analogia voc. *hasta hastula*, *pileus pileolus*, *ventus ventulus* etc. recte docere videtur.)

duo in publico — praestolantes. Cl. 13. creditorum praestolantium ac detinentium turbam. Vit. 7.

*Praestringere.* quum lecticam ejus fulgur praestrinxisset. A. 29. Al. *perstrinx.* v. Oudend.

*Praestruere.* quum praestructum utrumque consulto esset. T. 53.

*Praetentare.* praetentato sinu. A. 35. culcitis et stragulis praetentatis. Cl. 35.

*Praetendere.* inter praetenta foribus vela. Cl. 10. In vita Plinii leg. *Liburnica pertendisset*, non: *Liburnicas praetendisset.*

i. q. *praetexere.* honorum satietatem ac requiem laborum praetendens. T. 10. quam causam profectionis praetenderat. T. 40.

*Praeter* pr. comparativus particulae *prae* (Gr. *παραί* contra *πραί*,

πραίτερος, πραίτερα, v. Scheid. ad Sanct. p. 232.) significationem illius, de qua supra dictum, auget addita *motus* notione. Itaque

*de loco* dictum, uti *prae* notabat, aliquid juxta v. prope esse, sed priori loco, ita *praeter*, juxta aliquid moveri, significat, Germ. *förder*, v. absol. forma *furder*, *furbaſs*, Angl. *further*. Discrimen enim inter particulas *für* et *vor*, ut inter Lat. *prae* et *pro*, exculta demum lingua, accuratius observari coepit. —

quum praeter Locros Rhegium pedibus iret. A. 16. praeter pedes suos transeuntes. Cal. 36. v. Drakenb. ad *Liv.* 10, 29. „*praeterque aciem ipsam Gall. — ferebantur.*"

Unde *de rebus* vi comparationis *progressum ultra aliquid* notat, quod relinquitur, omittitur, eximitur, ut Gr. παρά, nostr. *über*, *auſser*, comparat. voc. *ob* et *aus*.

ex plurimis maximisque honoribus praeter paucos et modicos non recepit. T. 26. h. e. *non nisi paucos*. nullo, praeter auguralis sacerdotii, honore impertitum. Cl. 4. v. Gronov. ad *Gell.* 1, 23. fin. ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, praeter Tribunorum et Aedilium plebis. C. 76. religionum usquequaque contemtor, praeter unius Deae Syriae. Ner. 56. (His locis *praeter* primitivam vim obtinet, qua adverbium est comparativum. v. Drakenb. ad *Liv.* 5, 52. §. 13. et Oudend. ad Cl. 4.)

Frequentius tamen, et certo statoque jam usu, accusativo jungitur.

uxores praeter Octaviam duas postea duxit. Ner. 35.

se vero praeter ceteros inaudita — pati. Ner. 42. multo praeter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem jussit. Galb. 9. praeter ceteros Jud. fiscus acerbissime actus est. Dom. 12. praeter haec. Cl. 44. fecit *praeter* commentarios — satiram *quoque*. Gr. 5. *praeter* citharoedos chorocitharistae *quoque* et psilocitharistae. Dom. 4.

ut Gr. παρά saepius i. q. *contra*, nostr. *auſser*, *wider*, *über*, ubi praetereundo omissum, relictum aliquid dicitur.

praeter consuetudinem. A. 97. T. 18. quae praeter consuetudinem ac morem majorum fiunt. Rh. 1. praeter modum. T. 69. Cal. 45. Vit. 7. Dom. 14. (nostr. *über die Maaſsen.*) praeter opinionem. C. 16. praeter spem. T. 39. praeter aequum. Cal. 34. Leg. *praeter eum*, quod accuratius dicendum erat *praeter se*. v. not. et supra sub voc. *Is*.

*Praeterea*. nihil praeterea agebat. A. 45. ubi praeterea nemo ante eum. Cl. 21. si quid praeterea desiderarent. Tit. 9.

*Praeterquam*. prosperrime semper, ac ne ancipiti qu. unquam fortuna, praeterquam bis. C. 36. *praeterquam* Decembri mense, aliis *quoque* festis profestisque diebus. A. 71.

libert. milite, praeterquam Romae — bis usus est. A. 25. coercitionem — ademit, praeterquam ludis et scena. A. 45. De varietate lectionis v. Oudend. et not. nostr.

ne praenomina qu. ulla, praeterquam Cnei et Lucii, usurparunt. Ner. 1. praeterquam in propinqua oppida — nusquam afuit. T. 38. defunctum nullo, praeterquam consecrationis, honore dignatus. Dom. 2.

*Praeterire*. qui praeteriens forte animadverterat. Dom. 15.

praetereunte funere. T. 57.

i. q. *rationem non habere alicujus hominis vel rei,* nostr. *übergehen.*

ne minores qu. pueros praeteriit (in congiario.) A. 41. nominibus modo in recitatione praeteritis. Cal. 16. ne praetorium virum — praeteriret (in auctione.) Cal. 39. praeterito Quaestoris officio. Ner. 15.

quod saepe non literas modo, sed syllabas, aut permutat aut praeterit. A. 88. h. e. *omittit.*

*de tempore,* nostr. *vorüber gehen.* venisse quidem eas (Idus Mart.), sed non praeterisse. C. 81.

*praeteritus.* praeterita omnia (beneficia.) Tit. 8. excusare praeterita. A. 27. veniam praeteritorum precari. Ner. 47.

in praeteritum. Dom. 9.

*Praetermittere.* quamvis — nihil ex ordine quotidiano praetermitteret. T. 72. ne quam occasionem corrigendi disciplinam praetermitteret. Vesp. 8. ne quid popularitatis praetermitteret. Tit. 8. nihil ex eo tempore praetermissum est ad majestatem ejus augendam. T. 15.

quod equidem magis, ne praetermitterem, retuli sequ. Cl. 1.

*Praeternavigare.* *simpl.* vitans praeternavigantium officia. T. 12.

*c. accus.* quoties — Bajanum sinum praeternavigaret. Ner. 27.

*Praeterquam.* v. supra sub voc. *Praeter.*

*Praetervehere.* Frequens apud nostrum participium praesentis et imperfecti passivi *praetervehens*, ut: Velabrum praetervehens. C. 37. (quod, si accuratius scribere vis, non est i. q. *praetervectus*, sed *quum praeterveheretur.*) praetervehenti sibi. C. 78. Judaeam praetervehens. A. 93. Puteol. sinum praetervehenti. A. 98. terra marique praetervehentes. Ner. 34. cf. *Transvehere.* Etiam *Cicero* Phil. 3, 13. „ille in me absentem *invehens.*"

*Praetervolare.* Cl. 7. Galb. 1.

*Praetexere.* Neutrum *praetextum.* praetextum quidem illi civil. armorum *hoc* fuit. C. 30. v. Oudend. et not. nostr. Ita etiam T. 28. optimi libri: *hoc praetexto.*

ad praetextum mutatae voluntatis. A. 12.

*Praetexta.* Praetoris. C. 18. Aedilis. Vesp. 5.

liberorum. C. 84. ubi a matronis liberorum bullae atque praetextae rogo Caesaris injectae dicuntur. puero — bullam et praetextam togam imposuere (*ut ingenuum fingerent.*) Rh. 1.

ceteri pedibus et *in praetexta* (currum triumph. secuti), Crassus Frugi equo phalerato et in veste palmata. Cl. 17. v. not. ad T. 17.

*Praetextatus, puer nondum virilis aetatis.* v. ad C. 1.

C. 1. A. 44. 56. 94. Cal. 10. 14. 24. praetextati pueri. Cl. 25. quos discipulos et *grandes praetextatos* vocabat. Rh. 1. (de viris puerorum more discentibus.)

imagines praetextatae. Ner. 57.

Urbem praetextatus et laurea coronatus intravit. T. 17. v. not. et Oudend.

*verba praetextata* i. q. *impudica.* Vesp. 22. v. not. *Plin.* ep. 4, 14, 4. *verba nuda* dicit. v. Ernest. ad h. l. et in Lex. technolog. Lat. Rhet.

*Praetor.* Praetor creatus. C. 14. Praetor designatus. T. 31. extra ordinem per codicillos. Cal. 16. —

Consulem se effecturum, quod Praetor nequisset. C. 24. Praetor (Vespasianus) ludos extraordinarios — depoposcit. Vesp. 2. v. not. Praetor — novum spectaculi genus edidit. Galb. 6. —

Praetorum numerum ampliavit Caesar. C. 41. v. not., et Augustus. A. 37. v. n.

Caesar praefectos pro Praetoribus constituit, qui absente se res urbanas administrarent. C. 76. v. not. et supra *Praefectus Urbis*.

Aug. instituit, ut cura aerarii a Quaestoribus urbanis ad praetorios Praetoresve transiret. A. 36. v. not. Claudius Quaestoribus eam reddidit. Cl. 24. v. not. ad h. l. et Cl. 9. —

appellationes quotannis urbanorum litigatorum Praetori delegavit urbano. A. 33. sec. vulg. Sed cum Lipsio exc. ad *Tac.* A. 14, 28., mutato errore, orto ex compendio Pr. Urb., legendum *Praefecto Urbis*.

observavit sedulo, ut, quoties terra in Urbe movisset, ferias advocata concione Praetor indiceret. Cl. 22.

quum mandatu Praetoris jure dicundo conventus circumiret (Caesar Quaestor.) C. 7. tribunal Praetoris in theatro. A. 44. v. *Lips.* de Amphith. c. 11.

*pro Praetore* v. *Propraetore*. A. 10. T. 3. Ner. 40. v. ad C. 54.

*Praetorius*. C. 43. A. 36. 100. Cal. 29. 38. Ner. 13. Vit. 6. Dom. 1. 8.

Caesar decem praetoriis viris consularia ornamenta tribuit. C. 76.

Senator praetoriae dignitatis. Vesp. 1.

praetoriis ornamentis honorari. Cl. 28.

*Praetura*. primo praeturae die. C. 15. praetura fungi. T. 4. Cl. 24. 38. Gr. 7. functus honore praeturae. A. 4. in praeturae honore. Cl. 1. in praetura. Vesp. 15. post praeturae honorem. Vit. 2. honorem praeturae urbanae cum consulari potestate suscepit titulo tenus. Dom. 1.

non egressus praeturae gradum. Galb. 3. nec praeturae gradum excessit. Oth. 1.

praeturae candidatus. Vesp. 2. — *ex praetura* h. e. *post* praeturam. C. 18. 71. A. 3.

Silanus abdicare se praetura ante IV. Kal. Januar., morique initio anni coactus. Cl. 29.

*Praetorium* pr. *tentorium ducis in castris*. stare per totum diem ante praetorium, poena militaris Centurionum. A. 24. v. not.

i. q. *domus ampla et magnifica*, nunc *palatium* dicunt. ampla et operosa praetoria gravabatur sequ. A. 72. in praetorio, cui Speluncae nomen est. T. 39. in exstructionibus praetoriorum atque villarum. Cal. 37. cuncta praetoriorum suorum ornamenta. Tit. 8. v. *Juvenal*. 1, 75. et 10, 161.

i. q. *locus*, *ubi milites ad custodiam Principis allecti tendebant*, et saepius *ipsi praetoriani*. Nomen, ut ipsa Imperatorum dignitas, e castris in Urbem transiit, quum primum nonnulli milites armati praetorium s. tabernaculum ducis custodiae causa circumstarent, postea Caesar tota legione decima et post victoriam exteris quoque custodibus se cingeret, tandem Tiberius (T. 37.) dispersis antea militibus peculiaria castra in Urbe daret. v. *Castra praetorianorum*. praefectus

Praetorii. v. *Praefectus.* Tribuni Centurionesque Praetorii. Ner. 47. veterani e Praetorio. Ner. 9.
*Praetoriani.* T. 48. Cal. 19. Ner. 19. Galb. 16. Oth. 8. Cl. 26.
agnitus est a quodam missicio praetoriano. Ner. 48.
milites praetoriani. A. 99. 101. praetorianus exercitus. Vesp. 6.
equites praetoriani. Cal. 45.
cohortes praetorianae. T. 37. Cal. 4. 12. 43. Cl. 10. Ner. 10. Vit. 10. Tit. 4. Dom. 6.
Centuriones Tribunique praetoriani. Cal. 40.
stipendium praetorianorum. v. not. ad T. 25. et interpr. ad *Tac.* A. 1, 17.

*Praetrepidus.* T. 63. Ner. 41. Priore loco al. *pertrepidus.*

*Praevalere.* quum, quibusdam censentibus — praevaluisset, ut sequ. A. 7. h. e. *ea sententia prae reliquis valuisset, obtinuisset.*
ne ferox atque impotens mulier et hoc genere gratiae praevaleret. Ner. 28. ne quandoque apud hominum gratiam paternâ memoriâ praevaleret (Britannicus.) Ner. 33. posse enim auctoritate et praesentia praevalere. Galb. 19.
vicinus et praevalens hostis. T. 16.
*Praevalidus* ramus. Vesp. 5. Jung. *prolixus,* oppon. *exilis.*

*Praevehens* in libris et edit. aliquot legitur C. 37. pro: *praetervehens.*

*Praevenire.* talia agentem atque meditantem mors praevenit. C. 44. nisi eum mors praevenisset. T. 62. ut persaepe nuncios de se praevenerit. C. 57.
praeventus est ab Agrippina. Cl. 44. morte praeventus est. Tit. 10.

*Praevidere.* praevisum periculum. A. 10. Vulg. *provisum.* Illud potius. Est enim *ante visum.* Eadem confusio est *Plin.* ep. 1, 5, 16. ubi *providere* praeferendum, quoniam *curandi et medendi* inest notio. Ita etiam T. 14. legendum *nave provisa* h. e. *e longinquo visa*, non *praevisa.* v. *Providere* et *Prospicere.*

*Prandere.* A. 94. Cal. 32. Ner. 47. Vesp. 5. Dom. 21.
*Prandium.* ictus nidore prandii. Cl. 33. post prandium. Cal. 45. uno prandio pariter necatos. Ner. 36.
epulas — dispertiebat in jentacula, et prandia, et coenas, comissationesque. Vit. 13.
prandia populo data. C. 38. T. 20.

*Prasinus, viridis.* prasina factio aurigarum. Cal. 55. v. n. prasinus agitator. Ner. 22. h. e. *de factione prasina.*

*Preces.* post multas et supplices preces. C. 69. post multas et irritas preces. A. 17. per gratiam et preces. A. 27. post multas preces. Cal. 27.
precibus enitens, ut sequ. C. 26. ne eum qu., nisi precibus, eripuit, exorato — accusatore. A. 56. tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum expostulare. T. 13. expugnatum precibus uxoris. T. 21. nec, ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. T. 37. adjuvante vulgi preces etiam statione militum. Ner. 21. nonnunquam secreto precibus et lacrimis orans, ut sequ. Tit. 9. ad humillimas devolutus preces. Lucan.

*Precari.* quid habeo aliud Deos immort. precari, quam ut sequ. A. 58. ut Deos precatus sit — facerent. Cl. 1. precata propalam, ut sequ. T. 2. cunctos ingenti consensu precantes, ut sequ. Dom. 13.

*sequ. acc. c. inf.* judicibus, sextam decuriam adjici precantibus. Galb. 14.

*prec. aliquid.* uni suppliciter sepulturam precanti. A. 13. an — veniam praeteritorum precaretur. Ner. 47.

*alicui aliquid.* sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. et laeta huic precari existimamus. A. 58. sibi et suis εὐθανασίαν similem precabatur. A. 99.

*Precario* exegit, ut. Cl. 12.

*Premere.* caseus manu pressus. A. 76.

noli uxorem meum premere. Cal. 25.

a qua rea premebatur. Ner. 7.

*Presse.* breviter et presse. Rh. 1. Oppon. *latius et uberius.*

*Pretium.* immenso pretio. C. 47. immensis pretiis. Cal. 39. immenso emere simpl. ibid. saepe levissimo, interdum nullo pretio. A. 41. societates ac regna pretio dedit. C. 54.

quibusdam dominis insul. — pretio restituto. T. 48. ubi partae — praedae pretium absumeretur. Ner. 26. absumto pretio. Galb. 15.

nihil non pretio addici, aut donari gratia passus est. ibid.

pretia agrorum. A. 41. Corinth. vasorum. T. 34. spadonum. Dom. 7.

exquirens per se pretia, et usque eo extendens, ut sequ. Cal. 39.

ut argentarios pretiis rerum coëmtarum — fraudaverit. Ner. 5.

perseverantiae grande pretium tulit. T. 16.

*Pretiosus.* pretiosissima simulacra. A. 57. margaritae. Ner. 12. amissis naufragio pretiosissimis rebus. Ner. 40.

*Pridem.* jam pridem. C. 20. 40. 86. A. 1. Vit. 7. Vesp. 5.

*Pridie.* simpl. i. q. *praecedente die.* C. 85. T. 35. (ubi leg. pridie *sortitione* ductam. Al. *pridie sortitionem.* v. Oudend., Wolf. et not. nostr.) Cl. 32. 37. 43.

*c. accusat. nominis, diem v. festum alicujus diei notantis.* v. Wolf. ad T. 35.

pridie Kalendas. C. 76. Cal. 8. Idus. C. 81. Nonas. Pers. pridie Circenses. Cal. 55.

*pridie quam.* pr. quam occideretur. C. 87. pr. quam periret. Cal. 57. Dom. 16. pr. quam Sicil. pugnam classe committeret. A. 96. pr. quam de reditu certior fieret. T. 14. pr. quam cruci figeret. Dom. 11.

*Pridianus* cibus. Cal. 58. pridiana opsonia. T 34. Vit. 13.

*Primus.* duos primos — sequentes — novissimum, ceteros. Cl. 14.

*prima — secunda.* A. 35. *primum — secundum.* T. 7.

*prima plebs — mox* in Curia *Senatus.* A. 58.

primo diluculo. Vit. 15. ea, quae prima fecerat. Juvenal.

*Primum.* Consuli *primum, deinde* magistratibus, *ac mox* Senatoribus. Vit. 15.

*Primo.* ac primo. T. 33.

*primo — post* autem. C. 46. *primo — postea.* A. 72. T. 72. *primo — inde.* T. 4.

*primo* — *mox*. T. 7. Ner. 31. Reliqua v. sub voc. *Bis*, *Dein* et *Deinde*. cf. Schwarz. Observ. ad *Plin*. Paneg. p. 520.
*ut primum*. v. *Ut*.
*Primitus* i. q. *primum*. Cl. 7.
*Prior*. sub priore vexillo habuit. A. 25. h. e. *prima acie*. v. not.
priori — sequenti. A. 10. prior — posterior. Ner. 36. priora — posteriora. Dom. 8.
priore proelio — posteriore. C. 55. priorem (sponsam) — posteriorem. Cl. 26.
et priores — et Caesar. C. 75. ubi *priores* i. q. *illi*.
*Prius*. nihil prius aut acrius monuit, quam sequ. Dom. 9.
*Primi pili*. Cal. 44. v. *Pili*. *Primipilaris*, Centurio primi ordinis. T. 37. Cal. 21. 35. 38. Cl. 26. Ner. 9. Vesp. 1.
*Primores* viri. C. 16. Ner. 41. primores viri ac feminae. Dom. 8. primores equestris ordinis. A. 100. primores municipiorum coloniarumque. Cl. 1. quidam e primoribus Galliarum. A. 79. at e primoribus — velut instar Senatus instituit. Galb. 10.
in parte primori. T. 33.
*Princeps*, omnino *qui primum locum capit* in aliquo ordine, unde
adject. i. q. *primus*. principem in civitate locum tenere. A. 51. principem locum inter grammaticos tenuit. Gr. 23.
principes patroni. C. 55. i. q. *praecipui*. —
ceteri principes viri oppon. *domui Augustae*. A. 29. principes viri. Cl. 35. Gr. 9.
principes civitatis. T. 55. Gr. οἱ ἄριστοι. principum liberi utriusque sexus. A. 100.
sui cujusque ordinis principes. A. 66. familia vetere et honorata, atque ex principibus Etruriae. Oth. 1.
difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum — detrudi. C. 29.
principes Galliae. T. 9. Galliarum et Hispaniarum, Syriaeque et Graeciae principes. T. 49.
nonnullos ex principibus (Galliarum). Cal. 47. splendidum virum Graeciaeque provinciae principem. Cl. 16. Asiae Bithyniaeque principum liberi. C. 39. quorundam barbarorum principes. A. 21.
Atta Claudius, gentis (Claudiae) princeps. T. 1.
princeps juventutis. Cal. 15. τῆς νεότητος προκριθείς, i. q. *equestris ordinis princeps*. v. Lips. ad *Tac*. A. 1, 3.
princeps gregis (puerorum scenicorum.) Cal. 58. — Centurio, princeps legationis. A. 26. principes conspirationis. C. 80. —
Sed eversa Republica, „*cuncta*, *discordiis civilibus fessa*, *Augustus nomine Principis sub imperium accepit*." Tac. A. 1, 1. (coll. c. 9. „*non regno*, *neque dictatura*, *sed Principis nomine constitutam rem publicam*.") v. Lips. ad h. l. Nempe, ut *Imperatoris* praenomen summam militarem potestatem, ita *Principis* nomen primum in Republica locum significabat, a *Principe Senatus* desumtum, cui, ut omnem civitatem continerent Caesares, addita *tribunicia potestas*, et propter sacra *pontificatus maximus*. Quo sensu quum Principis nomen in quavis fero

pagina Suetonii legatur, loca memorasse sufficit. v. A. 31. 42. 50. T. 21. 25. 29. 33. 42. 47. 57. Cal. 8. 13. 22. 35. 49. Cl. 14. 29. 31. 40. 41. 45. Ner. 6. 15. 37. 39. 40. Galb. 9. 14. Oth. 1. 4. 8. Vit. 2. 5. 10. Vesp. 1. 2. 7. Tit. 8. Dom. 9. 11. 21. 23. Lucan. (Prorsus ejusdem potestatis est nostr. *Furst* h. e. *primus*, Angl. *the first*, pleniore forma *Fürsteher.*)

dono a me Principi data. A. 7. *Hadriano.*

Insignis locus est Cal. 22. „nec multum afuit, quin statim *diadema sumeret*, *speciemque principatus in regni formam converteret.* Verum admonitus, *et principum et regum se excessisse fastigium*, divinam ex eo majestatem asserere sibi coepit.“

*Principatus*, dignitas *Principis.* T. 7. 24. 25. Cal. 22. Cl. 25. Vesp. 1. 5. Tit. 6. 9. Dom. 13.

nostr. *Regierung.* Augusti principatum clade Variana, Tiberii ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum; suo oblivionem imminere prosperitate rerum. Cal. 31. ab initio principatus Tiberii. Cal. 38. tempore principatus paene toto. T. 68. ad medium Neronis principatum. Galb. 8. diem necis, quamvis exordium principatus sui. Cl. 11. qui principatus dies in posterum observatus est. Vesp. 6. in principatu quoque scripsit plurimum. Cl. 41.

*Principalis* auctoritas. T. 65. majestas. Cl. 17.

res principales. Cal. 39. i. q. *supellex*, *instrumentum Principum.*

*Principium.* principio anni. C. 9. a principio aetatis. A. 3.

talibus principiis. Vit. 12. Sed Dom. 11. corrig. *Principis lenitas* pro corrupto: *principii lenitas.*

peracto principio (carminis.) Ner. 21.

*principia*, locus in castris, ubi *principes*, *signa militaria* etc. (*Plutarch.* Galb. 12. ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι.) v. not. ad Oth. 1.

inter faustas acclamationes strictosque gladios ad principia devenit. Oth. 6. ausus etiam est in Illyrico *milites* quosdam — *capite punire*, et quidem *ante principia*, se coram. Oth. 1.

*Pristinus.* annum — rursus ad pristinam rationem redegit. A. 31. Senatorum affluentem numerum — ad modum pristinum et splendorem redegit. A. 35. comitiorum pristinum jus reduxit. A. 40. etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. ibid.

omnis pristinae fortunae restitutionem. Ner. 40.

somnium pristinae noctis. A. 94. h. e. *superioris*, *praegressae.* Duker. ad *Liv.* 4, 32. §. 10. conjicit *proximae*, ut C. 7.

*Privare* aliquem potestate. C. 79. Ner. 34. honore. Ner. 34. 43. libertate. A. 47.

*Privatus.* oppon. *magistratui* v. *ei*, *qui imperio instructus est.* C. 18. 30. v. Duker. ad *Liv.* 38, 50. §. 3.

oppon. *Principi.* A. 28. T. 26. Cl. 40. 41. Ner. 40. Oth. 10. Vesp. 3. 16. Tit. 1. Dom. 9. 15.

privatum — egit. T. 12. h. e. *non privignum Principis*, *et summis honoribus ornatum.* quod *principalium rerum privatis* copiam faceret. Cal. 39. h. e. *hominibus*, *qui non ad domum*

*Principis pertinerent.* — privata spectacula. Ner. 21. h. e. *edita a magistratibus.* Oppon. *spectacula Principis.* —

provincias privatorumque census prope exhausit. Ner. 38. h. e. *hominum provincialium.* —

ad legiones, quas *a Republica* acceperat, alias *privato sumtu* addidit. C. 24. quum quidam, privato sumtu emissuros se, repromitterent. Cl. 20.

privatis opibus. C. 30.

privata praedia. Cl. 12. in privatis ejus hortis. Galb. 20.

inquilinos privatarum aedium atque insularum. Ner. 44.

quorum pleraque vix privatae elegantiae sint. A. 73. h. e. *qualis est in domibus hominum privatorum.* — qui se privato nomine Vespasianum salutaverat. Vesp. 15. h. e. *non Principem* v. *Imperatorem.* v. Oudend.

*judex privati* sunt, qui judicant de rebus et controversiis privatorum. Cl. 14. v. not. —

quicquam *publici privatique* negotii. T. 30. —

*Privatim.* C. 26. A. 89. v. *Publice.*

*Privilegium* pr. *lex ad unius hominis s. privi poenam lata.* Apud nostrum semper in bonam partem de *beneficio, uni homini* v. *collegio, societati, dato* dicitur.

provincias Caesari et privilegium eripere. C. 28. (de petitione secundi consulatus, Caesari absenti per plebiscitum concessa. c. 29. *beneficium populi* dicitur.) —

athletis et conservavit privilegia, et ampliavit. A. 45.

quum de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret. A. 93. —

SCta, plebiscita, de societate et foedere ac privilegio, cuicunque concessis. Vesp. 8. — v. de *privilegiis* excurs. Conradi ad *Gell.* 10, 20. subjunctum Gellii Tom. 1.

*Privignus.* A. 25. 63. Cl. 39. Ner. 35. — *Privigna.* A. 62.

*Pro* pr. particula est *loci*, ut Gr. πρό. (v. *Thiersch.* Gr. Gr. §. 158, 3., *Matthiae* Gr. Gr. §. 575. et *Viger.* p. 657. ed. Hermann.) Significat autem, modo *ante* aliquem locum esse aliquid, modo *loco* alicujus rei, modo *rationem habitam loci* v. *temporis* in constituenda vel definienda aliqua re, ita ut complectatur nostra *vor* et *für*, quae et ipsa serius demum distinguere didicimus, vulgus etiamnum miscet, et *im Verhältniſs, nach*, quae comparationem loci pro vario gradu et momento notant. De revocandis ad eundem finem variis generibus usus praeposit. *pro* desperavit *Gell.* 11, 3., nescio an praecipiti judicio. Videamus exempla.

*de loco, ante quem* aliquid est, sed *proxime.* v. de hoc usu particulae Duker. ad Flor. 4, 2, 91., Schaefer. ad Plin. ep. 1, 10, 9.

pro aede. C. 61. 78. A. 26. 100. pro Comitio. A. 43. pro gradibus Palatii. Ner. 8. Vit. 15. pro Rostris. C. 6. 17. 20. 79. 84. Cal. 10. Ner. 47. pro tribunali. A. 33. 93. T. 9. 11. 33. Cl. 12. 40. 42. 46. Galb. 18. Vit. 9. Vesp. 7. Dom. 8. pro foribus. T. 32. Oth. 5. Vit. 16. pro concione. C. 33. 67. 83. A. 8. 17. 40. 65. T. 21. 32. Cal. 15. Cl. 1. 26. Ner. 19. Oth. 6. Vesp. 7. pro concione populi aut apud milites. Cal. 24.

*Et quoniam ante aliquem constitutus esse solet, qui aliquem defendit, tuetur, vel in ejus locum se substituit* (Gr. πρόμαχος), idem valet, quod nostr. *für.*

jusjur. quo se cuncti pro salute unius astrinxerant. C. 84.

consentire pro partibus. A. 12. pro libertate occubuisse. ibid. pro vita rogantes. A. 13. conjurare pro partibus alicujus. A. 17. bellum pro ultione paterna susceptum. A. 29. pro salute ejus stipem jaciebant. A. 57. votum pro se solveretur. A. 59.

i. q. *loco*, nostr. *anstatt*, *für*.

Quirites eos pro militibus appellarat. C. 70. praefectos pro Praetoribus constit. C. 76.

*Proconsule*, pr. *pro Consule*, unde serius vox effecta *Proconsul*. C. 54. Galb. 7. et *Propraetore*. A. 10. T. 3. Ner. 40. v. quos citavi ad C. 54.

unde est *tanquam*, *ut*, nostr. *anstatt*, *für*, *als*, *wie*.

pro Apolline ornatus. A. 70. pro janitore appositus. A. 91. Maecenati pro grammatico muneri datus est. Gr. 21.

pro dicto accepit. C. 33. pro hostibus se habiturum. C. 75. pro legibus habere, quae dicat. C. 77. nec pro ostento ducendum. ibid. pro opprobrio sibi — objici. A. 7.

ut pro libero esse sineret. A. 24. nec quicquam pro patrefam. egit. T. 15.

facta alic pro supervacuis elevare. T. 52. pro contemto se habitum. T. 73. pro despectissimo habuit. Cl. 3. pro deprehenso — raptus est. Cl. 37. solus pro laetissimo accepit. Galb. 4. pro afflicto lamentari aliquem. Vit. 3. pro mortuo deseri jussit. Dom. 2. pro remedio. A. 96. Vit. 2. auspicia — pro certissimis observabat. A. 92. addit pro argumento. Cal. 8. audiri pro testimonio. Cl. 15. pro comperto pollicentis. Ner. 31. pro maximo munere petiit. Vit. 2.

de *pretio*, *loco alicujus rei dato*. v. *Sanct.* Minerv. p. 838. ed. Scheid.

quod pro epistola prodita denarios quing. accepisset. A. 67.

pro quibus meritis quanto opere dilectus sit. A. 57.

Denique de *ratione habita loci* v. *numeri* v. *temporis* dicitur, nostr. *nach*, *im Verhaltniſs*, *zufolge*, quae manifeste sunt loci particulae, unde etiam Latini saepius *secundum* eodem sensu dicunt.

pro parte dimidia — pro parte altera. C. 41. (nostr. *zu der einen Hälfte.*) quodammodo pro parte aliqua. A. 46.

neque pro modo exsequebatur (delicta.) C. 67. pro merito. A. 45. repraesentans pro opera dignam cuique mercedem. Cl. 18. pro cetero delictorum genere variis ignom. affecit. A. 24. pro spe meritorum tractari. A. 13. pro gradu cujusque. A. 49. pro dignitate cujusque. T. 46. pro facultate quisque. A. 29. 57. Oth. 10. pro liberalitate sua. C. 38. pro conditione temporum. C. 16. pro necessitate temporis. T. 6. pro conditione cujusque. A. 17. Cl. 19. pro majestate imperii. A. 29. nec quicquam prius pro potestate subscripsit. Oth. 7.

*Proauctor*. Appium Caecum Cens., generis sui proauctorem. Cl. 24.

*Proavus*. A. 2. 4. *Proavia*. Cal. 23.

*Probare*, *aliquid spectatum* v. *recensitum ut probum invenire et laudare*. Gr. δοκιμάζειν.

Frequens usus verbi in re militari. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 83, 6.

militem neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus. C. 65. v. not.

Unde: Liviam — dilexit et probavit unice. A. 62. sic probatus et dilectus a suis. Cal. 4. lecti probatique (Senatores.) A. 35. quem pater probatissimum sibi affirmabat. Cl. 16. ex tota cujusque familia probatissimi. Ner. 44. sibi olim probatissimum. Galb. 17. probatissima femina. Vit. 3. usque adhuc certe animum meum probastis et vultum. Dom. 18.

commentarios scripsit, valde quidem probandos. C. 56. adeo probantur omnium judicio. ibid. scripta ejus usque adeo probavit sequ. Horat.

si quorum aliorum probassent (carmina.) Gr. 2.

*probare alicui aliquid* i. q. *ut probum ostendere,* nostr. *beweisen, bewähren.*

velim hoc mihi probes. A. 51. nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. T. 47. quamvis probarentur ante aliquot annos — recitata. T. 61. h. e. *quamvis probaretur, evinceretur, ea recitata.*

quibuscunque coelibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus. Cl. 16. qui se — impudicos probaverant. Dom. 10.

*Probatio* i. q. *argumentum.* satis certa probatione tradiderim. A. 7.

*Probabilis.* quod probabilius facit. C. 30.

*Problemata,* quaestiones ad responsionem et interpretationem propositae. Gr. 4.

*Probrum, factum turpe, flagitium,* maxime *de libidinis infamia.*

quamvis sine probri suspicione. C. 43. h. e. *adulterii.* omnibus probris contaminatas. A. 65. omnibus probris contaminatus. Vit. 4.

quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset. Cal. 16. ob libidinum probra. Cl. 26. juvenem probri plenum. Cl. 16. ut secernerem a probris ac sceleribus ejus. Ner. 19. quod illi promtissimum erat in omnibus probris. Tit. 10.

unde *contumeliae, maledicta* ad alicujus infamiam.

amarissime congestis etiam probris. T. 54. nullo non damnatorum omne probri genus — ingerente. T. 66. quem — ut mollem et effeminatum denotare omni probro consuerat. Cal. 56.

*Probrosus.* natura probrosa. Cal. 11. h. e. *ad turpes libidines propensa.*

probrosae feminae. Dom. 8. i. q. *adulterii convictae.*

*Procax* i. q. *protervus, petulans.* Oth. 2.

*Procedere.* ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. A. 82. quum — Mevaniam processisset. Cal. 43. armillatus in publicum processit. Cal. 52. processit ad excubitores. Ner. 8. in Forum usque processit. Galb. 19.

Sabinus ad praefecturam Urb., minor Vespasianus ad principatum usque processit. Vesp. 1. ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senat. atque ad summos honores processerint. Rh. 1.

dehinc ad simultatem usque processit. T. 51. paulatim hoc genus calumniae eo processit, ut sequ. T. 58. ad omnem licentiam audaciamque processerant. Vesp. 8. —

aegre procedente carpento. T. 2.

procedente tempore. A. 2. T. 1. 49

*Processus.* se in Graecis literis magnum processum habere, et in Latinis nonnullum. Gr. 10.
*Procella.* vi procellae. Dom. 15.
*Proceres.* a semet in capita procerum depellere (ostenta.) Ner. 36. quod non dant proceres. Juven.
*Procerus.* statura procera. Vesp. 23. Dom. 18. ut procerior, quam erat, videretur. A. 73. ex comparatione adstantis alicujus procerioris. A. 79. Galliarum procerissimum quemque — legit. Cal. 47.
*Proceritas.* erat in eo enormis proceritas. Vit. 17.
*Processus.* v. *Procedere.*
*Procidere.* bos — procidit ad ipsos accumbentis pedes. Vesp. 5.
*Proclamare,* i. q. *exclamare*, *vociferari*, *laut ausrufen*, Gall. *s'écrier.*
Sullam tandem proclamasse — vincerent ac sibi haberent. C. 1. ut proclamaverit: repete ergo a me, Aquila, Rempublicam. C. 78. proclamare etiam solebat: αἴϑ' ὄφελον sequ. A. 65. ut unus — proclamaret, aut agat sequ. T. 24. uno etiam proclamante: usque adeone sequ. Ner. 47. proclamantibus naum. Ave Imper. Cl. 21. proclamasse eum: quid agitis? Galb. 20. Equitem proclamantem: heres meus es. Vit. 14. proclamavit: οὐκ ἀγαϑὸν sequ. Dom. 12.
*sequ. acc. c. inf.* A. 51. Cl. 15. Oth. 10.
quum se innocentem proclamasset. Cal. 27.
i. q. *edicere per praeconem.* acie Pharsal. proclamavit, ut civibus parceretur. C. 75.
*Proconsule.* v. sub voc. *Pro.* cf. *Propraetore.*
ut Proconsulibus ad mulos et tabernacula — certa pecunia constitueretur. A. 36. (Intellige, ut saepe, omnino *provinciarum praesides.*)
ceteras provincias (sc. quas non ipse susceperat) Proconsulibus sortito permisit. A. 47. *Proconsules* autem dicebantur non modo consulatu functi, sed praetorii etiam et ornamentis praetoriis honorati. v. *Dion.* 53, 12.
templa, quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere. A. 52. v. not.
*Proconsulatus* Asiae. A. 3. (de *propraetura.*) Dom. 10. Africae. Oth. 1. Vit. 5.
prohibitus a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum. Galb. 3. medium tempus ad proconsulatum usque. Vesp. 4.
*Procreare.* *is* Cneum et Cajum procreavit. A. 2. *ex Achaica* liberos Cajum et Servium procreavit. Galb. 3. — ut plerique procreatum *ex eo* crederent. Oth. 1.
*ex vitrico* per adulterii consuet. procreatam. Cl. 1. matrem suam *ex incesto* — procreatam. Cal. 23.
*Procul* dubio. Ner. 3. a procul stantibus. Cal. 53. procul subsequentibus. Ner. 26.
*Proculcare.* proculcatam desertamque Remp. Vesp. 5.
*Procumbere.* procumbens (in adoratione.) Vit. 2.
precantem Senatum et procumbentem sibi ad genua. T. 24.
*Procurare* fulgur. Galb. 4. h. e. *rem sacram facere ob fulgur.*
*Procuratores,* ἐπίτροποι, διοικηταί, omnino sunt, *qui res et negotia alicujus mandatu administrant*, οἰκονόμοι N. T., quum *privatorum.* Ita Domitillae procurator memoratur

Dom. 17. interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa constaret. Vesp. 19.

tum *Principum*, iique et ipsi diversi generis. Nam modo *praesides provinciarum Caesarearum* dicuntur *procuratores.* v. not. ad A. 47. coll. *Strabon.* 17, 3, 25. Lips. excurs. ad *Tac.* 12, 60.

modo *ii, qui reditus fisci Caesaris in Urbe et in provinciis exigebant et administrabant*, Equites fere, mox libertini. v. not. ad Cl. 12., Lips. et Ernest. ad *Tac.* 12, 60.

rerum Augusti procurator. Vit. 2. i. q. *Quaestor* D. Augusti. Vit. 1.

scripsit et procuratoribus, triumphum appararent sequ. Cal. 47. quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam. Dom. 13. (*urbanorum.*)

ut rata essent, *quae procuratores sui in judicando statuerent*, praecario exegit. Cl. 12. (nempe *in rebus ad fiscum pertinentibus.* Verior sententia Ernestii, qui ad h. l. et *Tac.* 12, 60. *procuratores fisci*, non urbanos tantum, sed etiam provinciales, intelligit, quam Lipsii, qui *praesides provinciarum*, de quibus supra dictum, quorum judiciis, non opus erat, ut Senatus auctoritas adderetur. v. not. ad h. l., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 56, 4.)

quum *a procuratore frequentissimoque consilio* inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset. Dom. 12. (sc. *ob fiscum Judaicum.* H. etiam loco *judicium et consilium judicum procuratori urbano in re fiscali.*)

ornamenta consularia etiam *procuratoribus ducenariis* indulsit. Cl. 24. h. e. procur. fisci, quibus salarium esset ducenorum sestertiorum. cf. *Dio* 53, 15.

matronam — demonstrasse procuratoribus suis dicitur, detractamque illico non veste modo, sed et bonis exuit. Ner. 32. (Int. *procur. fisci urbanos.*)

mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat. Galb. 9. (*procur. fisci in Hispania, cui Galba pro Consule praeerat.*) Ita *praepositi* s. *duces militum* distinguuntur a *procuratoribus.* Galb. 12.

*procuratores atque libertos* (Neronis) ad eadem officia revocavit. Oth. 7.

creditur etiam *procuratorum rapacissimum quemque* ad ampliora officia ex industria solitus promovere. Vesp. 16.

*Procuratio* i. q. *administratio.* procuratione Urbis amicis permissa. C. 79.

i. q. *munus procuratoris.* in procuratione Aegypti. Ner. 35 h. e. *quum procurator Aeg. esset.*

Halotum procuratione amplissima ornavit. Galb. 15.

procurationes splendidissimas atque continuas summa integritate administravit. Plin.

*Procurrere.* procurritque, quasi praecipitaturus se in Tiberim Ner. 47.

quod ad ultionem Imper. ultro procucurrissent. Cl. 29 (de *militibus.*)

*Prodere*, aliquid *in conspectum aliorum vel potestatem dare quod tectum, commissum, creditum est.*

i. q. *tectum celatumque aliquid patefacere*, nostr. *verrathen.*

quos — vagitu suo paene bis prodidit. T. 6. maculis

vestis proditum. Ner. 28. prodita immanitate naturae. Ner. 7. unde i. q. *ostendere.* proditurum se — etiam hydraulam. Ner. 54.

i. q. *commissum creditumque aliquid aliis tradere,* ut nostr. *verrathen.*

quum — hic secretum — uxori Ter. prodidisset. A. 66. pro epistola prodita. A. 67.

prodita ejus epistola. T. 50.

proditus ab ea. Gr. 14. ubique aut superatus aut proditus. Vit. 15.

ut et concitarentur ad convicia, et concitati proderentur. T. 54. Al. *perderentur.*

i. q. *in vulgus edere aliquid, narrare.*

multi prodiderunt. C. 46. causam operis ab interioribus aulicis proditam. Cal. 19. quamvis ipse in historiis suis prodat sequ. Cl. 21. de quibus prodi possit aliquid duntaxat a nobis. Gr. 4. hunc quoque a nonnullis argentarium — proditum. A. 3. h. e. *scriptum, hunc quoque argent. fuisse.* — id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit. Tit. 10. i. q. *patefecit.*

*Prodesse.* ut ad populum provocanti nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit. C. 12.

parum adversus tot mucrones profuturam (loricam.) Galb. 19.

*Prodigere* opes. Ner. 30.

*Prodigus.* C. 27. Cal. 37. Oth. 2. Vit. 7.

*Prodigium.* C. 81. A. 94. Cal. 57. Galb. 18. Vesp. 5.

*Prodire.* repente cum apparitoribus prodiit (*domo in publicum.*) T. 11.

prod. in publicum. Ner. 47. 51. inermem se in conspectum exercituum proditurum. Ner. 43. initium in scenam prodeundi. Cal. 54.

obviam prodeuntes. T. 72. revertenti praetor. cohortes universas prodisse obviam. Cal. 4.

*Producere* pr. *in conspectum aliorum foras ducere aliquem*, nostr. *vorführen.*

quum catenati producerentur. A. 13. quum familia alicujus venalis produceretur. Gr. 4. v. *Terent.* Eun. 1, 2, 53. Heautont. 1. 1, 92.

productus pro Rostris. C. 20. a magistratibus in Rostra producti. Cl. 12.

max. *produci* dicuntur, *qui operas edunt in Circo v. in scena.*

in Circo aurigas cursoresque et confectores ferarum — produxit. A. 43. et quidam histrionum, producti olim, tunc quoque producerentur. Cl. 21. Equites Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam. Ner. 4. cf. *Exhibere.*

et omnino *ostendendi causa in conspectum ducere al.* quem Armen. regem — produxit. Ner. 13.

i. q. *ex aliquo numero legere,* nostr. *ausziehen* h. e. *auswählen.* quos singuli binos produxerant. Oth. 5.

*produci ad stuprum.* Sed Vesp. 22. melius legitur *perductae.* v. *Perducere.*

i. q. *ab uno gradu loci et temporis ducere ad alium,* nostr. *weiter führen.*

quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per

quos frater ejus productus fuit. Cl. 4. Etiam A. 2. nonnulli: *in patricias producta* pro *transd.* v. Oudend.

adeoque *extendere, prolongare,*

et *de spatio loci*, nostr. *erweitern.* spatio Circi ab utraque parte producto. C. 39.

et *de spatio temporis*, nostr. *verlängern.* producebat (somnum) ultra primam saepe lucem. A. 78. unde: producta syllaba. Ner. 33. (Oppon. *corripere.*)

et *de numero* i. q. *extendere, augere.* produxit quaedam (legata) ad vicies sestertium. A. 101. Al. male *perduxit.* v. Oudend.

*Proelium.* C. 35. 36. 44. 55. 60. 68. 75. 89. A. 1. 3. 13. 25. T. 2. Cl. 17. Oth. 9. Vit. 15. Vesp. 4.

*navale proelium* inter spectacula. C. 39. A. 43. Tit. 7. proelium duplex (in Circo) equestre ac pedestre, at in Amphitheatro navale quoque. Dom. 4.

*Proeliari.* Caesare proeliante. Cal. 45.

*Profectus.* blandiente profectu. Ner. 20. (a v. *Proficere.*)

*Profectio.* v. *Proficisci.*

*Proferre.* conditorium et corpus M. Alex. — prolatum e penetrali. A. 18.

denarios quinque — prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis. Galb. 12.

testamentum — depositum apud se, virgines Vest. — protulerunt. A. 101.

veteres quosdam ad se Augusti codicillos — e sacrario protulit. T. 51.

putant quidam mandata prolaturum (sc. fuisse.) T. 52. prolata Divorum Julii et Augusti diplomata. Cal. 38. chirographum ejus conservasse et nonnunquam protulisse. Dom. 1. proferre atque vulgare. T. 66. Oppon. *ignota et celata cupere.*

prolatis libellis, quos crematos simulaverat. Cal. 30. se etiam prolaturum omnia in theatrum. Ner. 41.

ac modo imagines praetext. in Rostris proferrent, modo edicta. Ner. 57. —

adeo ut oblatos victoribus aureos, *prolata sinistra* pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret. Cl. 21. Indecorum erat, sinistram toga exserere. —

proferre artem i. q. *publice ostendere.* Ner. 25.

dracone e pulvino *se proferente.* Ner. 6. i. q. *prorepente.*

*proferri* de tempore i. q. *differri.* caveret periculum, quod non ultra Mart. Idus proferretur. C. 81. h. e. *intra Idus immineret.*

*Profesti* dies. Dom. 21.

*Proficisci.* in al. locum. C. 71. A. 8.

Judaea profecti. Vesp. 4. h. e. *qui e Judaea exiissent.*

*Profectio.* profectionem adversus Scipionem et Jubam non distulit. C. 59.

nec profectione dilata. Ner. 22. terra marive ingrediente se longinquam profectionem. A. 92. quamvis — prope quotannis profectionem praepararet. T. 38.

quam causam profectionis praetenderat. T. 40. ipso profectionis die. Ner. 19.

*Profiteri* i. q. *palam affirmare*, nostr. *versichern*, *erklären.* *sequ. acc. c. inf.* C. 20. 34. A. 27. 101. *professus est palam.* C. 72. pro-

fessus edicto. A. 31. qua teneri se neque dissimulavit unquam, et saepe ingenue professus est. A. 45. — i. q. *libere fateri.* tantum non summam malorum suorum professus est. T. 67. professis apud se obscoenitatem. Ner. 29.

*de al. re.* ipsum postea de parricidio professum. Cal. 12. *de semet* professo. Dom. 8.

i. q. *palam dicere, appellare aliquem,* nostr. *einen für etwas erklären.*

codicillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus. T. 62. uno atque eodem die professus et maritum se ejus, et patrem infantis ex ea natae. Cal. 25. legatum se Senatus ac pop. R. professus est. Galb. 10.

*profiteri se candidatum.* A. 4. voc. de hac re proprio. v. not.

*profiteri aliquam artem, operam* etc. dicuntur, qui coram magistratu v. omnino publice declarant, se aliquam operam edituros, artem exercituros etc. Ita: feminae famosae — lenocinium profiteri coeperant. T. 35. sc. *coram Aedilibus.* v. not. cf. *Ovid.* Fast. 4, 866. (nostr. *sich zu etwas erklären.*)

omnes medicinam Romae professos. C. 42.

nomen suum in albo profitentium citharoedorum jussit ascribi. Ner. 21.

Sed Dom. 12. leg. qui vel *improfessi* Judaicam viverent vitam h. e. *non coram magistratibus v. procuratoribus professi se Judaeos.* De varietate lectionis, ut: *veluti professi, vel ut professi* etc. v. not. et interpr.

i. q. *promittere.* professus conspirationis indicium. Dom. 17.

i. q. *publice docere aliquam artem v. literas.*

rhetoricam professus. Rh. 3.

et *simpl.* professus diu in patria. Gr. 9. (Non opus est, ut cum Bernecc. suppleas: *grammaticam.* Ita etiam *Plin.* ep. 2, 18, 3. „*quum omnes, qui profitentur, audiero.*" et 4, 11, 1. „audistine Valerium Licin. *in Sicilia profiteri?*")

*ex professo* i. q. *palam, aperte.* paene ex professo sollicitantem exercitus. Tit. 9.

*Professio* i. q. *disciplina.* quamquam jam discretis professionibus. Gr. 4.

i. q. *publica institutio.* desidiosior in professione grammaticae. Gr. 8.

*Professor* i. q. *magister, praeceptor.* sapientiae professor. T. 14. Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor. Rh. 5.

et *simpl.* quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset. T. 11. clari professores — fere hi fuerunt. Gr. 4. de injuriis, quas professores — acciperent. Gr. 9. et ipsum grammaticum professorem. ibid. magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia. Rh. 1. illustres professores. ibid.

*Profligare.* caesos profligatosque adversarios. C. 30. quem una profligavit acie. C. 35. partibus ubique profligatis. Ner. 3.

i. q. *ad finem producere.* (v. *Gell.* 15, 5.) sperans, ante Vitellii adventum profligari plurimum posse. Oth. 9.

*Profligatus* i. q. *perditus.* profligatissimus quisque. T. 35.

*Profluere.* profluente sanguine. Dom. 16.

magna etiam professorum — profluxit copia. Rh. 1.

*Profluens* i. q. *flumen.* laurea — in profluentem excidit. Vit. 9.

*Profluvium* alvi, διάῤῥοια. A. 97.

*Profugere.* in Siciliam profugit. T. 4.

quum — profugisset ab Urbe. Cal. 24. repente a Messana noctu profugit. Cal. 51.

profugit concionem. Cal. 48. h. e. *fugiens evasit* s. *effugit.* Exempla construct. hujus verbi v. apud Burm. Al. *concione,* ex mera emendatione.

*Profugus.* Vit. 12. veluti profugos ac reprehensos. Cal. 45.

*Profundere.* cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profudit. T. 42. h. e. *temperata antea sine freno et modo exercuit.* v. Garv. et Gernhard. ad *Cic.* Off. 1, 29. fin.

*Profusus.* profusissima largitio. C. 13. libidinis in feminas profusissimae. Cl. 33. inter profusissimos opsoniorum apparatus. Vit. 10. convivia jucunda magis, quam profusa. Tit. 7.

*profusus* de homine i. q. *prodigus.* Ner. 4. cum profusissimo quoque familiarium. Tit. 7. Pr. est nostr. *zügellos,* qui sine freno se profundit in luxuriam et libidines.

*Profuse.* praetoria profuse exstructa h. e. *profuso sumtu.* A. 72.

festos et sollemnes dies profusissime celebrabat h. e. *cum maximo sumtu.* A. 75. v. not.

*Profusio.* Ner. 30.

*Profundus.* homo profundae gulae. Vit. 13.

profundo maris. T. 40. Al. *mari.* v. not. profundo mergere aliquem. Cal. 16.

*Progener,* maritus neptis. A. 19.

*Progenies* Caesarum. Galb. 1. Vitelliorum. Vit. 1.

*Prognatus* Iulo. C. 81.

*Progredi.* Ravennam vel Mediol. vel Aquilejam usque ab Urbe progrediens. A. 20. progressus in atrium medicus. Vesp. 5. ne cubiti qu. mensuram progredi. T. 38.

post victoriam demum progressus (e latebris.) Dom. 1. quinta fere hora progressus est (domo.) C. 81. progressus in atrium domus. Cal. 41.

ingresso Urbem obviam progressus. Cl. 24.

progressa aetate i. q. *provecta.* Cl. 2.

eo arrogantiae progressus est, ut sequ. C. 77. Senatus et in funere ornando — eo studio certatim progressus est, ut sequ. A. 100. ne tunc quidem ultra progressus, quam ut sequ. Cal. 3. prius quam ultra progrederetur. Cl. 44.

*Progressus.* arceri progressu. Ner. 46.

*Prohibere. aliquid.* hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. A. 53. quotid. oscula prohibuit edicto. T. 34. Sequ. item strenarum commercium, *ne* sequ.

*aliquem al. re.* hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus. C. 34. prohibitus non contubernio modo, sed etiam publica salutatione. Vesp. 4. extraneorum coetu adeo prohibuit (filiam et neptes). A. 64.

fascium usu (se) prohibitum. T. 4. *vel omisso ablat.* qui vi ac per arma prohiberent. C. 16. prohibitum monitu Dei. A. 94.

*sequ. acc. c. inf.* milites — ingredi, etiam Patrum decreto

prohibuit. Cl. 25. templa — decerni sibi prohibuit, etiam statuas — poni. T. 26. cf. Ner. 39. Vit. 14. Dom. 7.

*prohib. aliquem sequ. inf.* quam species barb. mulieris — victorem tendere ultra, sermone Lat. prohibuisset. Cl. 1. juvenes prohibuit — frequentare. A. 31.

unde *prohiberi c. inf.* prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam vel consistere. T. 64. alios diurnum victum prohibitos quaerere. Ner. 36. prohibitus a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum. Galb. 3. quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri. Rh. 1.

*Proinde.* C. 22. 66.

*Projicere.* ut insepulti projicerentur. Vesp. 2.

se vel in Tiberim projicerent. Vesp. 19.

*Projectus.* ventre projecto. Ner. 51. ventre paulo projectiore. Tit. 3.

*Prolabi.* forte prolapsos (gladiatores.) Cl. 34. prolapsus in egressu navis. C. 59.

graviter prolapsum. Oth. 7. prolapsus in cloacae foramen. Gr. 2.

*Prolapsio.* alveum Tiberis — aedificiorum prolapsionibus coartatum. A. 30. Al. *prolationibus.*

*Proles.* oratio Q. Metelli de prole augenda. A. 89.

*Prolixus.* prolixo nec exili corpore. Cl. 30. ramus praevalidus ac prolixus. Vesp. 5.

*Prolixe.* fovere aliquem prolixius. Tit. 7.

*Promercalis.* aurum promercale. C. 54. promercales vestes. Gr. 23.

*Promere.* ea (arma) quum in castris sub noctem promerentur. Oth. 8.

*Promtus.* promtissimus affinitatis cujusque atque amicitiae conciliator et fautor. A. 48.

promtissimis atque etiam instantibus suis. Vesp. 6.

ad vitiandas virgines promtior. A. 71.

de *facilitate sermonis*, i. q. *expeditus*; nostr. *fertig.*

promtus et facilis sermone Graeco. T. 71. quantumvis facundus et promtus. Cal. 53.

Latine Graeceque vel in orando, vel in fingendis poematibus, promtus et facilis. Tit. 3.

unde *de homine, cui facundia linguae suppetit.*

C. Curioni, promtissimo juveni. Rh. 1. v. Gronov. ad *Tac.* A. 1, 13. *promtum ingenium. Tac.* A. 1, 23. Id. A. 4, 17. *unus alterve maxime promti.* v. Gronov.

*pass.* i. q. *paratus, ad omnes casus et ad omne tempus expeditus.*

reorum — subsidium unicum ac promtissimum erat. C. 27.

quod illi promtissimum erat in omnibus probris. Tit. 10.

*Promereri. aliquid.* promerendi amoris — studium. Cal. 3. ad promerendam omnium voluntatem. Tit. 1.

*aliquem.* in promerendis sociis. A. 3.

*Promiscuus.* in usu promiscuo esse. Cl. 41. promiscuis salutationibus admittebat et plebem. A. 53.

*Promiscue.* prom. spectare. A. 44. (sc. cum *viris.* Oppon. *solis.*) *propria* Senatoribus constituit loca, *promiscue* spectare solitis. Cl. 21. licentiam theatr. promiscue in Equite spectandi. Dom. 8.

*Promittere.* barba capilloque promisso. Cal. 24.

*ostendere, spem rei alicui facere,* unde i. q. *polliceri.*

promissa veteranis praemia. A. 15. promissum populo congiarium. A. 42. minus, quam promiserat, dedit. ibid.

nec, quamvis flagitantibus cunctis, promittere audentem. Vit. 4.

qui pro salute sua glad. operam promiserat. Cal. 27. qui necem suam per venenum inimicis promiserat. C. 74.

*promissa.* quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se. T. 37.

*Promontoria* Peloponnesi atque Aetoliae. A. 17.

*Promovere.* destinarat Ostia tenus moenia promovere. Ner. 16. partem Palatii ad Forum usque promovit. Cal. 22.

promotos in ampliorem gradum a Claudio. Oth. 1. [rapacissimum quemque ad ampliora officia — solitus promovere.] Vesp. 16.

*Promtus.* v. *Promere.*

*Promulgare* i. q. *populo in albo proponere.* rogatione promulgata. C. 15. lege agraria promulgata. C. 20. Sed Ner. 36. leg. *conjurationibus provulgatis,* non *promulgatis.* v. Oudend. ad h. l. et Drakenb. ad *Liv.* 3, 9. §. 5.

*Pronepos.* Galb. 2. *Proneptis.* Cl. 26.

*Pronunciare,* omnino *alta voce aliquid eloqui,* unde

i. q. *declamare, recitare.* pronunciasse dicitur voce acuta sequ. C. 55. pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono. A. 84.

tragoedo pronuncianti concinere. Cal. 54. quum pronunciatum esset a mimo. A. 53. versum in scena pronunciatum. A. 68. —

versum compositum ex tempore clare pronunciavit. A. 98. etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt. C. 49. quos (annales) certis diebus in magna frequentia pronunciabat. Gr. 2. h. e. *recitabat.*

alio verba pronunciante. Ner. 25. verba supplicis interpretata praet. viro multitudini pronunciante. Ner. 13.

per praeconem pronunciavit SCtum sequ. C. 84.

i. q. *palam dicere,* sequ. acc. c. inf. Cl. 46. nostr. *laut erklären.* cf. T. 38.

*de haruspicibus et fatidicis,* nostr. *aussprechen.* C. 61. A. 29. carmina — ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronunciata. Galb. 9.

*de judicibus.* de quodam negotio ita ex tabella pronunciasse creditur. Cl. 15. de jurgio quodam — ita pronunciavit. Vesp. 9. quod sibi libuisset — pronunciabat. Ner. 15. nunquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronunciavit. Dom. 11. pronunciavit, non teneri ea sequ. A. 40.

stipendiarium pronunciatum (a judicibus). C. 71. ingenuam et civem Rom. recuperatorio judicio pronunciatam. Vesp. 3.

i. q. *proclamare,* nostr. *laut ausrufen.*

victorem se ipse pronunciabat, qua de causa et *praeconio* ubique contendit. Ner. 24. quae beneficia e medio stadio — sua ipse voce pronunciavit. ibid.

*pronunciari* in comitiis electi dicuntur *per praeconem.*

ut — de cetero numero candid., pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipse

edidisset. C. 41. (puto *per praeconem*. Summus enim magistratus, qui praesidebat comitiis, *renunciabat* electos. v. not.) cf. locus Dom. 10. quod eum comitiorum consul. die destinatum perperam *praeco* non Consulem *ad populum*, sed Imperatorem *pronunciasset*. v. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 77, 1.

i. q. *edicere* aliquid, max. *per praeconem*, nostr. *öffentlich bekannt machen*.

ipse, medios — suorum sibi numero futuros, pronunciavit. C. 75.

quamvis pronunciatum esset, *ut* duae tantummodo exirent. Cal. 4.

adeoque i. q. *publice promittere*. ut is — nummos de suo, communi nomine, per centurias pronunciaret. C. 19. munus populo epulumque pronunciavit. C. 26. pronunciato militi donativo. Cal. 46. quum — donativum grandius solito praepositi pronunciassent. Galb. 16. quinquagenas tesseras in singulos cuneos — pronunciavit. Dom. 4. cf. *Cic*. ad Att. 1, 14. ad Qu. fr. 2, 15.

Nioben se cantaturum, per Cluvium Ruf. consularem pronunciavit. Ner. 21.

*Pronunciatio*. irato et verba et sententiae suppetebant, pronunciatio quoque et vox. Cal. 53.

*Pronus*. in libidines. C. 50. libidinis in mares pronioris. Galb. 22. Vulg. *libidinis pronior*. v. not. —

pronior ad id genus libidinis. T. 44. ad utilitates publicas proniorem (Principem praestitit.) T. 33. exercitus pronus ad res novas. Vit. 7. ad poeticam pronus. Ner. 52. pronus — ad cujusque necem atque supplicium. Vit. 14. —

Tiberio in verum nepotem proniori. Cal. 19. quasi Cn. Dolabellae — proniorem. Galb. 12. h. e. *magis deditam, faventem*.

cui spei pronior. Ner. 40.

*Propagare*. augendi propagandique imperii. Ner. 18.

i. q. *prorogare, prolongare*. praesidibus provinc. propagavit imperium. A. 23. Al. *prorogavit*. v. not. et Oudend. propagari sibi commeatum saepius desiderantem. Cal. 29. Etiam C. 24. nonnulli *propagaretur*, ubi tamen optimi libri: *prorogaretur*.

*Propalam*. C. 20. 77. A. 64. T. 2. Cal. 24. Cl. 15. Ner. 15. 22. Oth. 12. Vit. 10. Vesp. 16. Tit. 7.

*Prope*. qui tunc prope adstabat. Tit. 2. — prope per singulas noctes. C. 1. classe — prope absumta. C. 25. valetudo prope illaesa. T. 68. prope intermortuus jacuit. Ner. 42. pedibus prope humanis. C. 61. per haec prope univ. ordinibus offensis. Galb. 16. Al. *propere*. v. not.

prope sex millia talent. C. 54. columnam prope viginti pedum. C. 85.

c. *accus*. prope Liguriam juxtaque Stoechadas insulas. Cl. 17.

prope lucem. Cl. 44.

*Propior*. quo propior esset. Cal. 22.

*Propius*. Cimber — propius accessit. C. 82.

*Proximus*. de *loco*. regiones proximae. C. 4. e proximo pistrino. C. 31. ex proximo nemore. C. 81.

c. *dat*. in proximis Rheno agris. A. 21. proxima Urbi oppida. A. 72. in proximas Campaniae insulas. Cal. 14. in-

sulam Britanniae proximam. Vesp. 4. usque ad proximos Naumachiae hortos. T. 72.

proximus collusor. Cal. 41. h. e. *proxime assidens.*

proximum *a* Diis immortalibus honorem. A. 31. v. praepos. *A.*

collega proximus. Dom. 1. sc. *loco* s. *dignitate*, *honore.*

*proximi* h. e. *proxime assidentes* v. *adstantes.* C. 14. 31. T. 19. Ner. 34. Dom. 16.

i. q. *proxime alicui juncti* h. e. *amici*, *necessarii.* nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone. T. 68. eamque excusationem proximis mandasse. Oth. 6.

*in proximo* sedens. C. 52. quum hostis *in proximo* esset. C. 65.

de *tempore* vel *praeterlapso.* Idibus Sept. proximis. C. 83. ante quinquennium proximum. Dom. 9. viginti proximis annis. A. 101.

vel *insequente.* proximo Senatu. C. 79. proximis comitiis. C. 80. proximis diebus. C. 81. per novem proximos menses. T. 65. tribus proximis mensibus. Cal. 14.

proximo suo consulatu. C. 50. proximis ludis. T. 45. proxima nocte. Galb. 18.

primum — sequentem — deinde — huic proximum — novissimum. C. 37.

*Propinquus.* propinqua sibi cognatione junctos. Ner. 3.

*propinqui*, Gr. ἀναγκαῖοι. propinquos et affines suos. C. 1. cum aliquo majore natu propinquorum. A. 31. matronas — ut propinqui coercerent. T. 35.

ne capite damnatos propinqui lugerent. T. 61.

*Propinquitas.* multarum et magnarum propinquitatum. Oth. 1.

*Propellere* aliquem in praecipitium. A. 79.

quoties — subito ac nullo propellente decideret lumen. T. 19.

*Propere.* C. 3. Cal. 51.

*Propinare.* T. 42.

*Propinquus*, *Propinquitas.* v. *Prope.*

*Propitiare* manes. Oth. 7. propitiato multum Deo. Vesp. 7.

*Proponere.* ut ne opera qu. pistoria proponi venalia sinerent. T. 34. quum antea nullum non opsonii genus proponeretur (sc. venale.) Ner. 16. venalia proponi. Lucan. proposito millies HS. gratuito. T. 48. h. e. *per mensas ad mutuandum disposito.*

stemma in atrio prop. Galb. 2. propositis ante se damnatorum — imaginibus. Galb. 10. titulo proposito. Cal. 14. propositis nominibus legatorum consul. Vesp. 6.

libellus propositus est. C. 80. h. e. *in publico positus.* Vit. 14.

ejusmodi vectigalibus indictis neque propositis. Cal. 41. h. e. *scripto promulgatis.*

proposuit legem, sed et minutissimis literis et angustissimo loco. ibid.

rationes imperii, ab Aug. proponi solitas — publicavit. Cal. 16.

auctione proposita. Cal. 39. edicti de excidendis vineis propositi. Dom. 14. —

qui vera proposuissent. Cl. 15. h. e. *censuissent*, *suasissent.*

proposita vitae ejus velut summa. A. 9.

propon. quaestiones (ad respondendum.) T. 56. proposita non solum materia, quam scriberent, sed et praemio, quod victor auferret. Gr. 17. conditione proposita, ut sequ. A. 32.

i. q. *promittere*, *offerre*, *per edictum* v. *vocem praeconis indicere.*

proposito congiario. A. 42. populo congiarium, militi donativum proposuit. Ner. 7. negotiatoribus certa lucra proposuit. Cl. 18. proposito gladiat. munere. Tit. 8.

propositum praemium. Gr. 17. v. supra.

i. q. *decernere*, *destinare*. quae apud Sen. proposuerat agere. C. 81. si quando quid secreto agere proposuisset. A. 72.

proposuerat — commigrare. Cal. 49.

*Propraetore*. v. *Praetor* et praepos. *Pro*.

*Proprius*. quasi proprio suo ac peculiari Deo. A. 5. templum numini suo proprium. Cal. 22.

pronunc. dulci et proprio quodam oris sono. A. 84.

*Proprietas*, *possessio rei ut propriae*, nostr. *Eigenthumsrecht*. quum de proprietate jumenti quaereretur. Galb. 7.

*Propter* pr. comparativus est voc. *pro*, *prope*, ut *praeter* a voc. *prae* descendit, et *viciniam loci*, et *causam transeuntem in effectum* indicat. v. Scheid. ad Sanct. p. 229.

Apud nostrum altero sensu tantum occurrit, ubi est i. q. *ob*.

quum propter eadem haec, tum peculiari merito. Vit. 4. propter quem. Ner. 41.

propter quae. Cl. 15. propter quod. Vesp. 4. propter hoc. Horat.

propter — propterque. Tit. 7.

*Propugnare*. propugnaturos absentiam suam. C. 23.

*Propugnator*. duodecim propugnatores — confecit. Tit. 5. Caec. Metello — auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit. C. 16.

*Prorepere*. prorepsit ad solarium proximum. Cl. 10.

*Proripere*. se e Curia. A. 54. e spectaculis. Cal. 35. e strato. Cal. 51. proripuitque se postica parte Palatii ad constitutum. Oth. 6. proripuit se cum amicis — in proximam silvam. Cal. 45. actor proripiens se ruina. Cal. 57.

*Prorogare*. pr. *rogatione prolongare*. ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. C. 24. (Al. *propagaretur*. v. int.) quibus imperium prorogari — placeret. T. 30.

*Prorumpere*. barbaris, qui jam in Galliam usque proruperant, coercitis. Galb. 6.

*Prosa* oratio, i. q. *soluta*, *pedestris*. A. 85. Cl. 1. Dom. 4. Horat.

*Prosapia*. magna et vetere prosapia. Galb. 2.

*Proscenium*. hos ludos spectavit e proscenii fastigio. Ner. 12. ex parte proscenii superiori. Ner. 26.

*Proscindere*. hunc foedissimo convicio coram prosciderunt. A. 13. famoso carmine quum ipsum, tum potentissimos amicorum, gravissime proscidit. Lucan.

equ. ordinem, ut scenae arenaeque devotum, assidue proscidit. Cal. 30.

*Proscribere*. pr. *scriptum publice proponere*, *scripto publicare*, Gr. προγράφειν.

edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum Bith. reginam, eique regem antea fuisse cordi sequ. C. 49. multa Graece Latineque proscripta aut vulgata sunt. Ner. 39. h. e. *scripta et affixa publice*, et *ore vulgata* sunt.

*proscribere aliquem* h. e. *bonis publicatis* s. *ut venalibus proscriptis damnare.*

proscriptum olim ab eo patrem Paulum. A. 16. proscripsit etiam C. Toran. tutorem suum. A. 27. ita modum se proscribendi statuisse sequ. ibid.

quosdam — inter proscriptos curasse referendos. A. 70.

proscriptorum liberi. C. 41. Gr. 13.

*Proscriptio.* proscriptionis tempore. A. 70. proscriptione. C. 11. ne qua fieret proscriptio. A. 27. peracta proscriptione. ibid.

*Prosecare.* semicruda exta rapta foco prosecuit. A. 1. h. e. *prosicias*, ἀπαρχάς, *arae imposuit.* v. *Brisson.* de form. p. 24. *Liv.* 5, 21. et Drakenb. ad 25, 16.

*Prosequi.* pr. *honoris et officii causa deducere, comitari.*

milites currum prosequentes. C. 49. Tiberium — Beneventum usque prosecuturus. A. 97.

triumphantem — usque in Capit. prosecuta est. T. 2. funus Tiberii prosequens. Cal. 13.

prae turba occurrentium prosequentiumve. Cal. 4. inter officia prosequentium. C. 71. cuiquam prosequentium. T. 10. Senatu prosequente. Cal. 16. prosequentibus etiam legatis. T. 20. turba militum, quasi inter sollemnia triumphi, prosequente. Ner. 2.

hilare prosecutus. Ner. 34. Graeca insuper voce prosecutus sequ. Cl. 43.

statuam — dedicavit prosecutusque est. Tit. 2.

unde: oculis prosequi aliquem. T. 7.

i. q. *verborum honore vel praemiis aliquem ornare.*

revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequebantur. A. 57. h. e. *prosequentes ornabant.* cf. Cl. 27.

quum — et epistolis aliquot ut peritissimum rei mil. — prosequatur. T. 21. h. e. *laudet.*

Senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, prosecutus est eum. Oth. 1. h. e. *ornavit.*

*praemiis ornare.* ad tuendos eos prosequendosque. A. 49. non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus. A. 66. una modo liberalitate — prosecutus. T. 46. omnes circa se largissime prosecutus. Dom. 9.

legato etiam — prosecutus. Cl. 6. si parcius aut citra honorem verborum — si grate pieque quis se prosecutus fuisset (testamento.) A. 66. v. *Plin.* ep. 5, 5, 2.

*Prosilire.* conatus prosilire. C. 82. ut ex strato prosiliret. Dom. 16.

prosiluit ad flumen. C. 32. cum palla — prosiluit. Cal. 54. tandem e sede sua prosiluit. Cl. 21. prosiluit e lecto. Ner. 47. (Perf. *prosilivit* jure damnant meliores editores. v. Drakenb. ad *Liv.* 2, 10. §. 11. cf. *Desilire.*)

*Prosper.* prosperis oratorum actionibus. Cal. 53.

valetudine prosperrima usus est. T. 68. v. *Valetudo.*

nunquam se prosperiore alea usum. Cal. 41.

quum prosperi quiddam ex provinciis nunciatum esset. Ner. 42.

*Prospere.* parum prospere. C. 79. prosperrime semper — dimicavit. C. 36.

*Prosperitas* rerum. Cal. 31.

*Prospicere, in longinquum oculos dirigere,* nostr. *auf etwas fern hinsehen.*

caesos — adversarios prospicientem. C. 50. e Gelotiana apparatum Circi prospicientem. Cal. 18. prospexit e triclinio ardentem rogum. Cal. 23. prospicere e superiore parte. Cal. 50.

quum et proelium et incendium e Tiber. prospiceret domo. Vit. 15. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 15, 2.

*aliquid e longinquo videre,* nostr. *etwas von fern sehen.*

prospectis biremibus Pomp. A. 16. prospectis modo nec aditis Urbis moenibus. T. 72.

quod prospicitur e campo Martio. Ner. 50.

existimatur *multo ante*, quanta se quandoque acerbitas — maneret, *prospexisse.* T. 67.

*Prospectare.* hoc incendium e turre Maecen. prospectans. Ner. 38.

*Prostare* sc. *ad stuprum.* T. 43.

*Prosternere.* arbor — evulsa radicitus atque prostrata. Vesp. 5.

mirmillonem — sponte prostratum. Cal. 32. i. q. *prolapsum.*

*de stupro.* ut quas saepe exoletis suis prostraverit. Cal. 24.

non sine rumore prostratae regi pudicitiae. C. 2. matronas prostratae pudicitiae. T. 35.

*Prostituere.* pudicitiam. Ner. 29.

*prostituta*, femina venalis pudicitiae. Cal. 36. 40.

*Protegere* al. complexu togaque objecta. C. 14.

*Protinus — et.* Gr. ἅμα καί. A. 38. v. not.

*Protrahere.* convivia in primam lucem. C. 52. convivium. Ner. 34. coenam. T. 72.

epulas a medio die ad mediam noctem. Ner. 27.

in serum dimicatione protracta. A. 17. spectaculum in serum protrahebatur. Ner. 22.

ut stipendia quoque mil. et commoda veteran. protrahi ac differri necesse esset. Ner. 32.

postquam is quinque horas protraxit. Ner. 33. nostr. *hinbringen, hinschleppen,* de *vita morti propiore.*

*Prout.* C. 27. A. 35. 89. Ner. 21. 25. Cl. 15.

*Provehere* al. ad honores. C. 71. ad summam potentiam. T. 55. quem ad consulatum usque — quem ad praefecturam Aeg., ex infima utrumque fortuna provexerat. A. 66. aetate provecti. T. 54. calore provectus. Rh. 6.

*Provenire.* tanta pullorum soboles provenit. Galb. 1.

quod — uni omnino M. Alexandro — simile provenisset ostentum. A. 94.

quicquid cogitaret volveretque animo, quamlibet magnum, id esse proventurum. Vesp. 5. h. e. *successurum.* Gr. προχωρεῖν. v. Oudend. ad h. l. (*Liv.* 45, 41. „aliarum deinde *secundarum rerum velut proventus* secutus." Metaphora desumta a fructibus, qui novi semper succrescunt ex uno semine.)

*Proventus.* uberi vinearum proventu. Cl. 16.

*Proverbium* Graecum. T. 38. Ner. 20. 33.
*Providere, e longinquo videre.* nave provisa. T. 14. h. e. *procul visa.* e cujus splendore per imagines, quicquid a tergo fieret, provideret. Dom. 14.
de *tempore.* quae providisset ex arte. Dom. 15.
unde *ante consulere, cavere.* quantum provideri humana ratione potuit. A. 29.
satis provisum a genero suo, ne sequ. A. 42. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 75, 4. De loco A. 10. v. *Praevidere.*
*Provincia,* sensu latiori, de *loco, quo quis cum imperio mittitur.* C. 11. v. not. 13.
sensu Rom. *regio, quae imperio Rom. subjecta legibus Rom. paret et a praeside Rom. administratur.* C. 18. 22. 28. 29. 31. 48. A. 3. 10. 25. 29. 47. 49. 60. 66. 67. 89. T. 16. 32. 36. 38. 63. Cal. 48. 51. Cl. 17. 23. Ner. 24. 40. 42. 43. Galb. 7. 8. 9. Oth. 3. Vit. 3. 8. 12. Vesp. 4. 8. Tit. 5. Dom. 8.
in provinciae formam redigere regionem. C. 25. A. 18. T. 37. Cal. 1. Ner. 18. Rh. 6. provinciam facere. C. 35.
provincias validiores, et quas annuis magistratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, Aug. ipse suscepit; ceteras Proconsulibus sortito permisit; et tamen nonnullas commutavit interdum. A. 47. cf. *Dio* 53, 12. et Fabric. ad h. l. *Strabo* 17, 3, 25. alteri — domo et *provinciis suis* interdixit. A. 66. ut provincias cum Augusto communiter administraret. T. 21. —
provinciae *minimi negotii,* id est *silvae callesque.* C. 19. v. not.
collegio Quaestorum Claudius, detracta *Ostiensi et Gallica provincia,* curam aerarii Saturni reddidit. Cl. 24. v. not.
superior provincia. Vit. 8. h. e. *Germania superior.*
De singulis provinciis v. ind. pr., reliqua sub verbis singulis.
*Provincialis, incola provinciae.* appellationes litigatorum provincialium. A. 33. Opp. *urbanorum.*
honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. Vesp. 9.
provincialem locupletem. Cal. 39.
provincialia matrimonia. C. 51. i. q. *uxores provincialium.*
*Provinciatim.* legiones — provinciatim distribuit. A. 49.
*Provocare* al. ad hilaritatem. Cal. 27. Cl. 21. ad communionem sermonis tacentes vel summissim fabulantes provocabat. A. 74.
provocare ad populum (a judice.) C. 12.
*Provulgare.* duabus conjurationibus provulgatis. Ner. 36. Inepte al. *promulgatis.*
*Proximus* v. sub *Prope.*
*Prudens* ac sciens. Ner. 2.
*Prudentia.* Galb. 10.
*Prurigo* corporis. A. 80.
*Psallere.* ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque. Tit. 3.
*Psallere* est *ad instrumentum canere.* v. not.
*Psilocitharistae,* ψιλοὶ κιθαρισταί, qui cithara sine voce canunt. Dom. 4.
*Psylli.* Cleopatrae — etiam Psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent. A. 17. v. not.
*Pubes.* ex utriusque sexus pube. T. 43.

*Puber.* nondum puberi. Cl. 24. minus tertia parte puberum ingenuorum. C. 42.

*Pubertas.* pubertatis ac primae adolescentiae tempus. Dom. 1.

*Pubescere.* pubescens. T. 6.

*Publicus.* domus publica. C. 46. Gr. ἐν τῷ δημοσίῳ v. ἐν κοινῷ οἰκεῖν.

jus publicum h. e. *omnibus civibus commune.* A. 10. T. 50. v. *Jus.*

publica judicia. A. 29. — privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. T. 15. quicquam — publici privatique negotii fuit. T. 30.

ex commendatione publica cujusque oppidi. A. 46. literae publicae. T. 32.

spectaculum publicum. C. 31. h. e. *a tota civitate aliqua publicis impensis, non a privato editum.*

luctus publicus. Cal. 6. publica laetitia. Cal. 14. pernicies publica. A. 52.

in publica fame. Ner. 45.

publica opera. h. e. *aedificia, ad usum omnium civium exstructa.* A. 29.

loca in Urbe publica. A. 32. publica vectigalia. Vit. 7.

hostem publicum appellare al. Cal. 28.

publicae cerimoniae. C. 6. publici sacerdotes. Vit. 11.

corpus crematum est publico funere. T. 75. Gr. δημοσίᾳ ταφῇ.

parentibus inferias publicas (decernendas curavit.) Cl. 11.

*publicum,* τὸ δημόσιον, τὸ κοινόν, i. q. *aerarium.* ex publico. C. 41.

unde *teneri publico.* Cal. 40. i. q. *obligatum esse aerario, vectigal aerario pendere.*

adeoque *publicum* de *vectigali ipso, aerario debito.* publicum quadragesimae in Asia egit. Vesp. 1. Inepta est mutatio: *publicanum.* v. int. ad *Tac.* A. 13, 51.

*publicum,* quicquid loci civibus commune est, adeoque viae, Forum, templa, porticus etc. Oppon. *domus et habitatio cujusque privata.*

prodire in publicum. Ner. 47. 51. in publicum procedere. Cal. 52. per publicum incedere. A. 53. per publicum vehi. Ner. 9.

publico abstinuit. Cl. 36. nunquam postea publico se illud horae sine Tribunis commisit. Ner. 26. raptus de publico. Oth. 7. Lares in publicum abjecti. Cal. 5.

ut eum in publicum elicerent. Galb. 19. quum per publicum — equos adegissent. ibid.

in publico. Cl. 13. 38. Ner. 27. 39.

*Publice,* h. e. *jussu v. auctoritate totius Reip.,* adeoque *sumtu* etiam *publico.*

cui — constituta erant publice praemia. C. 17. tumulo publice exstructo. A. 12. quoties quid spectaculi publice e-retur. A. 44. honorem recipere publice. T. 50. pro eorum salute publice vota suscepta. T. 54. natalem ejus publice celebrari. T. 65.

quae publice locari solebant. A. 36. h. e. *ab aerario. Dio* 53, 15. ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου. — epulandi publice jus. A. 35. h. e. *in Capit. sumtu aerarii.*

agrum — clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capit. publice accepit. T. 1. h. e. *a Republica.*

circa quem — Galliarum civitates publice supplicarent. Cl. 1. h. e. *non singuli privata cerimonia, sed publico nomine et publica cerimonia, quibus id a civitatibus mandatum esset.*— Ostiensibus quiddam publice orantibus. Cl. 40. h. e. *nomine civitatis suae.*

non contenti epulo ubique publice praebito. Vit. 10. decretam publice statuam. Vesp. 23. h. e. *publico civitatis cujusque sumtu.*

Saepe etiam *publice* significat, quod pertinet *ad totam civitatem*, ut sit i. q. *civitati, Reipublicae universae.* v. Gesner. ad *Plin.* ep. 4, 7, 2., Wolf. ad T. 37.

nullum largitionis — genus publice privatimque omisit. C. 26. h. e. *in totam civitatem*, ut exstructo Foro, dato munere, epulo, *et in privatos.* cf. Vit. 15.

*populo* hortos circa Tib. *publice, et viritim* trec. sest. legavit. C. 83. ubi *publice* est *ad usum communem populi*, Gr. τῇ πόλει, τῷ δήμῳ.

Bononiensibus publice gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis. A. 17. h. e. *toti civitati Bononiensium, non singulis tantum oppidi incolis.*

Ita: Lacedaemonis publice demandatus. T. 6. i. q. *civitati Laced., non singulis Lacedaemoniis.* Cyzicenis publice libertatem ademit. T. 37. h. e. *totam civitatem Cyzic.* αὐτονομίᾳ *privavit.*

publice munificentiam bis omnino exhibuit. T. 48. h. e. *universo populo.*

tantum gaudium publice praebuit. Ner. 57. h. e. *per totam civitatem.*

praecepta et exempla publice vel privatim salubria. A. 89. h. e. *universae Reip. vel privatis.* — recitavit etiam publice. Dom. 2. h. e. *coram populo.*

*Publicare*, aliquid *publicum* h. e. *usus publici facere, communi usui dare.*

publ. bibliothecam. C. 44. Forum. A. 29. circumjectas silvas et ambulationes in usum populi jam tum publicarat. A. 100.

quod mox simulacrum Felic. ex SCto publicatum ibi sit. T. 5. h. e. *publice positum.*

i. q. *publico patefacere, ostendere, vulgare*, nostr. *öffentlich bekannt machen.*

ut tam Senatus, quam populi diurna acta confierent et publicarentur. C. 20. coll. A. 36. rationes imperii — publicavit. Cal. 16. (Synon. ab Aug. *proponi* solitas.)

*publicare* A. 43. i. q. *in publicum producere* et *populo ostendere*, unde

se publicare. Ner. 21. i. q. *artem suam publico proferre,* nostr. *öffentlich auftreten.*

max. *de scriptis* i. q. *edere, in publicum emittere.*

quos omnes libellos vetuit Aug. publicari. C. 56.

saepe experimenta cujusque etiam publicavit. Cl. 5.

in quo fastos a se ordinatos et marmor. parieti incisos publicarat. Gr. 17. (*öffentlich aufstellen.*)

i. q. *publico* h. e. *aerario addicere*, publ. alic. bona. C. 14. 82.

et *publ. aliquem.* libertinos, qui se pro Equit. Rom. agerent, publicavit. Cl. 25. h. e. *eorum bona aerario addixit.* Ita *proscribere*, *confiscare aliquem*, Gr. δημοσιεύειν τινὰ v. προγράφειν dicitur. v. *Confiscare.*

*Publicani*, Equites Rom., qui vectigalia publica conducunt, *Staatspächter.* C. 20. A. 24. Cal. 40. Vit. 14.

*Pudet.* immenso pretio, cujus ipsum etiam puderet. C. 47. ab iis, quos Cleopatrae pudebat. Ner. 3.

*pudendus.* circa cultum habitumque adeo pudendus. Ner. 51. pudendis parentibus atque avis. Vit. 2. negotiationes vel privato pudendas. Vesp. 16.

*Pudor.* plerosque modestia et pudore deterruit. T. 47. (Gr. αἰδώς.)

prae pudore. A. 65. T. 66. Cl. 32. metu ac pudore. A. 94. pudore ac taedio. Gr. 3.

taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens. Ner. 23.

magis pudore — quam desperatione ulla. Oth. 9.

*Pudicus.* Ner. 29. Pers.

*Pudicitia.* C. 2. 49. A. 68. T. 2. 35. Cal. 36. Ner. 29.

lex Aug. de adulteriis et de pudicitia. A. 34. h. e. *contra nefandam cum maribus libidinem.* v. *Impudicitia* et not. ad C. 49.

*Puer* pr. *qui infantiam egressus nondum virilem togam sumsit.* v. *Pueritia.*

puerum Cajum. Cal. 8.

puer audiebam. Cal. 19. pueris nobis. Rh. 2. puer adhuc. Gr. 15. quasi ad puerum regendum. Cl. 9. puerum Romam advectum. Gr. 20.

jam inde a puero. Gr. 9.

de *maturiore aetate* s. *prima adolescentia.* male praecinctum puerum caverent. C. 45.

feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta. C. 56.

quasi alii se puerum — jactassent. A. 12. v. not.

institutionem puerorum vel juvenum. Gr. 23. coll. Gr. 4. —

pueri minuti. A. 83.

turma *majorum minorumque puerorum* in Trojae lusu. C. 39. A. 43. T. 6.

ne minores qu. pueros praeteriit. A. 41.

nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Cal. 16.

insignes pinguissima coma et excellentissimo cultu pueri. Ner. 20.

adhibebat omni coenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus. Cl. 32.

feminae et pueri in Gemonias abjecti. T. 61. vix remisit, ne feminae praetextatique pueri et puellae contrectarentur. Cl. 36.

pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati. Cal. 58.

puer e ministris sacrificii. Galb. 8. puer, arae Larium cubiculi assistens. Dom. 17.

*Puera.* quum — qualiscunque partus, sine ullo sexus dis-

crimine, *puerperium* vocetur, quod antiqui etiam *puellas pueras*, sicut et *pueros puellos* dictitarent. Cal. 8.

*Puerulus*. Dom. 4.

*Puerperium*. arae inscriptae: ob Agrippinae puerperium. Cal. 8. v. loc. modo cit. — quum Octav. ob uxoris puerperium serius affuisset. A. 94.

*Puerascere*. quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens. Cal. 7.

*Puerilis* imaguncula. A. 7. in puerilem habitum circumtonsa matrona. A. 45.

*Pueritia*, *tempus ab infantia usque ad virilem togam s. annum circiter septimum decimum.* Nam certus non erat definitusque annus tirocinii, sed pro maturitate animi corporisque in singulis valde diversa constituebatur. v. not. ad A. 8.

Marcello tantum quod pueritiam egresso. A. 63. per omne fere pueritiae atque adolescentiae tempus. Cl. 2. pueritiae tempore. Ner. 20. in pueritia. Pers.

infantiam pueritiamque. T. 6. Sequ. *dehinc pubescens* et c. 8. *virili toga sumta.*

tener adhuc necdum matura pueritia. Ner. 7. pueritiam primamque adolescentiam. Vit. 3. cf. *Adolescens.*

de cujus amabili pueritia sequ. Cal. 8.

*Puellus* apud veteres i. q. *puer*. Cal. 8. v. supra.

*Puella*. Cal. 42. Vesp. 5. pueri ac puellae. v. sub voc. *Puer*.

ut nudis puellis ministrantibus coenaretur. T. 42. undique conquisiti puellarum et exoletorum greges. T. 43. immaturae puellae — vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. T. 61.

*Pugil*. Gr. 22. pugilum par. A. 44. pugiles Latini, legitimi atque ordinarii, catervarii oppidani. A. 45. catervae Afrorum Campanorumque pugilum. Cal. 18.

*Pugillares* sc. *libri* v. *tabellae*, pr. *quae pugno comprehendi possunt*. A. 39. Ner. 52.

*Pugio*. C. 82. 89. Cal. 12. Cl. 13. Ner. 34. 49. Galb. 11. Oth. 11. Vit. 10. 15. Dom. 17.

duo libelli, diverso titulo; alteri gladius, alteri pugio index erat. Cal. 49.

*Pugna*. C. 67. A. 11. 16. 96. Cal. 35. 51. Oth. 9.

pugna divisa in duas acies (inter spectacula.) C. 39. gladiatorum pugnae. A. 45. nec virorum modo pugnas (edidit), sed et feminarum. Dom. 4. edidit navales pugnas paene justarum classium. ibid. cf. *Proelium*.

*Pugnare*. A. 45. Tit. 9.

*Pugnatoriis* armis batuere. Cal. 54.

*Pulcer*. vultu pulcro magis quam venusto. Ner. 51. pulcer ac decens. Dom. 18.

pulcros et comatos — occipitio raso deturpabat. Cal. 35.

liber aliquis antiquus, pulcer aut rarior. Gr. 17. instrumentum imperii pulcerrimum. Vesp. 8.

dum ad Furium se coenitare — pulcrum putat. Ter. 1.

*Pulcritudo*. laetus flaminae, ut ajebat, pulcritudine. Ner. 38.

*Pullatus*, *toga pulla s. sordida indutus*. A. 40. 44. v. Casaub. ad A. 40., Gesn. ad Plin. ep. 7, 17, 9.

*Pullus, Pullejaceus.* ponit assidue pro *pullo* (h. e. *nigro*) *pullejaceum.* A. 87. v. int.

*Pullus.* super fausta omina sidus et *pullum* et *puppum* et *alumnum* appellantium. Cal. 13. (blando nomine pro *puerulo parvulo.* v. Casaub.)

*pulli gallinarum.* quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. T. 14.

tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa *ad Gallinas* vocetur. Galb. 1. non pascentibus in auspicando pullis. T. 2. auspicanti pullos avolasse. Galb. 18.

*Pulpitum.* tres consulares — super pulpitum collocavit. Cal. 54. per devexum pulpitum subeuntem. Ner. 13.

*pulp. grammaticorum.* post meridiem, remoto pulpito, declamare solitum. Gr. 4.

*Pulsare.* v. *Pellere.*

*Puls.* toxico, incertum, pultine addito. Cl. 44.

*Pulvinar* pr. *lectus, cui statua Dei incubabat,* στρωμνὴ θεοῦ.

pulvinar inter divinos honores Caesari datum. C. 76. Inde *pulvinar* de *sede Caesarum in theatris et Circo* dici coepit. v. A. 45. Cl. 4.

revocatam eam in pulvinar suum. Dom. 13. h. e. *lectum suum divinum.*

*Pulvinus, culcita, cui caput imponebant cubantes.* T. 73. Cal. 12. Ner. 6. Oth. 11. Dom. 17.

*Pulvis.* verri sibi vias et conspergi propter pulverem. Cal. 43. vi pulveris ac favillae oppressus est. Plin. — ut navis nunciaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse. Ner. 45.

*Pumilus* i. q. *nanus, exiguae staturae homunculus.* A. 83. Forma *pumilus* admodum est incerta; frequentiores *pumilis* et *pumilio.* v. Oudend. ad l. c.

*Punctum.* quadringenis in punctum sestertiis aleam lusit. Ner. 30. (nos: *den Point zu 400 Sestertien.*)

*Punire.* Philemonem — non gravius, quam simplici morte, puniit. C. 74. capite punire al. T. 60. Oth. 1. Vit. 14. pecunia, levi exsilio. A. 51. puniri more majorum. Ner. 49. Dom. 11. capitali animadversione. A. 24. civitates gravioribus tributis — murorum destructione punire. Galb. 12.

ut consolandos eos magis imperator, quam puniendos habuerit. C. 68.

numerum puniendorum ex custodia subscribens. Cal. 29.

punito per errorem nominis alio, quam quem destinaverat. Cal. 30.

nemo punitorum non et in Gemonias abjectus uncoque tractus. T. 61.

*Punitor.* desertorum ac seditiosorum et inquisitor et punitor acerrimus. C. 67.

*Pupus* s. *Puppus* i. q. *Puerulus.* pupum inter blanda nomina appellabant Caligulam. Cal. 13. v. Torrent. et Casaub. ad h. l.

*Pupillus.* ingenuum se natum et pupillum relictum. Gr. 11. pater ejus pupillum reliquit. Pers.

sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur. Cl. 23. v. not.

tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce affecit. Galb. 9.

*Pupillari* aetate esse. A. 66.

*Puppis.* C. 68. Cal. 15. 37.
*Purgare.* ruderibus purgandis manus primus admovit. Vesp. 8.
purgare rationem. Cal. 29. ampliss. ordines — contaminatos veteri negligentia purgavit. Vesp. 9.
Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. C. 55. h. e. *excusantis, defendentis.*
de purgando cerebro cogitavit. Cal. 50. clystere vomituque purgari. Ner. 20. praecepit medicis, ut largius purgarent aegram. Ner. 34.
*Purpura.* fasciae purpurae ac conchylii. Cal. 17. matronam, vetita purpura cultam. Ner. 32. purpura coccoque funibus nexis. Ner. 30.
*Purpureus.* in veste purpurea. Ner. 25. purpurea amictus toga Graecanica. Dom. 4. purpurea tegumenta (equi.) Cal. 55.
*Purus.* puras servare manus. Tit. 9.
neminem hominem pudicum aut ulla corporis parte purum esse. Ner. 29.
*Purificare.* illam expergefactam, quasi a concubitu mariti, purificasse se. A. 94.
*Pustulatum* argentum i. q. *igne excoctum, purum.* Ner. 44. *arg. purum putum. Gell.* 6, 5.
*Putare.* puto, licuit. Cl. 15. (per ironiam; eodem modo *credo* ironiae inservit. v. Goerenz. ad *Cic.* Fin. 1, 3, 7.) puto, Deus fio. Vesp. 23. v. not.
putem. A. 16. Gr. 4. sub terris tonuisse putes. Lucan.
stella, quae — exitium portendere vulgo putatur. Ner. 36. quod perisse morsu aspidis putabatur. A. 17.
*Putrefactum* cerebrum. Cal. 27.
*Pyrrhicha, saltatio armata.* v. ad C. 39. *pyrrhichas militares* dicit *Spartian.* Adrian. 19.
pyrrhicham saltare. C. 39.
exhibuit pyrrhichas quasdam e numero epheborum. Ner. 12. Nisi mutilus est locus, supplendus verbis: *quas saltabant* vel simili (v. Oudend. et not. nostr.), voce *pyrrh.* comprehenduntur *ipsi saltatores.*
inter pyrrhicharum argumenta. ibid.
*Pyrum.* Cl. 27. Scrib. *Pirum.*
*Pyxis.* barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam, Capitolio consecravit. Ner. 12.
sumto a Locusta veneno et in auream pyxidem condito. Ner. 47.
amota et pyxide veneni. ibid.

## Q.

*Quadragesima.* pro litibus atque judiciis ubicunque conceptis, *quadragesima summae* (exigebatur), *de qua litigaretur.* Cal. 40.
*publicum quadragesimae* in Asia egit. Vesp. 1. h. e. *portorium quadrag.*, de quo v. Lips. et Ernest. ad *Tac.* A. 13, 51.
*Quadrans.* heredes ex dodrante — ex quadrante reliquó. C. 83.
*Quadrata* statura. Vesp. 20. h. e. *neque gracilis neque obesa,* ut *Cels.* 2, 1. Ita Gr. τετράγωνος.

*Quadriennio* post. A. 8.
*Quadrifariam.* epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat. Vit. 13.
*Quadrigae.* Circensibus — quadrigas bigasque et equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. C. 39. quadrigarum certamina. Cl. 21. sollemnes bigarum quadrigarumque cursus. Dom. 4.
Jani arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum. Dom. 13.
commisit etiam *camelorum quadrigas.* Ner. 11.
quum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet. Ner. 22.
*quadriga.* impulsu quadrigae. Vit. 17.
*Quadrigarius.* quadrigario habitu. Cal. 19.
vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata licentia passim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus erat. Ner. 16. (sine dubio post victoriam. v. Ernest. ad h. l. et in Clav. Cic. sub h. v.)
*Quadrimestris* consulatus. Ner. 14. *quatuor mensium.*
*Quadrimus.* A. 8. *puer quatuor annorum.*
*Quadriremes* in navali proelio a Caesare edito. C. 39.
*Quadrupes.* ita quadrupes per angustias effossae cavernae receptus in proximam cellam. Ner. 48. multos — bestiarum more quadrupedes cavea coercuit. Cal. 27.
*Quaerere.* diurnum victum quaerere. Ner. 36.
ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur. A. 32. ne causam belli quoquo modo quaererent. Cl. 24.
conditiones quaesitas per amicos. A. 69. diu quaesitus. A. 94.
liberorum quaerendorum causa. C. 52. (*Plaut.* Capt. 4, 2, 109. coll. Pseud. 1, 1, 21.)
i. q. *interrogare.* Consulibus, quidnam rideret, blande quaerentibus. Cal. 32.
i. q. *percunctari.* quaerere ultra aut opinari. C. 66.
*de cognitione judiciali.* vetuit inter cetera, de eadem re pluribus legibus agi, quaerive de cujusquam defunctorum statu ultra certos annos. Tit. 8.
res per tormenta quaesita est. T. 58.
*Quaestio.* grammaticos — ejusmodi fere quaestionibus experiebatur. T. 70. coll. T. 56. omnes solvere posse quaestiones. Gr. 11.
i. q. *cognitio de re capitali,* max. *per tormenta servorum, et sub tyrannis etiam hominum liberorum.*
ut Senatus quaestionem de pollutis sacris decreverit. C. 6. sc. *extra ordinem.* v. n.
in exercenda de sicariis quaestione. C. 11. (v. Casaub. ad h. l. et not. nostr., qua, Caesarem *judicem quaestionis* fuisse ex aedilitate, et Praetori, qui judicabat de sicariis, operam navasse, demonstravimus. cf. Clav. Cic. sub voc. *Quaestio.*)
unde *quaestio* omnino pro *tormentis.*
nihil enim exprimi quaestione potuit. C. 19. ut Rhod. hospitem — torqueri sine mora jusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset. T. 62.
saepe in conspectu prandentis vel comissantis seriae quae-

stiones per tormenta habebantur. Cal. 32. tormenta quaestionum — repraesentabat. Cl. 34.

in quaestione pernegantibus cunctis. Ner. 35.

incertis quaestionibus atque tormentis. Dom. 8. ubi additum *atque tormentis* more Suetonii ostendit, cujus generis *quaestiones* fuerint.

novo quaestionis genere distorsit. Dom. 10.

*Quaestiunculae* minutae. Gr. 24.

*Quaesitor, is, qui quaestionem habet.* T. 33.

*Quaestor.* Caesari Quaestori ulterior Hisp. obvenit, ubi quum mandatu Praetoris jure dicundo conventus circumiret sequ. C. 7. (De *quaestura* ejus *urbana* v. c. 6.)

*Quaestor* Novius Niger. C. 16. *quaesitor* fuisse videtur *extra ordinem.* v. not.

Quaestor Caesaris (antea in consulatu, nunc in provincia.) C. 25. pater Tiberii, Quaestor C. Caesaris. T. 4.

de Quaestore quodam candidato. Cl. 40. sc. *amplioris magistratus.* Al. *Quaesturae.*

Quaestorum numerum Caesar ampliavit. C. 41.

*curam aerarii* Augustus *a Quaestoribus urbanis* ad praetorios Praetoresve transtulit. A. 36. v. not. Claudius *collegio Quaestorum* pro stratura viarum gladiat. munus injunxit, detractaque Ostiensi et Gallica provincia, *curam aerarii Saturni reddidit.* Cl. 24. v. not.

de filia absens ac *libello*, per Quaestorum recitato, notum Senatui fecit. A. 65.

de quibusdam rebus orationes ad Senatum missas, *praeterito Quaestoris officio*, per Consulem plerumque recitabat. Ner. 15. quum patris nomine — *orationes in Senatu recitaret* etiam *Quaestoris vice.* Tit. 6. (v. *Spartian.* Adrian. 3.)

Vespas. Quaestor Cretam et Cyrenas provinciam (h. e. unam provinciam e duabus regionibus compositam. v. not.) sorte cepit. Vesp. 2.

Quaestor Caligulae. Cal. 26. h. e. *procurator fisci*, ut *Quaestor D. Augusti.* Vit. 1. v. *Procurator.*

*Quaestorius.* A. 2. Oth. 3. Ner. 35. vir quaestorius Senatu motus. Dom. 8.

*quaestorius scriba.* Vesp. 3. *scribas quaestorios*, negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, venia in praeteritum donavit. Dom. 9. v. not.

quaestoria munera. Dom. 4. sc. *gladiatoria.* cf. Cl. 24.

quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari. Cl. 28.

scriptum quaestorium, Horat. h. e. *munus scribae quaestorii.* v. Pitisc.

*Quaestura.* A. 36. T. 5. 35. Cal. 1. Luc. quaesturae candidatus. T. 42. etiam Cl. 40. sec. nonnullos.

ex quaesturae honore legioni praepositus. Tit. 4.

*Quaestus* i. q. *lucrum*, nostr. *Erwerb*, *Verdienst.* gerulorum diurni quaestus. Cal. 40.

mangonici quaestus. Vesp. 4.

*Qualis.* qualis artifex pereo. Ner. 49.

qualis est, ut quum sequ. Cl. 21. talis ubique plerumque, qualem esse eum sequ. Cl. 25.

*Qualiscunque.* praesentia, qualiacunque sint. A. 87. qualescunque et quantacunque de causa. Cal. 3. qualiscunque partus. Cal. 8.

*Quam.* intra quintum, quam affuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis. C. 35. v. Burm. sexto, quam profectus est, mense. Cl. 17. altero die, quam correptus est. Vit. 3. in paucis diebus, quam Capreas attigit. T. 60.

Reliqua v. sub praepos. *Ante*, *In*, *Intra* et *Post.*

*tam*, *quam*. v. *Tam.*

*quam ut post comparativum.* nisi quos gravior criminum — vis urgeret, *quam ut* subveniri posset a se. C. 27. neque — graviore unquam ultus est poena, *quam ut* captivos — venumdaret. A. 21.

nihil prius aut acrius monuit, *quam ne* quid sordide facerent. Dom. 9.

post *ultra.* ne tunc qu. ultra progressus, *quam ut* seq. Cal. 3.

*quam cum superlativo.* quam primum. C. 7. 34. al.

quam maxima exspectatio. C. 26.

quam parcissime. A. 25. quam apertissime. A. 86. quam tumultuosissime. Cal. 45. —

*alius quam*, *nihil aliud quam.* v. *Alius.*

*paulo minus quam* v. *paulo minus* omisso *quam.* v. *Paulo.*

*quam* omissum post comparativum. per annos amplius quadraginta. A. 72. v. *Amplius.* majores annorum quinque et triginta. A. 38. al.

*quam* in exclamatione. quam vellem. Ner. 10.

*Quamlibet* magnum. Vesp. 5. Al. *quantumlibet.* v. Oudend.

*Quamquam c. adject.* v. *partic.* quamquam expers belli. A. 8. qu. patricius. A. 10. qu. invalidus atque aeger. A. 13. qu. — negligens. A. 76. qu. bene convenientem. T. 7. qu. obfirmate resistentem. T. 25. qu. hoc modo agenti. Cl. 5.

*c. ablat.* quamquam aetate nondum constanti. Galb. 4.

*c. genit.* quamquam exiguae vocis et fuscae. Ner. 20.

*c. ablativ. consequ.* C. 1. 34. 70. A. 97. Vesp. 2.

*seq. conjunct.* C. 3. 54. 69. 79. 81. T. 16. Galb. 14. v. Görenz. ad *Cic.* Leg. 3, 8, 18. et Acad. 1, 8, 30., Drakenb. ad *Liv.* 2, 4. fin.

*Quamvis. c. partic.* quamvis mac. oblocata. C. 26. qu. recusantem. C. 70. qu. obfirmate resistentem. T. 25.

*c. ablat. conseq.* quamvis nullo querente. C. 48. quamvis flagitantibus cunctis. Vit. 4.

*sequ. indicat.* quamvis dare destinarat. A. 42. v. Burm. et Oudend. et quos in nota excitavi, maxime Perizon. ad *Sanct.* 3, 14. not. 3. pag. 596. ed. Scheid.

*Quando* i. q. *quum* v. *quandoquidem.* C. 7. 28. 49. A. 91. T. 2. 23. 25. Cal. 16. 47. Galb. 4. Oth. 9. Vesp. 25. Tit. 1. Gr. 22. Rh. 1.

*si quando.* v. *Aliquando.*

*Quandoque.* i. q. *aliquando.* C. 1. 35. 41. A. 42. 94. 96. T. 14. 21. 24. 54. 67. Cl. 1. 3. Ner. 40. Galb. 9. Vesp. 5. 14. Tit. 8. 9. Gr. 23.

v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 10, 5. et 35, 4., et Sanct. cum editoribus p. 612. sequ.

i. q. *quandocunque*, nostr. *wenn einmal.*

quandoque imperii tempus expleri coepisset. C. 26. Vulg. *quandocunque.* v. Oudend. Al. *et quando.* Eadem varietas est Cl. 1. *quandoque posset.* Al. *quandocunque posset*, v. *quandoque* h. e. *aliquando restituturum*, *si posset.*

quandoque ossa Capyis detecta essent. C. 51. Al. *quando.* v. Burm.

cf. Gronov. et Drakenb. ad *Liv.* 1, 31. §. 4. et c. 24. §. 3. coll. l. 9, 10. §. 9. et l. 39, 24. §. 1. Ita etiam Arntzen. restituit *Plin.* Paneg. 17, 4. *quandoque* pro vulg. *quandocunque*, probante Gesnero in ep. ad Ernest.

*Quantus.* reputans, quantum moliretur. C. 31. quantum egisset. Cal. 38.

quantum in se esset. T. 11. quantum opinamur. Gr. 2. ut Gr. ὅσον.

quantum militum sub signis ubique *essent*, quantum pecuniae in aerario et fiscis. A. 101. Probaverunt numerum pluralem Burm. et Oudend. optimorum librorum auctoritate, et confirmatur sueto collectivorum usu.

quanta potuit largitione. A. 10. quantum posset praedae et manubiarum. Ner. 38.

*quanta maxima* posset miseratione. Ner. 47. unde Burm. etiam C. 44. conjicit: biblioth., *quantas maximas posset.* v. exempla ab eo ad utrumque locum collata, et ab Horat. Turs. p. 667. nr. 9. ed. Schwarz. Ita Graeci frequentissime ὅσον v. οἷον μέγιστον, πλεῖστον et similia.

Martis templum, quantum nusquam esset. C. 44. pestilentia, quanta non temere alias. Tit. 8.

*quanti.* quanti quasque ante civ. bellum comparassent. C. 42. quanti calciasset. Vesp. 23.

*quanto opere.* A. 57. v. *Opus.*

*Quantuscunque.* qualescunque et quantacunque de causa nactus esset. Cal. 3. quantiscunque de rebus. Cal. 24.

*Quantuluscunque.* quantuluscunque est. Horat. in quantulocunque actu. Cl. 30.

*Quantumvis.* i. q. *admodum*, *valde.* quamtumvis facundus et promtus. Cal. 53. quantumvis mirabili casu. Cl. 10. illud plane quantumvis salubriter et in tempore. Cl. 21. v. not. (*Cic.* Verr. 3, 16. „*quantumvis* et te, et patronos tuos, *ingeniosos* esse dicito.")

*Quaqua.* v. *Quisquis.*

*Quare* i. q. *quamobrem.* C. 1. A. 81. T. 3. 50. Cl. 12. 21. Ner. 30. Vesp. 2. al.

*Quartae.* praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegit. Ner. 10.

*Quartana* sc. febris. quamquam morbo quartanae aggravante. C. 1.

*Quasi*, Gr. ὡς, nostr. *wie*, *als wie*, *als wenn*, *gleichsam*, *gleichsam als*, omnino *similitudinem* significat, vel *veram*, vel *cogitatam* tantum, vel *effictam*, adeoque *simulationem*, et modo singulis adjectivis et participiis praeponitur, modo *post verba dicendi*, *sentiendi* totum comma subjungit.

quasi alludens. C. 22. quasi mox tecturus. C. 81. quasi aliquid rogaturus. C. 82.

quae tamen duplex fertur, una, quasi priore habita proelio sequ. C. 55.

per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem sequ. C. 85.

quasi et ipsum conditorem Urbis. A. 7. quasi conditorem insulae. A. 98. quasi a concubitu mariti. A. 94.

quasi occasione ultionis oblata. A. 16. quasi debita sibi

fato dominatione. A. 19. quasi tuendi sui causa. A. 32. quasi de ipso dictum. A. 53.

tandem quasi coactus. T. 24. quasi ex auctoritate Sen. missus. T. 54. quasi alicui traditurum. T. 73. quasi — saevitia permanente. T. 75.

quasi studiosiorem partis alterius. T. 11. quasi legatus ab Aug. T. 12. quasi civ. oculis remotus. T. 42.

Antonium increpat, quasi ea — scribentem. A. 86. Gaetulicum refellit Plinius, quasi mentitum. Cal. 8.

quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter — demonstrasset. A. 94. (*als ob.*) increbrescente rumore, quasi — commoraretur. T. 11. vulgo persuasum, quasi. T. 21. opinione et sermone omnium, quasi. T. 39. infamia flagravit, quasi. T. 44. concepta opinione veteri, quasi. A. 6. ut Glyco custoditus sit, quasi — indidisset. A. 11. rumore dilato, quasi. A. 14. alii dictum factumque ejus criminantur, quasi. A. 16. objectum ab eo sibi saepius, quasi. A. 28. in invidiam venerant, quasi. T. 8. quae primo, quasi — fingerentur, volebat accipi. T. 59. admonentibus domesticis, quasi. Tit. 8.

quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset. T. 62. quasi plane ita necesse esset. Cal. 2. quasi percussorem agnosceret. Cl. 37. quasi plane repraesentaretur somnii fides. ibid. quasi maxime necessarias addidit. Cl. 41. quasi rumori minus crederent. Vesp. 6.

Sex. Pompejus *ut* effeminatum insectatus est; M. Antonius — meritum; item Lucius, *quasi* — substraverit. A. 68.

i. q. *ut.* et illa quasi certissimum exitium caveret. T. 53. condemnavit quasi adulteras. Cal. 14. quasi genus lusus. Ner. 29. occisum ab eo quasi gravem adversarium. Ner. 54. dispensationem cuidam quasi fratri petentem. Vesp. 23. —

hactenus *quasi* de Principe, reliqua *ut* de monstro narranda sunt. Cal. 22. se *quasi* hominem tandem habitare coepisse. Ner. 31.

ut titulis suis, *quasi* Augusti, *ita et* Liviae filius, adjiceretur. T. 50. quod *sic* sibi libellum porrigere dubitaret, *quasi* elephanto stipem. A. 53.

*quasi plane*, nostr. *als ob.* quasi plane defensione res egeret. C. 52.

*quasi non.* quasi non — ipsi jus haberent. T. 32.

*quasi ut* biberent, quando esse nollent. T. 2.

*quasi* i. q. *circiter*, ut Gr. ὡς, ὅσον. hora quasi septima. Cal. 58. v. Burm. et Oudend., *Horat. Turs.* p. 676. nr. 10. ed. Schwarz., Gronov. ad *Liv.* 27, 12. §. 16.

*Quassare.* quassato corpore. A. 81.

*Quatenus.* amicis, quatenus vellet, irasci. A. 66. opitulando, quatenus suppeteret facultas. Tit. 8.

i. q. *quum.* quatenus sibi matrimonia male cederent. Cl. 26. *Plin.* ep. 5, 7, 14. „*quatenus nobis denegatur diu vivere.*" v. Freinshem. ind. in Flor. sub h. v. De scriptura *quatinus* v. Burm. ad Cl. l. c.

*Quater.* Cinnae quater Consulis. C. 1. h. e. *qui omnino quater Consul fuit*, non i. q. *quartum.* v. not. et supra sub voc. *Consul.* — quaterdecies millies. A. 101.

*Quaterni.* ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit. A. 40.

*Quatuordecim* sc. *ordines, sedes Equitum.*

sedere in quatuordecim. C. 39. addit. *ordinibus*. A. 14. spectare ludos e quatuordecim. A. 40.

*Quercus* frugifera. Galb. 4. quercus antiqua, quae erat Marti sacra. Vesp. 5.

*Quernea* corona. Cal. 19. Al. *quercica*. v. Oudend.

*Queri*. simpl. quamvis nullo querente. C. 48. querente Praetore. A. 45.

c. *accus*. Asinio Pollione oratore graviter invidioseque in Curia questo Aesernini nepotis sui casum. A. 43. liberius quiddam questam. T. 53.

c. *praep. de*. querentem de inopia et caritate vini populum. A. 42. queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat. Cal. 31. ingratos, et de quibus patroni quererentur. Cl. 25.

questus est et de vesica. A. 80. (ut nostr. *über etwas klagen* de infirmitate valetudinis v. partis corporis.)

*sequ. acc. c. inf.* eisdem — assurrectum ab universis in theatro et a stantibus plausum, gravissime questus est. A. 56. alteris, pelli se, alteris, non pro spe meritorum tractari, querentibus. A. 13. queri Capit. Jovem, cultores sibi abduci. A. 91. quaedam — decerni, ne questus quidem est. T. 31. querens — miseram injungi sibi servitutem. T. 24.

*sequ. quod*. quod Alexandriam — adisset, questus est in Senatu. T. 52.

*Querela*. librum — edidit, continentem querelas de injuriis sequ. Gr. 9.

elicientium cogentiumque se, ad querelas. Cal. 10. (per zeugma.)

reges — comminationibus magis et querelis, quam vi repressit. T. 37.

*Qui*. *saepius repetitum*. *qua* is aetate, *qua* statura, *quo* colore esset, etiam *quibus* corporis notis. A. 65. *cujus causa* — *et quem* — *ejus* sequ. C. 50.

*quibus* intestinum, *quibusque* adversus nos bellum esset. Cal. 5. *quas* — praemitteret, *quasque* ipse perduceret. Vit. 9.

*per quos* — *quique*. Vesp. 10.

*qui* i. q. *quum is*. Sullam nescisse literas, *qui* dictaturam deposuerit. C. 77.

*nam qui* Deos tanto opere contemneret sequ. Cal. 51. *nam qui* luxuriae immoderatissimae esset. Ner. 51.

miseratus est conditionem suam, *cui* nihil tuti usquam esset. Cl. 36. h. e. *quum sibi* sequ.

*quorum* i. q. *de quibus*. C. 56. 52. 75. A. 13. al.

*qui* pro *ut* cum pronomine.

vestibulum ejus fuit, *in quo* Colossus — staret. Ner. 31. h. e. *tantum, ut in eo*. latitudinis, *qua* contrariae quinqueremes commearent. ibid.

dato negotio trierarchis, qui — confringerent. Ner. 34.

saepius *omisso antea nomine*, vel ut incerto, vel ex industria.

subornavit, qui — diem diceret. C. 12. subornavit — qui censerent. Cl. 26. paratos, qui — prohiberent. C. 16. missis, qui — deposcerent. A. 26. submissis, qui — deposcerent. Tit. 6.

omisso antea: *aliquis*. ut exstiterit, qui — polliceretur. T. 13. non repertis, qui sequerentur. Cl. 26. ut esset, cujus

ministerio — liberos Germanici circumveniret. T. 55. Plura exempla hujus usus v. sub verbo *Esse.* —

quatuor, quibus in conspectum venit, horis. C. 55. cf. *Quam.* —

*qui non* post *nullus* v. *aliam negationem*, unde ortum *quin*, quod saepius in libris cum illo permutatur.

*nullum* unquam hostem fudit, *quem non* castris quoque exueret. C. 60. Plerique: *quin.*

*nulli* Gr. certamini interfuit, *quo non* — quemque honorarit. A. 45.

*nullus* tam abjectae conditionis fuit, *cujus non* commodis obtrectaret. Cal. 35.

*nullo* rerum aut hominum genere omisso, *cui non* tributi aliquid imponeret. Cal. 40.

*nullum* adeo necessitudinis genus est, *quod non* scelere perculerit. Ner. 35.

*nulla* adeo suspicio, *nullus* auctor tam levis exstitit, *a quo non* sequ. Cl. 37.

*nec est* provincia, *quam non* adierit. A. 47.

*neque tam parvum quicquam*, *neque tam magnum* publici privatique negotii fuit, *de quo non* ad P. C. referretur. T. 30.

ut jam *vix ullus* esset, *qui non* et sentiret et praedicaret sequ. Oth. 4. —

*quod* ubique esset *custodiae.* Ner. 31. v. Burm. Est i. q. *quicquid*, quod vide. v. Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 24, 40, §. 5. et l. 51, 47, §. 12.

*quis* pro *quibus*. in quis. A. 56. ex quis. A. 52. Al. *exque iis.*

*Qui* adverbium, pr. ablativus pronominis, nostr. *wie.*

*qui vellem* — deligeret sibi aliquem. Cl. 4. h. e. *quam vellem.* Interpretes omnes, qui pronomen esse putant, se locumque vexarunt.

qui tam ἀσαφῶς loquitur, *qui possit* — σαφῶς dicere, non video. ibid. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 85, 2.

*Quicunque.* quocunque vento in quascunque terras. C. 66. quocunque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. A. 76. Al. omittunt *quo.* v. Oudend. cibi vinique quocunque et tempore et loco appetentissimus. Cl. 33.

quacunque vel noctis hora. T. 18. ad quascunque legiones medit. fugam. T. 65. quibuscunque de causis. Cl. 2. quocunque glad. munere. Cl. 34. quibuscunque e custodia capita amputabat. Cal. 32. a quibuscunque parentibus. A. 66. in proximo cujuscunque domesticorum coenaculo. A. 78. cuicunque permisit. Vesp. 8. cuicunque concessis. ibid.

*Quidam*, *de homine ignoto vel obscuro.* A. 40. Scutario cuidam. A. 56. Octavius quidam. C. 49. Thessalus quidam. A. 90 Zenonem quendam. T. 56. Pompejo *cuidam*, Equiti Rom., *quiddam* pernegantì. T. 57. quidam Cassius quoque nomine. Cal 57. excepto libertino quodam. Cl. 26. quodam — deprehenso. Cl. 36. a quodam laticlavio. Ner. 26. polyphago cuidam Aegypt. generis. Ner. 37. ex obviis viatoribus quendam. Ner. 48 a quodam missicio praetoriano. ibid. Antiochi cujusdam. Vit. 2. Burseni cujusdam. Gr. 11. L. Plotium quendam. Rh. 2. al. desinant quidam. C. 66.

*quidam* — *alii*. C. 78. Cl. 44. cf. *Alius*. *quidam* — *nonnulli*. Ner. 36.

*quorundam* barbarorum — *a quibusdam* vero. A. 21.

*Quis*, *Quisque*, *Quisquam*, *Quisquis*, *Quo*, *Quod* etc. v. suis locis.

*Quidem*, *inservit disjungendis narrationis partibus, ubi de pluribus sermo*. et Lepidi quidem. C. 3. Cassius quidem Parm. A. 4. Pansae quidem. A. 11. et Antonium quidem — Cleopatrae. A. 17. Germaniciani quidem. T. 25. (Ita legendum. Vulg. *Germaniciani*. *Quidam* sequ. v. not.)

proelium quidem. A. 25. adulteria quidem. A. 69. Romae quidem. Cal. 6. peregrinatione quidem Graeciae. Ner. 34. al. (His locis omnibus est: *jam quod attinet ad* sequ.) nihil in hoc quidem aliud devitans. A. 92.

Saepe opponitur *ceterum*, quo transit scriptor ad aliam rem. v. *Ceterum*. et Lepidi quidem societate abstinuit — ceterum. C. 3. hanc quidem actionem deposuit, ceterum. C. 15. id quidem consilium omisit, ceterum. A. 8. laudavit quidem pietatem — ceterum et illacrimavit. A. 66.

oppon. *autem*. et praetextum quidem — causas autem. C. 30. promissum quidem — non promissum autem. A. 42. al.

*nihil quidem* — laesit, *gravi tamen* opprobrio. C. 49.

*et quidem*, nostr. *und zwar*, *accuratius rem describit*, *ab oratione continua sejunctam*. et quidem per omnium lingu. histriones. C. 39. et quidem per aestatem. A. 16. et quidem sedentes. A. 53. et quidem praegnantem. A. 62. feminarum, et quidem illustrium. T. 45. semper — et quidem omnibus, et acerbissimos. Cl. 35. *ista quidem* vis est. C. 82. (ut alibi *vero*. Distinguit *quidem* vim facinoris ab aliis factis.) Eadem vis disjunctiva, adjuncta negatione, est in *ne quidem*.

desinant quidam — *aut quidem*. C. 66.

*quidem in subjuncto commate*, *quo quid accuratius describitur*.

quum quidem, plerisque — mirantibus, facetissime Cicero. C. 50. quum quidem, cunctante Senatu, Cornelius Centurio. A. 26. quum quidem, consternatis omnibus — inquit. Vit. 8. quem quidem nonnulli. C. 52. quos quidem. T. 6. quibus quidem. T. 66. Vesp. 16.

*equidem* pro *quidem* librariorum vitio comparet. A. 11. Cal. 6. v. Oudend.

*Quies*. temporum quies. A. 25. quies publica. Vit. 15. multis ad occasionem stimulantibus, quietem praetulit. Galb. 7. quietem et concordiam suaderet. Oth. 8.

*vacatio a negotiis publicis*. totum se ad quietem contulit. T. 15.

i. q. *somnus*. neque enim plus quam tribus noct. horis quiescebat, ac ne his quidem placida quiete, sed pavida. Cal. 50. inde quieti vacabat. Vesp. 21.

*per quietem* i. q. *per somnum*. C. 7. 81. T. 74. Cl. 37. Ner. 7. 46. Oth. 7. Vesp. 7. 25. secundum quietem. A. 94.

*Quiescere* de *somno*. Cal. 50. Ner. 34. artissimo somno quievit. Oth. 11.

vel stanti, vel sedenti, ac praecipue quiescenti. Cl. 30.

i. q. *quietum esse*, *nihil moliri*. pro conditione temporum quieturus. C. 16.

*Quietus*. nationes male quietas. A. 21.

*Quilibet.* aliquem cujuslibet ordinis. T. 12.
*Quin.* *quin etiam.* C. 79. A. 19. T. 30. Ner. 32. 57. Galb. 15.
*quin et.* C. 14. T. 10. Cal. 5. 33. A. 96. T. 52. 66. Cl. 6. 12. Tit. 7.
*quin immo.* Ner. 42. v. *Immo. Plin.* ep. 3, 16, 4. l. 4, 9, 18.
*post negationem.* nullum unquam hostem fudit, *quin* sequ. C. 60. Al. *quem non.* v. *Qui.* nemine — tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. T. 12. abduci nequeo, quin existimem. T. 21. nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque — appellaret. T. 72.
Reliqua vide sub verbis singulis, quae cum negatione conjuncta *quin* sequitur.
*Quindecimviri* libros Sibyllinos custodiebant. v. not. ad C. 79.
L. Cottam Quindecimvirum. C. 79. accepit sacerdotium triplex, inter Quindecimviros sodalesque Titios, item Augustales, cooptatus. Galb. 8.
*Quinquatrus*, festum Minervae, quod a XIV. Kal. April. per quinque dies celebrari solebat. v. not. ad A. 71. sollemnia Quinquatruum. Ner. 34.
*Quinquatria* Minervae. Dom. 4. Damnat hanc formam Oudend. ad A. 71. — cf. Sigon. ad *Liv.* 26, 27.
*Quinquennium.* ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. C. 24. ubi v. not. de annis imperii Caesaris in Gallia.
id est, quinquennio maturius, quam solebant. A. 32. (comma glossematis suspectum.) post quinquennium demum. A. 65. ante quinquennium proximum. Dom. 9.
*Quinquennales* ludi (πανήγυρις πεντετηρίς) in honorem Augusti paene oppidatim constituti. A. 59. Neapoli *quinquennale certamen gymnicum*, honori suo institutum, perspectavit. A. 98.
*ludos Quinquennales* Augustus *Nicopoli apud Actium* constituit. A. 18.
Nero *quinquennale certamen* primus omnium *Romae* instituit. Ner. 12. cf. Lucan.
*quinquennale certamen* triplex, musicum, equestre, gymnicum, a Domitiano *Capitolino Jovi* institutum. Dom. 4. v. not.
*Quinqueremes.* qua contrariae quinqueremes commearent. Ner. 31.
*Quintana* sc. *via, locus in castris ad quintas cohortes, ubi praeda a militibus vendi solebat.* Unde Ner. 26. *quintana domi constituta*, ubi partae et ad licitationem dividendae praedae pretium absumeretur.
*Quippe.* quippe addictus mathem. T. 69. quippe qui. Rh. init.
*Quirites.* v. ind. prim.
*Quis.* quis — quis. C. 55. oratorum quem. ibid.
quid? Gr. τί γάρ. C. 55. Cl. 40. Angl. *why.* — quid ad Caesarem, si sequ. Vesp. 13. — nec *quis*, nec *inter quos*, *quove* tempore ac loco verba faceret. Cl. 40.
*quidnam* rideret, blande quaerentibus: *quid*, inquit, *nisi* sequ. Cal. 32.
*quid* pro: *aliquid.* in quibus augurato quid consecratur. A. 7. quoties quid spectaculi usquam publice ederetur. A. 44.
*si quis*, *si qua*, *si quid*, *ut* v. *ne quis* etc. v. sub voc. *Aliquis.*

*Quispiam.* ad infamiam cujuspiam. A. 55. a quopiam libero servove. A. 65.
*Quisquam.* nec quoquam reperto, qui sequ. C. 20. ne quid a quoquam candidato desiderarent. A. 40. nullum — officiorum in quemquam genus. C. 26.
neque — quisquam omnino. C. 68. a quoquam incepto. C. 59. percussorum — neque triennio quisquam amplius supervixit. C. 89.
saepius et plurium, quam quisquam unquam, dierum. C. 24. neque caede cujusquam unquam. Vesp. 15. quantas nemini cuiquam. Cal. 3. Certum mihi est, legendum *unquam.* nihil cuiquam poscenti negavit. Vit. 8. viventium cuiquam usquam. Cal. 34.
quicquam rei seriae. A. 92.
*nec quicquam adhuc* quam frementes. Cl. 10. Idem usus, qui in dictionibus: *nihil aliud*, *nihil amplius quam.*
*quoquam* adverb. h. e. *in aliquem locum.* aut quoquam ingressus est. A. 53. ne — quoquam proficisceretur. A. 92. nemine — tendente quoquam. T. 12.
*Quisque.* quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. A. 33. singuli in suo quisque regno. A. 60. sui quisque ordinis principes. A. 66. (Ita libri. Vulg. *cujusque*, quod in editione stetisse nollem. v. Oudend.) in sua quisque colonia. A. 46. exterarum gentium multitudo, suo quaeque more. C. 84. ut sui cujusque mensis acciperet. A. 40. v. Oudend. et not. nostr. —
per cujusque mulieres. A. 69. commendatione publ. cujusque oppidi. A. 46. de quo quisque dubitaret. T. 18. pro facultate quisque. A. 57.
quanti quasque comparassent. C. 43. quos quoque tempore tractaret auctores. T. 56. ut quidque factum foret. T. 65.
quarto quoque anno. C. 40. decimo quoque die. Cal. 29.
*c. superlativo.* seditiosissimus quisque. C. 70. tenuissimo cuique et ignoto. T. 11. profligatissimus quisque. T. 35. splendidissimus quisque. A. 13. Cal. 15. ditissimus quisque. Cal. 22. nobilissimus quisque. Cal. 35. procerissimus quisque. Cal. 47. electissimus quisque. Cal. 49. honestissimus quisque. Ner. 12. rapacissimus quisque. Vesp. 16. studiosissimus quisque. Rh. 2. vilissimus quisque histrionum et aurigarum. Vit. 12. infimus quisque. Cal. 26. optima quaeque. C. 44.
*Quisquis.* quicquid ubique militum esset. A. 49. quicquid aegrorum in civitate esset. T. 11. quicquid totis Bajis calidarum esset. Ner. 31. quicquid ubique exsulum, quicquid in Urbe hominum Gallicanorum esset. Ner. 43.
quicquid auro argentoque constaret. A. 25.
quicquid fatid. librorum — vulgo ferebatur. A. 31. Seq. *supra duo millia contracta.*
quicquid ibi gallinarum erat. Galb. 1. quicquid praetor. cohortium fuit. Vit. 10.
quicquid epistolarum erat. Oth. 10.
*quicquid unquam* Livia Aug. honorum cepisset. Cal. 15. quicquid unquam dono dedisset. T. 11.
*quicquid come* loquens. Ter. 5.
*quoquo modo.* A. 21. T. 75. Cl. 24. Ner. 49. Vesp. 15.
*quaqua* iret. Tit. 5.
*Quivis.* quidvis discriminis. Oth. 9.

*Quo.* sequ. *hoc* pro *eo.* v. *Hic.*

*quo* pro *ut eo.* quo tenaciores eorum essent. C. 67. quoque Act. victoriae memoria celebratior in posterum esset. A. 18. quo mollior pilus surgeret. A. 68.

quoque plures partem admin. Reip. caperent. A. 37.

quo maturius — subveniret. C. 18. quo laxius dimicaretur. C. 39. quo libentius et ipsi Urbem incolerent. C. 42 quo melius emtum sciatis. C. 50. quo honestius caderet. C. 82. quo distinctius demonstrari cognoscique possint. A. 9. quo constantius cetera quoque exsequeretur. A. 10. quo facilius undique Urbs adiretur. A. 30. quo autem lecti probatique et religiosius et minore molestia senat. munera fungerentur. A. 35. quo celerius Reip. assuescerent. A. 38. quo celerius ac sub manum annunciari cognoscique posset, quid-gereretur. A. 49.

quo autem magis — congrueret. C. 40. et quo magis — approbaret. A. 17.

quo materiam tumultus post se subduceret. T. 22.

quo firme verberaturi insisterent. Cal. 26.

*Quoad.* nostr. *bis.* quoad — provincia cum exercitu oblata est. Vesp. 4.

usque eo, quoad pullus — exclusus est. T. 14. usque adeo — quoad Cass. Severus dilationem petiit. Gr. 22.

*quoad usque* manus Equ. Rom. — necem comminata est. C. 14. Voc. *usque* vix genuinum. v. Burm. et Oudend.

*quoad* c. conjunct. in oratione subjuncta.

*ut*, quoad potestate abire, domo abditus — obnunciaret. C. 20. *ut* — concederetur, quoad Consul fieret. C. 29.

adeoque *post acc. c. infin.* nec licendi finem factum, quoad — addicerentur. Cal. 39.

nostr. *so lange als.* qui eum adm. pauperem decessisse tradit, et liberalitate sua, quoad vixerit, sustentatum. Gr. 20. (conjunct. ob orationem obliquam.)

*Quod. eo — quod.* haec eo notabiliora erant, *quod* sequ. T. 29. *Plin.* ep. 6, 12, 4. „*hoc* mihi jucundiores — *quod* sequ."

*eo quod* pro *ideo quia*, nostr. *darum weil.* v. Oudend. ad C. 17. ubi libri complures: *eodem modo Novium, eo quod,* v. *eodem Novium, eo quod.* Prius *eodem modo* est falsissimum, quum *eodem* sit *in eundem locum.* Sed alterum *eo quod*, nisi genuinum, saltem probabile est.

Ceterum *quod* apud bonos scriptores conjunctivo non jungitur, nisi in oratione obliqua, vel ubi *sententia vel consilium dicentis agentisve* respicitur, quod aeque valet in particulis *dum*, *donec*, *quoad.* Ita C. 17. *quod* — *passus esset,* ex sententia Caesaris. *quod* valet. minus prospera *uteretur.* C. 86. (ubi cave, *quod* ne referas ad v. *curasse*, ut Perizon. erravit ad Sanct. p. 619. ed. Scheid.) *corripuit consulares, quod non — scriberent*, *quodque — ad se referrent. T.* 32. *mox: Praetorem collaudavit, quod — consuetudinem antiquam retulisset.* quibus eum invisum *sentiebat*, maxime *quod — niteretur.* A. 10. notavit aliquos, *quod — collocassent.* A. 39. legato leg., *quod — misisset,* ignominia notato. T. 19. praecesserat de eo *fama* saevitiae simul atque avaritiae, *quod — punisset*, et — *affecisset.* Galb. 12.

Contra, ubi *ex scriptoris persona* res facta narratur:

quum Rhod. magistratus, *quod* literas publ. sine subscriptione *ad se dederant*, evocasset. T. 32. Sabinos petit aliquanto

tristior, *quod* sacrif. hostia *aufugerat*, *quodque* tempestate serena *tonuerat*. Tit. 10.

Notandum utroque loco T. 32. et Tit. 10. repetitum *quod*, *quodque*.

*quod* i. q. *quod attinet ad*. nam quod nonnulli tradunt. Gr. 1. quod verba facta sunt de philosophis — de ea re sequ. Rh. 1. (Ita Cl. 4. *quibus de rebus consulis*.) quod saepe non literas modo, sed syllabas, aut permutat aut praeterit, communis hominum error est. A. 88.

*quod si* semper respicit praecedentia, quibus annectit sequentia, ut C. 31. ubi est i. q. *sed si*.

*Quondam* i. q. *aliquando*, nostr. *einmal*.

ut Sen. quondam — decreverit. C. 24. pluribus quondam de regno concertantibus. A. 21. visa quondam — turba. A. 40. magna quondam sterilitate. A. 42. ubi al. *quadam*, male, si quid video. in turba quondam — vexatus. A. 53. populus quondam universus ludorum die. A. 68. quondam et nocturnos. Cal. 18. quod se quondam — passus esset evadere. T. 18. al.

*Quoniam* initio testamenti. T. 23. in transitu ad aliud argumentum. A. 61.

*Quorsum*. quorsum illa tenderent, reputantibus. C. 28.

*Quot*. propositis itaque nominibus legatorum consul., *quot ubique tunc erant*. Vesp. 6. Ita Lipsius etiam Ner. 31. emendare voluit: *quot ubique essent custodiae*. Sed bene se habet: *quod ubique esset custod*. v. sub voc. *Qui*.

*Quoties*. quoties per notas scribit. A. 88.

saepius, ubi *de re variis iisque incertis temporibus facta*, c. *conjunct. imperf.*, ut Gr. ὁπότε cum optativo.

quo vellent et quoties vellent. C. 28. cf. C. 26. A. 21. 37. 38. 41. 45. 77. 99. T. 19. Galb. 10. C. 4. ubi: „*quoties aliquo* adveniret, vel *sicunde* discederet — *nonnunquam* eum discrimen vitae adisse.“ — Ita etiam

*Quotiescunque*. c. imperf. conjunct. quotiescunque opus esset. A. 37. quotiescunque introiret. Cal. 7.

*Quotannis*. C. 41. A. 23. 33. T. 34. Cl. 1.

*Quotidianus*. quotidiana oscula. T. 34.

illa ejus quotidiana, et plane omnium horarum et moment. erant. Cl. 40.

*Quum*. *quum — tum*, de *rebus vel omnino, vel gradu atque incremento diversis*. v. Oudend. ad C. 75. et Ner. 46., in primis Drakenb. ad *Liv*. 6, 23. §. 3., qui in tanta particularum similitudine et perpetua, quae in libris regnat, confusione vix certas regulas de earum usu praescribi posse, caute judicavit.

quum ingenio ejus diffisus, tum occasione. C. 3. quum in administratione, tum in victoria belli civ. C. 75. quum veteribus, tum novis. Ner. 46. quum secund. auspiciis et ominibus, tum virginis honestae vaticinatione. Galb. 9. quum propter eadem haec, tum peculiari merito. Vit. 4. quum verbis, tum rebus immodicus. Dom. 12. quum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Gr. 23. quum ipsum, tum potentissimos amicorum. Lucan. — *quum semper*, *tum* in qu. actu *vel maxime*. Cl. 30. —

*quum primum* seq. *tunc*. A. 70. quum primum fari coepisset. A. 94.

*quum* c. *indicat*. i. q. *ubi*. quum nunciatum est. C. 3. navim quum semel conscendit. Ter. 4. (nostr. *so wie er nur*.)

nostr. *wenn.* quum audio et lego. T. 21. quum — significare vult. A. 87.

Saepe *subjungit sententiam.* quum quidem. C. 50. A. 26. Vit. 8. v. *Quidem.*

quum etiam de consciśc. nece cogitavit. C. 36. h. e. *quo tempore, ubi.*

quum etiam — rationarium imperii tradidit. A. 28. quum etiam — contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit. A. 81.

quum interim — nunquam aut officium hom. aut reverentia publica defuit. Cl. 6. v. interpr. ad *Liv.* 4, 51. §. 4.

quum repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt. Galb. 10.

Aliis locis eodem modo subjungitur cum tempore historico.

quum quidem illum — praecipitare in mare destinasset. T. 14. quum diem quoque nat. ejus inter nefastos referendum suasisset. T. 53. quum interim — etiam delegaret plurima assidue. T. 63. quum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent sequ. Ner. 36.

*quum* i. q. *quamvis.* quum maxime cuperet. A. 63. quum Crassum soleret sc. interrogare sent. C. 21. (εἰωθώς.)

i. q. *quum tamen.* quum ex persona Caesaris sermo sit. C. 55. (*da doch.*)

quum et Silanus — vitasset, et Tiberius — usus esset. Cal. 23.

*quum* i. q. *quia.* quum Reip. causa abesset. C. 23.

*quum maxime* i. q. *tunc forte.* quum maxime aegrum. Dom. 10. Ita etiam cod. Salm. T. 14. ubi rel. *tum.*

non amplius, *quum plurimum*, quam septem horas. A. 78. i. q. *ubi plurimum.*

in propinqua oppida, et *quum longissime,* Antio tenus. T. 38. unum vel alterum, vel, quum plurimos, tres aut quatuor. Gr. 24.

## R.

*Rabidus.* rabidas feras. Cal. 26. Sed melius legitur: *tabidas.* v. not.

*Racemi.* Gr. 11. de *uvis.* v. Casaub. ad A. 76.

*Radere.* *tonderi* ac *radi* distinguitur. C. 45. A. 79. Illud forfice, hoc novacula fiebat. v. not. ad C. 45.

regulos quosdam barbam posuisse, et uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Cal. 5.

i. q. *perrependo stringere,* poetico fere usu. dein, divulsa sentibus paenula, trajectos surculos rasit. Ner. 48. v. Ernest.

*Rasitare* faciem. Oth. 12.

*Radius.* ut radiis (solis) prius, quam terra, contingeretur. Ner. 6. v. not.

*Radiata* corona. A. 94. cf. *Flor.* 4, 2, 91. *distincta radiis corona.* *Plin.* Paneg. 52, 1. *radiatum caput,* ubi v. Schwarz.

*Radicitus.* silva omnis exaruit radicitus. Galb. 1. arbor evulsa radicitus. Vesp. 5.

*Rana.* obstrepentes forte ranas silere jussit, atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. A. 94.

*Rapere.* exta rapta foco. A. 1. h. e. *cum festinatione demta.* viscus et farra, paene rapta e foco. Vit. 13. aquila panem ei e manu rapuit. A. 94. quum exta de manibus aquila rapuisset. Galb. 4. rapta ab uno tuba. C. 32.

raptum e tribunali — torsit. A. 27. raptus de publico. Oth. 7.

conviciatorem rapi jussit in carcerem. T. 11. semianimes — in carcerem rapti. T. 61. quasi ad poenam raperetur. Cl. 10. ad poenam raptus est. Cl. 37. quum raperetur ad poenam. Vit. 14.

Iuliam fil. et Agrippam nep. *ex* insulis, quibus continebantur, rapere *ad* exercitus. A. 19.

gladiatores — vi rapiendos reservandosque mandabat. C. 26. sc. *ex arena, ne occiderentur.*

*rapi de morte praematura.* duo infantes adhuc rapti. Cal. 7. —

usum occasione rapiendae dominationis. C. 30.

rapta bello. Vesp. 10.

*Rapinae.* C. 54. T. 49. Cal. 38. Ner. 32. Vit. 10. Vesp. 6. 16.

*Raptus* Proserpinae. Ner. 46.

*Raptim,* nostr. *in Eil, eilig.* A. 79. T. 6. Ner. 8. 33. 41. Dom. 21. — *Rapide.* festinanter et rapide. Cal. 43. Opp. *segniter et delicate.*

*Rapax.* Dom. 3. procuratorum rapacissimum quemque. Vesp. 16.

*Rapacitas.* Tit. 7.

*Rapum.* seditione quadam rapa in eum jacta sunt. Vesp. 4.

*Rarus.* nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone. T. 68. capillo raro ac circa verticem nullo. Cal. 50.

*Raritas.* propter raritatem capillorum. Oth. 12.

lavandi raritate. A. 82.

raritate remanentium. A. 43. h. e. *quum pauci remanerent.*

*Rastellum.* Ner. 19.

*Ratus* a v. *reri.* suas ratus. A. 16. curiosum ac speculatorem ratus. A. 27.

*pass.* i. q. *certus, firmus,* nostr. *gültig,* Gr. *κύριος,* unde *ratum habere* Gr. *κυροῦν.*

quin rata voluntas legatoris esset. T. 31. ut rata essent, quae procuratores sui in judic. statuerent. Cl. 12. neque ratam rem habuit. Galb. 16. beneficia, a superioribus concessa Princ., rata habere. Tit. 8. — *accipe ratum,* de auguriis. Cal. 58. Plerique: *iratum* sc. *Jovem.*

*Ratio, modus, quo aliquid cogitamus, constituimus,* v. *quo constitutum aliquid est,* unde i. q. *modus* omnino, *mos, consuetudo, regula,* quam quis sequitur in al. re.

ratio docendi. Rh. 1. dicendi. C. 55. scribendi. Gr. 10. A. 88. medendi. A. 81.

ratio militaris. A. 25. belli. T. 18.

annum — rursus ad pristinam rationem redegit. A. 31.

max. *de computatione numerorum,* ad quam, ut certam regulam, exigi aliquid potest, nostr. *Rechnung, Berechnung.*

diligentissime annorum ratione subducta. Cl. 21. computata ratione temporum ab anno sequ. Dom. 4. Plinium arguit ra-

tio temporum. Cal. 8. quo magis in posterum temporum ratio congrueret. C. 40. quum temporum ratio vix congruat. Gr. 7.

summam v. pretium al. rei rationibus inferre. C. 47. Vesp. 22. purgare rationem. Cal. 29.

rationes imperii. Cal. 16. unde *rationarium* imperii. A. 28. ratio Libitinae. Ner. 39.

rationem exigere ab al. A. 101. rationem factorum ab al. accipere. Cl. 43. rationem vitae reddere. A. 39. Cl. 16. ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda poena esset. Vesp. 6. coll. T. 22. Galb. 9. posita brevi ratione. Oth. 7. v. not. et voc. *Ponere*.

quibus ratio impensarum constaret. Ner. 30. omni ratione posthabita. Cal. 37.

*rationem habere* alicujus hominis v. rei, i. q. *respicere*, animum in decernenda v. agenda aliqua re ad eum convertere, nostr. *berücksichtigen*, *Rücksicht nehmen*.

quum, edictis jam comitiis, ratio ejus haberi non posset. C. 18. ne absentis ratio in comitiis haberetur. C. 28. neque diei, neque temporis habita ratione. Vit. 8.

*rationem ducere* i. q. habere. A. 42. v. not. et voc. *Ducere*.

denique de *ipsa vi animi humani*, *qua*, *comparata rerum conditione*, *judicatur et consilium capitur*, adeoque saepe i. q. *consilium*, *prudentia*.

quantum provideri humana ratione potuit. A. 29. non libidine, sed ratione commissa. A. 69. h. e. *consilio*, *ex industria*.

*Rationarium*, libellus, continens rationes imperii. A. 28. coll. A. 101.

*Rebellare* h. e. *bellum renovare*. Nunc enim falso de *seditione civili* saepius dicitur. — priores post impetratam veniam rebellaverant. C. 75. crebrius aut perfidiosius rebellantes. A. 21. Judaei rebellarunt. Vesp. 4.

*Rebellio* Germaniae. Cal. 51. rebellione trium Principum. Vesp. 1. h. e. *bello a tribus Princ. deinceps suscepto gestoque*.

*Recedere*. in diaetam — recesserat. Cl. 10. aequiore animo recedebat. Ner. 23. stationem mil. recessisse. Ner. 47.

*Recessus*. Gr. 14.

*Recens* pomum. A. 77. recens et integrum malum. T. 68. *recens* atrocitas oppon. *pristinae* crudelitati. T. 75.

*neutrum pro adverbio*. recens eo nato. A. 7. Romam recens conditam. T. 1. ex re, si qua forte recens accidisset. Rh. 1.

*Recensere*. qui recensiti non essent. C. 41. Cod. Salm. aliique, quos Oudend. memorat, *recensi*, ut Vesp. 9. *recenso* Senatu et Equite. Vulg. *recensito*.

in exercitu recensendo. Cal. 44.

*Recensio*. C. 41. *Recensus* populi. C. 41. A. 40. Utroque loco plebis recensio ob largitionem frumentariam intelligenda, non census totius populi. Erraverunt etiam scriptores Graeci. v. not. ad C. 41.

*Recidere*. recidit rursus in discrimen aliud. C. 17. v. *Rursus*.

in graviorem recidit morbum. T. 72.

cuncta in ipsos recasura. A. 97.

*Recīdere*, a *Caedere*, i. q. *imminuere*, *tollere aliquid de re vel nu-*

*mero*. mercedibus scenicorum recisis. T. 34. Male al. *rescissis*. v. Oudend. commoda emer. militiae *ad* sex mill. summam recidit. Cal. 44. Male etiam in editione *rescidit*. mirmillonum armatura recidit. Cal. 55.

*Recipere* aliquid dicitur is, *cui oblatum illud est*, contra *suscipere* est *sponte subire*. v. *Cic.* de Orat. 2, 24. „in quo est illa quidem magna offensio, vel *negligentiae*, *susceptis rebus*, vel *perfidiae*, *receptis*." cf. Clav. Cic. sub v. *Recipere*. rec. honores. C. 76. T. 26. 50. Cl. 45. templa. A. 52. h. e. *oblatum templorum honorem*. Oppon. *abstinuit hoc honore*. imperium. T. 24. Vit. 15. tribun. potestatem. A. 27. Vesp. 12. morum legumque regimen. A. 27. appellationem. Vesp. 12. cognomen. A. 58. Vit. 8. 15.

rec. collationes. Cal. 42. Tit. 7. strenas. Cal. 42. collationibus non receptis modo, verum et efflagitatis. Ner. 38.

coronam. Ner. 12. 22. hereditates. Dom. 9. debitum. T. 57.

nullo recipiente (oblatum pugionem). Vit. 15. receptis in manum catenis. Dom. 14. libellum, de salute sua oblatum, non recepit. Cal. 15.

quum Anton. Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos — recepisset. A. 13.

recepta *ad se* prope omnium officiorum cura. Tit. 6.

conditionem recepit. Galb. 9. — omne crimen pro capitali receptum. T. 61. sc. *delatum ab accusatoribus*.

cognitio falsi testamenti recepta est. Cl. 9.

i. q. *recuperare*, potestatem — fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. A. 21. post receptas Hispanias. A. 8. recepit et signa, quae — ademerant Parthi. T. 9.

post tutelam receptam. Cl. 2. h. e. *postquam suae tutelae factus est*, *in suam tutelam venit*. v. not.

recipere aliquem in deditionem. Cal. 14. Cl. 17. v. *Deditio*.

*recipere* aliquem, nostr. *aufnehmen*, h. e. *non rejicere, summovere adeuntem*.

supplicem ad se recepit. C. 63. Antonium post fugam a M. Lep. receptum. A. 12.

al. in matrimonium. C. 50. in Curiam. C. 76. Caesaris in coelum recepti. C. 88. quem — nemo receperat. A. 44. h. e. *in subsellia admiserat*.

nonnisi aegre recipiebatur (in triclinium). Cl. 8.

ut proscriptorum liberos gratis — in disciplinam receperit. Gr. 13.

nec nisi — probatissimos recepit. Ner. 44. (*inter milites suos*.) receptus in cohortem amicorum. Galb. 7. receptus in Planci oratoris contubernium. Rh. 6. si a duobus lib. in consortium reciperetur. Cl. 28.

receptus intra vallum. Cl. 10.

senes quoque cons. anusque matronas recepit ad lusum. Ner. 11.

quosdam — in numerum praestant. patronorum receptos. Gr. 4.

Germ. liberos, receptos partim ad se, partim in patris gremium, sc. *oblatos a nutricibus*. A. 34.

*se recipere in al. locum*. quum Samum in hiberna se recepisset. A. 17. a coena se in lecticulam recipiebat. A. 78. ut — in abditum et concam. locum se reciperet. A. 90.

in cubiculum se recepit. Dom. 16. qui — quasi in fidem pop. Rom. Antiochiam se receperat. T. 49.

*ad quem* sponte se a potu recepisset. Galb. 7.

*recipere* i. q. *spondere*, *promittere*, nostr. *etwas auf sich nehmen.*

qui sibi recepissent. C. 23. Al. e glossemate: *pepigissent.* v. not.

*Recitare*, *ex scripto pronunciare*, *praelegere.* A. 17. 84. 85. 89. 101. C. 83. Cl. 42. Ner. 10. 46. Tit. 6. recitavitque etiam publice. Dom. 2. civ. bellum recitavit. Lucan. h. e. *carmen de b. c.* Augusti testamentum — recitavit *per* libertum. T. 23. et scripsit plurimum, et assidue recitavit *per* lectorem. Cl. 41.

*Recitatio.* initio recitationis (historiae). Cl. 41. recit. carminum. Ner. 10.

recit. nominum in Equitum recognitione. Cal. 16.

*Reclamare.* reclamantibus cunctis, satis majest. ejus imminui sequ. A. 37. cunctis reclamantibus, rem distulit. Vit. 15. h. e. *clamore obstrepentibus*, ut *Plin.* ep. 3, 9, 25.

*Recognoscere.* decurias judicum. A. 29. turmas Equitum. A. 37. 38. Gr. ἐξετάζειν. v. not. ad h. l. Equites Rom. Cal. 16. ergastula. A. 32. in recognoscendis custodiis. T. 61. custodiarum seriem recognoscens. Cal. 27.

*Recognitio* Equitum. Cl. 61. ἐξέτασις τῶν ἱππέων. *Dio* 55, 31.

*Reconciliare.* reconciliata inter omnes pace. T. 4.

Pompejo M. Crassum reconciliavit. C. 19. reconciliatus Antonio. A. 61.

*Reconciliatio.* Calvo — de reconciliatione per amicos agenti. C. 73. reconciliatione simulata. Ner. 34. reconciliationibus variis. A. 17.

*Recondere.* spe immensarum et reconditarum opum. Ner. 31.

verba, voces reconditae. A. 86.

*Recoquere.* venenum iterum ac saepius recoctum. Ner. 33.

*Recordari.* recordatus Virgilii versum. Dom. 9. consuetudinem recordatum. Tit. 10.

recordatus quondam super coenam, *quod* sequ. Tit. 8.

*Recreare.* leviter modo — frivolo auspicio mente recreata. Ner. 41.

*Rectus*, *Rector.* v. *Regere.*

*Recumbere.* T. 72. (*ad convivium.*)

*Recuperare* paternas opes. Ner. 6. gratiam. Oth. 1.

si interruptum somnum recuperare non posset. A. 78.

nec prius usum togae recuperavit. Galb. 11. h. e. *resumsit.*

*Recuperatores*, judices de possessione rebusque pecuniariis. Ner. 17. Dom. 8. v. Cl. Ciceron.

*Recuperatorium* judicium. Vesp. 3.

*Recurrere.* valetudines tempore certo recurrentes. A. 81.

*Recusare.* principatum. T. 24. summam imperii. Ner. 3. Opp. *suscipere.*

honores. Cl. 12. Dom. 14. praenomen, cognomen, civ. coronam. T. 26. Cl. 11. Ner. 8. Vit. 8.

Senatoriam dignitatem. Cl. 24. regnum. C. 79. consulatus. A. 26.

concessam sibi vitam — recusarunt. C. 68. recusantem nuptias suas. Ner. 35.

*recus. aliquem.* Imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes. Cal. 1. coll. Cl. 27. Dom. 22. v. infra.

*c. inf.* nisi exercitus sequi recusasset. C. 52. quicquam amplius pati constantissime recusantem. T. 45. quod potare, quantum jubebatur, recusarat. Ner. 5.

*c. inf. pass.* adigi sacramento — recusarunt, Galb. 16. non recusaturum confodi manibus ipsorum. Cl. 26.

*c. accus. et ne.* Patris Patr. *appellationem*, *et ne* in acta sua juraretur, obstinatissime recusasse. T. 67.

collationem recusare. Ner. 44. i. q. *dare nolle.*

prae tumultu recusantium sc. *accipere legem.* A. 34. recusantes absol. Galb. 12. h. e. *obsequium negantes.* illo recusante, Vit. 15. h. e. *recipere nolente.* appellatus Nero, nullum indicium recusantis dedit. Oth. 7. recusanti. Horat. sc. *oblatum officium.*

Pompejum atque Silanum non recusavit modo sequ. Cl. 27. i. q. *repudiavit*, *generos non fecit.* recusare virginem oblatam in matrimonium. Dom. 22.

*Redarguere* aliquem i. q. *refellere.* A. 55.

*Reddere.* aquila panem ei e manu rapuit, et — reddidit. A. 94.

provincias Achajam et Maced. — Senatui reddidit. Cl. 25.

Lyciis — libertatem ademit; Rhodiis — reddidit. ibid. iisdem, quibus ademerat, reddidit (regna.) A. 48.

suffragia populo reddere. Cal. 16. reddere Remp. A. 27. sc. *populo*, h. e. *restituere libertatem.*

et patri et fratri se imperium dedisse, illos sibi reddidisse. Dom. 13.

reddere equum. A. 38. i. q. *abdicare se equestri dignitate.* Oppon. *retinere equum.*

ob non redditos transfugas. Cl. 17. signa mil. reposcenti reddiderunt. A. 21.

redde Germanicum. T. 52. Vare, legiones redde. A. 23.

ne verbo qu. cuiquam prosequentium reddito. T. 10.

mandatis Augusto Romae redditis. T. 16. literas sibi redditas. Ner. 46.

quam causam et ipse — reddidit. T. 10. (nos: *eine Ursache angeben.*) causis, propter quas mori destinasset — redditis. Rh. 6. reddere rationem al. rei. C. 30. A. 39. T. 22. 28. Cl. 16. Galb. 9. Vesp. 6.

pro tribunali jura reddenti. Vit. 9.

Fortuna tristissimam (sortem) reddidit. Dom. 15. Praec. *dare.*

reddere exta Marti. A. 1. i. q. *offerre*, *dare.* v. not.

reddere vota. Cal. 6.

strenam de manu reddere. T. 34. nondum reddi legata. A. 57. (sc. *ut rem commissam ab Augusto.*)

redderent eximias venationes et scenicos ludos. Dom. 4. Leg. *ederent*, quod vocabulum proprium est de hac re. v. Duker. et Oudend. et not. nostr.

*c. dupl. accus.* i. q. *facere*, quasi *alii tradere*, ut Gall. *rendre.*

qui imperium pop. R. ex minimo maximum reddidissent. A. 31.

quibus rebus et devotissimos sibi et fortissimos reddidit (milites.) C. 67.

omnium criminationibus obnoxios reddidit. T. 54.

*Redigere pr. reducere ad aliquem locum, numerum, ordinem, in-*

*tra quem quid consistat*, nostr. *auf etwas zurückführen, zu etwas bringen, machen* etc.

judicia ad duo genera judicum redegit. C. 41. (*a majori numero ad minorem.*)

jus civ. ad certum modum redigere. C. 44. paribus gladiat. ad certum numerum redactis. T. 34. qui judicia centumv. redigerent ad brevissimum numerum. Vesp. 10. praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegit. Ner. 10.

publicae coenae ad sportulas redactae. Ner. 16.

annum — ad pristinam rationem redegit. A. 31. ludos in ordinem redigere. Cl. 21. Senatorum numerum — ad modum pristinum et splendorem redegit A. 35.

splendidum virum — in peregrinitatem redegit. Cl. 16.

nationes male quietas ad obsequium redegit. A. 21. red. aliquem in deditionem. C. 34. 74. in ditionem regionem. T. 16. Vesp. 4. v. *Deditio*.

red. aliquem in potestatem. C. 4. T. 25. urbes in potestatem. Tit. 4.

ad desperationem redactus. A. 81. paene in ordinem redactus. Vesp. 15. v. *Ordo*.

in provinciae formam redigere regionem. v. *Provincia*.

*redegit se* ad pallium et crepidas. T. 13.

*Redimere*. se ab inquisitoribus pecunia redimere. C. 1. servus, mox a Scribonia redemtus et manumissus. Gr. 19.

ab his centum aureis redemtum (caput Galbae.) Galb. 20.

totum agrum redemit emancipavitque. Oth. 4.

i. q. *emere*, nostr. *ankaufen, an sich kaufen*. essedum redimi concidique coram imperavit. Cl. 16. quos libros Orbil. suppressos redemisse se dixit. Gr. 8.

*Redimire*. tintinnabulis fastigium aedis redimiit. A. 91. navigiis variarum coronarum genere redimitis. Vit. 10.

*Redintegrare*. redintegrata dissensione civili. Ner. 3.

*Redire*. Romam. C. 3. T. 39. Novariam. Rh. 6. in Italiam. C. 75. Syrac. petiit, rursusque inde propere rediit. Cal. 24. rediens propere Campaniam. T. 72. dum lectica ex regia domum redeo. A. 76. confestim ut Apollonia rediit. A. 10. ab Armenia rediens. T. 11. quum ex cit. Gallia ad exercitum rediret. C. 56. qui victores redissent. A. 29. —

rursus — in patriciatum rediit. A. 2.

tantum non statim a funere ad negot. consuetudinem rediit. T. 52.

ut celeriter ad officium redierint. C. 69. redire ad pristinum statum. Galb. 12.

nondum tecum in gratiam redii. T. 61.

*Reditus*. C. 5. A. 92. T. 14. 38. Cal. 14.

*reditus*, Gr. πρόσοδοι. quasi adjuvantium Caesaris reditus. Cal. 41.

adjecit et fructum omnem vectigaliorum et reditum medii temporis. Cal. 16. Al. *redituum*. Sunt autem *reditus* h. l. *privata vectigalia* s. quae ex privatis possessionibus ad fiscum redibant.

*Reducere*. nostr. *wegziehen, zurückziehen*. reductis flagrantissimo sole velis. Cal. 26.

*zurückziehen*. reducto coma capite. Vit. 17.

*zurückführen*. obsides quosdam abductos clamque praemis-

sos — insecutus veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit. Cal. 45. veteranos in Italiam reducendos. A. 13.

rursus in convivium — reductam. A. 69. Praec. *in cubiculum abductam.*

unde *reducere uxorem* i. q. *in matrimonium recipere repudiatam.*

uxorem Domitiam — repudiavit, intraque breve tempus reduxit. Dom. 3.

ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae sequ. Dom. 8. in reducenda post divortium uxore. Dom. 13.

i. q. *restituere*, nostr. *wieder einführen.* post longam intercapedinem reducto more transvectionis. A. 38. habitum vestitumque pristinum reducere studuit. A. 40. *Plin.* ep. 4, 29, 3. „*vel instituere vel reducere ejusmodi exemplum.*"

*Redux* i. q. *reversus* T. 59.

*Redundare.* quum emissa impetu aqua redundasset. Cl. 32.

*Refellere.* testem se — interrogari et refelli. A. 56. cetera convicia ut falsa non alio argumento refellebat, quam quod sequ. Ner. 41.

*Referre.* i. q. *reportare.* se caput exsulis relaturum. T. 13. relata civium capita. C. 11., utroque loco proprio sensu. v. *Caput.*

traditur Propr. ex prov. Gallia retulisse aurum, Senonibus olim datum. T. 3.

lecticae impositum — tres servuli domum retulerunt. C. 82. referri se in Palatium passus est. Vit. 16.

ut — reliquiae ad Octavios referrentur. A. 1. lauream Capit. *Jovi* retulit. Dom. 6.

relata rursus ad templum. T. 63. v. *Rursus.*

*omnino vel motu et actione vel voce reddere aliquid, et ad aliquem locum admovere, vel homini alicui tradere.*

osculum alic. delibatum digitis ad os suum referre. A. 94.

ut, quocunque respexisset, ibi ei imago coitus referretur. Horat.

i. q. *reddere*, *voce repetere.* spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt. Galb. 13.

i. q. *tradere*, *narrare.* de ejus ac patris — origine sic refert. C. 6. referens. C. 9. haec eum dixisse referens. C. 30. ut M. Brutus refert. C. 49. quorum refert nomina. ibid. quoniam — exposui, referam nunc inter. ejus vitam. A. 61. patri suo verum referre. T. 57. idque ei — inter ceteras diei fabulas referretur. Dom. 15. de quibus referam. T. 42. de quo retuli. Cal. 35. ne de pluribus referam. C. 68. A. 66. Ner. 37. ut supra retuli. Cl. 36.

*referre ad Senatum, ad Principem, ad judices de al. re* v. *aliquid.*

nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet. C. 20. v. not. Praetoribus de superioris anni actis referentibus. C. 23. de negotiis ad frequentem Sen. referendis. A. 35. de praemiis tyrannicidarum referendum. T. 4. neque quicquam negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. T. 30. quod de tribuendis quibusdam mil. donis ad se referrent. T. 32.

Consul retulit ad Senatum, *ut* ei succederetur ante tempus. C. 28.

ad quos de majore re, quoties opus esset, referretur. Galb. 10.

quamvis et mater Aur. et soror Julia *apud* eosdem *judices* omnia ex fide retulissent. C. 74. (*aussagen, berichten.*)

unde: quasi Jup. tutorem a se poscentibus unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent. A. 94. i. q. *cui desid. sua committerent.*

*referre aliquid in libros, rationes*, nostr. *eintragen, nomen v. rem libris inscribere.*

ne hereditatem qu. aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. T. 15. h. e. *in tabulas ref. ut peculii loco accepta.*

quemadmodum summam rationibus vellet referri. Vesp. 22. Mel. *inferri*, quod vide. —

et ita in fastos referetur. A. 100. sic enim in fastos actaque publ. relatum est. T. 5.

quod in diurnos commentarios referretur. A. 64.

inde: natalem al. inter nefastos referre. T. 53. diem inter festos referre. Cl. 11.

quod et ipsum mox inter omina relatum est. A. 97. h. e. *ominum numero in commentariis additum.* Possis etiam interpretari: *inter alia omina narratum.*

referre al. inter proscriptos. A. 70. h. e. *proscriptorum numero in tabulis addere.*

Ita etiam: in Deorum numerum referri. C. 88. Cl. 45. inter Deos. A. 97.

originem referre ad al. i. q. *in stemmate deducere ad al.* Galb. 2. Vesp. 12.

*referre* i. q. *reddere, restituere.* pretium suum domino retulisse. Gr. 15.

referre gratiam. C. 72. A. 12. T. 20.

antiquum retulit morem, ut sequ. C. 20. (nos: *wieder aufbringen.*) quod consuetudinem antiquam retulisset — memorandi. T. 32.

ut tamen vitia cujusque (suorum) quasi tradita et ingenita, retulerit. Ner. 1. h. e. *denuo exhibuerit*, quasi *in conspectum hom. restituerit.*

*refert* h. e. *quasi gratiam refert*, nostr. *es verlohnt sich.*

plures e familia cognosci referre arbitror. Ner. 1.

unde i. q. *interest.* nihil referre, ab hoste in acie, an in Foro — caderet. Oth. 5.

anne refert, ubi et in quam arrigas. A. 69.

*Relationes* Consulum. Cal. 15.

*Refertus.* fana templaque Deûm donis referta. C. 54.

*Reficere.* aedes. A. 30. Cal. 21. templum. Cl. 25. monumenta. A. 29. opera. T. 30. moenia. Cal. 21.

quum velut exhaustum refici cibo oporteret. Cl. 44. ad reficiendam vocem. Ner. 20.

*Refectio* Capitolii. C. 15. *Refector.* Coae Veneris, Colossi. Vesp. 18.

*Refovere.* refotus saepius calidis piscinis, ac tempore aestivo nivatis. Ner. 27.

reliquias partium in Africa refoventes. C. 35.

*Refrigerare.* refrigerandi sui causa. Lucan. (*sich abkühlen.*)

refrigeratus saepe a semet ipso. Cl. 41. (de *minuta auditorum attentione.*)

*Refugere* domum. C. 16. refugisse in patriam. Gr. 15.

per devios tramites refugientem. A. 16. C. Cassium — obvium sibi neque refugit, et cominus tendens sequ. C. 63. eosdem conterritos refugisse. Ner. 6.

qui quum in turba osculum sibi ingerentem, quamquam refugiens, devitare non posset. Gr. 23.

*Refugium.* ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset. T. 35.

*Refutare.* infamiam impudicitiae facillime refutavit. A. 71.

*Regaliolus.* v. infra sub *Regere.*

*Regere.* disciplinam dom. C. 48. (*Ovid.* ex P. 3, 3, 61. *imperium regere.*) disciplinam severissime rexit. A. 24.

Com. Galliam anno fere rexit. T. 9. varie et inaequab. provinciam rexit. Galb. 9.

ad regendos navium cursus. Cal. 46. navem sibi regenti. Ner. 46.

C. Memmio exercitus regenti. Cal. 25. exercitus et provincias regentibus. Ner. 43.

quas annuis magistratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat. A. 47.

in regenda per terrarum orbem pace belloque Rep. A. 61. quod exemplar regendae Reip. eligeret. Vit. 11.

ne ejus consiliis regi videretur. T. 50. quasi ad puerum regendum. Cl. 9.

valetudinem suo arbitratu regere. T. 68.

*Rectus.* rectis oculis aspicere aciem. A. 16. Oppon. *verum supinum, coelum intuentem, stupidum cubuisse.*

*servitia rectiora* C. 47. sunt, *in quorum corpore nihil labis vel vitii.* Nihil mutandum, ut a plerisque factum. v. not. A corporis formositate transfertur ad libros. Cic. Brut. 75. (apud Nostr. C. 56.) commentarii *nudi* sunt, *recti et venusti.* Ita *Plin.* ep. 4, 4, 1. *virum rectum* dicit ob animi probitatem, et 4, 7, 3. *recta ingenia* opponit *perversis.* Paneg. 44, 6. *rectos ac vividos animos*, ad quem locum v. Schwarz.

*recta* sc. *coena* convivari. A. 74. Vesp. 19. nos: *eine ordentliche, vollständige Mahlzeit halten.* Oppon. *sportulae.* sportulas publicas sustulit, revocata rectarum coenarum consuetudine. Dom. 7.

*Rector* equi. Tit. 4. Al. *vector.* Sed v. Duker. ad h. l. et Drakenb. ad *Sil. Ital.* 17, 137.

*is qui mores et vitam regit hominis adolescentuli.* rectorem solitus apponere aetate parvis ac mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent. A. 48.

M. Lollius, comes et rector Caji. T. 12.

unde de *Principe*, quasi *gubernatore et magistro Reipublicae.* multitudine, quae circumstabat, unum rectorem jam et nominatim exposcente. Cl. 10.

de *praeside provinciae vel exercitus.* Cappadociae consularem rectorem imposuit pro Equite Rom. Vesp. 8. exercituum provinciarumque rectores. A. 89.

omnino, *qui regit, moderatur aliquid.* libertos, olim adoptionis, mox dominationis suae fautores atque rectores. Ner. 35. ubi ex Suetonii more junge *adoptionis fautores, dominationis rectores.*

*Regimen.* morum legumque Aug. perpetuum recepit. A. 27. ἐπιμελητὴς καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων dicitur *Dioni* 54, 10. et 30.

*Rex*. sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et cerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. C. 6. principum et regum fastigium. Cal. 22.

praefectus regis. C. 4. *Mithridatis.*

quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum a Sen. appellatum, expulerant. C. 11. *Ptolemaeum Alexandrum.* v. not.

nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem alliciebat. C. 28.

ei regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. C. 49. *Nicomedem.*

Brutus, quia reges ejecit sequ. C. 80. h. e. *familiam et dignitatem regiam.*

post reges exactos. T. 1. Deorum aedes, ab regibus — votae dedicataeque (Romanis.) Ner. 38. —

quamquam et plebi regem se salutanti, Caesarem se, non regem esse, responderit. C. 79. ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Caesar rex appellaretur. ibid. — regem populo Rom. naturam parturire. A. 94. —

scitote, paucissimis his diebus regem affuturum. C. 66. *Jubam.*

regem se voluisse videre, non mortuos. A. 18. h. e. *Alexandrum, vere regem, non Ptolemaeos, mortuorum turbae s. promiscuo vulgo jam accensendos.*

reges socii (populi Rom.) A. 48. reges amici atque socii. A. 60. reges infestos suspectosque — repressit. T. 37. Sequ. exempla Marobodui, Rhascupolis, Archelai.

quid et qua forma regum literis rescribi placeret. T. 30.

Cotiso, Getarum rex. A. 63. Armeniae rex. Cal. 1. rex regum. Cal. 5. *rex Parthorum*, ὁ βασιλεύς, βασιλεὺς βασιλέων, qui multis regulis praeest.

Vologesus, Parthorum rex. Dom. 2. Orientis reges. ibid.

conciones regum ac ducum ex T. Livio. Dom. 10.

rex Nemorensis. Cal. 35. h. e. *sacerdos Dianae Aricinae s. Nemorensis.* v. *Strabo* 5, 3, 12. *Ovid.* Fast. 3, 271.

*Reguli.* Cal. 5.

*Regina. Bithynicam reginam* Bibulus dixit Caesarem ob stuprum Nicomedis, Dolabella *pellicem reginae* h. e. uxoris Nicomedis. C. 49. Octavius quidam, quum Pompejum regem appellasset, ipsum reginam salutavit. ibid.

regina, *Cleopatra.* A. 17. 69.

dilexit et reginas, inter quas Eunoën Mauram, sed maxime Cleopatram. C. 52.

Felix, trium reginarum maritus. Cl. 28. v. not.

*Regius.* infamia affectati regii nominis. C. 79. regia lectica. C. 49. insigne regium. T. 14.

Commagenen, ditionis regiae. Vesp. 8.

*Regia* i. q. *domus, aedes regis.* Post Augusti Palatinam domum *Palatium* dicere coeperunt, Latinius *praetorium*, quod vide. Polycratis regia. Cal. 21.

i. q. *basilica, porticus.* regia theatri Pompeji. A. 30. v. not. ad C. 80.

dum lectica ex regia domum redeo. A. 76. h. e. ex *basilica.* Vexarunt se, qui de Numae vel nescio cujus aedibus cogitaverunt. v. not.

*Regaliolus* avis. C. 81. i. q. *trochilus*. Gr. βασιλίσκος. v. *Plin.* H. N. 10, 74.

*Regnum*. i. q. *dignitas regis*. Caesarem in consulatu confirmasse regnum sequ. C. 9.

ei regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. C. 49. parum prospere motam regni mentionem. C. 79.

societates ac regna pretio dedit. C. 54. pluribus de regno concertantibus. A. 21.

i. q. *regio, quae regi paret*. regnorum, quibus belli jure potitus est sequ. A. 48. (genit. partit. absolute praeposito. Vulg. *regna*. v. not.) regnis relictis. A. 60.

si quibus regna restituit. Cal. 16. provinciae, civitatesque liberae; nec non et regna quaedam. Vesp. 8.

regnum Noricum. T. 16. Ponti, Alpium. Ner. 18. Hierosolymorum. Ner. 40. Orientis. Tit. 5. Cottii regnum. T. 37.

*Regnare* i. q. *regem esse*, Gr. βασιλεύειν. C. 22. 30. T. 14.

*Regio*. vastante regiones proximas Mithr. C. 5. regiones (Italiae) sibi revisenti. A. 46.

ne in vicina regione servirent. A. 21. regione Thurina. A. 7. regione Tiburti. Cal. 21.

e regione Transpadana. Vesp. 1.

spatium Urbis in regiones vicosque divisit. A. 30. (*regiones Urbis* 14.)

in omnibus Urbis regionibus. Ner. 4. per regiones Urbis. Dom. 13. in regione Martii campi. C. 39. Ner. 12. regione Palatii. A. 5. Gr. 2. in Carinis — in qua regione Pompejorum domus fuerat. Gr. 15. regione Urbis sexta. Dom. 1.

*Regionatim*. C. 39.

*Regredi*. etiam nunc regredi possumus. C. 31.

regressus domum. T. 11. a Germania in Urbem regressus. T. 20. regressus in insulam. T. 41.

*Rejicere*. rejecto sagulo. A. 26.

senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, rejiciebat. A. 77. sc. *vomitu*.

*Relatio* v. *Referre*.

*Relegare*. A. 16. 24. 45. 65.

T. 50. Cal. 25. Cl. 23. 38. Ner. 6. 16. Vesp. 15. Dom. 8.

ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab Urbe. Cl. 23.

*Relevare*. publicanos, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. C. 20.

ad relevandos castrenses sumtus. Dom. 12.

*Religare*. religato pro foribus cane. Vit. 16. religatis post terga manibus. Vit 17.

*Religio*, *verecundia* v. *metus eorum, quae sacra habentur*.

ne religione qu. ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. C. 59. (Sequ. de *ominibus*.) spreta religione. C. 81. Gr. τῶν ἱερῶν καταφρονήσας.

medium tempus religio et Seleucus exemit. Oth. 6. turbatus religione simul et periculo. Ner. 19. per contemtum religionis. T. 2.

legionibus — in poenitentiam religione conversis. Cl. 13.

unde *religiones* i. q. *auguria, omina* etc. Gall. *de mauvais présages, avertissemens celestes*. (Dicitur ita plerumque in deteriorem partem *de superstitionibus*.)

quae religiones monerent. C. 86. circa religiones talem accepimus. A. 90. (Sequ. *tonitrua et fulgura*, c. 91. *somnia*, c. 92. *auspicia et omina.*)

circa Deos ac religiones negligentior. T. 69. religionum usquequaque contemtor. Ner. 56.

nulla ne religionum quidem cura. Oth. 8.

i. q. *cultus Deorum*, maxime *superstitiosus*. Gr. θρησκεία.

quasi pietati simul ac religioni satisfacturus. T. 70. Druidarum religio. Cl. 25.

ne qua religio Deûm impune contaminaretur. Dom. 8. de more rituque priscae religionis. Tit. 5. inferias his annua religione publice instituit. Cal. 15. h. e. *sacris annuis*. sponsalia filiae — tantum domestica religione transegit. Cl. 12. h. e. *sacris dom.*

religio est c. infin. A. 6. h. e. *verentur homines metu Deorum.*

*Religiosus* h. e. *cum religione conjunctus*, *ad religionem pertinens*.

v. de hoc vocab. *Gell.* 4, 9.

loca religiosa. A. 7. h. e. *majestatis div. et venerationis plena.*

dies religiosi. Cl. 14. h. e. *tristes*, *ominis religione infames*. T. 61. v. *Gell.* l. c.

vestes religiosae. T. 36. h. e. *sacrae*, *ad cultum div. pertinentes*. in lintea religiosaque veste. Oth. 12. (*sacerdotis Isidis.*)

*Religiose* h. e. *cum cultu et cerimonia Deorum.*

quo lecti religiosius — senar. munera fungerentur sequ. A. 35. Junge: sanxit, ut, priusquam consideret quisque, thure ac mero supplicaret sequ.

laurea, quam religiosissime circumdederat. Vit. 9. h. e. *observatis omnibus religionibus* s. *cerimoniis.*

*Relinquere*, nostr. *verlassen*. convivia. A. 74. Opp. *inire*. relicto statim novorum Consulum officio. C. 15. dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset. T. 11. regnis relictis. A. 60. relictis omnibus. A. 66.

nostr. *hinterlassen*, *zurücklassen*. trium legionum, quas Alex. relinquebat. C. 76. ut — in manu detinentis reliquerit signum. C. 62.

rel. filium. T. 3. Ner. 3. liberos. Cl. 1. infans relictus a patre. Cl. 2. ingenuum se natum et pupillum relictum. Gr. 11.

librum, quem Sulla novissimum — imperfectum reliquerat. Gr. 12. rel. orationes, commentarios etc. C. 55. 56. Gr. 7. 24. testamentum. A. 17. codicillos. T. 22.

legata vel partes hereditatum — relicta sibi. A. 66. nondum reddi legata, quae plebi reliquisset. T. 57. relictas sibi hereditates. Dom. 9. ingentes a Tiberio relictas opes. Ner. 30.

heredes aequis partibus reliquit — nepotes. T. 76. coll. Cal. 38.

marmoream se relinquere (Urbem), quam latericiam accepisset. A. 29.

opera, quae sola susceperat — imperfecta post tot annos reliquit. T. 47.

suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit sequ. C. 86.

i. q. *facere*, *ut reliquum aliquid sit*, h. e. *servare*, nostr. *aufbehalten*.

quod superstitem Augustum reliquissent. A. 59.

nostr. *vorbehalten.* ut omnia sibi reliquerit libera. A. 27.

*Reliquus.* reliqua militia. C. 2. in reliquum anni tempus. C. 14. pars reliqua copiarum. A. 16. — reliquum temporis. Ner. 34.

*Reliquiae* in sacrificio A. 1. sunt *carnes victimae*, et distinguuntur ab *extis.* Alii male *reliquias extorum* intelligunt. congestae super manus reliquiae. Galb. 22. in convivio sunt *reliquiae ciborum*, maxime *ossa carnium et opsoniorum.*

*reliquiae* plerumque i. q. *ossa et cineres mortuorum.* A. 100. T. 54. Cal. 3. Ner. 50. Oth. 10. Dom. 8. 17.

reliquias rerum suarum adire. Ner. 38. (post incendium.) rel. spectaculorum. Cal. 39. —

reliquias partium in Africa refoventes. C. 35.

*Remacrescere.* crurum gracilitate, quae tamen ei valetudine longa remacruerant. Dom. 18.

*Remaledicere.* non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile fasque esse. Vesp. 9.

*Remanere.* raritate remanentium (in Urbe.) A. 43. quasi ibi cubans remansisset. A. 91.

remansit Rhodi contra voluntatem. T. 12. Chariclem — remanere ac recumbere hortatus est. T. 72.

amissa uxore Lepida — remansit in coelibatu. Galb. 5.

*Remeare.* quum — pertendisset, neque adversantibus ventis remeare posset. Plin.

*Remedium.* remedio habenarum atque arundinum confirmabatur. A. 80. arguens, pro veneno remedium dedisse. Ner. 33. remedium ad fauces pollicitus. Ner. 35. coll. Vit. 2.

quod — remediis lana involutis assidue uteretur. Galb. 3. inquisito omni sacrificiorum remediorumque genere. Tit. 8. —

magna quondam sterilitate ac difficili remedio. A. 42. icunculam puellarem quum quasi remedium insidiarum accepisset. Ner. 56. quasi ab impatientibus remediorum. T. 59.

*Reminisci.* temperare non potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur. Cl. 41.

*Remittere.* quam accitam in Urbem nonnisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit. C. 52. remisit hosti judicato necessitudines amicosque omnes. A. 17. repudium ei suo nomine remissum. T. 11. —

i. q. *concedere aliquid de aliqua re*, *condonare aliquid*, nostr. *erlassen*, *nachlassen.*

si, quas manus remisi cuique, exegissem aut retinuissem. A. 71. Iliensibus tributa in perpetuum remisit. Cl. 25. annuam habitationem usque ad bina millia nummûm — remisit. C. 38. mechanico — operam remisit. Vesp. 18. remisso officiorum munere. C. 67. vix remisit, *ne* sequ. Cl. 35.

quum libertino cuidam — injuriarum formulam intendisset, nec aliter, quam extortis quinqu. sestertiis, remisisset. Vit. 7.

*remittere* id, quod *intentum* fuerat, metaphora ab arcu sumta, ut nostr. *nachlassen.*

tantum afuit a remittendo laxandoque studio. Ner. 25. animum remittenti. Cal. 32.

*Remissus.* remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo. A. 98.

remissiores hilarioresque sermones. T. 21. Drusus animi fluxioris remissiorisque vitae erat. T. 52.

maxime, *qui de sua dignitate aliquid remittit.*

nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat. Cl. 21.

vel *de acerbitate judicii.* modo *acerbior* parciorque, modo *remissior* ac negligentior. Galb. 14. (v. Heusing. ad *Plin.* ep. 4, 3, 1. ubi cod. Rom. „*ego tamen te vel magis in remissioribus miror.*")

*Remisse.* remisse quid vel serio agentem. Cl. 30.

*Remissio.* publicanos, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. C. 20. —

in remissione fortuitae febris. T. 73.

*Remollire.* eo se inhibitum ac remollitum, quo minus sequ. A. 79.

*Removere.* retinentes creditores interventu sponsorum removit. C. 18.

comites a se removit. T. 30. etiam custodias Hisp. removisse. C. 86. —

alium et quaestura removit. T. 35. A. *a quaest.* Ita: Seleucum — *a contubernio* removit. T. 56. quasi civitatis oculis remotus. T. 42. Al. praem. *a.* v. Burm. — post remotos Caesetium et Marullum Tribunos. C. 80. (sc. *magistratu.*) quum secerni minus idoneos Senatores removerique placuisset. Vit. 2. removens subinde plerosque (militia) ut suspectos sequ. Galb. 16.

ob hoc remotus. Gr. 16. (nostr. *entfernt, verabschiedet.*)

remoto pulpito. Gr. 4.

remove istaec. C. 49. h. e. *omitte, noli memorare.*

*Remus.* ad remum dare al. A. 16.

*Remiges.* classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat. Galb. 12.

*Renuere* h. e. *nutu recusare.* C. 82.

*Renunciare.* Gr. ἀπαγγέλλειν. patrem — renunciasse matri sequ. Vesp. 5. renunciatum nobis est. Rh. 1. (nostr. *melden, anzeigen.*) quae renunciarent amici. C. 86.

max. *de militibus, qui mandata ad imperatorem referunt.* Gall. *rapporter.*

renuncianti Tribuno, factum esse, quod imperasset. T. 22. coll. Cl. 29. Cal. 45. Vesp. 15.

i. q. *per nuncium respondere,* nostr. *Antwort sagen lassen.* misit circum amicos; et quia nihil a quoquam renunciabatur sequ. Ner. 47.

renunciare alicui amicitiam. Cal. 3. nostr. *aufsagen, aufkündigen.* De re ipsa v. Lips. exc. ad *Tac.* A. 2, 70.

*renunciare alicui rei,* ut Gr. ἀπειπεῖν, i. q. *nolle amplius uti aliqua re.*

non multum afuit, quin vitae renunciaret. Galb. 11. postea renunciavit Foro. Rh. 6.

*Reparare* classes. A. 16. bibliothecas incendio absumtas. Dom. 20.

*Repellere.* aegre repulsa (plebs a domo Bruti.) C. 85. quosdam in publico parum tempestive adeuntes manu sua repulit. Cl. 38. quamquam — admotum saepius capiti suo diadema repulerit. C. 79.

*Repulsa.* ob repulsam consulatus. Galb. 3. aedilitatem non sine repulsa sextoque loco vix adeptus est. Vesp. 2.

*Repente.* C. 65. A. 1. 14. 16. 67. 94. 95. T. 6. 11. Cal. 32. Ner. 5. Cl. 38. Galb. 8.

*Repentinus.* repentina Consulis morte. C. 76. repentinus inopinatusque finis vitae. C. 87.
repentino maximoque consensu. A. 58.

*Reperire.* aliquantum vasculorum — scrutantes reperiebant. C. 81. quarum (sagitt.) centum ac trig. millia intra vallum reperta sunt. C. 68. vix repertae Capitolii claves. Ner. 46. repertae sunt duodecim secures. Galb. 8. arborem palmae repertam conservari jussit. A. 94. quum obsignatas (sortes) non reperisset in arca. T. 63. diu quaesitus tandem in altissima turri repertus est. A. 94. *non reperiri* post *requirere.* T. 71. Ner. 47.
spirantem adhuc Augustum reperit. T. 21.
reperta sunt — complura suffragia, Consules eos declarantium. C. 80.
in tot vulneribus — letale unum repertum est. C. 82. neque vitio ullo reperto, et contra virtutibus summis. Tit. 7. cor — incorruptum repertum est. Cal. 1.
non temere quis punitus insons reperietur. Vesp. 15. nec ulli perisse nisi in proelio reperiuntur. C. 75. illustres professores — non temere alii reperientur, quam de quibus tradam. Rh. 1. nec quicquam ultra de pat. Augusti majoribus reperi. A. 2.
*Repertores* monstrosi concubitus. T. 43.

*Repetere*, omnes significationes verbi *petere* continet, addita pro diversa vi praepositionis *re* vel temporis et loci, unde quid petitur, vel quo petitur, definitione. Videamus in singulis.
i. q. *operam dare, ut aliquid reddatur, restituatur*, nostr. *zurückfordern, zurücknehmen.*
repete a me Rempublicam. C. 78. i. q. *eripe mihi Remp.*
unde *repetundarum* sc. *pecuniarum* postulare al. C. 4. convinci. C. 43. accusare al. Dom. 8. repetundis damnari. Oth. 2.
*repetere aliquem locum* h. e. *redire ad al. locum, cursum rursus dirigere ad locum.*
repetit Italiam. A. 17. rursus repetita Bithynia. C. 2. cf. *Rursus.* repetita Germania. T. 18. repetere Capreas — destinavit. T. 73. repetenti Baulos. Ner. 34. Urbe repetita. C. 55. A. 8. Vesp. 24. eorum progeniem longo post intervallo repetisse Urbem atque ordinem senatorium. Vit. 1. h. e. *in Urbem et in Senatum rediisse.* repetentes castra. T. 12.
repetita coena. Cal. 45. expeditione repetita. Cl. 1. h. e. *ad expeditionem reversus.*
*repetere aliquem v. aliquid ex aliquo loco* i. q. *arcessere v. desumere, repetito loco, ubi quid ad tempus collocatum fuit,* nostr. *zurückholen, nachholen.*
quum partem reliquam copiarum continenti repeteret. A. 16. Al. *quum ad partem rel. copiarum continentem repeteret.*
quicquid instrumenti veteris aulae erat, ab Urbe repetiit. Cal. 39. M. Alexandri thoracem, repetitum e conditorio ejus. Cal. 52.
*repetere aliquid* i. q. *redire ad aliquid, denuo operam dare alicui rei.*
quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Cal. 25.
studia repetiit. Gr. 9. repetisse declamandi consuetudinem. Rh. 1.
*de tempore* i. q. *revocare, restituere ex longinquo tempore.*

animadversionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis. T. 19.

spectacula ex antiquitate repetita. Cl. 21.

ut paulo altius repetam. Ner. 2. (*de narratione ad priora tempora redeunte.*)

adeoque *repeto* sequ. acc. c. inf. Gr. 4. i. q. *memini.*

*repetere aliquid* i. q. *saepius tractare*, *attingere* al., nostr. *wiederholen*, quod verbum nos mutato accentu, et modo praepositioni, modo verbo imposito, pro varia significatione distinguimus, *wiederholen* et *wiederhólen.*

signum erat omnium, repete. Cal. 58. sc. *plagam*, v. *iterum feri.*

saepius versu repetito. Galb. 13. sc. *voce.*

repetere libellos. Gr. 24. i. q. *saepius tractare*, *retractare.*

*repetere aliquem* i. q. *denuo aggredi* s. *petere.*

repetitus toxico. Cl. 44.

maxime *in judicio de iterata accusatione.* si quem quis repetere vellet. A. 32.

absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam. Dom. 8. reos — liberavit, nec repeti, nisi intra annum, permisit. Dom. 9.

*Replere.* ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent. Cal. 46.

repleto et complanato lacu. C. 44.

repleta certatim Curia. Dom. 23.

gracilitas crurum, sed ea quoque paulatim repleta. Cal. 3.

eruditione varia repletus est per sequ. A. 89.

*Replicare.* victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra. A. 95. h. e. *duplicata*, *duplicia*, Gr. διττά. v. not.

*Reponere.* tria millia pondo auri furatus — tantundem inaurati aeris reposuit. C. 54.

statuas — a plebe disjectas reposuit. C. 75. imagines statuasque ejus reponi passus est. Oth. 7.

excussus curru ac *rursus repositus.* Ner. 24. cf. *Rursus.*

repositus vespere in cunas a nutricula. A. 94. in ejus sinum signum Reip. — reposuisse ibid.

quum interdiu in basilica — vel in aedium sacrarum maxima reponeretur. A. 100.

confiscatam semper repositamque habuerat (summam.) A. 101.

*Reposcere* aliquid *datum*, *creditum*, *commissum*, nostr. *zurückfordern.*

signa militaria reposcenti reddiderunt. A. 21. depositum reposcentem. Oth. 3. acerbius debitum reposcenti. Vit. 7.

unde i. q. *exposcere promissum*, quasi *fidei ejus creditum.*

populo promissum congiarium reposcenti. A. 42. votum reposcentes. Cal. 27.

*Repraesentare* h. e. *aliquid praesens exhibere*, *praestare*, max. *de re pecuniaria.*

i. q. *numerare praesentem pecuniam*, *statim solvere*, nostr. *baar auszahlen.*

quam summam repraesentari jussit. A. 101. omnibus dena sest. repraesentata, et quinquagena promissa. Oth. 5. legata — repraesentata persolvit. Cal. 16. repraesentans pro opera dignam cuique mercedem. Cl. 18. repraesentanda praemia in posterum. Ner. 5. pensionem annuam repraesentare fisco. Ner. 44.

unde omnino *statim exhibere aliquid*, *statim et sine mora sxsequi.*

redire ac repraesentare spectaculum voluit. Cal. 58. tormenta quaestionum ,poenasque parricid. repraesentabat exigebatque coram. Cl. 34. verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem repraesentantes adversantibus. Vit. 10.

quasi plane repraesentaretur somnii fides. Cl. 38. h. e. *eo ipso tempore praesenti eventu confirmaretur.*

repraesentaturum se (vocem) pollicitus est. Ner. 21. h. e. *statim cantaturum.* v. de hoc verbo Schwarz. ad *Plin.* 25, 2.

*Reprehendere* v. *Reprendere* i. q. *assequi elapsum et retrahere.*

reprenso ac retento vehiculo. Cal. 9. Vulgo *represso.* v. Burm. et Oudend.

praemissos — cum equitatu insecutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit. Cal. 45. profugum quum Puteolis — reprehendisset. Vit. 12.

i. q. *errantem revocare*, adeoque *vituperare.* Idem usus in verbis *persequi*, *exagitare*, *in ordinem cogere.* patrem Caesarem vulgo reprehensum, quod sequ. A. 45.

interpellare ac reprehendere et commutare continuo. T. 27. quasi parum reprehenderetur, quod sequ. Cl. 39. in libro, quo Sallustii scripta reprehendit. Gr. 10.

*Reprehensio.* sic quoque reprehensionem verens. Cal. 24. haec partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna. Ner. 19.

*Reprimere.* reges infestos suspectosque comminationibus magis et querelis, quam vi repressit. T. 37.

manu vultuque indecoras adulationes repressit. A. 53. fisc. calumnias magna calumniantium poena repressit. Dom. 9.

reverentia ejus ac metu *repressam* Tiberii saevitiam, quae mox *eruperit.* Cal. 6.

*Repromittere*, *vicissim promittere*, nostr. *ein Gegenversprechen geben*, *dafür versprechen.*

de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens sequ. T. 17.

quum quidam, privato sumtu emissuros se, repromitterent, *si* sequ. Cl. 20.

quum — spopondisset, imperaturum quoque brevi repromittens. Oth. 4. h. e. *insuper promittens* v. *novo promisso spondens.*

*Repudiare* uxorem. C. 1. 74. T. 35. Cal. 25. sponsam. Cl. 26.

repudiare etiam *socer* dicitur *generum*, quem prius elegerat. C. 21. Gr. 3.

praenomen prius gestum. T. 1.

*Repudium.* quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit. Cal. 36.

repudium ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum. T. 11.

*Repugnare.* Ner. 26. Dom. 17.

*Repulsa.* v. *Repellere.*

*Repurgare* alveum Tiberis. A. 30. ergastula. T. 8.

*Reputare.* reputans magnitudinem aeris alieni. C. 13. attonitis jam omnibus et, quorsum illa tenderent, reputantibus. C. 28. reputans, quantum moliretur. C. 31. reputans, et se privatum non sine periculo fore sequ. A. 28.

*Requies.* per otium ac requiem. C. 4. requiem laborum prae-

tendens. T. 10. dare vos aliquam senectuti meae requiem. T. 24.

*Requirere* i. q. *investigare*, *studiose quaerere*, nostr. *aufsuchen.*
quasi Cornelius is esset, quem — requirebat. C. 85. statim Spiculum — cujus manu periret, requisivit. Ner. 47. h. e. *requiri jussit*. Sequ. *et nemine reperto.*
scripta SCTis abolita requiri et esse in manibus lectitarique permisit. Cal. 16. h. e. *investigari*, *ubi abscondita latebant*, *et comparari.*
quum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset. T. 73.
quas — abjecit, rursus extremis suis rebus frustra requisivit. Ner. 6.
pro peregrina (voce) nostratem requirendam, aut, *si non reperiretur* sequ. T. 71.
neque auctores (scriptorum famosorum) requisiit. Ner. 39. ne requisitis quidem auctoribus. A. 55. chirographa omnium requisita fraude ac stupro. Cal. 24.
i. q. *quaerere ex aliquo*, *interrogare*, nostr. *nach etwas fragen.*
nihil tota via, quam, essetne sibi salvum imperium, requirens. Cl. 36. cur domina non veniret, requisivit. Cl. 39. ubinam imperator esset, requirentes. Oth. 8.
horas requirenti — sexta ex industria nunciata est. Dom. 16.

*Res* oppon. *personae*. minoribus et personis et rebus. T. 32.
nullo rerum aut hominum genere omisso. Cal. 40. tanto rerum hominumque periculo. Oth. 9. (ubi tamen *res* sunt πράγματα s. *tota respublica*. v. infra.) —
res missiles, A. 98. missilia variarum rerum. Cal. 18. Ner. 11. inaequalissimarum rerum sortes. A. 75. pretia rerum coëmtarum. Ner. 5. res vetustate ac raritate notabiles. A. 72. abundante rerum copia. C. 10. amissis naufragio pretiosissimis rebus. Ner. 40. —
inops rerum omnium (sc. ad bellum necessariarum.) C. 35. in magnis omnium rerum difficultatibus. T. 16. inter tot rerum difficultates. T. 21.
miris rerum imaginibus. Cal. 50. ubi πλεονάζει vox *rerum*. Idem usus Gr. χρῆμα. v. Wesseling. ad *Herodot.* 1, 36. συὸς χρῆμα μέγα. 7, 188. τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἄφορητον al.
*res* i. q. *quicquid quis possidet*, Gr. οὐσία, χρήματα, nostr. *Vermögen*, *Habe*.
re magna fuit. A. 5. ad reliquias rerum suarum. Ner. 38. rerum Augusti procurator. Vit. 2.
res familiaris. A. 101. T. 47. 49. C. 9. Ner. 10. Vit. 7. Gr. 23.
*res*, *quicquid agitur*, *in quo sermo narrantis versatur*, Gr. πρᾶγμα.
resque vulgo improbabatur. C. 11. ne sic qu. impedire rem destitit. C. 14. re cognita. C. 19.
suspecta re. Cal. 48. quasi plane defensione res egeret. C. 52. cujus rei auctor est sequ. C. 81. qua re admodum exhilaratus. A. 98. silentio rem obliteravit. T. 22. Ner. 40. ejus rei fructum percipere. A. 23. ita posthac rem temperavit. A. 42. utramque rem non a se primo animadversam. A. 89. perculsus inopinata re. T. 11.

rem comprobare. Cl. 29. neque ratam rem habuit. Galb. 16. rem ullo modo successuram. Vesp. 7.

cessit res prospere. A. 91. ut sibi ac populo Rom. res bene verteret. Ner. 37.

tunc quoque compressa res est. Vesp. 6. quia discussa res est. Dom. 2.

nota ac vulgata res est. A. 94. nota res est. Cal. 39. nec res fefellit. Vesp. 25.

non *ab re* fuerit h. e. *non alienum ab argumento, in quo versamur.* A. 94. Dom. 13. v. *A.*

unde i. q. *causa*, *argumentum*, *negotium.*

ex re levissima. Cal. 35. de majore re. Galb. 10. in parvulis rebus. Galb. 7. minoribus et personis et rebus. T. 32. magnis minimisque apparuit rebus. Cl. 34.

si res posceret. T. 65. si quid res exigant. A. 49. si quid res exigeret. A. 89.

aliis rebus. C. 30. quibus rebus. C. 67.

*additis adjectivis* pro substantivo, in quo negotium versatur, nostr. *Wesen*, *Angelegenheit.*

res divina. i. q. *sacra*, *sacrificium.* A. 1. 96. T. 44. Galb. 18.

res militaris. A. 24. T. 21. militiae resque bellicae. Cal. 43.

res frumentaria. C. 34.

nummaria res. A. 41. coll. T. 48. nec res expediretur.

res domesticae. C. 56. res urbanae. C. 76. A. 46. urbicae res. Ner. 23.

res humanae. Ner. 28. v. infra. res Venereae. Horat.

i. q. *factum*, *negotium*, *conatus*, ut Gr. πρᾶγμα.

cui tuto tanta res committeretur. Vesp. 4. ad captandas majorum rerum occasiones. C. 7.

summa rerum, quas deinceps gessit. C. 34. indicem rerum a se gestarum. A. 101.

tantis rebus gestis. C. 30. ordinem rei gestae. Cl. 37. feliciter rem gere. T. 21.

re prospere gesta. T. 19. adversus fug. rem prospere gesserat. A. 7. res gestae. T. 32.

frater tuus magnis clamoribus rem gessit. A. 71.

cum feris rem sibi esse. C. 68. in tanta mole rerum. A. 84. in communi rerum usu. Dom. 7.

rem distulit. Vit. 15. festinatae rei velocitas. A. 87.

*agere rem* in Senatu vel Foro, unde *Actus rerum*, v. *Agere* et *Actus.*

res cognita est. Rh. 1.

compositis Germanicis rebus. Vit. 9.

unde *res* plur. i. q. *status*, *conditio vitae et temporum*, Gr. τὰ πράγματα, nostr. *Lage*, *Schicksal*, *Umstände*, *Verfassung.*

res secundae. Cal. 45. prosperitate rerum. Cal. 31. extremis suis rebus. Ner. 6.

desperatis rebus. C. 36. in desperatione rerum. Ner. 2. contra praedicta cadentibus rebus. T. 14. res humanae. Ner. 28.

*res novae*, νεώτερα πράγματα. C. 9. 35. A. 14. 19. 49. 66. T. 12. 25. 65. Cl. 13. Ner. 35. Galb. 4. 11. Dom. 7. 10. mutatio rerum. Galb. 8. Dom. 16.

jus arbitriumque omnium rerum. Cal. 14. dominus rerum. Galb. 9. tanto rerum — periculo. Oth. 9.

rerum potiri. A. 94. Vesp. 4. rerum potens. C. 72. res Italae. Horat.

breviarium rerum omnium Romanarum. Gr. 10. h. e. *hi-storiae Rom.*

reliquit rerum suarum commentarios. C. 56. librum, quem Sulla de rebus suis imperfectum reliquerat. Gr. 12. qui res Augusti memoriae mandarunt. Cal. 8. —

vitam otiosam in privata re agere. Cl. 35. i. q. *conditione.*

*res* oppon. *sermoni.* nostr. *Sache, Gegenstand.* v. supra.

capiebat homines quum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Gr. 23. sermonis rerumque negligentia. Cl. 40.

vel pluribus et per ambitum verborum rem enunciandam. T. 71.

*res* h. e. *facta* oppon. *verbis.*

gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus. Cal. 2. omnibus rerum verborumque contumeliis. Ner. 33. inter magna rerum verborumque ludibria. Vit. 17.

quum verbis, tum rebus immodicus. Dom. 12. cf. *Verbum.*

*Respublica.* Gr. τὰ πράγματα, τὰ κοινὰ πράγματα, pr. *quicquid ad commune omnium civium commodum pertinet,* unde *civitas ipsa, et libera quidem, quae non privata unius possessio, sed communis omnium est, cujus commoda et mala ad omnes pariter cives pertinent, in qua adjuvanda summi et infimi versantur.* Optime re defuncturi nobis videmur, si loca distinguimus, quae de libera Rep. agunt, et quae ad principatus tempora pertinent.

eam largitionem e Rep. fieri. C. 19. uti ei e Rep. fideque sua videretur. Rh. 1. h. e. *ad commodum Reip.* v. ad C. 19. et supra sub praepos. *E.*

agrum Camp. ad subsidia Reip. vectigalem relictum. C. 20. h. e. *cujus vectigalia ad aerarium,* τὸ κοινόν, τὸ δημόσιον, *redibant.*

administratione Reip. decreto Patrum summoveri. C. 16. in Rep. administranda. Rh. 4.

Reip. causa abesse. C. 23. nos: *im Dienst des Staats.*

Consul, edicto praefatus, de summa se Rep. acturum. C. 28. v. Burm. appellatis de Rep. Patribus. C. 34. adversariis negantibus, ullam se de Rep. facturos pactionem. C. 30.

consternata P. Clodii caede Rep. C. 26. h. e. *tota civitate.* Rep. Consulibus orbata. A. 11. secus admissa in Remp. T. 2. Oppon. *egregia merita.*

pro hostibus se habiturum, qui Reip. defuissent. C. 75.

Caesar, quum summam potentiam affectaret, primum cum Pompejo et Crasso societatem iniit, *ne quid ageretur in Rep., quod displicuisset ulli e tribus.* C. 19.

mox Consul „*unus* ex eo tempore *omnia in Rep. et ad arbitrium* administravit.“ C. 20.

Postea potens rerum ita omnia administravit, ut, specie quadam libertatis relicta, vere dominum ageret, erepta populo comitiorum, Senatui decretorum, Reip. aerarii et rerum communi sumtu gerendarum potestate. Idque imitati sunt, qui Augusti exemplo *Principes* se dixerunt, h. e. primos viros Reip., et, quum praeesse tantum rebus viderentur, eas soli tenuerunt. Loca auctoris nostri, quae quidem faciunt ad rem judicandam, deinceps recensemus.

conversus hinc ad ordinandum Reip. statum. C. 40.
nec minoris impotentiae voces propalam edebat: *nihil esse Remp.*, appellationem modo sine corpore ac specie. C. 77. v. not. repete ergo a me, Aquila, Remp. Tribunus. C. 78. h. e. *eripe mihi, quam teneo ut meam.*
Vere tamen pro temporum illorum ratione dicere solitus: non tam sua, quam Reip. interesse, uti salvus esset; — Remp., si quid sibi eveniret, neque quietam fore, et aliquanto deteriore conditione civilia bella subituram. C. 86.
Sequuntur loca, quae ad Principum tempora pertinent, quibus invisa initio nova Reip. forma, servata specie pristina et nomine, consuetudine invaluit. Verba sunt eadem, quae in libera civitate, longe alia vis et potestas.
tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. A. 94.
primum cum M. Antonio M.que Lepido, dein tantum cum Antonio, novissime — solus Remp. *tenuit.* A. 8. Galba tenente Remp. Tit. 5.
de *reddenda* Rep. bis cogitavit — sed reputans, illam plurium arbitrio temere committi, in *retinenda* perseveravit. A. 28.
*summam Reip.* alicui deferre. Cal. 1. capessere Remp. T. 25.
in *regenda* per terrarum orbem pace belloque Rep. A. 61. exemplar regendae Reip. Vit. 11.
pristinum Reip. statum restituere. Cl. 1. mutare Reip. statum. Cl. 11.
non tam dominandi, quam Reip. ac libertatis restituendae causa. Oth. 12.
si Resp. in meliorem statum vertisset. A. 23. sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. et laeta huic precari existimamus. A. 58. ita mihi salvam ac sospitem Remp. sistere in sua sede liceat. A. 28. mansura in vestigio suo fundamenta Reip. quae jecero. ibid.
quod paene omne in Remp. absumsisset. A. 101.
victoriae damnosae Reip. T. 52. quasi Reip. maxime interesset. Cl. 26.
si quando indiguisset sui Resp. T. 10. Reip. causa adoptasse se eum. T. 21. Reip. curam abjecit. T. 41.
Senatum in epistola in ultionem *sui Reique publ.* adhortatus est. Ner. 41.
proculcatam desertamque Remp. civili aliqua perturbatione in tutelam ejus deventuram. Vesp. 5. Reip. subvenire. Vesp. 6. prope afflictam nutantemque Remp. stabilire primo, deinde et ornare. Vesp. 8. ut Resp. stare posset. Vesp. 16.
gens Flavia, Reip. nequaquam poenitenda. Vesp. 1.
cognoscite Reip. vulnera. Rh. 5.
Itaque *partem capere Reip.* dicebantur, qui a Principibus negotiis publicis domi forisve adhibiti patriae officia praestabant.
quo plures partem administrandae Reip. caperent. A. 37. quo celerius Reip. (h. e. negotiis publicis) assuescerent (liberi Senatorum.) A. 38. ad curam Reip. admovit (nepotes teneros adhuc.) A. 64. ne quam partem curamve Reip. attingeret. T. 15.
Unde Tiberius, primordiis civilitatem simulans, *partes sibi, quas Senatui liberet*, tuendas in Rep. depoposcit. T. 25.

*signum Reipublicae* tanquam Deae, A. 94.
respublica Neapolitanorum. A. 92. i. q. *civitas*.

*Resalutatio*. neque — quemquam osculo impertiit, ac ne resalutatione quidem. Ner. 37.

*Resarcire*. damnum liberalitate sua resarturum. Cl. 6.

*Rescindere* al. acta. C. 82. Cl. 11. constitutiones Senatus. T. 33. al. decreta. Cal. 5.
testamenta. Cal. 38. judicia rescissa. Cl. 29. ambitiosas Centumvir. sententias rescidit. Dom. 8.
Sed, ubi *de imminutione rei* v. *numeri* sermo, *recidere* unice verum. Ita *recidit* Cal. 44. et 55. legendum, non *rescidit*, et *recisis* T. 34., non *rescissis*. v. *Recidere*.

*Rescire*. v. *Gell*. 2, 19. quod defunctum — collegam rescisse absens non potuerat. Cal. 17.

*Rescribere* i. q. *aliter-scribere*, *repetita opera scribere*, *retractare*, nostr. *umarbeiten*.
existimat, rescripturum et correcturum fuisse. C. 56. v. *Plin*. ep. 5, 8, 6. sequ. et 7, 9, 5.
*scriptis respondere*. praesidibus — rescripsit, boni pastoris esse sequ. T. 32. flagitanti id solum codicillis rescripsit. Cl. 5. Tiberio — petenti rescripsit. A. 40. Tiberio — conquerenti ita rescripsit. A. 51. quid et qua forma regum literis rescribi placeret. T. 30.
quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret. A. 45.
non rescribere cuiquam, non mandare quid aut praecipere conatus. Ner. 40.
Hic locis omnibus dicitur *de epistolis et codicillis Principum*, unde *rescriptorum Principum* nomen adhuc usitatum.
ipse nihil amplius quam mirari se rescribit sequ. A. 7.
*contra aliqu. scribere*, Gr. ἀντιγράφειν. rescripta Bruto de Catone. A. 85. h. e. *scripta contra Brutum*, nos: *Antwort an Brutus* sequ. cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat. C. 73. solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere. Cal. 53. cujus etiam libris de orthographia rescripsit, non sine insectatione studiorum morumque ejus. Gr. 19.

*Reservare*. gladiatores — vi rapiendos reservandosque mandabat. C. 26. Claudium non nisi in ludibrium reservavit. Cal. 23.
fecit et seculares, quasi anticipatos ab Aug. nec legitimo tempori reservatos. Cl. 21.

*Residere*. toro residens. Cal. 50. curuli residens. Ner. 13. quum in aede Vestae resedisset. Ner. 19.

*Residuus* i. q. *reliquus*. residuam Spart. et Catil. manum. A. 5. ne cui residui spiritus quicquam inesset. T. 62. criminum, si qua residua ex priore tempore manebant sequ. Cal. 15. tanquam nullo residuo bello. Ner. 13. v. not. residuis integrisque etiam nunc (copiis). Oth. 9. horum residuam stirpem. Vit. 1. spadonum, qui residui apud mangones erant sequ. Dom. 7. —
residuum cibariorum tritici modium. Galb. 7. vectigaliorum residua. A. 101. residua diurni actus. A. 78.

*Resipiscere* de *mente lapsis*. A. 48.
de *aegroto*. quum extractum sibi *deficienti* anulum mox *resipiscens* requisisset. T. 73.
Ita etiam de eo, *qui terrore consternatus animo defecit*.

collapsus animoque male fracto, diu et sine voce; et prope intermortuus jacuit; *utque resipuit* sequ. Ner. 42. Al. *resipiit*, utrumque a forma *Resipio*. Sed *resipiit* non magis ferendum videtur, quam *desiliit* et *transiliit* cet., quae fere proscripta sunt.

*Resistere, stehen bleiben.* ut eos inspiceret hortareturque, restitit. Cal. 58. laxato calcio restitit. Oth. 6. viso procul eo, parumper restiterunt. Galb. 19. Sequ. *dein rursum incitati* sequ. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 10, 4.

i. q. *repugnare, adversari.* L. Lucullo, liberius resistenti. C. 20. quamquam obfirmate resistentem. T. 25. restitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio. A. 27.

*Resolvere.* resolutus repente Rhenus. Dom. 6.

*Respergere.* ipsum cruore respersit. Ner. 12. respersus sanguine. Cal. 57.

*Respicere, oculos aliquo flectere.* quocunque respexisset. Horat. respicere usquam. T. 64.

sed etiam admonentem Trebatium — minus familiari vultu respexisse. C. 78.

*de animo, cogitationem ad al. dirigere*, nostr. *berücksichtigen, erwägen.*

si quis singulorum facta respiciat. C. 68.

*Respectus, ratio, quam habemus al. rei,* nostr. *Rücksicht auf etwas.*

obstitit respectus cohortis. Oth. 6.

occultae musicae nullum esse respectum. Ner. 20. Gr. οὐδένα εἶναι λόγον.

*Respondere.* quamquam et plebi — salutanti, Caesarem se, non regem esse, responderit. C. 79.

ut quidem uni — precanti respondisse dicatur sequ. acc. c. inf. A. 13. — *sequ. orat. recta.* T. 61. Cal. 28.

*respondere* dicuntur *citati ad sacramentum.* nullo idonec respondente. Ner. 44.

ita *in recognitione Equitum.* permisit — ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire. T. 38.

hospitia singulorum adiit; verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit. Ner. 47.

*de judicibus ad judicandi munus citatis.* qui dissimulata vacatione — responderat, ut cupidum judicandi dimisit. Cl. 15. (nostr. *sich melden.*)

*respondere* de *Jurisconsultis.* ne qui respondere possint praeter eum (h. e. *praeter se*). Cal. 34. v. not. et Clav. Ciceron.

*responsum est* de *vaticiniis.* A. 94. 97.

i. q. *convenire*, nostr. *entsprechen.* quibus ostentis par respondit exitus. Vit. 9.

quia non tota ad animum ei responderat. C. 46.

*Responsum.* sine responso abigere al. Vesp. 8. cunctos — nullo responso dignatus. Dom. 13.

precantem Senatum — ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens. T. 24.

responsa opperienti. Vit. 16.

i. q. *vaticinium, praedictum.* responso casuque Ascl. mathematici. Dom. 15.

*Respublica.* v. *Res.*

*Restio*, σχοινοπλόκος, καλωστρόφος. A. 2. v. Casaub.

*Restituere* disjecta tropaea. C. 11. opera. A. 31. Dom. 5. theatrum. Cl. 21. regiam. Cal. 21. statuas. Cal. 34. simulacra. Ner. 32. domum. Ner. 31. scenam theatri. Vesp. 19.

*omnino, quicquid turbatum, corruptum, abolitum est, ad pristinam conditionem et ordinem reducere et revocare.* unus homo — restituit rem. T. 21.

inclinatam aciem solus saepe restituit. C. 62.

restituere oculos (luminibus orbati.) Vesp. 7.

curatores restituendae Campaniae. Tit. 8. civitates — afflictas restituit in melius. Vesp. 17.

nonnulla ex antiquis cerimoniis, paulatim abolita, restituit. A. 31.

pristinum Reip. statum restituere. Cl. 1. Reip. ac libertatis restituendae causa. Oth. 12.

de cogendo ad restituendam libertatem Augusto. T. 50.

auctores restituendae tribun. potestatis. C. 5.

posse per ambitionem quandoque restitui (frumentationes abolitas.) A. 42.

*restituere aliquem* i. q. *pristinum statum s. conditionem alicui reddere.*

Senatus — accitum in Curiam in integrum restituit. C. 16. h. e. *administrationem magistratus ei reddidit.* nudatos opere censorio aut sententia judicum de ambitu condemnatos restituit. C. 41. damnatos relegatosque restituit. Cal. 15.

neminem exsulum nisi ex Senatus auctoritate restituit. Cl. 12.

legionem — totam cum ignominia missam fecit, aegreque — restituit. C. 69.

restitutus in patriam. Ner. 3. revocatae restitutaeque matris. Ner. 6.

*restituere alicui aliquid* i. q. *reddere.*

regnum Armeniae Tigrani restituit. T. 9. si quibas regna restituit. Cal. 16.

Sullae et Autronio consulatus restitueretur. C. 9.

legata — cum incrementis restituere consuerat (liberis eorum.) A. 66.

per quos rapta bello restituerentur. Vesp. 10.

quibusdam dominis insularum — pretio restituto. T. 48.

iis, qui apud privatos judices — formula excidissent, restituit actiones. Cl. 14. h. e. *potestatem fecit retractandae litis s. actionem repetendi.*

*Restitutio* Palatinae domus. A. 57. Pomp. theatri. T. 47. Capitolii. Vesp. 8. afflictarum civitatum. Tit. 8.

pristinae fortunae. Ner. 40. prius quam plane restitutionem ei (repetundis damnato) impetrasset. Oth. 2.

*Restringere.* togis neque restrictis, neque fusis. A. 73. cf. C. 45. digitos (pedum) restrictiores habebat. Dom. 18. h. e. *breviores.*

*Resuere.* tunica — resuta ex utraque parte. A. 94.

*Resumere.* resumta fuscina. Cal. 30. ad resumenda arma. Cal. 48. quum elapsum baculum cito resumsisset. Ner. 24.

nomen gentile resumturum se. Ner. 41. Oppon. *deponere.*

resumere interruptum somnum. A. 78.

animum resumsit. Vit. 15.

*Resurgere.* arbor prostrata viridior ac firmior resurrexit. Vesp. 5.

*Retardare.* obsidione Massiliae summaque frumentariae rei penuria retardante. C. 34.
ne religione qu. ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. (sc. *in* incepto retardatus, per zeugma.)
in auxilium advolaverunt, sed serius, itinere devio per ignorantiam locorum retardati. Galb. 20. primo egressu inundationibus Tiberis retardatus. Oth. 8.
*Retaxare*, h. e. *vicissim reprehendere* eum, qui prius taxavit s. vituperavit. Vesp. 13.
*Rete.* rete aurato. Ner. 30. v. de hoc ablat. Burm. et Oudend. Occurrit apud *Ovid.* Fast. 5, 371. Idem ablat. *mare* Trist. 5, 2, 20. Ep. ex P. 4, 6, 46. Ibid. v. 198.
dum retia extraherentur. Rh. 1.
*Retiarii*, genus gladiatorum, qui retibus et fuscinis instructi cum *secutoribus* pugnabant. Cal. 30. Cl. 34. v. *Lips.* Saturn. 2, 7. et 8. *Juven.* 2, 143. et 8, 200. sequ.
*Retegere.* retectis pedibus paulisper conquiescebat. A. 78. h. e. *stragula non tectis.* Interpretes mire vexarunt locum. v. not. *Plin.* 3, 12, 3. „quum caput ebrii retexissent" h. e. *detraxissent togam, quam obvolverat, nudassent.*
*Reticere* i. q. *nolle edere aliquid.* *reticere* ipse genituram suam *nec velle edere* perseverabat. A. 94. (More suo Suetonius prius interpretatur addito altero.) —
quod excruciata — *de* scelere patroni reticuisset. Cal. 16. h. e. *nihil confessa esset.*
ne stultitiam quidem suam reticuit. Cl. 38. h. e. *confessus est.* Ita *non reticere* sequ. acc. c. inf. Vesp. 12. i. q. *libere profiteri.*
*Retinere.* lacinia togae retenta. Cl. 15. retento vehiculo. Cal. 9. qui opsonia contra vetitum retinerent. C. 43. quoniam suspicionem retinentis (anulum) dabat. Cal. 12.
retinens singulos (fugientes.) C. 62. quum consternatum ruinae metu populum retinere et confirmare nullo modo posset. A. 43. pertinacius retinentibus. T. 10. h. e. *retinere conantibus.* et tempestatibus, et ingravescente vi morbi retentus. T. 73.
nisi Consules — legiones paulisper ob id ipsum retinuissent. C. 8. h. e. *proficisci vetuissent.*
retentum a Corn. Balbo, quum conaretur assurgere. C. 78.
nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. C. 4. aegre retenta in officio (ala destituere eum conata.) Galb. 10.
*retinere se.* ut vix retineret se a clamore. Pers.
i. q. *in tenenda, servanda al. re perseverare.* Opp. *reddere, tradere.*
*reddendi* equi gratiam fecit eis, qui — retinere eum nollent. A. 38.
retinere ferrum. Vit. 15. (quod solutum a latere singulis antea obtulerat.)
si, quas manus *remisi* cuique, exegissem aut retinuissem. A. 71. quum nihil sibi praeter unum murrh. calicem ex instrumento regio retinuerit. ibid. (nostr. *für sich behalten.*)
retentis ultra justum tempus insignibus. T. 4. nec jus, quod *amiserat*, ex ulla parte *retinuit.* T. 15. in retinenda Rep. perseveravit. A. 28. Opp. *reddere.* —
confirmatum per legatos suos imperium per se retinere

non potuit. Vit. 9. h. e. *servare; obtinere.* ad retinendam Pomp. necessitudinem ac voluntatem. C. 27.

ad retinendum ceterorum hominum studium ac favorem. Vit. 15.

amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit. A. 66.

custodiam portae commissi castelli retinuit. C. 68.

veterem civitatis exoletumque morem — obstinatissime retinuit. Galb. 4.

*Retrahere.* retractum e fuga. A. 17. C. Caesarem — Consul Imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit. Ner. 2.

ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus est. A. 71.

i. q. *detrahere; deducere numerum ab aliqua summa.* cf. *Recidere.*

ex viginti trecentisque millibus — ad (h. e. *circiter*) centum quinquaginta retraxit. C. 41. v. not.

*Retractare* h. e. *diligentius tractare,* inde *repetere nova cura.*

carmina diligentius retractare. Gr. 2. librum leviter retractare. Pers.

leges retractavit, et quasdam ex integro sanxit. A. 34.

*Revelare.* caput. Galb. 7. Oppon. *involvere.*

*Revellere.* paene revulsae templi fores. Cal. 6.

*Revereri.* minus sui reverentem. Vesp. 13. nihilo reverentior leniorve erga Senatum. Cal. 26.

reverentissime colere al. A. 93. reverentissime alloqui al. Ner. 23.

*Reverentia.* rever. ejus ac metu. Cal. 6. interim, quamquam hoc modo agenti, nunquam aut officium hom. aut reverentia publica defuit. Cl. 6.

*Reverti.* revertente eo. C. 79. revertentem ex provincia. A. 57. e Germania revertenti. Cal. 4.

cui rure quondam revertenti. Ner. 1. Romam reversus. T. 15. Romam reverso. C. 5.

reverso ab Apollonia et ingrediente eo Urbem. A. 95. reversum se ex Syria. Vesp. 15.

se ex aurigatione sero reversum. Ner. 35. domum se nisi Pontificem non reversurum. C. 13. ire se — et inde reversurum ad ducem sine exercitu. C. 34. in Capit. eunti et inde rursus revertenti. Cl. 24.

*Revisere.* regiones sibi revisenti. A. 46. provincias et exercitus revisurum se. T. 38.

Liviae Vejentanum suum revisenti. Galb. 1. revisere necessitudines. T. 11.

*Reviviscere.* T. 2.

*Revocare.* egressum theatro revocaverat. Vit. 4. missis, qui percussores revocarent. Vesp. 15.

ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et — detinerent. Cl. 15.

quendam supplicio traditum statimque revocatum. Vit. 14.

revocatum ex provincia. Cl. 1. quamquam saepius revocaretur. T. 16.

revocatum ex itinere Tiberium. A. 98. statim ex itinere revocatus. T. 21.

revocante assidua obtestatione populo. T. 40.

revocare aliquem ab exilio. A. 65. Cal. 28. revocatae restitutaeque matris. Ner. 6. revocatus est. T. 13. — Caenidem — revocavit in contubernium. Vesp. 3. ingratos — revocavit in servitutem. Cl. 25.

rudiariis quibusdam revocatis. T. 7. sc. *in arenam ad operam gladiatoriam.*

convivae — revocato in diem posterum. Cl. 32. h. e. *denuo ad coenam invitato.* —

revocatis ad officium numeris parumper. Vesp. 6. revocatis ad poenitentiam defectoribus. Ner. 43. —

procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit. Oth. 7. h. e. *remotis antea eadem officia demandavit.*

Gallum — inedia mori destinantem praesens consolando revocavit ad vitam. A. 53. h. e. *ad vitam servandam commovit.* vix a tam praecipiti cogitatione revocatus. Cal. 48.

unde omnino *facere, ut aliquid restituatur, reddatur, quod omissum v. abolitum est.*

ad antiquum morem nonnulla revocavit. A. 24. i. q. *antiquum morem in nonnullis restituit, reduxit.* comitiorum more revocato. Cal. 16. quaedam — aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. Cl. 22. ludis — vetera quoque acroamata revocaverat. Vesp. 19. quaestoriis muneribus, quae *olim omissa* revocaverat. Dom. 4. revocata rectarum coenarum consuetudine. Dom. 7. non contentus, *omissa* sub Galba vectigalia revocasse. Vesp. 16.

Neroneum agona ante praestitutam diem revocavit. Ner. 21. h. e. *reddidit, denuo exhibuit.* —

revocato rursus impetu. Ner. 48. i. q. *resumto animo.* cachinnos revocare. Cl. 41. i. q. *denuo movere.*

deficientem capillum revocare a vertice. C. 45. i. q. *reducere pectine.*

i. q. *repetere aliquid ab aliquo* h. e. *facere jussu vel alio modo, ut restituatur.*

a delatoribus revocanda praemia, quaecunque cepissent. Ner. 44. liberalitates Neronis revocandas curavit exigendasque. Galb. 15. revocatas liberalitates ejus. Cl. 29. (nisi h. l. ut Vesp. 8. est i. q. *abolitas, rescissas.* v. infra.)

revocavit praemia coronarum, quae unquam sibi in certam. civitates detulissent. Ner. 32. h. e. *repetiit, denuo solvi sibi jussit.* Sed probabilior lectio: *revoc. et praemia civitatum, quae — coronas detulissent,* ubi *revocavit,* ut Ner. 44. et Galb. 15. *reddi jussit,* nostr. *wieder einfordern.* Burm. emendat: *praemia coronarum, quas* sequ. ubi *revocavit* eodem sensu i. q. *restitui jussit.*

Ceterum hic usus verbi frequens etiam apud Plinium. Ita ep. 3, 9, 17. „*ut pecuniae, quas creditoribus solverat, revocarentur.*“ 10, 28, 5. „videntur non mediocres *pecuniae* posse *revocari* a curatoribus operum.“ 10, 34, 2. „erit enim pecunia, ex qua fiat; primum *ea, quam revocare a privatis et exigere jam coepi* sequ.“

i. q. *rescindere id, quod decretum v. factum est,* nostr. *widerrufen, zurücknehmen.*

literas revocavit (quibus praefecturam adolescentulo dederat.) Vesp. 8.

Huc referre etiam possis loca Cl. 29. et Ner. 44. secundum lectionem: *revocavit et praemia civitatum, quae* sequ.

herede Tiberio legatum ad quingenta revocante. Galb. 5. h. e. *recidente.*

*Reus. simpl.* apud L. Pisonem Procons. defendens reum. Rh. 6. in defensione divitis rei. Vesp. 13. quod reum defendi pateretur. Cl. 15. dimissos ac ne auditos qu. quosdam reos. T. 73. reorum — subsidium unicum ac promt. erat. C. 27. diuturnorum reorum — nomina abolevit. A. 32. ne eriperet legibus reum. A. 56. si quem reorum elabi gratia, rumor esset. T. 35. damnato reo. T. 58. super quadraginta reos — condemnavit. Cal. 38. magnorum in Senatu reorum accusationes defensionesque meditari. Cal. 53.

reis sordes, damnatis supplicia demsit. Vit. 8. reis, tam innoxiis, quam nocentibus, absolutiones venditare. Vesp. 16. reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, universos discrimine liberavit. Dom. 9.

*c. genit.* majestatis, et adulteriorum, et incesti — reus, mutatione temporum evasit. Ner. 5.

reus majestatis. T. 8. 61. Dom. 11. caedis. A. 10. parricidii. A. 33. falsarum tabularum. A. 19.

interceptarum pecuniarum. Dom. 17. peregrinitatis. Cl. 15. obscoenitatis in feminas. ibid. ne capitis qu. quisquam reus. T. 8. quem, mox hujus criminis reum. T. 52. e quibus plerosque — reos omnium criminum vidimus. Dom. 8.

c. praepos. *de.* praefectum alae, de vi et rapinis reum. T. 30.

Fann. Caepionem — reum maj. apud judices fecit. T. 8. obtinuit, reus ne fieret. C. 23.

Brutum Cassiumque — reos caedis absentes deferre statuit. A. 10.

*Rea.* T. 45. quandam adulterii ream. Cl. 43. amitam Lepidam ream testimonio coram afflixit. Ner. 7.

*Rex.* v. *Regere.*

*Rheda* meritoria. C. 57.

*Rhetor.* Senatusconsultum et censorium edictum de rhetoribus. Rh. 1. Latini rhetores. ibid. hordearius rhetor. Rh. 2. merces rhetori data. Rh. 5.

Vespas. primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Vesp. 18.

hunc Capito Att. inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. Gr. 10.

*Rhetorica* sero apud Romanos recepta. Rh. 1. rhetoricam docere. Gr. 6. profiteri. Rh. 3.

rhetoricae praeceptor. T. 57. (*Rhetoricam* a Suetonio simpliciter dici, Ciceronem *artem rhetoricam* frequentare, docet Burm. in praef. ad auct. ad Herenn. Rhetorica. v. edit. Cic. Schütz. Vol. 1. praefat. p. VIII. sequ.)

*Rhinoceros.* rhinocerotem apud Septa populo ostendit Augustus. A. 43.

*Rictus, os distortum s. distentum.* spumante rictu. Cl. 30.

*Ridere.* risisse capital fuit. Cal. 24.

*Risus.* Cl. 30. 41.

*Rigere.* exstantibus rigentibusque oculis. Ner. 49.

*Rigor.* ex levi rigoris suspicione. A. 66. (de *amore, qui calere desiit.* Al. *frigoris.* v. not.)

*Rigidus.* incedebat cervice rigida et obstipa. T. 68.

*Rimari.* rimabantur, ut fit, singula. Vit. 17.

*Ripa.* pertendit ad alteram ripam. C. 32. inter Flam. viam ripamque Tiberis. A. 100.
juxta ripam Rheni. T. 9. ad tutelam ripae Rheni fluminis. A. 25.
*Risus.* v. *Ridere.*
*Ritus.* ritu ovantium. Ner. 25. triumphantium. Vit. 10. de more rituque priscae religionis. Tit. 5.
externas cerimonias, Aegyptios Judaicosque ritus compescuit. T. 36.
*Rivalis, aemulus in amore.* ut ne rivalem qu. Neronem aequo tulerit animo. Oth. 3.
*Rivus* Anienis novi. Cl. 20.
*Rixa.* in ejusmodi rixis. Ner. 26.
*Robur.* praecipuum robur. Tit. 5. v. not.
*Robustus.* e plebe robustissimae juventutis. Ner. 20.
*Rogare.* quasi aliquid rogaturus. C. 82. rogare pro aliquo. A. 40. Vit. 12.
pro vita rogantes. A. 13.
rogare aliquem sententiam in Senatu. C. 21. De consuetudine et ordine, rogandi in Senatu sententias, v. not. ad h. l.
*Rogitare* i. q. *interrogare.* singulos subinde rogitans, nossentne sequ. Ner. 41.
*Rogatio* sec. Festum est, „*qua populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat, et de una pluribusve rebus, de quibus, non omnibus, sanciatur.*" v. not. ad C. 5. *Gell.* 10, 20. Görenz. ad *Cic.* de Leg. 3, 15, 33.
L. Cinnae — reditum in civitatem rogatione Plotia confecit. C. 5.
Q. Catulum de refectione Capit. ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. C. 15.
colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset. C. 28.
*Rogus.* rogus exstructus est in Mart. campo juxta Juliae tumulum. C. 84.
prospexit e triclinio ardentem rogum. Cal. 23. cadaver tumultuario rogo semiambustum. Cal. 59. quorundam illustrium exsequias usque ad rogum frequentavit. T. 32. ibidem statim nec procul a rogo vim suae vitae attulerunt. Oth. 12.
*Rorare.* si forte rorasset. A. 92.
*Rosaria* absorptio. Ner. 27. v. not.
*Rostrum* gallinacei. Vit. 18. gallinam, ramulum lauri rostro tenentem. Galb. 1.
*Rostra.* unus atque alter, et mox plures a magistratibus in Rostra producti. Cl. 12. sordidatus descendit ad Rostra. Vit. 15.
curuli residens apud Rostra triumphantis habitu. Ner. 13.
pro Rostris. C. 6. 17. 20. 79. 84. A. 100. T. 6. Cal. 10. Cl. 22. Ner. 47.
*Rostra vetera.* A. 100. distinguuntur a *Rostris Juliis,* de quibus v. Fabric. ad *Dion.* 43, 49. cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 65, 1.
*Rostratae* naves. C. 63. — columna rostrata. Galb. 23.
*Rubere.* rubentibus auriculis. A. 69.
*Rubida* facies ex vinolentia. Vit. 17.
*uctus.* Vit. 7.

*Rudis*, *virga s. pugio ligneus*, *quo exercendae artis causa pugnabant gladiatores.* mirmillonem e ludo, rudibus secum batuentem. Cal. 32.

*rude donabantur gladiatores*, *quibus ob aetatem vel plures victorias remissa*, *in arenam prodeundi*, *necessitas.* quum essedario — magno omnium favore indulsisset rudem Cl. 21. (unde *Ovid.* Trist. 4, 8, 24. trop. „*me quoque donari jam rude*, tempus erat.“)

*Rudiarii*, *gladiatores rude donati.* T. 7.

*Rudis* et indoctus. A. 88. ne musicae quidem rudis. Tit. 3.

rudi ac bellicosa etiam tum civitate, necdum magno opere liber. disciplinis vacante. Gr. 1.

*Rudimenta*, *initia alicujus artis.* nepotes et literas, et notare, aliaque rudimenta per se plerumque docuit. A. 64.

posito in hortis — rudimento. Ner. 22.

civilium officiorum rudimentis. T. 8.

*Rudus*, unde plur. *Rudera.* alveum Tiberis completum olim ruderibus. A. 30.

ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quaedam extulit. Vesp. 8.

*Ruina. Einsturz.* pontis. A. 20. spectaculorum. Cal. 31. amphitheatri. T. 40. camerae. Ner. 34. aedificiorum. Oth. 8. consternatum ruinae metu populum. A. 43.

*Fall.* actor proripiens se ruina. Cal. 57.

*ruinae.* deformis Urbs veteribus incendiis ac ruinis erat. Vesp. 8.

*Rumor.* non sine rumore prostratae regi pudicitiae. C. 2. quem rumorem auxit. ibid. auxit coenae rumorem sequ. A. 70. aleae rumorem nullo modo expavit. A. 71.

rumore ab obtrectatoribus dilato, *quasi* eundem — necasset. A. 14. rumor increbruit, ambos opera ejus occisos. A. 11. increbrescente rumore, *quasi* sequ. T. 11. si quem reorum elabi gratia, *rumor esset.* T. 33. simul rumor dissipatus sequ. acc. c. inf. Vesp. 6.

quasi rumori minus crederent. ibid. neque multo post rumore caedis exterritus. Cl. 10. levi rumore et incerto. Vit. 16.

ut non temere quis tam adverso rumore — transierit ad principatum. Tit. 6.

vitandi rumoris causa, quo patrem Caes. vulgo reprehensum commemorabat, quod sequ. A. 45.

*rumores.* adversus convicia malosque rumores — firmus ac patiens. T. 28.

ad avertendos tantorum dedecorum rumores. Cal. 48. velut arguens rumorum de se temeritatem. Tit. 5.

extractus rumoribus falsis, quos conspirati — de industria dissiparant. Galb. 19.

*Rumpere.* rupto vinculo. Galb. 18.

primi obsequium rumpere ausi. Galb. 16. ut quidam patientiam rumperent. T. 24.

*Rupes.* speculabundus ex altissima rupe signa. T. 65.

prostantes per antra et cavas rupes. T. 43. insula septa undique praeruptis immensae altitudinis rupibus. T. 40. excisae rupes durissimi silicis. Cal. 37.

*Rursus.* velut argum. rursus conditae Urbis. Cal. 16. rursusque gravidam. T. 7. conjecit in compedes, statimque solvit, et rursus in deliciis habuit. Vit. 12. arbor, quae — eversa sur-

rexerat, tunc rursus repente corruit. Dom. 15. Syrac. petiit, rursusque inde propere rediit. Cal. 24. v. infra.

deinde rursum hebescebant. T. 68.

accidit votivis Circensibus — *rursus* commissione ludorum sequ. A. 43.

duodecimum magno intervallo, *et rursus* tertium decimum. A. 26. mox — procedente tempore — *ac rursus* magno intervallo. A. 2. primum secundumque ac tertium — sequentes *rursus* tres — reliquos. Ner. 1. quinquies — *quater* — *et rursus semel.* C. 37. —

*post voc. bis. bis* conflictatus, *primo* — *rursus.* A. 17. *bis* cogitavit, *primo* — *ac rursus.* A. 28. *bis* ovans ingr. est Urbem, post Philippense *et rursus* sequ. A. 22.

munif. *bis* omnino exhibuit, proposito millies Sest. — *et rursus* sequ. T. 48. —

autogr. quadam epistola ait — *et rursus aliis* literis. A. 71. *rursus* alteris literis — *item* tertiis literis. Cl. 4. verba ipsius ex epistolis sunt — *et iterum* — *et rursus.* A. 76.

vel quum ait — *et rursus* inquit. T. 67. pauca subjeci — *et rursus.* Horat. ut auctor est Bibaculus — *et idem rursus.* Gr. 11.

Saepissime additur verbis cum praepos. *re* conjunctis.

rursus repetita Bithynia. C. 2. recidit rursus in discrimen aliud. C. 17.

annum — rursus ad prist. rationem redegit. A. 31. abductam, rursus in convivium reductam. A. 69. relata rursus ad templum. T. 63. excussus curru, ac rursus repositus. Ner. 24. Brit. Armeniaque amissa ac rursus utraque recepta. Ner. 40. revocato rursus impetu. Ner. 48. rursusque inde propere rediit. Cal. 24. in Capitolium eunti et inde rursus revertenti. Cl. 24. v. Duker. et Drakenb. ad *Liv.* epit. 14., Drakenb. ad 9, 27, 1., Schaefer. ad *Plin.* ep. 7, 24, 9. Ceterum patet, *rursus* semper ad *tempus* mox insecutum, *re* ad *rem* referri.

*Rus.* vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini. Horat.

cui rure quondam revertenti. Ner. 1. patrem suum ruri agere. Lucan.

in domo aurea Neronis rura, arvis atque vinetis et pascuis silvisque varia. Ner. 31.

Cutilias ac Reatina rura, ubi aestivare quotannis solebat, petiit. Vesp. 24.

*Rusticitas*, ἀγροικία, *Unhöflichkeit.* ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. C. 53.

*Rutabula*, instrumenta ruendo apta. Ob significationem obscoenam inter alia munera ridicula dividebat Augustus rutabula Saturnalibus. A. 75. v. interpr.

*Rutilus.* ut e nigro rutilum aerique assimilem capillum redderent. Ner. 1. magna pars rutila barba fuerunt. ibid.

*Rutilare.* coegit, non tantum rutilare et summittere comam, sed et sermonem German. addiscere, et nomina barbarica ferre. Cal. 47.

## S.

*Sabbatum* v. plur. *Sabbata.* ne Judaeus quidem tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servari. (ex Augusti

epistola) A. 76., eodem de moribus Judaeorum errore, quo *Justin.* 36, 2. *septimum diem a Mose jejunio sacratum* dicit. v. not.

i. q. *dies septimus.* Diogenes grammat., disputare sabbatis Rhodi solitus. T. 32. Mox: per servulum suum *in septimum diem* distulerat.

*Sacer.* quercus Marti sacra. Vesp. 5. dies religiosus ac sacer. T. 61. (*Relig.* est *tristis omine*, *sacer* omnino *Diis et cerimoniis div. consecratus.*)

dicentem, *sacras* ejus occupationes — verba mutare et pro sacris laboriosas dicere coegit. T. 27.

*via Sacra.* C. 46. 80. Vit. 17.

*sacrum* i. q. *sacrificium.* sacro quodam. C. 77. sacri causa. A. 78. sollemne Apollinis sacrum. A. 94. facto per Magos sacro. Ner. 34.

i. q. *sollemnitas, cerimonia, cum sacrificio fere conjuncta.* sacrum Lupercale. A. 31. sacro Latinarum. Ner. 7. Septimontiali sacro. Dom. 4. v. not.

*sacra* i. q. *cerimoniae sacrae.* sacra Eleusinia. Cl. 25. Ner. 34. sacra Isidis. Oth. 12.

quaestio de pollutis sacris. C. 6.

*res ipsae, quae ad cultum div. pertinent.* navem cum sacris matris Deûm Idaeae. T. 2.

*Sacrare* h. e. *promiscuo usui exemtum divinae religioni aliquid destinare.*

Capit. Jovi donum ex auro sacraretur. T. 53.

sacratae olim victricium legionum arae. T. 14.

*Sacrarium, locus in templo, ubi sacra servantur,* Gr. τὸ ἱεροφυλάκιον, τὸ ἄδυτον.

ut tensam Jovis O. M. e sacrario in domum Vesp. deduceret. Vesp. 5. Minervam somniavit excedere sacrario. Dom. 15.

veteres quosdam ad se Augusti codicillos — e sacrario protulit (Livia.) T. 51. h. e. *ex penetralibus Augusto consecratis, ubi κειμήλια ejus servabat.*

unde i. q. *sacellum.* ubi nunc sacrarium habet (Augustus.) A. 5.

*Sacramentum* h. e. *jusjurandum, quo milites adigebantur.*

mox tribus urbanas ad sacramentum citavit. Ner. 44. adigi sacramento, nisi in nomen Senatus, recusarunt. Galb. 16.

legionibus, quae sacramentum mutaverant Cl. 13. h. e. *ab eo defecerant.* poenitentia mutati sacramenti. Galb. 10.

auctor fuit, ut omnibus sacramentis adjiceretur sequ. Cal. 15.

unde i. q. *militia.* qui sacramento non teneretur. C. 42. (*Verpflichung zum Kriegsdienst.*) causa detrectandi sacramenti. A. 24. metus sacramenti. T. 8. per speciem sacramenti. T. 36. sacramento solutum per causam valetudinis. Vesp. 1.

*Sacrificium.* in ipso sacrificii apparatu. Ner. 46. ne in sacrificio quidem. Vit. 13.

sacrificio Latinarum. C. 79. memor sacrificii. Galb. 4.

icunculam -- pro summo numine trinisque in die sacrificiis, colere perseveravit. Ner. 56.

sacrificio non litante. A. 96. v. *Litare.*

inquisito omni sacrificiorum remediorumque genere. Tit. 8.

*Sacrificare,* circa Perus. murum sacrificans. A. 14. sacrifi-

cans. Cal. 57. sacrificanti. A. 96. inter pontifices sacrificanti simul. T. 25. etiam sacrificanti interfuit. Oth. 6.
ut sacrificantem apud Martis aedem adoriretur. Cl. 13. quodam cum ferro circa sacrificantem se deprehenso. Cl. 36. sacrificantem mane haruspex monuit sequ. Galb. 19.
apud eandem longo tempore sacrificare — perseveravit. C. 85.
*Sacrificuli* vanae superstitionis. Dom. 1.
*Sacrilegium.* evidentissimis rapinis ac sacrilegiis. C. 54.
*Sacerdos.* sacerdotes Atticae Cereris. A. 93. Ner. 12. sacerdos Jovis. Galb. 9.
Dialis sacerdos. Dom. 4. adhibita publicorum sacerdotum frequentia. Vit. 11.
Cn. Domitius jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit. Ner. 2. cf. not. ad C. 13.
in cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi juratus nominavit. Cl. 22.
legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. A. 100. collegia sacerdotum. Cal. 16.
templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogit. hostias instituit. Cal. 22.
templa, Flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit. T. 26.
sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit, praecipue Vestal. virginum. A. 31. —
Octavio — idem affirmatum est a sacerdotibus. A. 94. (Liberi patris.)
ascendit ad sacerdotes (Salios in Martis aedem), unaque decubuit. Cl. 33.
epulanti in arce cum sacerdotibus. Cl. 44. curare ludis Martial. triclinium sacerdotum. Cl. 4.
*Sacerdotium.* sacerdotio multatus (h. e. Flaminis Dialis dignitate, quae destinata ei fuerat.) C. 1. Sullae calator in sacerdotio augurali. Gr. 12. nullo, praeter auguralis sacerdotii, honore impertitum. Cl. 4.
quod multos jam annos potiretur sacerdotio (rex Nemorensis.) Cal. 35.
pro introitu novi sacerdotii. Cl. 9.
in brevi spatio duplex sacerdotium accepit. Vesp. 4. sacerdotium triplex accepit, inter Quindecimviros sodalesque Titios, item Augustales, cooptatus. Galb. 8.
sacerdotiis amplissimis auctus. Vit. 5.
magisteria sacerdotii. Cal. 22. h. e. *primus locus inter sacerdotes, quos Calig. numini suo instituerat.*
*Saeculum.* v. *Seculum.*
*Saepe.* hujus et illa vox est, saepe facias sequ. Vit. 2.
non saepe in scribendo magis successisse sibi. Ter. 3.
*Saevus.* saeva ac lenta natura. T. 57. saevus et sanguinarius natura. Cl. 34. saevus metu. Dom. 3. aliquanto post civ. belli victoriam saevior. Dom. 10. post cujus interitum vel saevissimus exstitit. T. 61.
*Saeve.* multa ita saeve et atrociter factitavit. T. 59. ut se — quam saevissime coerceret. Cl. 2.
*Saevitia.* T. 61. 75. Cal. 6. 27. 30. 31. 34. Ner. 4. 33. 36. Cl. 15. Galb. 12. Vit. 13. Vesp. 1. Dom. 10. 11. Tit. 7.
*Saevire.* in splendidissimum quemque captivum non sine verb. contumelia saeviit. A. 13.

per sex dies septemque noctes ea — clade saevitum est. Ner. 38.

*Sagax.* modo circumspectus et sagax, modo inconsultus ac praeceps Cl. 15.

sagacissimus senex. Cal. 11.

*Sagaciter.* sagaciter perspicere al. naturam. T. 57.

*Sagina.* ad saginam ferarum. Cal. 27.

*Sagitta.* multitudine hostilium sagittarum. C. 68. duod. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus. Tit. 5. in pueri — palmam sagittas tanta arte direxit. Dom. 19. sagittarum vel praecipuo studio tenebatur. ibid.

*Sagittarii.* Vesp. 6.

*Sagum.* distento sago impositum in sublime jactare. Oth. 2.

*Sagati* i. q. *milites.* sagati palliative — togati. C. 48.

*Sagulum.* rejecto sagulo. A. 26.

*Sagulatus.* sagulatis comitibus. Vit. 11.

*Sales.* ut invidiam aliqua cavillatione dilueret transferretque ad sales. Vesp. 23.

*Salum.* profundo jam salo. Cl. 20. Vulg. *solo.*

*Salsus.* salsum omnino hominem. Rh. 5.

*Salsamentarius.* Horat.

*Salaria via.* v. ind. prim.

*Salarium.* comites — nunquam salario, cibariis tantum, sustentavit. T. 46.

Senat. nobilissimo cuique, sed a re fam. destituto, annua salaria, et quibusdam quingena, constituit. Ner. 10.

*Salire.* saliente aqua. A. 82.

*Saltare.* scenicae saltandi canendique artes. Cal. 11. canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur. Cal. 54. saltabat nonnunquam etiam noctu. ibid.

saltante eo (pantomimo.) Cal. 55. quod gesticulandi saltandique studio teneretur. Dom. 8.

c. accus. i. q. *agere, exhibere fabulam cum saltatione.* pantomimus Mnester tragoediam saltavit, quam olim Neopt. tragoedus egerat. Cal. 57. saltaturum se Virgilii Turnum. Ner. 54.

pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniaeque principum liberi. C. 39.

*Saltator.* Threx et auriga, idem cantor atque saltator. Cal. 54.

sub duobus paedagogis, saltatore atque tonsore. Ner. 6.

*Saltatio.* saltationis artifices. Tit. 7.

*Saliva.* cujus etiam salivis melle commixtis — arterias et fauces pro remedio fovebat. Vit. 2.

*Saltem.* saltem ut esset, quo sequ. Ter. 1.

*Saltus* Pyrenaeus. C. 25.

*Salus.* depugnaturos se armis pro salute aegri. Cal. 14. omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant. A. 57. ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta. T. 54.

Salutis augurium. A. 31. v. not.

jusjur., quo se cuncti pro salute unius astrinxerant. C. 84. libellum de salute sua oblatum. Cal. 15. h. e. *insidiarum indicem.* quasi quaedam de salute Vespasiani dicturus. Vit. 17. quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. Cl. 37.

salutem sibi et millies HS. a Flavio Sab. pepigit. Vit. 15.

saluti fuit, quod sequ. A. 14.

*Saluber.* quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem hieme experiretur. A. 72.

praecepta et exempla publice vel privatim salubria. A. 89. ut salubrem magis quam ambitiosum Principem scires. A. 42. h. e. *qui morbis Reip. mederetur, veramque ejus salutem adjuvaret remediis. bonus et salutaris Princeps* dicitur. T. 29.

*Salubriter.* illud plane quantumvis salubriter et in tempore. Cl. 21

*Salubritas* insulae. T. 11.

*Salutaris* Princeps. T. 29.

*salutaris digitus* dextrae manus. A. 80. i. q. *index, pollici proximus,* nos: *Zeigefinger.*

*Salutare.* neque assurgere, neque salutare se dignantem. Vesp. 13.

die Senatus nunquam Patres nisi in Curia salutavit, et quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo summonente. A. 53. omnes ordine subinde ac memoriter salutavit. Ner. 10. v. not.

i. q. *officii causa adire Principem,* Gr. θεραπεύειν τὸν βασιλέα, τὰς θύρας τοῦ βασιλέως, nostr. *Aufwartung machen.* v. Lex. Xenoph. sub voc. θεραπεύειν et θύρα, Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 48, 3.

salutandi sui causa pro foribus adstantem. T. 32. e media salutantium turba. Galb. 17. mane Galbam salutavit. Oth. 6. dum salutabatur. Vesp. 21. consuetudinem, scrutandi salutantes — omiserat. Vesp. 12.

milites domos senat. salutandi causa ingredi, etiam Patrum decreto prohibuit. Cl. 25.

quod filiam suam Bajas salutatum venisset. A. 64.

i. q. *appellare in salutatione.* quum Pompejum regem appellasset, ipsum reginam salutavit. C. 49. plebi regem se salutanti. C. 79. Imperatore Antonio honorifice salutato. A. 13. extractum Imperatorem salutavit. Cl. 10. qui reversum se ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat. Vesp. 15.

*Salutatio.* in officio salutationis. A. 27. in salutatione. Cl. 37. in ipsa salutatione. Vit. 14. prohibitus non contubernio modo, sed etiam publica salutatione. Vesp. 4.

promiscuis salutationibus admittebat et plebem. A. 53. v. *Salutare.*

*Salutatores.* salutatoribus scrutatores semper apposuit. Cl. 35.

*Salvus.* non tam sua, quam Reip. interesse, uti salvus esset. C. 86. salvum ac sospitem Remp. A. 28. salva Roma, salva patria, salvus est Germanicus. Cal. 6. libertum ejus, salvam et incolumem cum gaudio nunciantem. Ner. 34.

*Salvere.* ut — frequentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent. Galb. 4.

*Sancire.* quasdam leges ex integro sanxit. A. 34. omnium factorum dictorumque veniam — in perpetuum sanxit ac praestitit. Cl. 11.

sequ. *ut.* A. 19. 35. Cl. 23. sequ. *ne.* C. 42. A. 44.

sequ. *acc. c. inf.* Cl. 25. Ner. 5.

*Sanctus.* jusjur. neque sanctius sibi, neque crebrius instituit sequ. Cl. 11.

sanctissimi viri. Dom. 10. Pers. (*Plin.* ep. 1, 12, 5. *sanctitas vitae.* v. Schaefer. ad h. l.)

*Sanctitas* regum. C. 6. h. e. *dignitas inviolabilis.*
*Sandapila* popularis. Dom. 17.
*Sane.* bellum sane difficillimum. C. 35. pronior sane ad id genus libidinis. T. 44. postea nihil sane — exhibuit. A. 43. excusantes sane. A. 69. quod sane etiam vulgo existimabatur. T. 7. quod sane et ex oratione ejus colligi potest. T. 67. sicut sane brevi evenit. Dom. 23. quod sane ex commentariis ejus apparet. Gr. 10. sicut sane nonnullae usque adhuc. Rh. 1.
facile id sane Tib. patiente. Cal. 11. sane urgente discrimine. Tit. 6.
*haud sane* difficulter. Vit. 14. v. quae de dictione *non sane* et simil. Görenz. ad *Cic.* Fin. 2, 13, 43. Ita *nihil sane* A. 43. nostr. *eben nichts* h. e. *nihil fere*, *quod memoratu dignum esset.*
*in responsione ironiae inservit.* vivat sane, ait sequ. Galb. 4. et ille irridens: Sane, inquit, quum mula pepererit. ibid. sane, inquit, legem Juliam timeo. Ner. 33.
*Sanguis.* respersus est phoenic. sanguine. Cal. 57. sanguinem vomere. ibid.
profluente sanguine. Dom. 16. missio sanguinis. Cal. 29.
regnabit sanguine multo. T. 59. sine ullo proelio aut sanguine. Cl. 17. tristissimam reddidit (sortem), nec sine sanguinis mentione. Dom. 15.
sanguine et affinitate primi ordinis viris conjunctus. Pers. sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. A. 40.
*Sanguinarius.* saevum et sanguinarium natura fuisse sequ. Cl. 34.
*Sanus.* sani homines oppon. *ineptis.* C. 56.
*Sapientia.* quibus ille disciplinis tantam sit sapientiam assecutus. Gr. 11.
sapientiae professor. T. 14. (*mathematicus.*)
*Sarcina.* dolore ac taedio amissarum sarcinarum. Ter. 5.
*Satellites.* C. 49.
*Sat* et *Satis.* sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. A. 25. (ubi *sat* ante polysyllabon, *satis* ante disyllabon.)
singillatim — exsequi, longum est; genera — enumerare, sat erit. T. 61.
satis est enim, si hoc habemus sequ. A. 51. id satis visum. Oth. 3. satis erat sequ. acc. c. inf. Dom. 12.
satis provisum a genero suo Agrippa sequ. A. 42.
Quinquatrus satis jucunde egimus. A. 71. nostr. *ziemlich.* Gall. assés.
satis constat. v. *Constare.* satis certa probatione tradiderim. A. 7.
*satis c. genit.* quoniam satis poenarum exactum esset. A. 27.
*satis habuit* c. infin. C. 75. A. 51. Vesp. 13.
*satius est*, *quam* c. dupl. infin. C. 86.
*Satisfacere.* ad satisfaciendum omnibus. C. 33. ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum. C. 42. v. Clav. Cicer.
quasi pietati simul ac religioni satisfacturus. T. 70. ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quam primum satisfaceret. T. 66.
i. q. *se excusare, veniam petere.* C. 73. ubi v. not. consularem satisfacientem sibi ac per genua orare conantem. T. 27. repente, tantum non satisfacientis modo, veniam dedit. Cl. 38.

*Satietas.* prandebat ad satietatem. Dom. 21. honorum satietatem ac requiem laborum praetendens. T. 10.
*Satiari.* nec ante satiatus est, quam sequ. Cal. 28.
*Satira.* Lucilii satirae. Gr. 2. fecit satiram quoque (Saev. Nicanor.) Gr. 5. hujus de Lucilio libros etiam satira comprobat. Gr. 14. ut Sallustium — acerbissima satira laceraverit. Gr. 15. vehementer satiras componere studuit. Pers.
*Saucius.* aquilifero graviter saucio. A. 10. leviter tamen saucio. Cal. 55.
*Saxum.* complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt. T. 39.
*Scabella*, *instrumenta pneumatica*, *crepitacula ex ferro*, *quae pedibus saltantium alligata crepitum edebant.* *Lucian.* Saltat. §. 83. σιδηροῦν ὑπόδημα dicit. v. Salmas. ad *Vopisc.* Car. c. 19., Ruben. de re vestiar. 2, 17., et Ernest. in Cl. Cicer. —
magno tibiarum et scabellorum crepitu. Cal. 54.
*Scaber.* dentes scabri. A. 79.
*Scala.* scalas inferre. Dom. 23.
*Scalae anulariae*, locus Urbis Romae. A. 72. v. not.
*Scalpere.* Hanc formam rectiorem censet *Diomedes* 1. p. 574. ed. Putsch. Viri docti gemmis *scalpturam*, ceteris lapidibus *sculpturam* tribuunt, et pro ea sententia valde pugnat Ernest. ad A. 50. et Ner. 46. Sed re vera non magis est discrimen inter utramque formam *scalpo* et *sculpo*, quam inter Gr. γλάφω et γλύφω, quamquam quaesivisse illud videntur etiam inter Romanos quidam cacozeli. v. Gesner. in Thes. sub v. *Scalpo*, Scheller in Lex. sub v. *Sculpo*, et Wolf. ad A. 50. —
imago, Dioscoridis manu sculpta. A. 50. Ernest. corrigit *scalpta*. Ita etiam Ner. 46. pro: „cujus gemmae *sculptura* erat Proserpinae raptus" idem non librorum modo auctoritate, sed *Latinitate postulante*, reponendum judicavit *scalptura*. Nos, ut constantiam scribendi servaremus, formam *sculptura* dedimus etiam Galb. 10., ubi Memm. et Medicei exhibent: *sculptura gemmae.* Idem fecit Oudend., qui novam ad h. l. excogitavit distinctionem, quum *scalpere* et *scalpturam* rudiorem levioremque et sine arte operam, *sculpere* et *sculpturam* industriam et accuratam elaboratamque artem significare putat. Movit res etiam Wolfii sententiam ad h. l., qui oblitus videtur eorum, quae ad A. 50. disputaverat.
dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit. Dom. 16.
*Scalprum* librarium. Vit. 2.
*Scambus* male pedatus scambusque. Oth. 12.
*Scapha.* C. 64. Cl. 38.
*Scarus*, piscis, cui *Plin.* 9, 17. suo tempore principatum datum scribit.
scarorum jocinora. Vit. 13.
*Scelus* de *facinore atroci*, max. *erga eos*, *qui sancti esse debent*, dicitur.
quum locupletes eo facilius scelere se obligarent sequ. C. 42. i. q. *facinora committerent* h. e. *securitatem publicam vi laederent.* etiam scelere convictos. Ner. 31.
max. *de caedibus sanguine conjunctorum* s. *parricidiis.*
ut secernerem a probris ac sceleribus ejus. Ner. 19. neque tamen conscientiam sceleris — ferre potuit. Ner. 34. nul-

lum necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Ner. 35. paratum ad scelus venenum. Vit. 6.

*Sceleratus.* Gr. ἐναγής, μιαρός. daturos poenas sceleratos. Ner. 46.

unde saepius i. q. *infaustus*, *calamitosus*. castra, quae ex eo scelerata sunt appellata. Cl. 1. v. Duker. ad *Flor.* 1, 12, 2.

*Scena.* C. 39. A. 43. 45. 68. Cal. 57.

operam scenae arenaeque edere. T. 35. edere in scena operas. Cal. 58. equ. ordinem, ut scenae arenaeque devotum. Cal. 30. in scenam prodire. Cal. 54. Ner. 20. scenam tenere. Tit. 7. initio circa scenam versatus est. Gr. 18. in scenam deferre (fabulam). Ter. 3.

scena Marcelliani theatri restituta. Vesp. 19.

fecit (ludos) nonnunquam etiam vicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones. A. 43.

i. q. *apparatus, ad ostentationem et fallendos homines institutus.*

nec minore scena — Mausoleo intulit. Cal. 15.

*Scenicus.* i. q. *histrio.* cuidam scenico placenti. Ner. 42. mercedibus scenicorum recisis. T. 34. scenici. Ner. 11. Galb. 15. spectaculis operam inter scenicos dare. Ner. 21. scenici artifices. C. 84.

ludi scenici. Cal. 26. Ner. 11. v. *Ludus.*

ad scenicas quoque et gladiat. operas etiam Equitibus Rom. aliquando usus est. A. 43. v. not.

in illo suo scenico habitu. Ner. 38. organa scenica. Ner. 44. coronae scenicae. Ner. 53.

*Sceptrum.* filium mortali specie ampliorem, cum fulmine et sceptro. A. 94.

Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est. Galb. 1.

*Schema.* exemplar imperatae schemae. T. 43. Male al. *scenae.* v. Turneb. Advers. 14, 17., Oudend. ad l. c.

*Schema* h. l. est *figura* v. *modus libidinis.* *Tibull.* 1, 9, 64. „*aut operum varias disposuisse vices.*"

*Schola* scholam aperuit. Gr. 16. minus idoneus ad tuendam scholam. Gr. 8.

schola se sustentavit. Gr. 15. quamquam ex schola quadragena annua caperet. Gr. 23. ut a schola et magistris deverterat. Pers. transiit in Palatium cum tota schola. Gr. 17. scholam ejus claros quoque viros frequentasse ajunt. Gr. 7. dimissa schola. Gr. 6. 18.

ut temporibus quibusdam super viginti celebres scholae fuisse in Urbe tradantur. Gr. 3. quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset. T. 11.

*Scholasticus.* ne usquequaque scholasticus existimaretur. Rh. 6.

*Scire.* scio, vulgo persuasum. T. 21. scio, plerosque existimasse. Cal. 19.

ut salubrem magis quam ambitiosum Principem scires. A. 42.

scitote, paucissimis his diebus regem affuturum. C. 66. scias, nec gratius quicquam sequ. Dom. 18. irasci me tibi scito. Horat.

sciscitantes, quis esset, et ubi esse Vitellium sciret. Vit. 17.

solos scire audire Graecos. Ner. 22.

*Scienter* cantare. Tit. 3. qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere, aut scribere. Gr. 4. v. *Acute*.
*Scientia* juris consultorum. Cal. 34.
*Scilicet*. sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris. A. 29. ignota scilicet tunc adhuc sequ. T. 14.
ut scilicet inopinato et adhuc novo Principi. Vesp. 7. ne quid scilicet — deperiret. Vesp. 2. ne scilicet. Gr. 4.
*Sciscitari*. e studio sciscitandi, quisnam esset. Cl. 10. sciscitantes, quis esset sequ. Vit. 17. alium sciscitantem, ecquid in Urbe novi de Nerone. Ner. 48. sciscitans, num odore offenderetur. Vesp. 23.
*c. accusat.* revocatum quendam a vetere exsilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset. Cal. 28. ut mane singulos, anne jentassent, sciscitaretur. Vit. 7. hunc sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus. Dom. 15.
*Scopus*. praebentis pro scopo dispansam dextrae manus palmam. Dom. 19. Al. *pro scopulo*. v. Burm. et Oudend. Hic etiam servavit *scopulo*.
*Scortum*. scorta meritoria. Cl. 15. inter scortorum totius Urbis ambubajarumque ministeria. Ner. 27. adolescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta. Vit. 3.
speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita. Horat.
*Scribere*. orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi sequ. A. 88. perinde scribendum, ac loquamur. ibid. per notas scribere. C. 56. A. 88. cujus manu *ixi* pro *ipsi* scriptum. A. 88. increpat, quasi ea scribentem, quae sequ. A. 86.
scribunt quidam sequ. acc. c. inf. A. 15. i. q. *auctores sunt*, *tradunt*.
impetum se cepisse, scribit sequ. (in epistola). A. 42. quem, scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Cal. 8. quod non de rebus gestis Senatui scriberent. T. 32. scribere epistolas. Horat.
Afranius, scribens in Compitalibus sequ. Ter. 5.
i. q. *componere*, *literis tradere aliquid*.
oratio, quam scripsit Metello. C. 55. quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Gr. 3.
qui vellent scribere historiam. C. 56. historiam in adolescentia scribere aggressus est. Cl. 41. scribere historiam orsus. Rh. 3. scripsit comoedias sex. Ter. 2. in principatu quoque scripsit plurimum. Cl. 41.
proposita materia, quam scriberent. Gr. 17. scribere aliquid de al. re. Gr. 3.
sanos homines a scribendo deterruit. C. 56. non saepe in scribendo magis successisse sibi. Ter. 3. lenius comtiusque scribendi genus. Cal. 53. si modo in scribendo adjutoribus indiguerit. Ter. 4.
feruntur et a puero et ab adolesc. quaedam scripta. C. 56. liber, scriptus ab eo hexam. versibus. A. 85. cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo scriptis. Ner. 52.
*scribere testamentum*. ne impune esset studiosis juris, qui scripsissent vel dictassent ea. Ner. 32. *scribere aliquem heredem*. C. 83.
*Scriptum*. nostr. *Schreiben*. non monere, nisi acerbo et brevi scripto — solita. Cl. 3. ne scripto quidem ac sermone cujusquam. Dom. 13.

nostr. *Schrift.* quodam scripto. Gr. 9. scripta (poetae et historici) T. 61. scripta eorum. T. 70. T. Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta. Cal. 16. scripta famosa. Dom. 8. Sallustii scripta. Gr. 10. cetera scripta discipulorum ejus esse, non ipsius. Gr. 7. adjutum Ter. in scriptis a Laelio et Scipione. Ter. 2. mores, quos perinde exprimeret in scriptis. Ter. 4. ut scripta illa proferret. Ter. 3. lenibus scriptis. Ter. 5. ut ea quoque — inferciret novis scriptis. Juven. in plerisque ejusmodi scriptis. Horat.

*scriptum quaestorium* i. q. *officium scribae quaestorii.* Horat. Ita *Gell.* 6, 9. *scriptum facere* i. q. *scribam esse.*

*Scriptor.* ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Ner. 17.

scriptores i. q. *auctores*, nostr. *Schriftsteller.* Gr. 6.

*Scriptura* i. q. *actus scribendi, das Schreiben.* digitum scripturae admovere. A. 80.

*id quod scriptum est.* edebat per libellos — scriptura brevi. C. 41. h. e. *paucis verbis.*

per ignorantiam scripturae. Cal. 41. h. e. *quia scriptam aliquam legem non norant.*

*ratio scribendi.* quod uno volumine et continenti scriptura expositum. Gr. 2.

genus scripturae industrie excoluit. Juven.

exstat talis scriptura (per novas literas) in plerisque libris. Cl. 41.

*Scriba.* scriba quaestorius. Cl. 38. Vesp. 3. scribas quaestorios, negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, venia in praeteritum donavit. Dom. 9. v. n.

*scribarum decuriae.* Cl. 1. v. de *scribis publicis* Ernest. in Cl. Cicer.

*Scrinium.* inventus est postea in scrinio ejus hac de re sermo formatus. Ner. 47.

appositis duobus scriniis. Gr. 9. (ad statuam.)

*Scrobs.* scrobem coram fieri imperavit. Ner. 49.

*Scrupulus.* mediocri scrupulo injecto. Cl. 37.

*Scrutari* salutantes. Vesp. 12. unde *Scrutatores.* Cl. 35.

quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant. C. 81. ita latuit, ut scrutantibus deprehendi non potuerit. Dom. 1.

*Sculpere* et *Sculptura.* v. *Scalpere.*

*Scurra.* T. 57. *Scurrilis* ac sordida dicacitas. Vesp. 22.

*Scutarius* A. 56. nomen proprium, non appellativum. v. not.

*Scutica.* Gr. 9.

*Scutum.* C. 68. Vesp. 4. indicta decursione praetorianis, scutum sua manu praetulit. Ner. 7. campestrem decursionem scuto moderatus. Galb. 6.

*Scyphus* aureus. Cl. 32. duos scyphos gratissimi usus, quos Homerios a caelatura carminum Homeri vocabat. Ner. 47.

*Secare* fauces novacula. Cal. 23. venas. Lucan.

*Sectiones* i. q. *emtio bonorum hastae subjectorum.* Vit. 1. v. Clav. Cicer.

*Sectilis.* sectilia pavimenta. C. 46. i. q. *crustae marmoris artificiose conjunctae, emblemata vermiculata,* λιθόστρωτα. v. not. ad C. 46.

*Secta* pr. ad verb. *secare* pertinet; est enim *secta pars.*

Sed ob significationem et exemplum aliorum ad verbum *Sequi* referre non dubitavimus.

*Secedere.* causa plebi fuit secedendi rursus a Patribus. T. 2. quoties ad consultandum secederet. Ner. 15.

*ex Urbe et ab negotiis in locum secretum v. ad otium se conferre.* a desidia secedentium illuc e comitatu suo. A. 98. Rhodum secedere statuit. C. 4. statuit repente secedere seque e medio quam longissime amovere. T. 10. quum pudore ac taedio secessisset ab Urbe. Gr. 3. ob infamiam quandam cum in Sardiniam secessisse. Gr. 5. secessit in parvam ac deviam civitatem. Vesp. 4.

*Secessus* i. q. *locus secretior, quo quis ob amoenitatem et otium secedit.*

ex secessibus praecipue frequentavit maritima (h. e. *loca maritima, τὰ ἐπιθαλάσσια*), insulasque Campaniae, aut proxima Urbi oppida. A. 72. amoenos secessus celebrare. Cal. 45. secessum Campaniae petiit. T. 39. in Campaniae secessu delitescens. Cl. 5.

Antium, omnibus semper locis atque secessibus praelatum. Cal. 8. ex secessu Anticyrae, quam valetudinis causa petierat. Cal. 29. ad omnes etiam minimos Circenses e secessu commeabat. Ner. 22. in secessu quiescentem. Ner. 34. in Albano secessu. Dom. 19.

vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini. Horat.

i. q. *secessio.* nihil aliud secessu devitasse se sequ. T. 11. inter causas secessus hanc ei vel praecipuam fuisse. T. 51. rediit octavo post secessum anno. T. 14. subinde de secessu cogitavit. Cal. 50.

i. q. *vita in secessu.* in secessu Apolloniae. A. 94. Capreârum secessui quatriduum impendit. A. 98. secessu Capreensi. T. 43. exprobratum sibi veterem secessum. T. 56.

toto secessus tempore. T. 72. medium tempus in otio secessuque egit. Vesp. 4. in secessu plurimum vixit. Galb. 8.

*Secernere.* militem secrevit a populo (in spectaculis.) A. 44. loca secreta a ceteris. Ner. 11.

quum auctore Tiberio secerni minus idoneos Senatores removerique placuisset. Vit. 2.

e compluribus — unum secrevisse. A. 94.

monile — ex omni gaza secreverat. Galb. 18.

haec — in unum contuli, ut secernerem a probris ac sceleribus ejus. Ner. 19.

*Secretus.* Tiberium secreto sermone detinuit. A. 98. post secretum sermonem. T. 21.

longiores secretioresque sermones. T. 50. quum quaedam secretiora proponerentur. A. 93. —

aliquid secretioris latebrae — desideravit. Ner. 48. loca Equiti secreta a ceteris tribuit. Ner. 11.

coena ejus secretior. A. 70.

*secretum* i. q. *locus secretus, secessus.* secreti licentiam nactus. T. 42. impatiens secreti. Ner. 20.

per secreta Thraciae. A. 94. h. e. *per loca deserta, inculta Thr.*

unde *tempus, quo quis solus est neque interpellatur ab adeuntibus,* nostr. *Einsamkeit, Alleinseyn,* quasi secretum eo desiderante. Cl. 10. secreto capto. Oth. 10. quotidie secretum

sibi horarum capere solebat. Dom. 3. sibi secretum agenti. T. 60. a secreto in balineum tricliniumque transibat. Vesp. 21.

i. q. *colloquium secretum.* secretum petenti. T. 25. Cal. 23.

i. q. *res secreta, ut consilium, mandatum etc.* nostr. *Geheimniſs*, Gall. *secret.* quum hic secretum de comperta Murenae conjuratione uxori Ter. prodidisset. A. 66. omnium consiliorum secretorumque particeps. Oth. 3. secretorum temere conscium. T. 14. (h. e. *indignum, cui secreta sua committeret. Dio* 55, 11. ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει.) nisi ea secreta obstarent. T. 52. h. e. *nisi id ipsum obstaret, quod secreta mandata illa fuissent*, breviori structura, ut Gr. εἰ μὴ ἀπόῤῥητα ταῦτα ἐκώλυσε sc. ὄντα pro: αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν.

*secreta* i. q. *locus, ubi literae secretae servantur*, nostr. *geheime Papiere.*

in secretis ejus reperti sunt duo libelli. Cal. 49. v. Oudend.

*Secreto.* si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset. A. 72. fuitque una secreto per totum diem. T. 21. interdiu cum Capit. Jove secreto fabulabatur. Cal. 22. sententias tacitus ac secreto legens. Ner. 15. nonnunquam secreto orans. Tit. 9. solus secreto deambulabat. Dom. 21.

*Secespita*, culter ferreus, quo Flamines et pontifices ad sacrificia utebantur. T. 25.

*Secta* et *Sectari.* v. sub v. *Sequi.*

*Sectilis* et *Sectio.* v. sub v. *Secare.*

*Secubare.* i. q. *seorsim cubare.* T. 7.

*Seculum.* aurea, ferrea secula. T. 59. secula permaneat nostri Diana Catonis. Gr. 11.

*seculum Augustum* appellandum quidam in Senatu censuere omne tempus a primo die natali ad exitum ejus. A. 100. — ingenia seculi sui. A. 89.

*Seculares* ludi. A. 31. Cl. 21. Vit. 2. Dom. 4. — *Seculare* carmen. Horat.

*Secundus.* parum secunda fama. A. 3. secunda existimatio. Cl. 7. secundiore fama fuit. C. 2. secundi casus. Oth. 9. res secundae. Cal. 45. secundissima auspicia. Galb. 9. —

vulnus, quod secundo loco in pectore acceperat. C. 82.

*secundi heredes* i. q. *substituti primis heredibus.* C. 83. v. not.

*secundarum* sc. *partium actores*, qui acta fabula in scenam prodibant. Cal. 57. v. not. et Bulenger. de theatro 1, 7.

*Secundarius* panis h. e. *vilior, non optimi generis.* A. 76. *Lamprid.* Alex. Sev. c. 37. *esquens panis.* v. *Plin.* 18, 9. et 33, 7. *Colum.* 12, 11.

*secundum.* secundum superum mare Brund. tetendit. C. 34. secundum quam consuetudinem. Gr. 4. secundum praesentes facillime dabat. Cl. 15. i. q. *praesentibus fac. obsecundabat sententia.* secundum eos se sentire, qui sequ. ibid. h. e. *accedere sententia iis* sequ. *Cic.* pro Rosc. Com. c. 1. „quo minus *secundum eas* lis detur."

secundum quietem. A. 94. i. q. *per quietem.* v. *Horat. Turs.* ed. Schwarz. nr. 5. p. 775.

*Securis.* curam habuit, concubinas — securibus peltisque Amazonicis instruendi. Ner. 44. Sed Cal. 19. verba: *et securi* post;

*insignis quern. corona*, quae absunt ab optimis codd., ut spuria omisi. v. not. et Oudend.

securi percutere aliquem. Cl. 25. taurus securis ictu consternatus. Galb. 18.

repertae sunt duodecim secures, haud ambiguum summi imperii signum. Galb. 9.

*Securus*. securum hilaremque dimisit. Dom. 11. securus ab hac parte. T. 11. nihilo securior aut constantior. T. 65.

*Secure*. lente ac secure tulit. Ner. 40.

*Securitas*. ad securitatem posteri temporis. C. 23. in posterum securitati satis cavit. Tit. 6.

*Secus*, nomen indeclin. i. q. *sexus*. muliebre secus omnes. A. 44. (eodem usu accusativi, qui est in dictionibus: *id genus omnes, id genus alii, illud horae* etc.)

v. Jac. Gronov. ad *Liv*. 26, 34. §. 5. et J. Fr. Gronov. ad *Liv*. 26, 47., Ernest. ad *Tac*. A. 4, 62. et Hist. 5, 73., Oudend. ad A. 44. et *Frontin*. 1, 2, 6. Al. *muliebrem sexum omnem* v. *muliebre sexus omne*. Ernest. minus accurate: *muliebre secus omne*.

*Secus* adverb. secus admissa in Remp. T. 2. Oppon. *egregia merita*. *Plin*. Paneg. 44, 8. „prout, *bene* ac (v. *aut*) *secus* cessit."

non deerant, qui secus interpretarentur. Tit. 5. (Al. *sequius* et *secius*. Sed *secus* pr. i. q. *aliter*, ut Gr. ἄλλως et ipsum *aliter* saepius significat *male*, *contra*, *perverse*. v. Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 53. fin.) quae secus fierent. Galb. 14. Oppon. *documenta egregii Principis*.

*non secus ac* necessitudine junctos sibi. A. 17. *non secus atque* in domestico luctu. Tit. 11.

*nec eo secius*. C. 8. Ner. 42. Vit. 10. Gr. 20. neque eo secius. Ner. 24. Dom. 12. nec tamen eo secius. Dom. 2. nihilo secius. Vesp. 6.

*Secutores*. v. *Sequi*.

*Sed*. initio. C. 81. A. 10. 65. Gr. ἀλλὰ μήν. v. *Et* atque *Etiam*.

*sed neque — et*. A. 38. *sed nec* post *in primis*. A. 86.

*idem* Curio, *sed et* M. Actorius Naso. C. 9.

*sed et* atque *sed etiam* post *non modo*, *non solum*, *non tantum*, item *sed et* post *et — et*. v. exempla data sub voc. *Et* atque *Etiam*. De *sed* v. *sed et* post ellipsin τοῦ *non solum* v. ibid. cf. Wolf. ad T. 61.

*sed ut*. seditionem moverunt, *sed ut* celeriter ad officium redierint. C. 69.

*sed quidem*. Gr. ἀλλὰ μήν γε. sed in amitae quidem laudatione. C. 6.

*Sedare*. sedata siti gelidae aquae potione. Oth. 11.

sedato tumultu. Cl. 41. sedatis vocibus. Ter. 5. h. e. *lenioribus*, *dulcioribus*.

*Sedes*. i. q. *sella*, δίφρος. sedem auream in Curia et pro tribunali. C. 76.

tandem e sede sua prosiluit. Cl. 21.

i. q. *domicilium*, *habitatio*, locus, ubi quis sedet, nostr. *Wohnsitz*.

sedem ac domicilium imperii aliquo transferre. Cal. 8.

ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent. T. 75.

sedem arcanarum libidinum. T. 43.

in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat. Galb. 10.

plur. *sedes.* dedit. trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. T. 9.

i. q. *fundamentum*, *basis*, κρηπίς. ita mihi salvam ac sospitem Remp. sistere in sua sede liceat. A. 28. h. e. *in firmo fundamento quasi aedificium constituere.* v. Burm. ad h. l., Mitscherl. ad Horat. Epod. 13, 10. „Deus *haec* fortasse benigna *reducet in sedem* vice."

*Sedere.* universos Patres sedens excepit. C. 78. nunquam Patres nisi in Curia salutavit, et quidem sedentes sequ. A. 53. Mox: discedens eodem modo sedentibus valere dicebat. sedentibus ac silentibus cunctis. Cl. 21. Circ. spectabat sedens. A. 45. —

qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Cl. 32. v. Lips. ad Tac. A. 13, 16.

ut sedens in cespite nudo cibum caperet. T. 18.

sedentem pro tribunali pariter adierunt. Vesp. 7.

solitus — sedens incipere, et calore demum provectus consurgere. Rh. 6. statua habitu sedentis. Gr. 9.

ut sedentem una proximi deseruerint. C. 14.

quidam in proximo sedens. C. 52.

sanxit, ne quis pullatorum media cavea sederet. A. 44. sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. C. 39. sedere in Senatu. Cl. 25. h. e. *inter Senatores.*

aquila — super nomen Agr. ad primam literam sedit. A. 97. i. q. *consedit.*

*Sedile.* exstructis sedilibus ligneis. A. 43.

*Sessor*, *qui equo insidet.* nec patientem sessoris alterius primus ascendit. C. 61. —

magna sessorum fuga. Lucan. (*in balineo.*) Leg. *consessorum.*

*Seditio.* composita seditione civili. C. 4. post compressam seditionem. Cal. 4. seditione quadam. Vesp. 4. seditionem — Gall. bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas. C. 69.

legiones, quae — seditionem olim moverant. Cal. 48. ob seditionis periculum. Cal. 9.

turbatus nunciis de seditione militum. A. 17. duplex seditio militum, in Illyrico et in Germania, exorta est. T. 25. compositis seditionibus. ibid. seditionum licentia. T. 37.

seditiones pantomimorum. Ner. 26.

*Seditiosus.* L. Saturnini seditiosum tribunatum. C. 12.

seditiosi. C. 67. seditiosissimum quemque — multavit. C. 70.

*Seducere.* nostr. *beiseit führen.* T. 44. Cal. 56. Cl. 37. Galb. 22.

*Sedulo.* ne orirentur (popul. tumultus), sedulo cavit. T. 37. observavit sedulo, ut sequ. Cl. 22.

*Sedulitas.* pro sedulitate ac diligentia. Galb. 12.

*Segestre* v. *Segestrum*, Gr. στεγαστρὶς διφθέρα, *involucrum.* A. 83. ex emendatione Cujacii Observ. 13, 13. v. Casaub.

*Segnis.* Senatu segniore in exsequendis conatibus. Cl. 16.

*Segniter* et delicate. Cal. 43. Oppon. *festinanter et rapide.*

*Segnius* curare al. Cl. 9. — neque eo segnius. Ner. 20.

*Segnities.* super veterem segnitiae notam. Cl. 5. paulatim in desidiam segnitiemque conversus est. Galb. 9.

*Selibra* farris. Gr. 11.

*Sella.* *magistratus v. Principis.* decem — amicis sellam suam circumstantibus. A. 35.

laxatis sellae curulis compagibus. A. 43. medius inter

Consulum sellas tribunicio subsellio sedebat. Cl. 23. sella castrensis. Galb. 18.

*sella gestatoria.* Ner. 26. Vit. 16. quae saepe simpl. *sella.* saepe adaperta sella per publicum incessit. A. 53. (*Dio:* φορεῖον κατάστεγον v. δίφρος κατάστεγος, nostr. *Tragsesse.* v. *Scheffer.* de re vehic. 2, 4.) viatores ne per Italiae oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent. Cl. 25.

*muliebris sella.* Oth. 6 coll. *Tac.* Hist. 1, 27. qui *sellam* et ipse dicit. *Plutarch.* φορεῖον, *Dio:* σκιμπόδιον κατάστεγον. v. *Scheffer.* 2, 5. *Lips.* Elect. 1, 9.

*Sellaria*, locus, in quo dispositae sellae ad nefandam libidinem. T. 43.

*Semel.* quinquies — quater — et rursus semel. C. 37.

*semel atque iterum.* A. 22. 27. Cl. 46.

*semel — iterum* post *Bis.* v. *Bis.*

*Semen.* sui seminis esse credebat. Cal. 25.

*Semestris.* consilia semestria. A. 35. consulatus quatuor gessit, primum bimestrem, secundum et novissimum semestres, tertium quadrimestrem. Ner. 14. semestrem novissimum, bimestres ceteros. Cl. 14.

semestres militiolae. Juven. loco, qui spurius videtur.

Formam *bimenstris*, *trimenstris*, *semenstris*, ut genuinam praefert Oudend. ad C. 80. cf. Drakenb. ad *Liv.* 4, 24. et 21, 43. §. 15. Oudend. ad l. c. de duplici etiam significatione vocis exponit, quae modo *sex* s. *senos menses*, ut apud Nostrum semper, modo contracta ex *seminenstri*, unde *semimenstruum* v. *semenstruum* ortum, *dimiduum mensem* indicat.

*Semesus.* semesa opsonia. T. 34. Vit. 13.

*Semet.* v. *Sui.*

*Semiambustus.* cadaver — tumultuario rogo semiambustum. Cal. 59.

*Semianimis.* paene semianimis. A. 6. semianimisque adhuc. Ner. 49. semianimes palpitantesque in carcerem rapti. T. 61.

*Semibarbari.* C. 76. *Semigraeci.* Gr. 1.

*Semicrudus.* semicruda exta. A. 1.

*Seminudus.* Vit. 17.

*Semiperfectus.* opera sub Tiberio semiperfecta absolvit. Cal. 21.

*Semita.* per arundineti semitam. Ner. 48.

*Semiurere.* semiustum cadaver. Dom. 15.

*Semiustulare.* corpus in Amphitheatro semiustulandum. T. 75. v. *Cic.* pro Milon. 13.

*Senatus* distingu. a *populo* et *Equite.* v. *Populus* et *Eques.*

Senatus ob eundem coetum festinato *coactus.* C. 16. coacto Senatu. T. 23.

Senatus *legitimus.* A. 35. Oppon. *indictus* v. *edictus.* indicto Senatu. Lucan. postquam Senatus Idibus Mart. in Pompeji Curiam edictus est. C. 80. die Senatus. A. 53.

Senatum habere. A. 29. Sen. agere. C. 88. A. 35.

referre ad Senatum. C. 28. A. 35. cf. *Referre.*

consulere Senatum. C. 29. A. 56. Rh. 1. cf. *Senatusconsultum.*

Senatus *censere* et *decernere* dicitur. v. haec verba. auctor Senatui fuit decernendi. Vesp. 11. auctor Senatui fuit mittendae legationis. Oth. 8. cf. *Decretum.*

sententiam dicere in Senatu. Cl. 9. v. *Sententia.*

*agere cum Senatu*, *actum* v. *acta res in Senatu*, *acta Senatus.* v. *Agere.*

quae apud Senatum proposuerat agere. C. 81.
Senatum adire. T. 27. ingressus Senatum. Oth. 7. Senatui interesse. Dom. 11. in Senatum introducere aliquem. Oth. 2. in Senatu. C. 20. T. 28. 52. A. 27. 54. 101. Cl. 1. Dom. 13. al.
frequente Senatu. Cal. 44. ad frequentem Sen. referre. A. 55. — proximo Senatu. C. 79. Cl. 26.
cognitionem Senatui detulit. C. 23. ad disquisitionem Sen. vocare aliquem. Ner. 2.
causam in Senatu dicere. T. 30. damnandum Senatui tradidit. A. 66. redditurum eum Senatui rationem. T. 22. negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. A. 3.
citra Senatus populique auctoritatem. C. 28. ex Senatus auctoritate. Cl. 12.
Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente poenam. C. 14.
Senatus arbitratu. T. 34. constitutiones Senatus. T. 33. Senatusconsultum. v. infra.
Senatu cognitionem — flagitante. T. 28.
bonum Principem — Senatui servire debere. T. 29. conservatis Senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate. T. 29. ne se Senatus in acta cujusquam obligaret sequ. T. 67.
commeatus a Senatu peti solitos. Cl. 23. provincias Achajam et Maced. Senatui reddidit. Cl. 25.
quod non de rebus gestis Senatui scriberent. T. 32. — vetus epistola Graeca Senatus populique Rom. Cl. 25.
commendare al. exercitibus, ac Senatui populoque Rom. Cl. 6.
legatum se Senatus ac populi Rom. professus est. Galb. 10. qui prius a Galba ad Senatum defecerat. Vit. 8.
Senatum literis deprecatus est, ne sequ. C. 29. de filia absens ac libello per Quaestorem recitato, notum Senatui fecit. A. 65. coll. Ner. 15. Tit. 6.
absentem Senatum populumque gravissimo objurgavit edicto. Cal. 45. deflexa omni acerbitate in Senatum. Cal. 48. infensum Senatui Cajum. Vesp. 2.
Senatum epistola in ultionem sui Reique publ. adhortatus est. Ner. 41. ne tunc qu. Senatu aut populo coram appellato. Ner. 41. dissimulata Senatus mentione. Ner. 37.
ad tam insignem despecti Senatus contumeliam. C. 79. se neque civem neque Principem Senatui amplius fore. Cal. 49.
Senatui affirmare al. C. 52. Vesp. 25. apud Sen. excusare al. T. 68. apud Sen. jactare. Dom. 18.
experturum se illa die, quam carus Senatui esset. Dom. 11.
ut principio anni Senatum adorirentur. C. 9. et ipsum et Senatum aggredi destinarant. A. 19. caedem Senatus flagitantes. Oth. 8. Senatum quasi parricidam incessere. Cl. 12.
Senatum universum veneno per convivia necare. Ner. 43.
magistratibus ac Senatu domum accitis. A. 28. Senatui ac magistratibus. T. 29. Consules cum Senatu et cohortibus urb. Forum Capitoliumque occuparant. Cl. 10.
neque Senatu interveniente. C. 30. cunctante Senatu. A. 26. precantem Senatum et accumbentem sibi ad genua. T. 24. Senatu segniore in exsequendis conatibus. Cl. 10.
Senatu adstante. T. 17. Senatu prosequente. Cal. 16.
*patronus Senatus* dictus Liv. Drusus. T. 3.

e primoribus velut instar Senatus instituit. Galb. 10.
peregrinis in Senatum allectis. C. 80. Senatum supplevit. C. 41. v. not. coll. C. 76.
Senatus lectione. A. 54. coll. c. 35. recenso Senatu et Equite. Vesp. 9.
Appium Caecum Censorem — libertinorum filios in Senatum allegisse. Cl. 24. v. not.
*sedere in Senatu* h. e. *spectaculis inter Senatores*. Cl. 25. in orchestram Senatumque descendit. Ner. 12. h. e. *in orch.*, *ubi sedes Senatorum.*
epulum Senatui equestrique ordini dedit. Cal. 17. Senatui quoque et Equiti oleum praebuit. Ner. 12.
*Senatusconsultum.* pronunciavit SCTum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat. C. 84. confisum eum novissimo illo SCTo ac jurejurando. C. 86.
SCTo interdictum, ne Equites Rom. scenicas et gladiat. operas ederent. A. 43. v. not. coll. T. 35.
cavit SCTo, ut sequ. A. 65. quum SCTo cautum esset, ut. T. 75. quum per SCTum sanxisset. T. 48.
Antoniae aviae, quicquid unquam Livia Aug. honorum cepisset, uno SCTo congessit. Cal. 15.
simulacrum Felicitatis ex SCTo publicatum. T. 5.
quum SCTum per discessionem forte fieret. T. 31. eos — curasse, ne SCTum ad aerarium deferretur. A. 94. v. *Aerarium.*
vetus SCTum de Rhetoribus. Rh. 1.
omitto SCTa. A. 57. Gallo accusatorum denunciationibus et SCTis ad necem compulso. A. 66. scripta SCTis abolita. Cal. 16.
instrumentum imperii pulcerrimum ac vetustissimum, quo continebantur paene ab exordio Urbis SCTa, plebiscita sequ. Vesp. 8.
*Senator.* Senator novus. C. 80. familia, in qua primus Senator pater suus fuerit. A. 2.
patricius necdum Senator. A. 10. De hoc discrimine v. not. ad C. 41.
si quid adversus te liberius, sicut Senator, dixero. T. 29. licere oportere Senatoribus de Rep. loqui. A. 54. — Consuli primum, deinde magistratibus, ac mox Senatoribus singulis. Vit. 15.
sanxit, ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur. C. 42. liberis Senatorum, quo celerius Reip. assuescerent, protinus vir. togam, *latum clavum induere* et Curiae interesse permisit. A. 38. v. n. Senatori *latum clavum ademit.* T. 35. — ingredientibus Curiam Senatoribus. Dom. 9. —
Senatorum affluentem numerum (v. C. 41. 71. 80.) — ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus. A. 35. legere Senatorem. Cl. 24. quum auctore Tiberio secerni minus idoneos Senatores removerique placuisset. Vit. 2.
comitiis tribuniciis, si deessent candidati Senatores, ex Equitibus Rom. creavit. A. 40. ubi v. not. de *tribunatu a Sulla Senatoribus tantum dato.* coll. A. 10. —
Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies HS. taxavit. A. 41. ubi v. not. de *censu*

*Senatorum.* paucorum Senatorum inopia sustentata sequ. T. 47. v. not. coll. Ner. 10.

decretum Patrum, ut, quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. A. 44. *Circo max.* propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. Cl. 21. v. not.

Senatorum nobilissimo cuique, sed a re fam. destituto, annua salaria, et quibusdam quingena, constituit. Ner. 10.

Senator discerptus in Curia. Cal. 28. relegatus Senator praetura functus. Cl. 35.

duo Senatores prae turba elisi. C. 39.

saepe in cunctos pariter Senatores — invectus est. Cal. 30.

quidam Senatores interemti a Germanis, corporis custodibus. Cal. 58.

in quinque et triginta Senatores — animadvertit. Cl. 29. complures Senatores, in his aliquot consulares, interemit. Dom. 10.

exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores. Ner. 12. v. not.

ne reliquis qu. se parsurum Senatoribus. Ner. 37.

ne admissum qu. tunc quemquam Senatorum, nisi solum et praetentato sinu. A. 35. ut neminem Senatorum, nisi aut officii aut negotii causa, ad lecticam suam admiserit. T. 27.

vetuit etiam, quemquam Senatorum sibi occurrere. Cal. 49.

de jurgio quodam Senatoris Equitisque Rom. ita pronunciavit: non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile fasque esse. Vesp. 9.

Senatorum humeris delatus in campum, - crematusque. A. 100.

*Senatorius* ordo. v. *Ordo.* — senatoria munera. A. 35.

senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Cl. 24.

domus senatoriae. Cl. 25. h. e. *Senatorum.*

*Senex.* lusit — etiam senex. A. 71. se senem. T. 65. quem senem adolescens observaverat. T. 70.

qui triumphum — tam inepte senex concupisset. Vesp. 12. —

Sestio Gallo, libidinoso ac prodigo seni. T. 42. hirsuto atque olido seni. T. 45. quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat. Cal. 11. invenit — atratum juxta senem. Galb. 18. ad invitandos in libidinem juvenes senesque. Cal. 41. Juvenalibus senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum. Ner. 11. nonagenarius senex. Dom. 12.

*Senior.* jam senior. A. 29. 85. Cal. 56. Rh. 6. senior quoque. Rh. 1.

*Senium.* senio vel aliqua corporis labe insignibus. A. 38. senio confectos. Cal. 26.

ex senio mortem, ex morte compendium captans. T. 48. h. e. *exspectans ob cujusque senium maturam mortem, et inde compendium.*

causatus senium cujusque et imbecillitatem. Cal. 44.

*Senecta.* in senecta. A. 79. Galb. 4. vixit ad extremam senectam. Gr. 11. ad summam senectam. ibid. senectam concepit. Ner. 40. h. e. *sperare coepit.* despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem ratus. Galb. 17.

*Senectus.* dare vos aliquam senectuti meae requiem. T. 24.

*Senescere.* tranquillissime senuit. A. 2.
comam in adolescentia senescentem. Dom. 18.

*Seni.* bis seni equi. A. 94.
*Senio.* senionem mittere (in aleae lusu.) A. 71. Nos: *eine Sechs werfen.*

*Sensim, Sensus, Sententia.* v. infra post *Sentire.*

*Sentire.* ita feri, ut se mori sentiat. Cal. 30. — ut quam sensisset sui quoque sub priore marito appetentem. T. 7. Cajum alieniorem sibi sensit. T. 12. quibus eum invisum sentiebat. A. 10. quod negligere marium pignora sentiebat. A. 21. quum vim legis eludi sentiret. A. 34. suspectos se sentiebant. Cal. 56. quum sentiret antidotis praemunitam. Ner. 34. quod ut sensit. Ner. 49. ut eos — corripi sensit. Oth. 11.
commendari se verecundia oris adeo sentiebat. Dom. 18.
quam quotidie perire sentio. T. 67.
i. q. *animo aliquid judicare et velle.* gravius, atque ipse sensisset. C. 14.
quasi conspiratis, idemque et unum sentientibus. Ner. 43.
ut jam vix ullus esset, qui non et sentiret et praedicaret sequ. Oth. 4.
*Sensus.* sensum animi quam apertissime exprimere. A. 86.
*Sententia, id quod quis sentit de aliqua re,* unde
i. q. *animi persuasio.* ex animi sententia. T. 59. (*aus Ueberzeugung.*)
i. q. *voluntas.* talem ei mortem paene ex sententia obtigisse. C. 87. (*nach Wunsch.*)
i. q. *judicium, opinio de al. re.* habes nostras sententias. Cl. 4.
maxime *Senatorum de re, quae relata est ad Patres.*
ex eo nunquam non in Senatu novissimus consularium sententiam dixit. Cl. 9. ut ei dicendae inter consulares sententiae jus esset. ibid.
proximo Senatu L. Cottam sententiam dicturum, *ut* sequ. C. 79. rogare aliquem sententiam. C. 21. ordo interrogandi sententias. ibid. v. not. sententias de majore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat. A. 35. sententiae loco censere seq. acc. c. inf. Cal. 60. sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire. C. 14. Munatii Planci sententia. A. 7. quaedam adversus sententiam suam decerni. T. 31. onerare sententia sua quemque vel sublevare. Cal. 53.
ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere. Rh. 1.
et *judicum.* sententia judicum de ambitu condemnatos. C. 41.
de sententia judicum (in certamine.) Cl. 11. de consilii (militaris) sententia. T. 18.
matronas ut propinqui more maj. de communi sententia coercerent. T. 35.
conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens. Ner. 15.
ambitiosas Centumvirorum sententias rescidit. Dom. 8.
super quadrag. reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit. Cal. 38. nunquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronunciavit. Dom. 11.
i. q. *argumentum, sensus,* nostr. *Inhalt.*

tabula, conscripta literis verbisque Graecis, hac sententia. C. 81. ex Electra Attilii alia, ad similem sententiam. C. 84. quorum carminum sententia erat. Galb. 9.

i. q. *enunciatio*, h. e. *cogitatum aliquid verbis expressum*, nostr. *Gedanke*.

quis sententiis aut acutior aut crebrior. C. 55. vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate. A. 86.

*Sensim* h. e. *lente, paulatim*. sensim regressus domum. T. 11. aquila ingressos viam sensim antecessit. Vit. 9.

lingua morsuque sensim appetentes. T. 44.

petulantiam sensim quidem primo et occulte exercuit. Ner. 26. h. e. *lente, tarde*, Gr. βραδέως. Oppon. c. 27. „*paulatim vero invalescentibus vitiis — ad majora palam erupit.*"

donec sensim haec exoleverunt. Rh. 1.

(cf. loca *Gell.* 5, 14. „*sensim atque placide* accedit." 6, 4. „grassante sensim veneno." *Cic.* Off. 1, 33. „*sensim pedetentimque.*" ibid. „*sensim* dissuere, quam *repente* praecidere." Fin. 5, 15, 41. „*sensim tardeve.*" *Lamprid.* Diadum. c. 4. „aquilam sensim palumbum attulisse." al.)

*Separatim* oppon. *cum collega*. C. 10. ut separatim in eo publica judicia — fierent. A. 29.

virginibus Vest. locum in theatro separatim — dedit. A. 44. (nisi h. l. leg. *separatum*.) plebi Rom. viritim, atque etiam separatim vicorum magistris. T. 76.

*Sepelire*. Dom. 15.

*Sepulcrum*. sepulcra vetustissima. C. 81. Julias vetuit sepulcro suo inferri. A. 101. clarorum virorum sepulcra. Cal. 3.

*Sepultura*. uni suppliciter sepulturam precanti. A. 13. ambobus communem sepulturae honorem tribuit. A. 17. sepulturae dare al. Galb. 20. locum ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. T. 1.

*Sepire*. De orthographia v. Drakenb. ad *Liv*. 8, 8. §. 10.

insula septa undique — rupibus et profundo maris. T. 40. Agrippam — sepsit custodia militum. A. 65. Unde *septantium* pro *sectantium* suasit etiam C. 86. Oudend. — *Septa*. v. ind. prim.

*Seponere*. nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam. Cal. 47.

Saepe mitius est vocabulum pro *relegare*, nostr. *entfernen*.

Agrippam — seposuit Surrentum. A. 65. Agrippa abdicato atque seposito. T. 15.

sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Oth. 3. (coll. *Tac.* Hist. 1, 13. et 1, 88.) fratrem — nec occidere, neque seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit. Tit. 9.

*September*. v. ind. prim. — *Sepulcrum*, *Sepultura*. v. *Sepelire*.

*Sequi*. ut quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti. C. 70.

sequentibus currum — plausoribus. Ner. 25.

qui cum eo civili discordia Lepidum secuti. C. 5.

in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus. Gr. 20. non repertis, qui sequerentur exemplum. Cl. 26. quod — Isaurici sectam sequeretur. Rh. 4.

genus eloquendi secutus est elegans et temperatum. A. 86. nec minore cura Graeca studia secutus est. Cl. 42.

videtur eorum potius sequi opinionem, qui sequ. A. 88. secuti levem conjecturam. T. 5.

sequenda est igitur — publici instrumenti auctoritas. Cal. 8. secuta sunt aliquanto manifestiora et tristiora. Galb. 18. cf. *Insequi.*

*Sequens* v. *Primus* et *Prior.*

*Secutores*, gladiatores, qui cum retiariis pugnabant, sequentes cum cuspide et massa plumbea, ut *Isidor.* 18. 55. Alia iis arma tribuit *Xiphil.* 72, 19. qui de Commodo: ἤσκει δὲ καὶ ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος καλουμένου, τὴν μὲν ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸ δὲ ξίφος τὸ ξύλινον ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχων. v. Reimar. ad h. l., Lips. Saturn. 2, 7. et interpr. ad *Juvenal.* 8, 200. sequ. cf. *Retiarii.*

retiarii tunicati quinque — sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant. Cal. 30.

*Sectari.* Hispanorum custodias, cum gladiis sectantium se. C. 86. ex emendat. Casauboni. Alias conjecturas vir. doct. v. apud Burm. et Oudend.

reliquos gentis ejusdem, vel similia sectantes. T. 36.

in evolvendis — auctoribus nihil aeque sectabatur, quam praecepta et exempla sequ. A. 89. h. e. *quaerebat.* minima commoda non minimo sectantes discrimine. A. 25.

dum amplissimam quamque (causam) sectatur. Rh. 6.

*Sectatores.* hic non tam discipulos, quam sectatores aliquot habuit. Gr. 24.

*Secta* pr. est a *Secare*, ut Gr. σχίσμα a σχίζειν. v. *Becmann.* Orig. L. L. p. 1015. et 1018. Sed affinitas soni et significationis fecit, ut ad *Sequi* referretur. Est enim *pars, quam quis sequitur*, sive *in civitate*, ubi est i. q. *factio.* Ita: quo magis poenitentiam prioris sectae approbaret. A. 12.

sive *in controversiis et scholis eruditorum.* studio Epicureae sectae. Gr. 8. sectae Stoicae. Pers. transiit ad Q. Sextii philosophi sectam. Gr. 18

quod in Rep. administranda potissimum consularis Isaurici sectam sequeretur. Rh. 4. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 45, 4.

*Serenus.* unde *serenum* pro substant. liquido ac puro sereno. A. 95. v. not.

*Serere.* inter plebem et Equitem causam discordiarum serens. Cal. 26.

*Sericatus* i. q. *serica veste indutus.* Cal. 52.

*Series.* triplici serie connexi. T. 43. custodiarum seriem recognoscens. Cal. 27.

*plural.* litium series ubique majorem in modum excreverant. Vesp. 10. (*Vell.* 2, 118., „simulantes *fictas litium series.*")

*Serio.* vel serio vel joco. A. 53.

*Serius.* v. *Serus.*

*Sermo.* Grammatici Latini, ut *Varro* de L. L. 5, 7. et *Serv.* ad *Virg.* Aen. 6, 160. a voc. *series* et *serere* deducunt. Referendum potius ad Gr. ἔρω, a quo *serere* et *series* et ipsa descendunt. Cohaerent autem Gr. ἔρω et ῥέω, ut Germ. *reden* et *sprechen.* cf. Scheid. ad Sanct. p. 990.

distingu. a *continua oratione.* si quid in sermone vel in continua oratione blandius de se diceretur. T. 27. exstat et sermo ejus in Senatu percivilis. T. 28. —

quotidiano sermone. A. 87. dicente quodam in sermone communi. Ner. 38. v. *Communis.*

vel in sermone, vel tacitus. A. 79. in sermone nato super coenam. C. 87. ad communionem sermonis tacentes —

provocabat. A. 74. plurimus illi sermo de Circensibus erat. Ner. 22. quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset. A. 27. constanti et opinione et sermone paene omnium. T. 39. —

distingu. a *colloquio*. sermonis et colloquii usus (quibusdam ademtus.) T. 61. Aliud enim est *verba facere ad aliquem*, aliud *diutius colloqui*. Nos: *Rede u. Gespräch*.

plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo. T. 68.

Saepe tamen dicitur de *colloquio*, sed ita, ut hoc familiarem magis consuetudinem significare, *sermo* de gravioribus rebus adhiberi videatur. Ita nos distingu. *Unterredung* et *Gespräch*.

sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviores, nonnisi scriptos et e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. A. 84. revocatum ex itinere Tiberium diu secreto sermone detinuit. A. 98. egresso post secretum sermonem Tiberio. T. 21. ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones (sc. *cum proximis*, *et quos ipse habebat*), superveniente eo, abrumperet. ibid. congressum ejus assiduum vitavit, et longiores secretioresque sermones. T. 50. dextram obambulantis — quoad peragaretur sermo, continuit. T. 25. non oportere quemquam a sermone Principis tristem discedere. Tit. 8. nec ullo mox sermone dignatus est. T. 53.

i. q. *brevior oratio*, *allocutio*, nostr. *Anrede*.

nullo sermone alio apud milites usus. Vit. 8. ut ne scripto qu. ac sermone cujusquam appellaretur aliter. Dom. 13. inventus est postea in scrinio ejus hac de re sermo formatus. Ner. 47.

quum ex persona Caesaris sermo sit. C. 55. h. e. *quum Caesar ipse in hac oratione verba faciat*, *loquatur*.

unde *sermo* saepe i. q. *verba*, *quae de aliqua re fiunt*, *expositio rei*.

si longo sermone morer tua tempora. Horat. i. q. *multis verbis*.

maxime de *disputatione virorum doctorum*. inter longos ac vulgares sermones. Gr. 24. in antisophistas, quos omni sermone laceravit. Gr. 9.

Ita *sermones Horatii* vit. Hor. sunt *uberiores descriptiones vitae morumque hum.*

*sermo* i. q. *ratio loquendi et sententias efferendi*, nostr. *Ausdruck*, *Sprache*.

lecto sermone. Ter. 5. puri sermonis amator. ibid. sermonis tamen nec inelegantis. Dom. 20. capiebat homines quum memoria *rerum*, tum facilitate *sermonis*. Gr. 23. *sermonis rerumque* tantam saepe negligentiam ostendit. Cl. 40.

sermonis Latini exactor molestissimus. Gr. 22. reliquit non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. Gr. 24.

i. q. *lingua*, *qua utitur gens aliqua*. sermo Latinus. Cl. 1. 16. Graecus. T. 71. Ner. 20. ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu et sermone uterentur. A. 98.

an Asiaticorum oratorum — verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda. A. 86.

sermonem Germanicum addiscere. Cal. 47.

*Sermocinari*. Zenonem quendam, exquisitius sermocinantem. T. 56.

*Serpens.* serpens draco. T. 72. serpentis exuviae. Ner. 6. Antea *draco* dicitur.
*Serra.* medios serra dissecuit. Cal. 27.
*Serus.* Antonium, seras conditiones pacis tentantem. A. 17. (*zu spät.*) Ita etiam
*Sero.* sero cognovit et Senecam. Pers. non aliud respondit, quam *Sero.* Ner. 49. — serius. C. 65. A. 74. paulo serius. Cl. 8.
*in serum usque* patente cubiculo. Oth. 11. in serum dimicatione protracta. A. 17. spectaculum — in serum protrahebatur. Ner. 22.
*Servare.* nostr. *bewahren.* sincerum atque — incorruptum servare populum. A. 40.
puras servare manus. Tit. 9. — urbani, servate uxores. C. 52.
*erhalten.* hunc magni aestimavit servare quoquo modo — et servasset sequ. Vesp. 15. unum partis adversae servare. C. 75. men' servasse, ut essent, qui me perderent. C. 84.
servavit etiam excusantibus insigne vestis sequ. A. 35.
i. q. *observare*, nostr. *halten.* ne Judaeus qu. tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi. A. 76.
i. q. *reservare*, nostr. *aufbehalten*, *aufbewahren.* quum oblatos tuberes servari jussisset in crastinum. Dom. 16. quam servatam triumpho magno opere cupiebat. A. 17.
durarent, secundisque se rebus servarent. Cal. 45. (e *Virgil.* Aen. 1, 207.)
*Servus.* opp. *domino.* nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse. Cal. 10. Ita T. 25. Cl. 25. al. v. *Dominus.*
servus Aemilii Pauli interficere conatus Augustum. A. 17.
a manu servus. C. 74. (a manu simpl. A. 67.) servus nomenculator mulieris. A. 19. servum praelucentem. A. 29. —
libertis servisque ejus ferro et igni crudelem in modum enectis. C. 75. neque adiri a quopiam libero servove — permisit. A. 65. comites servosque ceteros (sc. praeter medicum et cubicularios duos) dimiserat. C. 4. assumtis compluribus libertis ipsius atque servis. Cl. 15.
monetae publicisque vectigalibus peculiares servos praeposuit. C. 76.
viginti servorum millia manumissa et ad remum data. A. 16. eosque servos adhuc viris feminisque pecun. indictos, ac sine mora manumissos sub priore vexillo habuit. A. 25. certum dominis servorum numerum indixit. Ner. 44. servis ad pileum frustra vocatis. T. 4. — manumissio servorum ab Aug. legibus cohibita. A. 40. —
summota operariorum servorumque turba. Cl. 22.
servi, quos — muneri acceperat. Galb. 10. quem, prodentibus servis, necem Claudio parare, compererat. Oth. 1. — vis hunc nequissimum servum cras audiamus. Dom. 11. (de *delatore.*)
essedario, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti. Cal. 35. h. e. *aurigam.*
damnatorum servi atque etiam liberti venditi. Cal. 39.
veterem morem retinuit, ut liberti servique bis die frequentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent. Galb. 4.

decr., ut, quae se alieno servo junxisset, ancilla haberetur. Vesp. 11.

sub Tib. capital, circa Augusti simulacrum servum cecidisse. T. 58. Metius Pomp. interfectus, quod servis nomina Magonis et Hannibalis indidisset. Dom. 10.

*Servulus*. T. 32. C. 27. 82.

*Servitia* i. q. *servi*. C. 47. A. 42. Ner. 22.

*Servitus*. virginem ingenuam in servitutem asserere. T. 2. sub poena perpetuae servitutis. T. 36. permansit in statu servitutis. Gr. 21. ingratos (libertinos), et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem. Cl. 25.

miseram et onerosam injungi sibi servitutem. T. 24.

*Servilis*. raptum e tribunali servilem in modum torsit. A. 27.

*Servire*. h. e. *servum esse*. ne in vicina regione servirent. A. 21.

unde *se submittere*, *obsequi*. bonum Principem — Senatui servire debere. T. 29. cf. *Dominus*.

*Sessor*. v. *Sedere*.

*Sestertius* h. e. *Sesquitertius*, ἥμισυ τρίτος, *duo asses cum dimiduo*, unde sigla IIS. s. HS., *quarta pars denarii*, cui respondet fere drachma Graecorum.

non ultra quingenos sestertios. C. 38. viritim trecenos sest. legavit. C. 83. cf. *Numus*.

congiarium populo bis dedit trecenos sestertios. Cal. 17. quadringenis in punctum sest. aleam lusit. Ner. 30. quadragena millia sestertiûm. Ner. 20.

*Sestertium* sc. *pondo* i. q. *mille sestertii*. bina sestertia. C. 38. ducenta. T. 42. centum. Vesp. 19. sexcenta, quadringenta, ducenta. T. 46. promisit singulis quina dena sest. Cl. 10. omnibus dena sest. repraesentata et quinquagena promissa. Oth. 5. ducenta sest. Vesp. 4. Terpno Diodoroque citharoedis ducena, nonnullis centena, quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Vesp. 19. quum perductae pro concubitu sestertia quadringenta donasset. Vesp. 22. sestertia centena in annum accepit. Gr. 17.

Ex his locis apparet, *sestertia*, non *sestertios*, intelligenda etiam locis: donatus quingentis sestertiis et anulo aureo. C. 39. (coll. Vesp. 19.) consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit. Vesp. 17. extortis quinquaginta sestertiis. Vit. 7. (coll. Oth. 5. et Vesp. 4.) — legato non amplius, quam octingentorum sestertiorum, prosecutus. Cl. 4.

*Sestertium* cum adverbio num. non est genitivus plur. vocis *Sestertius*, sed nomen singulare neutrius generis, s. *mille sestertii*, ubi ob brevitatem dicendi semper supplendus numerus centenarius. v. post Gronov. de pec. vet. Gesner. ad *Plin*. ep. 7, 29, 1. Efficitur res locis, ubi ablativus occurrit, ut: sexagies sestertio. C. 50. proposito millies sestertio gratuito. T. 48. duodecies sestertio. A. 41. sestertio nonagies. Cal. 39. quadragies sestertio. Ner. 27.

interrogatis procuratoribus, quanti constaret, ut audiit, sestertio centies sequ. Vesp. 19.

Alia exempla hujus formae, ubi *sestertium* nominativus est vel accusativus, sunt: decies sest. T. 44. Ner. 21. Oth. 5. Galb. 8. vicies. A. 101. Cal. 55. Cl. 6. (ubi pessima lectio vulg. *sestertia*.) quadringenties, tricies quinquies, millies et

quingenties; quater decies millies. A. 101. quadringenties. C. 25. quingenties. A. 30. Galb. 5. Oth. 7. octogies. Cl. 9. sestertium millies confiscatum. Cal. 16. super sestertium millies. Ner. 30. C. 26.

salutem sibi et millies sestertium pepigit. Vit. 15. si Hipp. sestertium millies habet. Vesp. 13.

totum illud Tiberii Caesaris vicies ac septies millies sestertium non toto vertente anno absumsit. Cal. 37.

*sestertio* involutus. A. 83. sec. vulg. Turneb. Adv. 3, 18. intelligit *vestem duûm in omnem partem pedum et semissis.* Sed optima emendatio: *segestri* v. *segestro*, quod vide.

*Seu.* v. *Sive.*

*Severe.* C. 48. severissime. C. 43. A. 24. 45. Oth. 1. Vit. 12.

*Severitas.* C. 65. Galb. 7.

*Sevocare.* feminam (ad stuprum.) Cal. 36.

*Sexagenarius.* quasi sexagenarii generare non possent. Cl. 23.

*Sexcenteni.* ut plerumque sexcenteni simul discumberent. Cl. 32.

*Sextans* i. q. *duo cyathi, sexta pars sextarii.* senos sextantes non excessit. A. 77. v. not.

*Sextariolus.* Horat.

*Sextilis.* v. ind. prim.

*Sexus.* liberi sexus virilis. A. 101. sexus feminini. Cal. 7. juvenes utriusque sexus. A. 31.

principum liberi utriusque sexus. A. 100. ex utriusque sexus pube. T. 43. liberos utriusque sexus tulit. Vit. 6. sine ullo sexus discrimine. Cal. 8. ex utroque ordine et sexu. Ner. 11.

muliebrem sexum omnem. A. 44. Leg. *muliebre secus omnes.* v. *Secus.*

*Si. si quis, si qua, si quid* etc. v. *Aliquis. si quem alium,* et se sequ. Cl. 40. v. ibid.

*si quo* sequ. conjunct. i. q. *quoties.* A. 82. — *si quando.* v. *Aliquando.* — *sicubi, sicunde.* v. *Alicubi, Alicunde.*

*si* sequ. conjunct. Gr. ὁπότε. C. 57. A. 92. *si* paulo serius — occurrisset, *et quoties* — addormisceret. Cl. 8.

*si exspectationem* v. *spem* significat. facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium. Cal. 11.

*si* in votis. A. 23. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 95, 4.

sub conditione, si. C. 68. Cl. 24. Vit. 6. sub exceptione; si tamen. C. 78.

*si modo* licuerit. Dom. 16. si modo (*wenn anders.*) Ter. 4. — *utique si.* v. *Utique.*

*si non*, ubi vis est in negatione, non in conditione, v. nostr. *wenn anders nicht.*

si vos non feceritis. A. 26. si tu non valebis. T. 21. si non populum Rom. perosi sunt. ibid. si non dominaris. T. 53. si non reperiretur. T. 71. si non et Vejos occupat ista domus. Ner. 39. et esse illud Latinum, et, si non esset, sequ. Gr. 22.

*siquidem* et *sive* v. suis locis.

*Sic.* sic refert. C. 6.

sic — quasi. A. 53.

*ac sic quoque* h. e. *quamvis haec ita essent,* nostr. *bei dem allen, u. auch da noch.* C. 70. A. 34. 78. T. 65.

*ne sic quidem.* Cl. 3.

*Sicut.* i. q. *exempli causa*, nostr. *wie.* A. 30. 56. 85.

*sicut — ita.* cerim. sicut veteres coluit, ita ceteras contemtui habuit. A. 93. dabat sicut Saturn. viris apophoreta, ita per Kal. Mart. feminis. Vesp. 19. sicut in posterum securitati satis cavit, ita ad praesens plurimum contr. invidiae. Tit. 6.

*sicut erant* loricati. Cal. 45. ὡς εἶχον. sicut erant cruenti. Oth. 8. sicut erat togatus. Cl. 34. sicut vestitus advenerat. Cl. 9. cf. *Ut.*

*Sica.* confodit ferrea sica. Cal. 52.

*Sicarius.* in exercenda de sicariis quaestione eos quoque sicariorum numero habuit, qui sequ. C. 11. v. not. de *lege Cornelia L. Sullae de sicariis.*

si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset. C. 72.

*Siccus.* *siccos* madefacere, exprimere *humentes.* Vesp. 16. — i. q. *jejunus, crudus, rudis.* ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur. Gr. 4.

*Siccare* Pompt. paludes. C. 44. siccati agri. Cl. 20.

*Sidus.* sidus Capricorni. A. 94. cor. distinctas solis ac lunae siderumque specie. Cal. 45.

*sidus* inter blanda nomina. Cal. 13.

*Sigillum.* v. infra sub v. *Signum.* — *Sigillatim.* v. *Singuli.*

*Signum*, omnino, *quod indicat aliquid*, Gr. σημεῖον, τεκμήριον, nostr. *Zeichen.*

unum omnino — signum alienatae mentis ostendit. A. 99. signa quaedam, nec obscura, poenitentis dederat. Cl. 43. ut non aliud jam certius atrocis exitus signum esset. Dom. 11.

unde *vox, qua milites se agnoscunt*, Gall. *la parole.*

signum petere. Cal. 56. 58. Cl. 42. Ner. 9. ubi semper respondet *dare.*

*signum pugnae incipiendae* v. omnino *rei gerendae.*

ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. A. 16.

quod signum convenerat. Oth. 6.

tuba signo dato, primus rastello humum effodit. Ner. 19. unde: concinentibus signis. T. 37. h. e. *tubis*, quibus signum datur. v. Glossar. Liv.

*signum* i. q. *indicium rei futurae, a Diis datum.*

futurae infelicitatis signum evidens. Ner. 6. haud ambiguum summi imperii signum. Galb. 8. quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus, apparuit. Galb. 1. haud dubia signa futuri cujusque fati. Vesp. 5.

*signum, quo quid procul ostenditur.* speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quae, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat. T. 65.

*signa militaria, insignia cohortium et manipulorum*, quibus adstringuntur milites et continentur. *Aquila* erat totius legionis, *signa* partium legionis. v. *Aquila.*

Saepe tamen *signa* latiori significatu etiam aquilas comprehendunt.

Parthi signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt. A. 21. recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. T. 9.

quod solae nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. T. 48.

Artabanus — aquilas et signa Rom. Caesarumque imagines adoravit. Cal. 14. coll. Vit. 2.

inter signa militaria atque vexilla. Ner. 13. inter signa atque vexilla. Vit. 11.

signa jumentis imponere. Cal. 43. lustratis signis. Vit. 9.

neque aquila ornari, neque signa convelli moverique potuerunt. Cl. 13.

aquilam et signa pertinacius flagitantes. Galb. 12. — quantum militum sub signis ubique essent. A. 101.

ad signa pecuniam deponere h. e. *in Principiis*, ubi signa esse solebant. Dom. 7. v. n.

*signum* i. q. *insigne*, *quo cerae impresso aliquis significat, literas a se datas*, v. *non suppositas esse*, frequentius *sigillum*, ob parvam figuram anulo insculptam, unde nostr. *Siegel.*

testamentum obsignaverat etiam humillimorum signis. T. 76. ceteris signa agnoscentibus (*ut genuina*). T. 23. testam. conscripsit ac signis omnium magistratuum obsignavit. Cl. 44.

*signum* i. q. *statua*, quod figuram exhibet hominis v. Dei.

signum Aesculapii. A. 59. Reipublicae. A. 94. gemmae, toreumata, signa, tabulae operis antiqui. C. 47.

*Sigillum* i. q. *parva statua.* tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum. T. 43. (*picturae* ad *tabellas*, *figurae* ad *sigilla* pertinent.)

*Sigillaria.* v. ind. prim.

*Signifer* pr. *qui signum fert militare*, unde *dux et princeps in aliquo conamine.*

seditionibus pantomimorum signifer simul ac spectator aderat. Ner. 26. paene signifer Pisonianae conjurationis exstitit. Lucan.

*Signare* h. e. *anulum signi causa imprimere.*

in diplomatibus, libellisque et epistolis signandis. A. 50. quâ (imagine) signare sequ. ibid. fraude ad signandum vel errore inductos. A. 33. cum tribus signatis aeque voluminibus. A. 101.

cognitio falsi testamenti, in quo et ipse signaverat. Cl. 9. cf. infra *Signatura.*

quum quid per jocum testandi gratia signarent. C. 20.

*Signatores* testamenti. A. 33. T. 23.

*Signatura.* ut in testamentis primae duae cerae (h. e. *tabulae*), testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis ostenderentur. Ner. 17. (Ita plerumque interpretantur locum, ut *signaturis* sit a nomine *signatura.* Sed haud dubie verior ratio, qua *signaturis* notavimus esse *iis*, *qui signaturi essent*, *testibus.*)

*Significare.* quum haruspices, imperium orbis terrae significare domino, pronunciassent. C. 61.

titulum, non acta belli significantem, sed sequ. C. 37.

manu vultuque significans, *ne* sequ. A. 34.

*de hac* significare videtur et Cicero. C. 9. h. e. *hanc innuere, dicere.* (v. Cort. ad *Sallust.* Jug. 84. *de ullo negotio abnuere.*)

momenta, quibus datae (epistolae) significarentur, addebat. A. 50. h. e. *additis mom. significabat, quando datae essent epistolae.* quum al. nunquam soluturos significare vult. A. 87.

*Significatio* (nostr. *Andeutung.*) multasque nec dubias si-

gnificationes saepe jecit, ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus. Ner. 37. (nos: *er liejs sich merken.* Gall. int. *il ne dissimuloit pas.*)

*Silere.* ranas silere jussit. A. 94. sedentibus ac silentibus cunctis. Cl. 21.

*Silentium.* silentio rem obliteravit. T. 22. Ner. 40.

viciniae silentium per milites indicere solebat. Cal. 55. ut Planco silentium imponeret. Rh. 6. — natalem geniti nepotis silentio transegit. Cl 12. h. e. *sine publica festivitate.*

*Silex.* excisae rupes durissimi silicis. Cal. 37.

*Silva.* A. 94. Cal. 45. silva omnis exaruit radicitus. Galb. 1. i. q. *lauretum.*

circumjectas silvas et ambulationes in usum populi jam tum publicaret. A. 100.

in silvis quoque ac nemoribus passim Venereos locos commentus est. T. 43.

opera optimatibus data est, ut provinciae futuris Consulibus minimi negotii, id est, *silvae callesque* decernerentur. C. 19. v. not.

i. q. *congeries rerum*, ut Gr. ὕλη. reliquit non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. Gr. 24.

*Simia.* Ner. 46.

*Similis.* *c. genit.* similem se semper sui futurum. T. 67. Vulg. quoque C. 52. quem quidem nonnulli Graec. similem quoque *Caesaris* et forma et incessu tradiderunt. Sed codd., quibus usus est Oudend., omnes *Caesari*, quemadmodum post illum edidi. Ceterum de usu voc. *similis* cum genitivo, in quo certe non omnes scriptores grammaticorum regulam secuti sunt, vide etiam, quae notavit Görenz. ad *Cic.* Fin. 5, 5, 12.

*c. dat.* commoto similis. A. 51. amenti similis. Cl. 15. similis attonito. Cl. 37. destituto similis. Galb. 11.

simillimum dixit puero, de quo somniasset. A. 94. quam fama erat Agrippinae simillimam. Ner. 28.

similes ajebat esse aureo hamo piscantibus. A. 25.

simili modo. Ner. 25. *Similiter.* Ner. 35.

*Similitudo.* her. ac Dearum personis effectis ad similitudinem oris sui. Ner. 21.

*Simulare.* valetudinem. T. 25. febrem. Oth. 6. morte simulata. Ner. 23. simulata dementia. A. 19. simulatam a se stultitiam ex industria. Cl. 38. poenitentiam simulans. Cal. 59. simulavit et ipse mire modestiam. Dom. 2. reconciliatione simulata. Ner. 34. jurgia cum servis plerique simulantes. Ner. 45.

unde i. q. *fingere.* ab ipso Cajo famam caedis simulatam et emissam. Cal. 60. quasi de industria simularentur (tabellae.) Cl. 29.

*c. accus. et inf.* prolatis libellis, quos crematos simulaverat. Cal. 30.

libertinam etiam diligere simulavit. Oth. 2.

*Simulatio.* moderationis simulatione. T. 57. per simulationem colloquii. A. 79. (nostr. *Vorgeben.*) inducti per simulationem comoedi. Cl. 45.

*Simulacrum*, *imago*, *ad alicujus similitudinem efficta.*

sim. Dei (Neptuni.) A. 16. Jovis. Cal. 33. 57. Julii. A. 17. Augusti. T. 58. Felicitatis. T. 5. simulacrum aeneum Deae, cubitali majus. Galb. 4.

utriusque simulacrum aeneum posuit. A. 96. in templo simulacrum stabat aureum iconicum. Cal. 22. taurus Pasiphaen, ligneo juvencae simulacro abditam, iniit. Ner. 12.

simulacra juxta Deos (decerni sibi passus est.) C. 76. permisit ea sola conditione (statuas atque imagines sibi poni), ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta aedium, ponerentur. T. 26.

ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat. A. 57. simulacra ex auro vel argento fabricata conflavit. Ner. 32.

a simulacris gentium, ad Pompeji theatrum dedicatarum, circumiri. Ner. 46. —

aurata aedes *ad simulacrum* templi Veneris Gen. C. 84. h. e. *ad formam, ad similitudinem.* v. Duker. ad *Flor.* 4, 2, 88.

*Simplex.* simplici morte punire al. C. 74. h. e. *non cum cruciatibus conjuncta.*

crimen paucorum simpliciumque verborum. T. 61. h. e. *apertorum, in quibus nulla fraus vel dolus.* Ita *Quintil.* 9, 2, 59. „quae *simplicem quandam et non praeparatam ostendendo orationem* minus nos suspectos judici faciunt." Contra §. 69. *verba dubia et quasi duplicia* dicit. *Plinius* ep. 1, 13, 2. *dissimulanter et furtim*, et *simpliciter et libere* opponit, et l. 5, 3, 1. *amice simpliciterque* jungit.

*Simpliciter* et palam lusit. A. 71. h. e. *aperte et sine dissimulatione.*

*Simplicitas.* simplicitate eorum et fiducia motus. Cl. 25. h. e. *ingenio aperto, ab omni dissimulatione alieno*, nostr. *Geradheit, natürliche Offenheit.*

*Simul.* a quo simul ambulante. A. 67. ora et oculos simul ludentium infantium. Cal. 25. dilabentibus etiam, qui simul erant. Vit. 16. consulatu, quem simul gesserant. C. 19.

intravit ordine suo, *simul* praefecti praet. citharam sustinentes, *post* Tribuni mil, *juxtaque* amicorum intimi. Ner. 21.

*et singuli* in suo quisque regno — *et cuncti simul.* A. 60.

SCTum, quo *omnia ei divina simul atque humana* decreverat. C. 84.

ad triumphum *simul* consulatum*que*. C. 18. dictaturae potestas, decretae cum consulatibus simul. C. 76.

simul *in suum ac Reip.* auxilium. A. 10.

quas *secum simul* defendissent. C. 1. *simul* foris *ille*, *ipse* Romae. C. 9.

*parte* Liburnicarum demersa, *simulque ejus*, in qua vehebatur, fusis armamentis sequ. A. 17. dolore amissarum sarcinarum, *ac simul* fabularum. Ter. 5. exemplar epistolae — *simul* rumor — *praeterea* — *et.* Vesp. 6.

*ob haec simul et ob* infirmam valetudinem. C. 81. exempli *simul* causa, *et* quod sequ. Cl. 11. *simul et* ad speciem, *et quo* sequ. C. 67. ubi vide, quae Oudend. docte disputavit contra Burm., qui in Addendis cum Cortio ad *Plin.* ep. 2, 17, 5. deletum voluit *et* prius post *simul.* Excitavit ille *Caes.* B. G. 4, 24. „*simul et* de navibus desiliendum, *et* in fluctibus pugnandum." l. 7, 48. „*simul et* cursu *et* spatio pugnae defatigati." v. Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 26, 43. §. 6., ubi J. Fr. Gronov. et ipse exemplis prius *et* post *simul* impugnaverat, Drakenb. ad 32, 18. §. 3. l. 33, 12. §. 2., ubi utriusque usus plurima exempla dedit.

Ita Graeci modo ἅμα, καί, modo ἅμα τε, καί, modo ἅμα μέν, ἅμα δέ, et hoc nonnunquam repetitum. cf. Lex. Xenoph. sub voc. ἅμα.

*simul* pro *simulac.* simul hanc excepero. Ner. 34. v. Drakenb. ad *Liv.* 4, 31. §. 5. et maxime ad l. 6, 1. §. 6.

*simul atque ante vocalem.* simul atque indigere cibo coepisset. Galb. 7. cf. *Atque.*

*ante literam liquidam.* simul atque libuisset. C. 29.

*simulac primum.* Gr. ὡς πρῶτον. C. 30. Ner. 43. v. Burm. ad utrûmque locum, interpr. ad *Liv.* 6, 1. §. 6.

*Simultas.* simultate cum Fulvia socru exorta. A. 62. dehinc ad simultatem usque processit. T. 51. deposita simultate, quam in id tempus — non obscure gerebat. Vesp. 6.

simultatem indicere alicui. Ner. 25. Oppon. *amicitiam offerre.*

*simultates excipere* et *deponere* oppon. C. 73.

*Simus.* venit is simus a villa. Galb. 13. Al. suadent *ohe simus,* vel, quod edidit Oudend., *io Onesimus.* v. not.

*simus* Augustus in literis ponere solitus pro *sumus.* A. 87.

*Sincerus.* sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. A. 40.

*Sine.* non sine rumore. C. 2. non sine summa dignatione. C. 4. non sine profusissima largitione. C. 13. nec sine jurejurando. C. 30. non sine venustate. C. 55. non sine verb. contumelia. A. 13. non tamen sine magnis suis discriminibus. A. 14. non sine magno — dilectu. A. 74. non sine admiratione. A. 94. non sine magno angore animi. T. 7. non sine veneni suspicione. Cal. 1.

*Sinere.* nihil aliud agi sinetis. T. 28.

*Singuli.* singula interdum mancipia — viritim dedit. C. 26. singula millia nummûm a se dividebat. A. 40. singula nummorum millia pro singulis dividebat. A. 46. singula millia denariorum praetorianis. T. 48.

ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset. A. 32.

quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. A. 33. et singuli in suo quisque regno — et cuncti simul. A. 60. in appellandis venerandisque et singulis et universis. T. 29. — ne singula enumerem. Cal. 37.

*Singillatim.* Hanc ut unice veram scripturam probat Oudend. ad A. 9. et Cl. 29. ubi v. etiam Graev. Ortum est ex *singulatim* forma deminutiva, quod et ipsum libri frequentant. Corruptum ex utroque est *sigillatim.*

Conferas, quae ipsi notavimus ad A. 9.

proposita vitae ejus velut summa, partes singillatim exsequar. A. 9.

de quibus singillatim ab exordio referam. T. 42. singillatim crudeliter facta ejus exsequi, longum est. T. 61. Oppon. *genera saevitiae enumerare.*

ne singillatim minora quoque enumerem. Cl. 29.

ut, continuis actionibus omissis, singillatim quaeque per vices ageret. Ner. 15.

veterani, decuriae, tribus, atque etiam singillatim e cetero genere hominum. A. 57.

*Singularis.* erat illi locus in edito singularis. A. 72. i. q. *secretus.*

benivolentia singularis. Cal. 3.

*Sinister.* si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur. A. 92.
prolata sinistra pariter cum vulgo. Cl. 21. (quod indecorum fuit.) sinistra manu. C. 82.
*sinisterius* brachium. Dom. 17. *sinisteriore* funali equo. T. 6. Sequ. *dexteriore.*
*Sinistrorsus* v. *Sinistrorsum.* Galb. 4. Illud ex optimis libris recepit Oudend.
*Sinus.* quum a sinu matris raptim auferretur. T. 6.
Jovem in ejus sinum signum Reip. reposuisse. A 94.
stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Cal. 42.
ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent. Cal. 46.
luto congesto per milites in praetextae sinum. Vesp. 5.
praetentare sinum alicujus. A. 35. cf. *Scrutari.*
toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet. C. 82. *Valer. M.* 4, 5, 2. *togam manu demisit.* v. not. ad C. 45. —
sinus maris Adriatici. T. 16. sinus Puteolanus. A. 98.
*Siquidem.* C. 9. 88. A. 2. 33. 99. T. 2. Cal. 49. Ner. 5. 26. Vit. 9. 18. Vesp. 20. (ubi v. Oudend.) Tit. 6. Dom. 6. Gr. 9.
siquidem — si. T. 28. ubi melius scribas: *si quidem.* Gr. εἴ γε — εἰ δέ.
*Sistere.* Remp. sistere in sua sede. A. 28. v. *Sedes.*
*Sitis.* siti interim oborta. Ner. 34. fameque interim et siti interpellante. Ner. 48.
sedata siti gelidae aquae potione. Oth. 11.
*Sitire.* satis provisum a genero suo Agr., perductis pluribus aquis, ne homines sitirent. A. 42.
quia jam sitit iste cruorem. T. 59.
*Situs* locorum. C. 58.
*Sive.* libros circa septingentos sive bibliothecam suam omnem. Pers.
*sive* in diversis. ceteri, mortuum esse in Arcadiae Stymphalo, sive Leucadia, tradunt. Ter. 5.
*sive — sive.* sive divinitus, sive aliqua conjectura. C. 1. ex quibus sive criminibus sive maledictis. A. 71.
sive quid incidit — sive quid stomachor. T. 21.
*sive* ille stirpis antiquae, *sive* pudendis parentibus atque avis, Eques *certe* Rom. Vit. 2.
*omisso priore sive.* exemplar epistolae verae sive falsae. Vesp. 6. v. Oudend.
*seu — sive.* dolens seu — sive. C. 79.
*seu — seu.* seu sol, seu imber esset. C. 57. seu fortuna, seu voluntate. A. 2. seu forte, seu tentandi causa. A. 6. seu vitandi rumoris causa — seu studio spectandi. A. 45. seu jactura, seu lucrum. A. 75.
*Soboles.* Variant libri in scriptura *soboles* et *suboles.* Hanc formam tuentur locis A. 94. et Galb. 1. v. Burm. et Oudend. ad A. 94., Drakenb. ad *Liv.* 6, 7. §. 1. et l. 29, 3. §. 12. Origo vocis et monumenta comprobant scripturam *suboles,* sed usus loquendi et inde scribendi alteram rationem frequentasse videtur.
ex ea (arbore) continuo *enata soboles* adeo in paucis diebus adolevit sequ. A. 94. tanta pullorum *soboles provenit.* Galb. 1.

necubi multitudinis soboles deficeret. A. 46. laetum eum atque ridentem et sobole et disciplina domus. A. 65.

Patet, locis A. 94. et Galb. 1. primitivam significationem vocis praevalere, idque librarios ad servandam formam, quae etymologiam ostendit, movisse.

*Sobrius.* C. 53.

*Soccus.* muliebris. Cal. 52. solebant et manibus stertentis socci induci. Cl. 8.

*Socculus.* Vit. 2.

*Socer.* C. 22. 83. Cal. 23. Gr. 3.

*Socius.* regem, socium atque amicum a Senatu appellatum. C. 11. reges amici atque socii. A. 60. sociae civitates. C. 25. sociae gentes. A. 44.

in Hispania Proconsule (h. e. *Proconsul*) et a sociis pecunias accepit sequ. C. 54. h. e. *a sociis civitatibus.* (Male alii *Equitum* s. *publicanorum societates* intelligunt. v. not.) quo maturius sociis implorantibus subveniret. C. 18. in promerendis sociis. A. 3. ut — socii continerentur. A. 23. magna civium sociorumque caede. Ner. 39. —

damnatorum sociorum ornamenta. Cal. 39. (*Gallorum.*) Al. *sororum.*

socii Catilinae. C. 17. facinoris h. e. *conjurationis.* C. 14. coll. Lucan.

triumphales; socios expeditionum et participes victoriarum suarum. A. 25.

*Societas.* societatem cum utroque iniit, ne sequ. C. 19. Lepidi societate abstinuit. C. 3. M. Antonii societatem semper dubiam et incertam — abrupit tandem. A. 17.

Appius Caecus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. T. 2.

missis ad Senatum legatis de instauranda societate. Ner. 57.

societates ac regna pretio dedit. C. 54.

plurimae factiones ad nullius non facinoris societatem coibant. A. 32. Tribunos Centurionesque praet. de fugae societate tentavit. Ner. 47.

celerem successionem vel certe societatem principatus opperiri. T. 25. omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos. Vit. 14.

*Socordia.* Cl. 3. Galb. 14.

*Sodalis.* tuum sodalem. Horat.

*sodales Augustales,* sacerdotes Augusti. Cl. 6. sodales Titii, item Augustales. Galb. 8. v. *Tac.* A. 1, 54. et not. ad utrumque locum.

*Sol.* seu sol, seu imber esset. C. 57. exoriente sole. Ner. 6. paulo ante solis exortum. A. 5.

flagrantissimo sole. Cal. 26. solis ne hiberni quidem patiens. A. 82. quasi ad fulgorem solis. A. 79. aqua sole multo calefacta. A. 82. post occasum solis. C. 31. non ultra occasum solis. Dom. 21.

jacens contra exortum solis. A. 94. supervenisse tertiam ab solis exortu. Vesp. 5.

transferre al. de sole in umbram. Gr. 9.

circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambiit. A. 95. jubar solis. A. 94.

annum ad cursum solis accommodavit. C. 40.

coronae distinctae solis ac lunae siderumque specie. Cal. 45.

quia Apollinem cantu, Solem aurigando aequiparare existimaretur. Ner. 53.

*Solarium* i. q. *heliocaminus*. Cl. 10. v. Ernest. exc. ad h. l., Lips. ad *Tac*. A. 13, 5. Errant, qui corrigendum censent *scalarium*.

ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Ner. 16. cf. *Tac*. A. 15, 43.

*Solatium*. quibusdam — studendi solatium ademtum. T. 61. in solatium dilationis ac morae. Ner. 15. quasi solatio et honore aliquo poenam levaturus. Galb. 9. uno solatio acquiescens, sequ. acc. c. inf. Cal. 51.

*Solea*. soleis mularum argenteis. Ner. 30.

*Solere*. jactare solitus. C. 67. dicere solitum. C. 86. nunquam antea somniare solitus. Ner. 46. heredem ab eo scribi solitum Cn. Pompejum. C. 83. solitae agi res. A. 32. quinquennio maturius, quam solebant sc. allegi. ibid. et tamen fieri solet. Cl. 15. — solitae exercitationes. T. 13.

cura solito exactior. T. 18. stationes solito frequentiores. T. 37.

*Solidus*. solida columna lapidis Numidici. C. 85. h. e. *quae tota erat ex lapide Numid. exstructa*, *non extrinsecus tantum inducta illo et ornata*.

*Solitudo*. v. *Solus*.

*Solium*. solium Jovis. Cal. 57. in eo monumento solium Porphyr. marmoris. Ner. 50.

i. q. *scamnum balneare*. insidens ligneo solio. A. 82.

*Sollemnis*. more sollemni. A. 56.

dies cujusque sollemnes. A. 53. (ut *nuptiarum*, *togae virilis* etc.) festi et sollemnes dies. A. 75. (illi *publica*, hi *privata s. domestica religione*.)

suis suorumque diebus sollemnibus, nonnunquam festis quoque antiquitus et religiosis. Cl. 14. sollemnibus ac festis diebus. Vesp. 2.

sollemnis pompa. A. 16. sollemni Principum pompa. Cl. 45.

sollemni convivio. Vit. 11. sollemnibus coenis. T. 34. sollemni spectaculo. Galb. 6.

per sollemne nuptiarum. Ner. 28. Al. *per sollemnia nuptiarum*. Vulg. *persollemni nupt. celeberrimo officio*, vitiose. v. Oudend. et not. nostr.

quasi inter sollemnia triumphi. Ner. 2. ad sollemnia Quinquatruum simul celebranda. Ner. 34.

inde *sollemne* est, *quod more rituque tradito fieri agique solet*.

praeter sollemnes big. quadrigarumque cursus. Dom. 4. (*gewöhnlich*, *gebräuchlich*.)

quos promiscue spectari sollemne olim erat. A. 44.

De scriptura vocis *sollemnis* v. Sanct. Min. 4, 17. et not. Perizonii p. 1022. sequ. ed. Scheid.

*Sollers*. sollertissimus hostis. C. 35. i. q. *callidissimus*. v. Sanct. p. 1024.

*Sollicitus*. sollicitior in dies. Dom. 14. sollicitissime. Cl. 18.

*Sollicitudo*. majoris sollicitudinis causae. T. 12. in testificanda sollicitudine et cura. Cal. 14. impatiens longioris sollicitudinis. Oth. 9. non *Principis* modo *sollicitudinem*, sed et *parentis affectum* unicum praestitit. Tit. 9.

*Sollicitare.* Enn. Naeviam sollicitavit ad stuprum. Cal. 12. ne aut aetate aut inopia — sollicitari ad res-novas possent. A. 49.

*c. praep. de.* se de inferenda Pompejo nece sollicitatum a quibusdam. C. 20.

*simpl.* i. q. *invitare.* regem magnis pollicitationibus sollicitatum. Ner. 13.

sollicitatus quorundam — fortuito favore. Vesp. 6. h. e. *invitatus* s. *instigatus.*

per hos sollicitati reliqui. Oth. 5. (ad conspirationem.) insidiari sibi non desinentem, sed paene ex professo sollicitantem exercitus. T. 9.

remansit in coelibatu, neque sollicitari ulla conditione amplius potuit, ne Agrippinae quidem, quae maritum quoque adhuc Galbam adeo omnibus sollicitaverat modis sequ. Galb. 5.

sequ. *ut.* alios Orientis reges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus sollicitare tentavit. Dom. 2.

*Soloecismus.* soloecismum ab adversario factum. Gr. 22. de soloecismo controversia. ibid.

*Solum.* circa Tiberim cavato solo. A. 43. praetoria — diruit ad solum. A. 72.

imagines alic. solo affligere. Dom. 23.

ad introitum profundo jam solo mole objecta. Cl. 20. Al. *salo. Dio:* ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει.

natale solum. Cal. 8. velut aedituum soli, quod primum D. Aug. nascens attigisset. A. 5. —

ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent. T. 48. h. e. *in fundis.*

*Solus.* feminis ne gladiatores quidem — nisi ex sup. loco spectare concessit solis. A. 44. h. e. *non promiscue cum viris.*

*solus.* oppon. *cum collega.* A. 27.

centum solos dies. A. 97. quatuor solis comitantibus. Ner. 48. duobus solis comitibus. Vit. 16.

quae sola restat. Cal. 8. quod solae nullam Sej. imaginem coluissent. T. 48. qui solus. Gr. 11.

*non solum, sed et.* T. 8. Tit. 9. non solum, verum et. Vit. 5. v. *Et.*

*Solitudo.* mihi solitudo et recessus provincia est. Cic. ad Att. 12, 26. (Nostr. Gr. 14.)

hostem penitus in intimas solitudines actum. Cl. 1.

*Solvere.* solutum a latere pugionem. Vit. 15.

alvo repente usque ad defectionem soluta. Vesp. 24.

sacramento solutum. Vesp. 1. ut legibus solveretur. C. 18. Oppon. *astringi, obligari.*

omnes solvere posse quaestiones. Gr. 11. Resp. *expedire nomen.*

unde omnino *expedire, praestare,* quod promissum, cui quis obligatus, astrictus est.

solvere votum. A. 59. 97.

quum aliquos nunquam soluturos significare vult, ad Kal. Graecas soluturos ait. A. 87.

nummos solverunt. Rh. 1. (pr. *pactum datis nummis.*)

spectandi confusissimum ac *solutissimum* morem correxit ordinavitque. A. 44.

*Solutilis* navis. Ner. 34.

*Somnium.* C. 7. A. 91. 94. Cal. 57. Cl. 37. Ner. 7. 46. Galb. 9. 18

*Somniare. sequ. acc. c. inf.* A. 91. 94. Cl. 37. Cal. 57. Vesp. 5 Dom. 15. 23.

*sequ. accus.* somniavit Fortunam dicentem. Galb. 4. somniavit speciem Fortunae querentis. Galb. 18.

*de al.* simillimum dixit puero, de quo somniasset. A. 94

*simpl.* nunquam antea somniare solitus. Ner. 46.

*Somnus.* arto somno devinctus. A. 16. artissimo somno quievi Oth. 11. expergefactus e somno Tib. est. Cal. 6. expergefactae somno Caesoniae. Cal. 38. v. *Expergefieri.*

quum primum a somno patuissent (oculi.) T. 68.

interruptum somnum recuperare, resumere, producere A. 78.

indigens somni. A. 78.

somni brevissimi erat. Cl. 33.

per somnum exterreri solebat. C. 45. Male al. *per somnium.* v. Oudend.

per somnum hianti. Cl. 33.

*Somniculosus.* Cl 39.

*Sonus.* assimilis quidam mugitui sonus. Galb. 18.

pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono. A. 84.

*Sorbere.* ut pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorbere Cal. 37.

*Sordes. de squalore reorum.* diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur. A. 5 reis sordes demsit. Vit. 8. i. q. *judicio s. criminibus reos liberavit.*

i. q. *avaritia.* unius e regibus suis turpissimarum sordium. Vesp. 19.

*Sordidus.* i. q. *tenuis, vilis,* de *conditione externa* et *animo ingenioque.*

sordida plebs. Ner. 22. sordidissimi homines. Cl. 5.

origo sordida oppon. *nobili.* Vit. 1.

sordidae aedes. Tit. 1. i. q. *parvae et quae paupertatem ostenderent.*

gula sordida. Vit. 13. h. e. *quae intemperantiam vilis hominis turpem et indecoram proderet.* Huc refer *viscus et farra paene rapta e foco,* et *circa viarum popinas fumantia opsonia vel pridiana atque semesa.*

dicacitas scurrilis ac sordida. Vesp. 22. h. e. *qualis est hominum de plebe.*

ingenium sordidum. A. 65. h. e. *rude, incultum, inhonestum.* Dio: δουλοπρεπὴς ἐγένετο. v. not.

sordidus rhetor. Rh. 2. h. e. *vilis et incultae eloquentiae* cf. *Sordide.*

i. q. *avarus,* Gr. ἀνελεύθερος, ῥυπαρός.

*sordidi ac deparci* oppon. *praelautis vereque magnificis* Ner. 30. Aedilis sordidus. Dom. 8.

*Sordide.* ne quid sordide facerent. Dom. 9. h. e. *avare.* Loquitur scriptor de *cupiditate atque avaritia.* v. not. —

*circumcise ac sordide* et tantummodo trivialibus verbis declamare. Rh. 6. Oppon. *splendide atque adornate.*

*Sordidatus* h. e. *sordida toga indutus.* Vit. 15. *Tac. Hist.* 3, 65. *pullo amictu.*

*Soror.* C. 83. A. 29. 63. 94. Cal. 15. 24. 29. 46. 59. Ner. 5. Pers.

Sed Cal. 39, leg. *damnatorum sociorum ornamenta*, non *sororum*. v. not.

*Sors*. i. q. *fors*. Utrumque autem descendit a Gr. εἴρω (v. quae diximus de voc. *Sermo*.) Est enim *fatum* s. *quod superior voluntas fieri et esse jussit, in quo non ratio nec consilium, sed temeritas et casus regnare videtur*. cf. *Cic*. Divin. 2, 41. §. 85. v. etiam *Becmann*. Orig. L. L. p. 466. et supra voc. *Fortuna*.

Ita *sors* saepe est i. q. *oraculum*, *quale edi solebat per tabellas literis inscriptas*. sorte tracta (in Geryonis oraculo.) T. 14. Praenestinae sortes. T. 63. coll. Dom. 15. Plerique etiam *sortes Antiatinae*. Cal. 57. i. q. *Fortunae Ant.*, quod dedimus ob librorum auctoritatem, sensu eodem. apud Judaeam Carmeli Dei oraculum consulentem confirmavere sortes. Vesp. 5. h. e. *effata divina*, *a sacerdotibus tradita*. v. not. cf. Casaub. ad *Spartian*. Adrian. 2. —

unde *sors* i. q. *tabella*, *qua decernitur de aliqua re quasi interventu divino*, *ubi ratio consiliumque humanum decernere non vult vel non potest*, Gr. κλῆρος, nostr. *Loos*.

Frequentissimus ob superstitionem antiquorum hominum usus sortis in electione judicum, sacerdotum, in dividendis provinciis, aliisque negotiis, ubi de pluribus judicium humanum esse non poterat.

sorte judex in reum ductus. C. 12.

sorte ducti Senatores, qui Sept. et Oct. mensibus adessent. A. 35.

sodales Augustales sorte ducti. Cl. 6.

curatores restituendae Campaniae e consularium numero sorte duxit. Tit. 8. sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur. Vesp. 10.

collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Dom. 4.

filias in sortem dare. A. 31. (in electione virginum Vestalium.)

magistros toti certamini praeposuit consulares sorte. Ner. 12.

Africam Proconsule biennio obtinuit, extra sortem electus. Galb. 7.

Campum Stellatem — divisit extra sortem ad viginti millibus civium. C. 20.

Equites Rom., quibus sors obtigisset sequ. Dom. 14.

*sortes* i. q. *tabulae obsignatae*, *quae emuntur*, *et resignatae emtori varias res*, *quae inscriptae sunt*, *incerto casu referunt*. solebat et inaequalissimarum rerum sortes et aversas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque casu spem mercantium vel frustrari vel explere. A. 75. cf. *Lamprid*. Heliog. 21. Idem fuit lusus, qui diverso modo excultus *lotarias* nostras dedit.

*sors* i. q. *conditio hominum*, *ut fato s. voluntate suprema decernitur*. nostr. *Loos*, *Schicksal*.

tam iniquam et tam indignam sortem populi Rom. Cl. 3.

unde: ultimae sortis homines. A. 19. i. q. *conditionis*. nullus tam abjectae conditionis, tamque extremae sortis fuit. Cal. 35. i. q. *fortunae*.

maxime *exitus vitae*, *fato cuique destinatus*, nostr. *Bestimmung*.

ut ignarum sortis suae. Dom. 14. Praen. Fortuna — lae-

tam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mentione. Dom. 15. —

Ceterum *sors*, ubi *summam pecuniae* significat *fenori datam*, eandem vim obtinet. Est enim *bonum a Fortuna datum et Fortunae commissum*. Difficilior est ratio Gronovii, qui libro de pecun. vet. p. 415. sic dictam putat, *quod conserat jungatque et adnectat sibi impendium vel usuram*. Nititur ea interpretatio impedita derivatione a voc. *series*, quod et ipsum a voc. εἴρω s. ῥέω deducendum diximus, (v. *Sermo.*) quo *fluendi* et *dicendi* notiones ita conjunguntur, ut continui ordinis motusque significatio obtineat.

*Sortiri* i. q. *sortem de aliqua re extrahere urna*, nostr. *um etwas loosen.*

patrem et filium, pro vita rogantes, sortiri vel micare jussisse. A. 15.

sortitus est et de altero consulatu. Cl. 7. sortiri anno suo proconsulatum. Galb. 3.

i. q. *sorte aliquid accipere.* ulter. sortitus Hispaniam. C. 18. Macedoniam. A. 3. Africam. Vesp. 4.

*fato aliquid accipere.* Gr. τυγχάνειν. sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. A. 99.

*sorte eligere al.* sibique instituit consilia sortiri semestria. A. 35.

*Sortito* pass. i. q. *per sortem.* ut illas annui magistratus sortito tuerentur. A. 30. ceteras (provincias) Proconsulibus sortito permisit. A. 47.

*Sortitio.* uxorem pridie sortitione ductam. T. 35. Al. *sortitionem.* v. not.

sortitiones judicum. A. 29.

*Sospes.* salvam ac sospitem Remp. sistere in sua sede. A. 28.

*Spado.* Cl. 28. 44. spadonum greges. Tit. 7. spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est Dom. 7.

*Spargere.* sparsit et missilia variarum rerum. Cal. 18. coll. Dom. 4. sparsa populo missilia omnium rerum. Ner. 11. nummos — sparsit in plebem. Cal. 37.

ut flores — ut unguenta desuper spargerentur. Ner. 31.

sparso per vias identidem croco. Ner. 25.

sparsos de se in Curia famosos libellos. A. 55. v. not.

ut — reliquias circumferri juberet, spargique ad pedes stantibus. Galb. 22. h. e. *in unum locum colligi a ministris.* v. not.

*Spatium.* Dicitur *de loco* et *de tempore.*

*de loco.* spatio Circi ab utraque parte producto. C. 39.

spatium Urbis in regiones vicosque divisit. A. 30.

de cujus (domus) spatio sequ. Ner. 31. horrea, quorum spatium maxime desiderabat. Ner. 38.

*spatia.* qui feros tauros per spatia Circi agunt. Cl. 21.

*spatia* i. q. *stadia, quae curricula uno missu percurrunt,* nostr. *Läufe, Rennen.*

singulos (missus) a septenis spatiis ad quina corripuit. Dom. 4. h. e. *quinquies, non septies uno missu curricula circum metam agi jussit.*

i. q. *longitudo ambulationis*, s. *loci intervallum, quod quis ambulando emetitur.* Solebant enim ambulantes certum spatiorum numerum facere. v. *Cic.* de Orat. 1, 7. — extremis

spatiis. A. 83. h. e. *sub finem ambulationis.* cf. Görenz. ad *Cic.* Leg. 1, 5, 15.

*de tempore* i. q. *temporis intervallum*, ut nostr. *Raum*, *Zwischenraum.*

eodem temporis spatio. C. 26. medio temporis spatio. T. 25. pari temporis spatio. Vesp. 25.

in multo breviore temporis spatio. A. 22. in brevi spatio. Cl. 12. Ner. 30. Vesp. 4.

in tam diuturno spatio. C. 68. spatium insequentis aetatis. T. 7. annua spatia. Ner. 14.

unde nostr. *Frist*, *Zeit.* mori jussis non amplius, quam horarum spatium, dedit. Ner. 37. ita nullum spatium perterritis dabat. C. 60.

ut adeunti litigatori spatium moramque praeberet. Vesp. 23.

*Spatiari* i. q. *ambulare*, pr. *spatia pedibus emetiri.*

sub divo spatiabatur. A. 82. porticuum, in quibus spatiari consuerat, parietes. Dom. 14. dum spatiatur una. T. 14.

super immensos aureorum acervos nudis pedibus spatiatus est. Cal. 42.

*Species* pr. *id quod oculis objicitur*, *quod conspicitur*, Gr. εἶδος, ἰδέα, σχῆμα. nostr. *Gestalt.* mortali specie amplior. A. 94.

et quum forma perfecta et cui nihil deest, semper delectet oculos intuentium, i. q. *decor*, *pulcritudo*, *dignitas formae*, quo sensu etiam *forma* et *figura*, nostr. *Gestalt*, *Ansehen*, Ebr. תֹּאַר et מַרְאֶה dicuntur.

ob egregiam corporis amplitudinem et speciem. Cal. 35. (*ansehnliche Gestalt.*)

specie canitieque pulcra. Cl. 30. Praec. *auctoritas dignitasque formae.*

nihil esse Remp., appellationem modo sine corpore ac specie. C. 77. Male al. *speciem.* v. not. (Praeter loca ibi excitata, *Cic.* ad Att. 4, 16. et 10, 4., ubi *speciem* legendum pro vulg. *spem*, pro domo 33., cf. Id. de Fin. 2, 15, 49. „sua tamen *pulcritudine* esset *specieque* laudabile.“ Offic. 3, 20. „ut videas, quae sit in ea *species*, *forma* et notio viri boni.“ Mox: „viri boni *et splendorem et nomen* amittas.“ *Liv.* 1, 9. „unam ante alias *specie ac pulcritudine insignem.*“ cf. Oudend. ad Cl. 30.)

vi et specie dominationis assumta. T. 24. h. e. *auctoritate*, *majestate.*

nec multum afuit, quin — speciem principatus (h. e. *dignitatem*, *auctoritatem*, *majestatem*) in regni formam converteret. Cal. 22.

simul et ad speciem. C. 67. i. q. *ad ornatum*, *splendorem.* Gr. κόσμου χάριν.

i. q. *figura*, *similitudo*, *simulacrum*, quod speciem al. rei refert, ut nostr. *Gestalt*, *Ansehen*, Gr. εἶδος, μορφή.

Asturconem — in simiae speciem transfiguratum. Ner. 46.

ad speciem coel. arcus. A. 95. ad urbium speciem. Ner. 31.

coronae distinctae solis ac lunae siderumque specie. Cal. 45.

etiam *de imagine.* ad eam speciem exsiluit gaudio. Ner. 41.

Inde i. q. Gr. εἴδωλον, nos: *ein Bild*, *ein Schattenbild*, *eine Erscheinung.*

auctore D. Caesare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. A. 96.
speci s barbarae mulieris, humana amplior. Cl. 1.
ut qui inter ceteras (imagines noctis) pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Cal. 50. sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus obversari. Cl. 37. exagitari se materna specie. Ner. 34. proxima nocte somniavit speciem Fortunae querentis sequ. Galb. 18.
Dicitur etiam *de rebus v. factis, quae similitudinem et umbram alius rei praebent*, adeoque i. q. *praetextus, umbra*, ut nos: *Schein* pro *Vorwand.*
speciem libertatis quandam induxit. T. 30. h. e. *umbram, fictam imaginem.*
specie officii. C. 82. (nos: *unter dem Schein.*) specie gravitatis ac morum corrigendorum. T. 59. nuptiarum specie. Oth. 3.
per speciem sacramenti. T. 36. per sp. publici juris. T. 50. per sp. honoris. T. 65.
*species* i. q. *formae, ad quas aliqua res redigi potest naturae et argumenti ratione, sub quibus ostenditur et observatur*, Gr. ἰδέας.
partes singillatim, neque per tempora, sed per species exsequar. A. 9. (nos: *nach den Sachen* v. *nach den Gegenständen.*)
*Spectare.* gladiatores. A. 44. Circenses. A. 45. Cl. 4. ephebos. A. 98. ludos. A. 40. 53. Ner. 12. Cl. 21. pugiles. A. 45. certamina. Ner. 53. artifices saltat. Tit. 7.
spectasse utrumque morientem. A. 13. spectare supplicium. Cl. 34. spectavit ferro dimicantem. Cal. 27.
*spectare* simpl. *zuschauen, Zuschauer seyn.*
spectandi in orchestra jus. A. 35. (Contra: spectare *ludos* e quatuordecim.) A. 40. spectandi confusissimum morem. A. 44. studio spectandi ac voluptate. A. 45.
Olympiae quoque Cer. sacerdotibus spectare conceditur. Ner. 12. (ubi tamen ex antecedentibus supplendum: *athletas.*) accubans — spectare consuerat. ibid.
ut multi spectantium crediderunt. ibid. ad spectantium arbitrium. Tit. 8.
spectante populo. Ner. 53. ipse aurigari atque etiam spectari saepius voluit. Ner. 22. inter spectandum. A. 45.
*Spectator.* seditionibus pantom. signifer simul ac spectator aderat. Ner. 26.
infestis spectatoribus dimicare. C. 26. quod spectatorem — demonstrasset digito. A. 45.
*Spectaculum, id quod spectatur, spectandum datur*, nostr. *Schauspiel.*
spectaculo publico interfuit. C. 31. spectaculo — aberat. A. 45.
operas publico spectaculo praebere. A. 45.
spectaculo ludorum. A. 14. publico spectaculo. A. 34. publicis spectaculis. A. 89. Cal. 54. athletarum spectaculo. A. 44. sollemni forte spectaculo. Galb. 6. spectaculis. Cl. 6. privatis spectaculis. Ner. 21. ullo spectaculi genere. Cl. 21. hoc spectaculo. ibid. proximo spectaculo. Galb. 13.
inter spectacula. Cal. 55. inter spectacula muneris. Dom. 4. nocturnum spectaculum. A. 31. novum atque inauditum

genus spectaculi excogitavit. Cal. 19. novum spectaculi genus, elephantos funambulos, edidit. Galb. 6. —

naumachiae spectaculum. C. 44. edidit spectacula varii generis. C. 39. ad quae omnia spectacula sequ. ibid.

spectaculorum et assiduitate, et varietate atque magnificentia omnes antecessit. A. 43., citra spectaculorum dies. ibid. neque spectacula omnino edidit. T. 47. edidit et peregre spectacula. Cal. 20. eosdem (magistratus) spectacula edentes. Cl. 12. spectacula complura et magnifica edidit sequ. Cl. 21. spectacula assidue magnifica et sumtuosa edidit sequ. Dom. 4. cui — spectacula publice edendi jus tribuit. Cl. 28. spectaculorum plurima et varia genera edidit, Ner. 11. athletarum spectaculum. Ner. 12. non immerito inter spectacula ab eo edita et Tiridatis in Urbem introitum retulerim. Ner. 13. parabatur et in noctem spectaculum. Cal. 57.

repraesentare spectaculum voluit. Cal. 58.

spectaculis semper ipse praesedit. Cal. 18. praesedit nonnunquam spectaculis in Caji vicem. Cl. 7.

spectaculis absolutis. Tit. 10. spectaculum — in serum protrahebatur. Ner. 22.

reliquias omnium spectaculorum subjecit et venditavit. Cal. 39.

Saepe i. q. *locus, ubi spectacula eduntur.*

ruina spectaculorum apud Fidenas. Cal. 31.

ineunti Romae spectacula. A. 58. edente se munus, ingressum spectacula. Cal. 35. Palat. ludis spectaculo egressum. Cal. 56. (Ita nos: *in das Schauspiel, aus dem Schauspiel gehen.*)

expositus in prima fronte spectaculorum conspicietur. Cl. 4.

ita se proripuit e spectaculis. Cal. 35.

Max. *de subselliis spectatorum* dici solet. hunc e spectaculis detractum. Cal. 35. detractum spectaculis in arenam. Dom. 10. v. *Detrahere.*

animadversam matronam e spectaculis. Ner. 32. (brevius dictum pro: *animadv. e longinquo in spectaculis.* Al. leg. *in spect.* vel corrigunt locum. v. not.)

Huc Oudend. refert etiam locum Cl. 6. „quin et spectaculis advenienti assurgere — solebant," ut sit: *de sedilibus.* Sed locus, quem voc. *spectaculis* initio obtinet, ipse ostendit, esse i. q. *in spectaculis*, cujus usus exempla v. supra.

*spectaculum* i. q. *spectatio* s. *τὸ spectare ipsum*, aspectus, ut nostr. *Schau, Schauspiel.*

Parthorum obsides — ad spectaculum induxit. A. 43. h. e. *ut spectarentur, ut populo spectaculo essent.* ut prima luce ad spectaculum descenderet. Cl. 34. h. e. *ad spectandum.*

alium a spectaculo poenae epulis statim adhibuit. Cal. 27. h. e. *post spectatam poenam.*

ad cujus spectaculum sequ. Cl. 17. h. e. *ad quem triumphum spectandum.*

*Speculari.* speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quae sequ. T. 65.

Male al. interpungunt post *identidem*, et mox dederunt: *signaque*, offensi accusativo, qui regitur voc. *speculabundus*, v. Oudend. ad h. l., Voss. de Anal. 3, 9., Drakenb. ad *Liv.* 5, 47. §. 3.

*Speculator.* curiosum ac speculatorem ratus. A. 27.

Sub Principibus *speculatores* i. q. *satellites*, *custodes corporis*, a *speculando s. circumspiciendis insidiis* ita dicti. v. Lips. ad *Tac.* H. 1, 24., ubi ut falsam damnat scripturam: *spiculatores*, et quos citavit Oudend. ad Cal. 44. et Cl. 35.

qui speculator suus olim fuisset. A. 74. magnificas Romam literas misit, monitis speculatoribus, ut vehiculo ad Forum usque et Curiam pertenderent. Cal. 44. (qui locus docet, Principibus *nunciorum publicorum* in rebus militaribus ministerium eos praestitisse. cf. *Tac.* Hist. 2, 73. et Lips. ad A. 4, 41. Corruptae sunt lectiones: *saepe latoribus* et *saepeculatoribus.* Ineptum *saepe* ex mera ignorantia librariorum ortum frustra defendit Burmannus. De lectione dubitare, mireris, etiam Gesnerum in Thesauro.)

neque convivia inire ausus est, nisi aut speculatores cum lanceis circumstarent, militesque vice ministrorum fungerentur. Cl. 35. (*Lancearum* mentio peperit *spiculatores.*)

Ita auctor B. African. c. 37. *speculatores apparitoresque* conjungit.

descendentem speculator impulsu turbae lancea prope vulneravit. Galb. 18. primo quinque speculatoribus commissa res est sequ. Oth. 5.

*Speculatoria* caliga. Cal. 52. h. e. *quales gestabant speculatores.*

*Speculum.* A. 99. Cal. 50.

*Speculatum* cubiculum. Horat. loco suspecto.

*Specus.* ut interim in specum egestae arenae concederet. Ner. 48. thesauros — esse in Africa vastissimis specubus abditos. Ner. 31.

*Spelunca.* praetorium, cui Speluncae nomen. T. 39. coll. *Tac.* A. 4, 59.

*Spernere* si tu superbus amicitiam nostram sprevisti. Horat.

cacozelos et antiquarios — pari fastidio sprevit. A. 86.

poeticae studium — postea spretum et abjectum. Dom. 2.

spreto patriae more. C. 76. spreta religione. C. 81. omnes, qui arcesserentur, sprevisse nuncium. Galb. 20.

ne ex lusu quidem aleae compendium spernens. Cal. 41.

*Spes.* conjectores ad amplissimam spem incitaverunt. C. 7. quasi ad occasionem majoris spei commoraretur. T. 11. (h. e. *imperii; spes* enim i. q. *quod speratur*, ut saepe Gr. ἐλπίς. Burm. praefert *rei*, quae inutilis est mutatio.) magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis et praedictionibus — conceperat. T. 14. certum erat, uni spem successionis incumbere. T. 15. quum — ad spem successionis paulatim admoveretur. Cal. 12. in spem imperii venit, jam pridem sibi per haec ostenta conceptam. Vesp. 5. etiam de imperii spe confirmatus est. Tit. 5. ad spem imperii impulsum. Ner. 35. et ipse spem imperii cepit, magnam quidem ex conditione temporum, sed aliquanto majorem ex affirmatione Seleuci mathem. Oth. 4. nova spe. Vit. 14. pro: *spe rerum novarum.* v. Oudend. ad h. l. et T. 11.

spe novae dissensionis. C. 3. deposita provinciae spe. C. 13. spe margaritarum. C. 47. non pro spe meritorum tractari. A. 13. quum major emolumenti spes, quam damni metus, ostenderetur. A. 25. quum — spem clementiae in posterum fecisset. A. 27. spem mercantium vel frustrari vel ex-

plere. A. 75. quod ad se quisque spem traheret. A. 94. ut, depositurum se quandoque, spem faceret. T. 24. spe affinitatis ac trib. potestatis deceptum. T. 65. spe longioris vitae. T. 62. abjecta spe dignitatis. Cl. 5. aliquanto minore spe, quam fiducia. Cl. 10. (ubi *fiducia* ad *servatam vitam*, *spes* ad *imperium* pertinet. v. not.) non minus compendii spe, quam gloriae. Cl. 20. spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum. Ner. 31. spe colloquii facta. Oth. 9.

postquam spe decidit. Oth. 5. ut spes fefellit. Ner. 32.

obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Tit. 8.

ne sic quidem — spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Cl. 3.

praeter spem evasit. T. 39.

*Sperare.* speraverat fore ut sequ. Oth. 5. Sequ. postquam spe decidit.

sperans, ante Vit. adventum profligari plurimum posse. Oth. 9. cf. *Posse.*

quem vel praec. adjutorem speraverat. A. 10.

omnino i. q. *putare*, Gall. *esperer*, nostr. *vermuthen.* quum minime quis moturum speraret. C. 60. Mera interpretatio est lectio; *putaret.* v. Oudend. ad l. c. et Bell. Alex. c. 63., Duker. ad *Flor.* 3, 1.

*Sphaeristerium*, *locus in balneo*, *ubi vario lusu*, *maxime pila*, *corpus exercebant.*

Dicitur a σφαῖρα, *pila.* v. *Plin.* ep. 2, 17, 12. et 5, 6, 27. *Lamprid.* Alex. S. 30.

fauces ceteraque membra sibimet ad numerum in sphaeristerio defricare. Vesp. 20.

*Sphinx.* A. 50. v. ind. prim.

*Spiculator.* v. *Speculator.*

*Spintria*, *qui muliebria patitur*, puto a *spinthere*, feminarum ornamento. cf. *Turneb.* Advers. 5, 1., Salmas. ad *Plaut.* Menaechm. 3, 3, 4.

monstrosi concubitus repertores, quos spintrias appellabat. T. 43. spintrias monstrosarum libidinum. Cal. 16. (v. *Tac.* A. 6, 1.)

adolescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo *spintriae* cognomine notatus. Vit. 3.

*Spirare.* spirantem adhuc Aug. reperit. T. 21. spiranti adhuc. Cal. 12.

*Spiritus.* ne cui residui spiritus quicquam inesset. T. 62.

ingenti spiritu classicum exorsus. C. 31. ut non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit. T. 23.

*Splendor.* parietes phengite lapide distinxit, e cujus splendore per imagines, quicquid a tergo fieret, provideret. Dom. 14.

Senat. numerum — ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus. A. 35. Oppon. *deformis et incondita turba*, et *indignissimi.*

magnum indicium splendoris familiae ac vetustatis. Vesp. 1.

*Splendidus.* splendida ratio dicendi. C. 55.

Dicitur max. *de genere et divitiis*, unde *equestri ordini* fere proprium.

in splendidissimum quemque captivum. A. 13. per splendidissimum quemque equestris ordinis. Cal. 15. splendida femina. Oth. 1, h. e. *ex familia equestri* (v. Lips. ad *Tac.* H.

2, 50. Improbanda lectio: *splendidissima.*) s. *splendidi generis;* ut Tit. 4.

splendidum virum, Graeciaeque provinciae principem. Cl. 16. h. e. *ob divitias equestri dignitate et judicis munere ornatum.*

procurationes splendidissimas administravit. Plin. h. e. *quales ab Equitibus Rom. administrari solebant;* erant enim *libertini* etiam procuratores.

Vitellii hostis sui filiam *splendidissime* maritavit. Vesp. 14. h. e. *viro splendidissimo s. Equiti Rom. conjunxit,* ut *Victor* Epit. 9.

*splendide atque adornate* declamare. Rh. 6. Oppon. *circumcise ac sordide.*

*Spolia.* hostilia. Cl. 17. Ner. 38. navalia. A. 18. spolia Oceani. Cal. 46.

*opima spolia* ex hoste captare. Cl. 1.

*spolium.* paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. C. 64.

*Spoliare.* tanquam occasione nata spoliandarum jure belli opulentissimarum provinciarum. Ner. 40.

Vononem — spoliatum perfidia et occisum. T. 49.

M. Lepidum — spoliavit exercitu. A. 16.

*Sponda* pr. *exterior pars lecti, pluteus autem interior,* ut *Isidor.* 20, 11. Id quidem valet *de sponda et pluteo cubiculari.* Nam in *tricliniari* contraria fuit ratio. (cf. *Pluteus.*) Itaque in lectulo tricliniari *sponda* mensae fuit adversa, pars adeo interior, sed in cubiculari *pluteus* parieti proximus, adeoque interior. Inde *Martial.* 3, 91. „exciduntque senem, *spondae qui parte jacebat;* namque puer *pluteo vindice tutus erat,*" quum senex in exteriore parte lectuli expositus esset injuriae, puer ad parietem tutus cubaret. Jam quoniam, auctore *Artemid.* Oneirocr. 1, 76. τὸ μὲν ἔσω ἰδίως τὴν γυναῖκα, τὸ δ' ἔξω τὸν ἄνδρα ἐνδέχεται, Dolabella Caesarem *spondam interiorem regiae lecticae* dixit tanquam *uxorem.* C. 49.

*Spondere.* de infante Scribonius mathem. praeclara spopondit. T. 14. i. q. *praedixit, promisit.* quum eum olim superstitem Neroni fore spopondisset. Oth. 4.

spondens, quandoque beneficii memorem futurum. Vesp. 14. h. e. *pro eo promittens,* nos: *sich für ihn verbürgend, für ihn versprechend.* Fortasse tamen *spondere* h. l. dicitur pro: *mutuum promissum exigere,* nostr. *sich ausbedingen.*

*Sponsus, cui sponsa est filia a patre,* serius videtur dictus, quam *sponsa,* voce in masculinum formata. C. 21. *Sponsa.* A. 34.

*Sponsalia.* sponsaliorum die. A. 53.

*Sponsor, qui promittit, debitorem aes alienum certa die soluturum.* v. *Heinecc.* Ant. R. 3, 21, 4., Ernest. in Clav. Cic. sub v. *Spondere.*

retinentes creditores interventu sponsorum removit. C. 18.

*Spongia.* scripta spongia delere. Cal. 20. unde Aug. dixit, *Ajacem suum in spongiam incubuisse,* ut verum Aj. in ensem. A. 85.

Vesp. dicebatur procuratoribus pro spongiis uti, quod quasi et siccos madefaceret, et exprimeret humentes. Vesp. 16.

*spongiae* inter munuscula Augusti. A. 75. (sensu obscoeno.)

*Sponte.* accidit, ut arae sponte subitis collucerent ignibus. T. 14.
sponte atque consensu. A. 57. — sponte et ultro. C. 16. v. corollar. sub v. *Pleonasmus.*

*Sporta* auri obsuta. Rh. 1.
*Sportella.* Senatui Equitique panariis, plebei sportellis cum opsonio distributis. Dom. 4.
*Sportula* pr. *sporta cibo repleta*, quae clientibus dari solebat salutantibus a patronis, inde *coenula a Principe plebi data.* cf. *Martial.* 8, 50., Rupert. ad *Juven.* 1, 95. et 3, 249.
Ita Claudius munus extraordinarium et breve *sportulam* appellavit, quia, *velut ad subitam condictamque coenulam invitare se populum*, edixerat. Cl. 21. —
Sub Nerone, quo sumtibus modus adhiberetur, *publicae coenae ad sportulas redactae.* Ner. 16. *Domit. sportulas publicas sustulit, revocata rectarum coenarum consuetudine.* Dom. 7.

*Spuma.* praeter spumas, quae per os fluebant. Cal. 1.
*Spumare.* spumante rictu. Cl. 30. v. *Juvenal.* 6, 623.

*Spurcus.* spurcissimis tempestatibus. C. 60.

*Stabilis.* quam (molem) quo stabilius fundaret. Cl. 20.
*Stabilire.* imperio stabilito. Cl. 11. afflictam nutantemque Remp. stabilire. Vesp. 8.

*Stabulum.* ut coenaret in stabulo (prasinae factionis) assidue et maneret. Cal. 55.
per stabula ac deversoria mulionibus ac viatoribus praeter modum comis. Vit. 7.
*stabulum Nicomedis* Curio Caesarem dixit. C. 49.

*Stadium*, *locus*, *ubi cursus aurigarum et certamina athletarum.*
athletae, stadio ad tempus exstructo, in regione Mart. campi certaverunt. C. 39. quae beneficia e medio stadio — pronunciavit. Ner. 24. brabeutarum more in stadio humi assidens. Ner. 53. certabant in stadio cursu etiam virgines. Dom. 4.
stadium a Domit. exstructum. Dom. 5.

*Stagnum* maris instar in domo aurea Neronis. Ner. 31.

*Stannum.* pro auro et argento stannum et aurichalcum supposuisse ferebatur. Vit. 5.

*Stare.* ingredi, stare, colligere semet, ac sufferre. Cal. 50.
Imperatorem stantem mori oportere. Vesp. 24.
quod — non posset audire eos, nisi stantes. Cl. 12.
stare ante Praetorium. A. 24. (poena Centurionum.) *stare* i. q. *prostare.* Cal. 41.
ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse. C. 49. h. e. *pincernae ministerium Nicomedi praestitisse.* v. not. ad pedes stantibus. Galb. 22. h. e. *a stantibus ad pedes s. ministris.*
i. q. *durare*, *statum servare*, nostr. *bestehen*, *sich halten.* nisi Principem se stare non posse. Oth. 5. ut Resp. stare posset. Vesp. 16. v. Drakenb. ad *Liv.* 4, 40. §. 9. Opp. *ruere*, *statu excidere.*
quasi *per ipsum staret*, *ne* redderetur. A. 28. h. e. *quasi ipse impediret.* v. exempla collecta a Drakenb. ad *Liv.* 8, 2. §. 2.

*Statera* a Gr. *ἱστάναι*, i. q. *libra.* stateram — positam examine aequo. Vesp. 25.

*Statim.* v. infra post voc. *Statura.*

*Statio.* i. q. *locus*, *ubi milites custodiae causa constituti sunt*, nostr. *Posten.*
statione deserta. A. 24. quum plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent. Cal. 32.

per stationes hostium. C. 58.

Unde *milites ipsi ad custodiam constituti*, ut nostr. *Posten.*

dispositis per opportuna loca stationibus. A. 32. disposita statione per ripas Tiberis. T. 72. stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. T. 37.

max. *milites, qui custodiae simul et honoris causa ante fores excubias agunt.*

statione militum, hoc est vi et specie dominationis, assumta. T. 24. adjuvante vulgi preces etiam statione mil., quae tunc excubabat. Ner. 21. abducta militum et Germanorum statione. Ner. 34. (Praec. *honore omni et potestate privavit.*) ut comperit, stationem militum recessisse. Ner. 47.

i. q. *tempus, quo pars militum excubias agit.*

quod ejusdem (cohortis) statione et Cajus fuerat occisus sequ. Oth. 6. h. e. *excubiis.*

*statio* i. q. *locus in Foro, ubi exspectant, qui colloqui cum aliis volunt, vel confabulandi causa desident homines.* quod tabernas tres de domo sua circa Forum civitatibus ad stationem locasset. Ner. 37. h. e. *ad stationem legatorum, Romam missorum, ut ibi negotia sua tractarent.* v. interpr. ad *Gell.* 13, 13., Gesner. ad *Plin.* ep. 1, 13, 2.

*statio* i. q. *munus, in quo quis constituitur*, ut nostr. *Posten.*

quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit. Cl. 38.

*Status* i. q. *conditio, in qua quis versatur, max. in civitate.* cf. *Conditio.*

quum classiarios — redire ad pristinum statum cogeret. Galb. 12.

vetuit, quaeri de cujusquam defunctorum statu. Tit. 8. h. e. *conditione, libertinusne, an servus fuisset, ob hereditatis petitionem.* permansit in statu servitutis. Gr. 21.

in tali statu biennio fere permansit. T. 13. i. q. *in tali conditione.*

i. q. *constitutio civitatis*, Gr. *κατάστασις*, nostr. *Verfassung*, v. *Ordnung der Dinge.*

ut optimi status auctor dicar. A. 28. ne quem novi status poeniteret. ibid.

ne populo qu. jam praesenti statu laeto. C. 80. pristinum se Reip. statum restituturum. Cl. 1. biduum, quo de mutando Reip. statu haesitatum erat. Cl. 11.

unde omnino i. q. *res*, Gr. *τὰ πράγματα*, nostr. *Angelegenheiten, Lage.*

delegatus pacandae Germaniae status. T. 16. v. not. ad componendum Orientis statum. Cal. 1. conversus hinc ad ordinandum Reip. statum. C. 40.

legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos. C. 24.

quaedam — circa omnium ordinum statum correxit sequ. Cl. 22.

i. q. *conditio, quae a Fortuna constituitur*, nostr. *Lage*, alias *conditio temporum.*

si Resp. in meliorem statum vertisset. A. 23. beatiorem post se laetioremque portendi Reip. statum. Dom. 23. Cicerone in judicio quodam deplorante temporum statum. C. 20. deploravit temporum statum. Galb. 10.

si sibi incolumis status permansisset. Ner. 54. h. e. *locus Principis et conditio, quum a Fortuna accepisset.*

*Status* partic. permutatur fere in libris cum affini *Statutus.* Differunt autem, ut Drakenb. ad *Liv.* 24, 27. §. 1., ita, ut *statum* dicatur, quod certo ac definito tempore recurrit, *statutum*, quod tempore indicto. Itaque *stato die* legendum Cl. 1. h. e. *certo quotannis die.* Sed Cl. 42., ubi omnes libri retinent: *diebus statutis*, est: *ad hanc rem indictis.* Alias scriptorem, puto, exhibuisse: *statis diebus.* Nihil dubii restat loco Cal. 40. ubi: *pro eduliis — certum statutumque* (vectigal) *exigebatur*, exhibent praestantissimi libri; vulg. *statum.* Cajus enim *statuerat* singulis eduliis pro ratione et modo, ut recte Oudend., non fixum erat vectigal atque more legibusque certum.

*Statuere.* columnam. C. 85. statuam. A. 59. crucem. Galb. 9. in aeneis tabulis, quae ante Mausoleum statuerentur. A. 101.

i. q. *decernere*, nostr. *festsetzen, bestimmen, beschließen.*

Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente poenam. C. 14.

nihil super ea re statuere. T. 13. ut de poena Pac. quamprimum statueret. T. 61.

semel nobis esse statuendum, quod consilium — sequamur. Cl. 4.

*sequ. infin.* Rhodum secedere statuit. C. 4. coll. T. 10. Brutum Cassiumque — deferre statuit. A. 10. quamvis statuisset non egredi tabernaculo. A. 91. (*sich vorsetzen.*) —

ita modum se proscribendi statuisse sequ. A. 27. h. e. *constituisse, sibi proposuisse.*

. diebus statutis. Cl. 42. vectigal certum statutumque. Cal. 40. v. supra voc. *Status.*

*Statua.* statuas L. Sullae atque Pompeji, a plebe disjectas, reposuit. C. 75.

statua Caesaris inter reges. C. 76. statuae Caesaris corona laurea cum candida fascia imposita. C. 79. capite Bruti Romam misso, ut statuae Caes. subjiceretur. A. 13. statua D. Julii ad Orientem sponte conversa. Vesp. 5.

argenteas statuas, olim sibi positas, Aug. conflavit omnes. A. 52.

statua Augusti. A. 70. 97. T. 53. 58. Ner. 12.

Pompeji statua. A. 31. Bruti. C. 80. Rh 6.

statuas omnium (ducum) triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit. A. 31. statuas virorum illustrium Cal. subvertit atque disjecit. Cal. 34.

statua Claudii Drusi cum diademate ad Appii Forum. T. 2.

imagines et statuae Tiberii a Nemausensibus subversae. T. 13. Tib. prohibuit, statuas atque imagines sibi, nisi permittente se, poni. T. 26.

statuae Neronis et Drusi, fratrum Caji Caesaris. Cl. 9.

Calig. vetuit, viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi se consulto et auctore, poni. Cal. 34.

omnium hieronicarum statuas et imagines Nero subverti et unco trahi abjicique in latrinas imperavit. Ner. 24.

statua Neronis. Ner. 45. Neronis imagines statuasque reponi Otho passus est. Oth. 7.

statuae Galbae. Galb. 2. statua Galbae a Senatu decreta. Galb. 23.

patrem Othonis Senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, prosecutus est. Oth. 1.

Vitellii patris statua pro Rostris. Vit. 3. statuae equestres Vitellii Imp. Vit. 9.

statua colossea non mediocris summae decreta Vespasiano. Vesp. 23.

statua aurea in Palatio Britannico a Tito posita, et altera ex ebore equestris, quae Circ. pompa praeferenda, dedicata. Tit. 2.

statuarum et imaginum Titi multitudo. Tit. 4.

statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni Domit. permisit, ac ponderis certi. Dom. 13. e basi statuae triumphalis Dom. titulus excussus vi procellae. Dom. 15.

statua medici Aug. Antonii Musae juxta signum Aesculapii. A. 59.

statua Orbilii in Capitolio Beneventi. Gr. 9. Verrii Flacci. Gr. 17.

statuarum tabularumque pictarum ornatus. A. 72.

*Statura* excelsa. C. 45. eminens. Cal. 50. procera. Vesp. 23. Tit. 3. Dom. 18. modica. Oth. 12. medioris. Ter. 5. brevis. A. 79. quadrata. Vesp. 20. justa. Galb. 21. prope justa. Ner. 51. quae justam excederet. T. 68. qua statura esset. A. 65. quando statura permitteret. Cl. 43. si tibi statura deest. Horat.

*Statim*. initio statim. C. 4. Ner. 43. cf. *Initium*. et statim. C. 23. statim certe. Cl. 1. et statim — et insequenti die. A. 53. postero statim die. Cl. 39. aut statim, aut postea. A. 51. aut statim, aut unquam postea. Ner. 34.

post biduum statim. C. 43. post oppressum statim Antonium. A. 28. statim post civilia bella. A. 83. post edictum suum — statim. Vit. 14.

*statim a*. v. supra sub *A*. cf. Oudend. ad Cal. 27.

statim hausto veneno. Cl. 44. deposito honore statim. A. 36. relicto statim novorum Consulum officio. C. 15.

statim ut imperium adeptus est. Ner. 20.

ibidem statim. A. 87.

*Stella* crinita. C. 88. Cl. 46. Ner. 36. Vesp. 23.

in modum et ordinem ac numerum stellarum coelestis Ursae. A. 80.

simulacro Caesaris in vertice additur stella. C. 88.

chlamys distincta stellis aureis. Ner. 25.

*Stemma*. in vetere gentili stemmate. Ner. 37. v. not. — stemma in atrio propos. Galb. 2.

*Stercus*. quibusdam stercore et coeno incessentibus. Vit. 17.

*Sterilis*. eandem — dimisit ut sterilem. Ner. 35.

*Sterilitas*. magna quondam sterilitate. A. 42.

ob assiduas sterilitates. Cl. 18.

*Sternere*. stratum humi paene ad necem verberavit. T. 60.

strata sub pedibus veste. Ner. 48.

lectus eburneus, auro ac purpura stratus. C. 84.

reliquas (vias) triumphalibus viris sternendas distribuit. A. 30.

*Stratum*. i. q. *lectus*. A. 6. Dom. 16.

proripere se e strato sub lectumque condere. Cal. 51. (ubi *stratum* sunt culcitae et stragulae, impositae lecto ligneo.)

*Stratura* viarum. Cl. 24.

*Stertere.* Cl 8.

*Stigma.* deformatos stigmatum notis. Cal. 27.

a quo sibi versiculis — perpetua stigmata imposita. C. 73.

*Stilus.* muscas captare solebat, ac stilo praeacuto configere. Dom. 3. acumen stili tentare. Rh. 5.

et quoniam stilo literas exarabant, *stilus* saepe i. q. *ars* s. *exercitatio scribendi de aliqua re*, *meditatio*.

prout stilus cesserat. Cal. 53. h. e. *prout in scribendo ei successerat.*

non succedente stilo. A. 85.

unde *de oratione ipsa.* affectatione et morositate nimia obscurabat stilum. T. 70.

stilo operam dare. Dom. 20. (nostr. *schriftlich ausarbeiten.* Oppon. *noscere* h. e. *legere.*)

*Stimulare.* multis ad occasionem stimulantibus. Galb. 7.

*Stipatus.* ut pontes calonibus et impedimentis stipatos reperit. Cal. 51.

*Stipendium.* i. q. *tributum* s. *capitis census quotannis solvendus.*

Galliae quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit. C. 25. (*Stipendiariae* s. *tributariae provinciae*, bello devictae, pejoris erant conditionis, quam *vectigales.* v. not. ad C. 20. et 25.)

i. q. *pecunia militi data*, nostr. *Sold.*

legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. C. 26. h. e. *a quinis in diem assibus ad denos auxit.* v. Lips. exc. ad *Tac.* A. 1, 17., Schweigh. ad *Polyb.* 6, 39.

quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam astrinxit. A. 49. cf. *Dio* 54, 25.

Domit. quartum stipendium militi addidit, aureos ternos. Dom. 7. h. e. quum novem aureos quotannis accepissent, duodecim dare coepit, addidit igitur *quartam ternorum aureorum pensionem.* v. Schelius in Hygin. c. 3.

exhaustus stipendio, quod adjecerat. Dom. 12. — ut stipendia quoque militum, et commoda veteranorum, protrahi ac differri necesse esset. Ner. 32.

unde i. q. *militia.* prima stipendia facere. C. 2. A. 2. T. 9.

post stipendia Foro operam dedit. Tit. 4.

stipendia instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur supra numerum. Cl. 25. h. e. *imag. militiae genus cum stipendiis imaginariis.*

*Stipendiarius* i. q. *tributarius.* C. 71.

*Stipes.* ad stipitem deligatorum. Ner. 29.

*Stips* i. q. *as*, *nummus.* quasi elephanto stipem. A. 53.

*de nummis strenae loco Principibus oblatis.* stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus praebens. A. 91. edixit et, strenas ineunte anno se recepturum, stetitque in vestibulo aedium Kal. Jan. ad captandas stipes sequ. Cal. 42.

Ita *stipes ex voto vel ad res sacras Diis datae.* omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant. A. 57. v. not. cf. Lips. ad *Tac.* A. 14, 15., Ernest. Clav. Cic. sub voc. *Stips.*

*Stipulatores*, *qui promissionem solvendi aeris alieni exigunt*

*ab aliquo.* De verbo *stipulari* et more *stipulationis* v. Ern. Clav. Cic., *Brisson.* de form. p. 559.

feneratorum et stipulatorum publicanorumque, qui unquam se aut Romae debitum, aut in via portorium flagitassent, vix ulli pepercit. Vit. 14. (*feneratores et stipulatores* Romae debitum, *publicani* portorium in via flagitarant.)

*Stirps.* paterna stirpe Aricinus. A. 4. clarae stirpis indoles. A. 43. stirpis antiquae. Cal. 35. Vit. 2. stirpe praetoria. C. 39.

horum residuam stirpem. Vit. 1. indicia stirpis mansisse diu. ibid.

ex hac stirpe Tiberius genus trahit. T. 3.

*Stolatum* Ulyxem Caligula appellavit Liviam. Cal. 23.

*Stomachus.* vescebatur — quocunque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. A. 76.

marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Cal. 58. stomachi dolor. Cl. 31.

ad exonerandum stomachum. Cl. 33.

More veterum, quo animi affectus ab intestinis corporis partibus repetere et denominare solebant (Hebr. רַחֲמִים · פְּלָיוֹת, לֵב, Gr. καρδία, ἧπαρ, σπλάγχνα, χόλος al.); *stomachus* de *fastidio*, *aegritudine*, *indignatione* dicitur.

bile et stomacho. T. 59., unde

*Stomachari.* sive quid stomachor. T. 21.

*Stragula.* Gr. στρῶμα, στρωμνή. culcitis et stragulis praetentatis et excussis. Cl. 35. custodes diffugerant, direptis etiam stragulis. Ner. 47.

funeratus est — stragulis albis auro intextis. Ner. 50.

*Strangulare.* eandem mox saepe frustra strangulare meditatus. Ner. 35. hos custodes strangulaverunt. T. 75. qui eum meridiantem strangularent. Ner. 6.

immaturae puellae, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. T. 61. laqueo strangulatam. T. 53.

*strangulari* med. i. q. *suffocari.* piro strangulatum. Cl. 27.

*Stratum*, *Stratura.* v. *Sternere.*

*Strena*, *munusculum die festo datum.* Ejusmodi strenas dare et accipere Principes solebant. —

Augusto Kal. Januar. ab omnibus ordinibus strena data in Capitolio, etiam absenti. A. 57. Tiber. edicto prohibuit, strenarum commercium ne ultra Kal. Jan. exerceretur. T. 34. Idem consuerat quadruplam strenam, et de manu, reddere; sed offensus, interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent, ultra non tulit. ibid. cf. *Dio* 57, 8. et 17.

Caligula edixit, strenas ineunte anno se recepturum. Cal. 42. (Edicto denuo eas sublatas a Claudio, narrat *Dio* 60, 6.)

*Strepitus.* clariore strepitu ventris emisso. Lucan.

*Strigilis*, instrumentum, quo in balineis corpus defricabant. A. 80.

*Strigosus* i. q. *macilentus.* Horat.

*Stringere.* strictis pugionibus peti. C. 82. strictus gladius. C. 14. Vit. 8. Oth. 6.

stricturum se lucubrationis suae telum. Cal. 53.

*Strictim.* str. scribere de al. re. T. 73. i. q. *breviter.*

*Struere* insidias alicui. Dom. 2. — sic structo literarum ordine. C. 56.

*Studere.* habitum vestitumque prist. reducere studuit. A. 40.

*studere* simpl. i. q. *literis operam dare.* quibusdam — studendi solatium ademtum. T. 61. Male al. *scribendi.* studuit Fl. usque ad annum duod. Volaterris, inde Romae apud grammaticum — et apud rhetorem. Pers. v. Gesn. ad *Plin.* ep. 3, 5, 5. cf. *Plin.* ep. 2, 8, 1. 2, 13, 5. „*quum simul studeremus.*" 4, 13, 3. „*studes? inquam. respondit: etiam. ubi? Mediolani.*"

*Studium* omnino *intentio* est *animi*, *qua rei vel homini operam damus*, adeoque *cupiditas* et *ardor*, quo tractamus aliquid, vel aliquem amplectimur. Gr. σπουδή, nostr. *Eifer*, *Bestrebung*, *angelegentliche Beschäftigung*, *Vorliebe*, *Lust* etc.

nec minore studio. C. 28. Senatus in funere ornando — eo studio certatim progressus est. A. 100.

c. *genit.* studio spectandi. A. 45.

promerendi amoris hom. mirum et efficax studium. Cal. 3.

equorum studio — flagravit. Ner. 22. aurigandi, aleae studium. Vit. 4. armorum nullo, sagittarum vel praecipuo studio tenebatur. Dom. 19. quod gesticulandi saltandique studio teneretur. Dom. 8. habuit et pingendi fingendique maxime non mediocre studium. Ner. 53. ne Graecarum qu. disciplinarum leviore studio tenebatur. A. 89. studium grammaticae. Gr. 2. literarum. Gr. 13. Rh. 3. poeticae. Dom. 2.

Unde *cupiditas al. rei*, et *amor atque voluntas erga aliquem.*

e studio sciscitandi, quisnam esset. Cl. 10.

studium et fides erga clientes. C. 71. quorum vero studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Cal. 55. ad retinendum ceterorum hominum studium ac favorem. Vit. 15. incendebat et ipse studia hominum. Cal. 15.

studium armaturae Threcum prae se ferens. Tit. 8. turbae faventi adversus studium suum. Cal. 30. h. e. *faventi adversariis prasinae factionis, cui ipse maxime studebat.* —

magno studio hominibus injecto. Rh. 1. certantes athletas effusissimo studio spectavit. Ner. 40. tantum afuit a remittendo laxandoque studio. Ner. 25. —

compendio cujusque horum, vel etiam studio aut libidine. Cl. 29. h. e. *cupiditate*, *voluntate vel odio erga aliquem,* nos: *nach Lust u. Gefallen.*

*studia* i. q. *negotia*, *quae quis cum studio tractat*, max. *literae.*

quae ad civilia et bellica ejus studia pertineant. C. 44. i. q. *negotia.*

nec minore cura Graeca studia secutus est. Cl. 42. h. e. *studium literarum Graecarum.* communium studiorum commercio. ibid.

studia liberalia. A. 84. Dom. 20. Plin. altiora studia percepit. Gr. 21.

functus militia studia repetiit. Gr. 9. in studiis atque doctrina. Gr. 20.

inter cetera studiorum monumenta. Cal. 3. non sine insectatione studiorum morumque ejus. Gr. 19. h. e. *doctrinae.*

*Studiosus.* quasi studiosiorem partis alterius. T. 11.

studiosissimus quisque. Rh. 2. studiosi juris. Ner. 32. i. q. *jurisconsulti*.
munditiarum lautitiarumque studiosissimus. C. 46.
*Studiose*. studiose et audiit et imitatus est Corn. Alexandrum. Gr. 20.
quum — disjicerent, idque eo studiosius facerent sequ. C. 81. quum essedario Porio studiosius plausum esset. Cal. 35.
studiosissime spectare. A. 45. aleam ludere. Cl. 33. artes exercere. Cal. 54. artes colere. T. 70.
*Stultus*. stultiorem ajebat filio suo Claudio. Cl. 3. ponit pro stulto baccolum. A. 87.
*Stultitia*. Cl. 15. 38. Ner. 33.
*Stupa*, potius *Stuppa*. Geminatur litera *p* in libris omnibus, quorum recensum vide apud Oudend. Gr. στύππη et στυππεῖον. cf. Drakenb. ad *Liv*. 38, 6. §. 2., *Virg*. Aen. 2, 236. et 5, 682., *Lucan*. 10, 493., *Caes*. B. C. 3, 101., cit. ab Oudend. Grammaticorum etymologia a *stipando* inepta est.
cubicularios ejus cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos. Ner. 38.
*Stupidus*. stupidum cubuisse. A. 16.
*Stuprum*. avunculi stupro. A. 68. h. e. *quod tulisset ab avunculo*. uxorem in stupro generi compertam. T. 35.
chirographa omnium, requisita fraude ac stupro. Cal. 24.
cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit. Cal. 24. consuetudine mutui stupri. Oth. 2. commercio mutui stupri. Cal. 36.
quum codicillos Memmii ad Pomp. uxorem de stupro pertulisset. Gr. 14.
*Stuprare*. stupratum a se. Cal. 36. stupratam a se. Ner. 35.
*Stupratores*. Dom. 8.
*Stylus*. v. *Stilus*.
*Suadere*. quietem et concordiam. Oth. 8. asperiora suadentibus. C. 14.
praesidibus, onerandas tributo provincias suadentibus. T. 32.
accitus et ipse per Tr. pl. in Curiam ad suadenda, quae viderentur. Cl. 10. Injuria Ern. praefert *censenda*. v. not. Lenius est voc. pro *censere*, *auctorem esse*.
*Suasor*. pro auctore suasorem — dicere coegit. T. 27.
*Sub* ex Gr. ὑπό (v. Scheid. ad Sanct. p. 230.) significat, aliquem v. aliquid loco vel tempore vel conditione propinquum et conjunctum esse cum aliquo, sed ita ut inferius sit illo, accedat, pareat, ab illo pendeat. Iungitur cum ablativo, et, accedente motus et appropinquationis notione, cum accusativo.
a., *cum ablativo*.
*de loco*. sub aede Saturni. Oth. 6. Sed A. 100. *pro Rostris sub veteribus* corruptum est ex: *pro Rostr. veteribus*. Praepos. *sub* Egnatius demum intrusisse videtur, ut docent codd. et editiones Egnatio priores. v. Oudend.
sub divo. C. 72. A. 82. sub tegulis habitare. Gr. 9. tegula sub una. Gr. 11.
*de tempore*. sub excessu Tiberii. Ner. 5. sub exitu vitae. Cl. 43. Ner. 54. sub exitu Neronis. Vesp. 6. h. e. *tempore proxime conjuncto* s. *quod fere incidebat in exitum Ner*. etc. Drakenb. ad *Liv*. 2, 55. §. 1. cum Burm. ad *Vellej*. 2, 24. et

Oudend. ad *Frontin.* 1, 5, 9. et 3, 9, 1. omnino negat, discrimen esse inter formulas, ubi *sub* ablativo, vel accusativo jungitur, collata silva exemplorum utriusque usus. Mihi quidem ita statuendum videtur, ut, quod rationis et linguae leges jubent, agnoscamus notionis diversitatem, qua ablativus *conditionem remque adeo praesentem* significat, *cui imminet et ingruit aliquis eventus*, accusativus *motum et appropinquationem rei s. eventus ad tempus notatum*, sed, usum loquentium et scribentium, ut assolet, in re proclivi promiscue versatum esse, facile concedamus. Nos: *unter der Zeit, unterweilen* et *gegen die Zeit.* Ita Graeci usum praepos. εἰς et ἐν, Latini praep. *in* c. accus. et ablat. saepe miscuerunt.

*de conditione* s. *statu*, a quo quis pendet, *cui subjectus est.*

sub Augusto. Cl. 25. i. q. *imperante Aug.* decessit sub Tiberio. Gr. 17.

quaedam sub eo — tristia acciderunt. Tit. 8. opera sub Tiberio semiperfecta. Cal. 21.

sub priore marito. T. 7. pr. *quum subesset adhuc priori marito.*

(Vide exempla, quae collegit Sanct. p. 829. ed. Scheid.)

Inde: quantum militum sub signis ubique essent. A. 101.

sub paedagogo fuit. Cl. 2. coll. Ner. 6. educatus sub paterna avia. Vesp. 2.

qui sub tam lentis maxillis erit. T. 21.

Adeoque *de conditione*, *cui astringitur aliquid*, ubi Gr. ἐπί, nos *unter.*

sub conditione, si. C. 68. Cl. 24. Vit. 6.

sub conditione, ne. T. 13. sub conditione, ut. T. 44.

(Graec. ἐφ' ᾧ. v. Lex. Xen. sub voc. ἐπί no. 21. cf. Wesseling. ad *Diodor.* 2, 24.)

sub lege, ne. A. 21. sub exceptione, si tamen. C. 78.

sub poena perp. servitutis. T. 36. sub mortis poena. Cal. 48.

occidit sub crimine adulteriorum. Ner. 35. h. e. *subjectam crimini adult.* —

sub nomine alieno. A. 29. 55., ubi quis ipse facit aliquid, et alienum nomen praetendit, sub quo latet, cui se submittit. v. Burm. et Oudend. ad A. 55., interpr. ad *Lucan.* 1, 405.

b., *cum accusativo.* v. quae supra dixi de propria vi hujus constructionis, et de usus licentia. Est nostr. *gegen*, *um*, ubi *de tempore* dicitur, ut in sequentibus.

sub id fere tempus. T. 17. sub idem tempus. C. 21. A. 65. 97. T. 58. Cal. 2. Oth. 8. sub tempus proelii. C. 56. sub horam pugnae. A. 16. sub diem comitiorum. A. 46. (Cod. Salm., tres Medic., Vindob. pr. aliique: *sub die.* v. Oudend.) sub Kalendas Jul. T. 35. sub natalem suum. A. 81. sub Kalendarum diem. Cal. 17. sub noctem. Oth. 8. sub irruptionem hostis. T. 6. sub ipsum civile bellum. Rh. 1. sub cujusque obitum. Galb. 1. sub ipsam Ennii mortem. Gr. 2. Plura v. apud Drakenb. ad *Liv.* 2, 55, 1.

*sub manum.* A. 49. Gr. ὑπὸ χεῖρα v. ὑ χειρός, h. e. *protinus, celeriter.* Al. *sub manu.*

*Subbibere.* Gr. ὑποπίνειν. si paulum subbibisset. Ner. 20.

*Subcesivus.* v. *Subsicivus*

*Subdebilis.* femur subdebile. Vit. 17.

*Subdere.* pugionem pulvino. Oth. 11. Dom. 17.
*Subditivus.* i. q. *spurius.* Brit. fratrem ut subditivum apud patrem arguere conatus est. Ner. 7. Al. *subditum* contra libros. v. Oudend. cf. Duker. ad *Flor.* 3, 16.
*Subducere.* gallinae ovum. T. 14.
nostr. *entziehen.* Druso alimenta subducta. T. 54. i. q. *subtracta*, *ademta.*
quo materiam tumultus post se subduceret. T. 22.
*subducere rationem*, ob subjectos singulis ordinibus numeros, unde etiam *subducere calculos*, ut *Cic.* Fin. 2, 19, 60.
annorum ratione subducta. Cl. 21.
*Subigere.* orbem. C. 7. Breucos et Dalm. subegit. T. 9. Gallogr. sese subegisse. Cal. 30. brevi omnia subegit. C. 34. Gallias Caesar subegit. C. 49. mox sensu obscoeno: Nicomedes Caesarem sequ. de *stupro.*
*Subinde* i. q. *mox*, *statim.* A. 95. Ner. 3. 6. Galb. 1. 10. removens subinde plerosque. Galb. 16. Vit. 9. Tit. 5.
i. q. *identidem*, *interdum*, *saepius.* C. 65. T. 28. 57. Cal. 30. 33. 50. Cl. 41. 43. Ner. 10. 41. Galb. 3. 16. v. Duker. ad *Flor.* 2, 10.
*Subire.* sibi subeunti Tiberim. Cl. 38. per devexum pulpitum subeuntem. Ner. 13.
aquilam humeris subisse. A. 10.
subire insidias. C. 86. bella. ibid. periculum. A. 32. quidvis discriminis. Oth. 9.
contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit. A. 81.
judicium majest. subiit. T. 2. famosi judicii notam sponte subibant. T. 35.
variorum dedecorum infamiam subiit. A. 68. ebrietatis quoque et aleae infamiam subiit. Cl. 5. nihil contumeliarum defuit, quin subiret. Ner. 45.
ne sibi — subeunda poena esset. Vesp. 6.
*Subitus.* i. q. *repentinus*, *praeter exspectationem veniens.*
subita eruptio hostium. C. 65. subita hostium incursione. C. 55. subita eruptione. A. 96. subiti ignes. T. 14.
propter subitam valetudinem. Ner. 3. subiti tumores. T. 68. h. e. *subito et assidue orti.* (Ita Salm. cod., duo Palat., tres Medic. al. Vulg. *subtiles*, unde conjecerunt Lips. *substilli* v. *substilles*, Burm. *rubidi*, Ern. *lividi.*)
velut ad subitam condictamque coenulam. Cl. 21. levi subitaque de causa. Cl. 34.
si quid subiti muneris injungendum esset. T. 18.
subita poenitentia. C. 75.
commisit et subitos (Circenses.) Cal. 18. subitus aderat. T. 33.
ad subita. A. 84. (nos: *auf plötzliche*, *unvorhergesehene Fälle.*)
*Subjicere.* ut statuae Caesaris subjiceretur (caput.) A. 13. Al. *submitteretur.* Illud aptius. v. not. manum hum. intulit mensaeque subjecit. Vesp. 5.
veste detracta subjectaque mil. pedibus. Cal. 26.
Sed Vit. 17. leg. mento mucrone gladii *subrecto*, non *subjecto.*
mater, quam subjectam sibi vidisset. C. 7. (de *stupro.*) — subjicere oculis al. A. 18.

ut is ordo quandoque ei subjiceretur. A. 94. i. q. *submitteretur*, *pareret*. —

*subj. hastae al.* ipsum bonaque subjecit hastae. A. 24. et *simpl.* reliquias omnium spectac. subjecit et venditavit. Cal. 39. hos partim sujici ac venire imperavit. Tit. 8. (Ex glossemate vulg. additum *in servos*, quod abest in codd. Lips. et Salm., Med. sec. v. Oudend.) cf. Duker. ad *Flor.* 2, 6. §. 48.

*subjicere* i. q. *substituere*, *subornare*. ut in quaestione pernegantibus cunctis, Anicetum — indicem subjecerit. Ner. 35.

pistorem alium quam sibi panem convivis subjicientem. C. 48. sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit. T. 25. remoto ordinario apparatu tabidas feras etc. subjiciebat. Cal. 26. ut Gr. ὑποτίθεσθαι. v. not.

i. q. *sub finem addere*, *adjicere*, *subjungere*, nostr. *beisetzen*, *beifugen*.

ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. T. 21. vetus SCTum subjiciam. Rh. 1. ex quibus argumenti gratia pauca subjeci. Horat. subjecit alium (versum). A. 98.

nostr. *daruntersetzen*. abundantes literas ibidem statim subjicit circumducitque. A. 87.

unde *subjectus* i. q. *proximus*. ex subjecta lacuna. Ner. 48.

*Sublevare*. i. q. *erigere*. inter manus sublevantium exstinctus est. Vesp. 24.

unde i. q. *adjuvare afflictum*. ne provincias qu. ulla liberalitate sublevavit. T. 48. onerare sententia sua quemque vel sublevare. Cal. 53.

*Sublimis*. pirum in sublime jactare. Cl. 27.

*Submergere* v. *Summergere*. paene summersus. Cl. 32.

*Subministrare*. Sejanum quaerenti occasiones subministrasse. T. 61.

Reliqua *Submonere*, *Submovere*, *Submittere* v. sub: *Summ.*

*Subnotare*. appositis, qui nomina palam subnotarent. Cal. 41.

*Suboles*. v. *Soboles*.

*Subornare*. percussores ei subornavit. A. 10. percussorem sibi subornatum. Ner. 34. Nemorensi regi validiorem adversarium subornavit. Cal. 35.

subornavit, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret. C. 12. subornavit, qui ingredientem Curiam invaderent. Cal. 28. subornavit, proximo Sen. qui censerent. Cl. 26.

*Subrigere*. mento mucrone gladii subrecto. Vit. 17. Gr. ὑπαίρειν. Sensus: *mento per subjectum mucronem glad. subelevato v. suberecto*. Vulg. *subjecto* vel vitiose *subtecto*. v. quae de eadem confusione Drakenb. ad *Liv.* 7, 10. §. 10. l. 8, 8. §. 10. et *Sil. Il.* 10, 253.

*Subripere*. puer adhuc Athenis subreptus. Gr. 15. Vitiose al. *catenis*.

*Subrogare*. jus sacerdotum subrogandorum. Ner. 2. h. e. *in locum aliorum*.

*Subrutilum* caput. Dom. 20.

*Subscribere*, *nomine subscripto confirmare aliquid*, nostr. *unterschreiben*.

quum de supplicio cujusdam capite damnati, ut ex more subscriberet, admoveretur. Ner. 10. nec quicquam prius pro potestate subscripsit. Oth. 7. numerum puniendorum ex custodia subscribens. Cal. 29.

simpl. *scribere aliquid sub al. re*. subscripsere quidam L.

Bruti statuae: utinam viveres; item ipsius Caesaris sequ. C. 80.

*subscribere accusationi* est *accusationem subscripto nomine firmare et adjuvare.* v. Clav. Cic. sub h. v. Unde; accusanti patrono subscripsit. Rh. 3.

i. q. *bona vota subscribere literis ad aliquem datis.*

quum Rhod. legatos, quod *literas publicas sine subscriptione* ad se dederant, evocasset, ne verbo qu. insectatus ac tantummodo jussus *subscribere*, remisit. T. 32. *Dio* 57, 11. οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιουμενοι. Mox: ὑπογραψαντας τὸ ἐνδέον ἀπέπεμψε. v. Fabric. cf. *Plin.* ep. 10, 1. *Brisson.* de form. p. 324. Male Ern. ad h. l. —

i. q. *clam notare*, *scribere aliquid*, v. Burm. ad A. 27., Ern. ad Agric. *Tac.* 45.

Pinarium quum subscribere quaedam animadvertisset. A. 27. cf. *Capit.* Ant. Phil. c. 15

*Subscriptio.* T. 32. v. modo *Subscribere.*

*Subsecivus* v. *Subsicivus.* subsiciva, quae, divisis per veteranos agris, carptim superfuerunt. Dom. 9. (Auctor de limitibus apud *Rigalt.* p. 299. *Subseciva*, *quae in divisura agri non efficiunt centuriam*, *id est*, *jugera ducenta.* Deducendum vocabulum a v. *subsecare*, adeoque non scribendum *subcesiva*, *subcis.* v. *succis.* v. Oisel. et Gronov. ad *Gell.* 13, 24, 4., Görenz. ad *Cic.* Leg. 1, 4, 13. qui tamen inconstantior h. l. *his subsicivis*, paulo ante 1, 3, 9. *subseciva quaedam.* Litera *i* in syllaba secunda confirmatur codicibus et tabula aenea apud *Gruterum* p. 1081, 2. v. Oudend. ad h. l.)

*Subsellium.* subsellia tribunicia. C. 78.

medius inter Consulum sellas tribunicio subsellio sedebat (*in Curia.*) Cl. 23.

*subs. in judiciis.* cautum, ut litigatores — pro subselliis nullam omnino mercedem darent, praebente aerario gratuita. Ner. 17. sedit in subselliis (*cum reo et advocatis*) per aliquot horas. A. 56. (Unde *Cic.* de Orat. 1, 62. „*is, qui habitaret in subselliis.*") cum subselliis tribunalia. C. 84. *Cic.* ad Div. 13, 10 „versatus in utrisque subselliis" (*judicis atque patroni.*) v. Ern.

*in Circo v. theatro.* Parthorum obsides — super se subsellio secundo collocavit. A. 43. decr. Patr., ut, quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. A. 44. quum — lapidibus et subselliorum fragminibus decerneretur (in theatro.) Ner. 26.

*in auctione.* Aponio Sat. inter subsellia dormitante. Cal. 39.

*in auditorio.* defractis compluribus subselliis obesitate cujusdam. Cl. 41.

*in triclinio.* subsellio juxta lectulum residens. Ter. 2.

*Subsequi.* cessantibus copiis, quas subsequi jusserat. C. 58. serius subsequentes. C. 65.

avunculum — subsecutus. A. 8. ut — ita subsequi cogerentur. Cal. 43. nunquam sine Tribunis, procul et occulte subsequentibus. Ner. 26. qui vestigia subsecuti erant. Dom. 1. Sed Dom. 2. omnes libri; sellam — lectica *sequebatur*, unde ind. Bernecc. per errorem: *subsequi* sellam lectica.

*subsequentia* h. e. *proxime sequ.* etiam de subsequentibus diversa fama est. Cl. 44.

male subsequi (sc. *stilo*) verba dicentis. C. 55.

*Subsidere.* quosdam ex Vitelliis subsedisse Nuceriae. Vit. 1. (nostr. *sich niederlassen.*)

subsedisse in oppido Reatino, uxore ibidem ducta. Vesp. 1.

*Subsidium* i. q. *auxilium.* reorum aut obaeratorum — subsidium unicum ac promtissimum erat. C. 27. hoc subsidium tanti coepti fuit. Oth. 5.

agrum Camp. ad subsidia Reip. vectigalem relictum. C. 20. fugam et subsidia fugae, classes apparabat. Cal. 51.

deserta desolataque reliquis subsidiis aula. Cal. 12. h. e. *hominibus, in quibus spes imperii subsideret.* (*Tac.* A. 1, 3. *munimenta* dicit, ἐρύματα δώματος. v. Lips. ad h. l.)

*Subsistere*, i. q. *commorari, iter inhibere.* paulum substitit. T. 11. substitit Brixelli. Oth. 9. h. e. *remansit.* Ravennae substitit. C. 30.

quum succedenti fratri legatus substitisset. Vit. 5. h. e. *remansisset in provincia legatus fratri.* Male al. *substitutus esset.*

*Subsortitio* i. q. *substitutio per sortem in demortuorum locum.* C. 41.

*Substernere* alicui pudicitiam. A. 68.

*Substituere.* utroque anno binos Consules sibi substituit in ternos novissimos menses. C. 76. Pontifex in locum P. Scip. substitutus. T. 4. a Cajo Caesare Gaetulico substitutus (in provincia.) Galb. 6. De loco Vit. 5. v. *Subsistere.*

defuncto circa Kal. Jan. altero e Consulibus, neminem substituit. Ner. 15.

*substituere heredes* i. q. *secundos heredes facere.* T. 76. cui substitutus heres erat. Galb. 9. v. *Heres.*

*Substringere.* ut aegre fascia substringeretur (caro.) Galb. 21.

*Subsultim* decurrere. A. 83.

*Subterfugere.* praevisum periculum. A. 10. jus fisci. Vesp. 23.

*Subtexere* i. q. *addere.* A. 94.

*Subtrahere.* subtracto nomine. Rh. 2.

i. q. *discedere, clam se amovere*, ut Gr. ἀποστρέφειν, ὑποστρέφειν.

repente interdiu vel noctu subtrahebat. C. 65. sc. *se*, quo addito non opus.

Ita *Plin.* Paneg. 86, 2. „Praefectum praet. non ex ingerentibus, sed ex *subtrahentibus* legere," ubi Schwarz., nescio an injuria, dubitat, an simpliciter *subtrahere* dici queat sine pronomine.

*Subucula, vestis interior, quae subter induitur.* A. 82.

*Suburbanum, villa, praedium, sub urbe* h. e. *juxta urbem situm.* A. 6. 72. 94.

modicis contentus aedibus, nec multo laxiore suburbano. T. 11. v. Ern.

offerente Phaonte liberto suburbanum suum sequ. Ner. 48. in suburbano Flaviorum. Vesp. 5. cadaver ejus — Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit. Dom. 17.

*Suburere* crura nuce ardenti. A. 68.

*Subvehi.* triremi usque ad proximos naumachiae hortos subvectus est. T. 72.

inde Romam Tiberi subvectos. Cal. 15.

*Subvenire.* negavit, se aliis subventurum. T. 47. i. q. *inopiam sustentaturum.*

quo maturius sociis implorantibus subveniret. C. 18. ut Reip. subveniret. Vesp. 6. ad subveniendum hortatus est. Cl. 18. ut — laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur. Cl. 44. nisi quos gravior criminum — vis urgeret, quam ut subveniri posset a se. C. 27.

*Subvertere* imagines, statuas. T. 13. Cal. 34. Ner. 24. aras. Cal. 5. mensam. Ner. 46.

urbes terrae motu subversae. A. 47.

aliquem i. q. *perdere*, *affligere*, nostr. *stürzen*. Sejanum — vix tandem, et astu magis ac dolo, quam princ. auctoritate, subvertit. T. 65.

*Succedere*. Pisonis, successuri sibi in consulatu. C. 21. qui Marco in consulatu successerat. C. 29. ut ei succederetur ante tempus. C. 28. ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. A. 94. successurum juveni senem. Galb. 8. post biennium — quam successerat patri. Tit. 11. evenit, ut in eo (consulatu) ipse Cn. Domitio — ipsi Salv. Otho succederet. Galb. 6. (Ceterum Oudend. ad C. 21. ad peculiares Suetonio dicendi formulas refert et hanc: *succed. alicui in consulatu*, et Latine quartum casum addi dicit: *in consulatum;* quod miror excidisse viro doctissimo. Casus sextus in eo genere frequentior significat, *ubi* et *in qua re* successum alicui fuerit; ubi quartus casus additur, *succedere* propriam vim obtinet, qua est: *in alicujus locum accedere*, nostr. *nachrucken*, ita ut accuratius dicas: *successuri in consulatum suum*, *quasi locum vacuum*, et: *qui in Marci consulatum successerat.*)

*succ.* i. q. *procedere*, Gr. προχωρεῖν. non succedente stilo. A. 85. non saepe in scribendo magis successisse sibi. Ter. 3.

quum vix fides esset, rem ullo modo successuram. Vesp. 7.

*Successus*. nec successum victoriae moderatus est. A. 13. magno successu bis ac ter auditus est. Juven.

jam multiplici successu praeferocem. C. 35. per tot successus. C. 25. status inflatusque tantis velut successibus. Ner. 37.

*Successio*. spes successionis. T. 15. Cal. 12. successio imperii. T. 55. Oth. 4. quo aequiore animo Germ. celerem successionem vel certe societatem principatus opperiretur. T. 25.

*Successor*. non exspectato successore — decessit (provincia.) C. 18. per tumultum successor ei nominatus. C. 34. coll. Ner. 2. consulares — usque eo detinuit, donec successores post aliquot annos praesentibus daret. T. 63. successores percussoresque summittere exercitus et provincias regentibus. Ner. 43.

*in principatu*. ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. T. 21.

successorem ascitum eum necessitate magis, quam judicio. T. 23. diu cunctatus, an sibi successorem destinaret. Cal. 4. fratrem — consortem successoremque testari perseveravit. Tit. 9. mirari se, quod successorem non et sibi mitteret. Dom. 1. cujus filios — successores palam destinaverat. Dom. 15.

successorem meum osculetur. Ner. 35.

*Succendere*. ardentibus cereis succenderunt (lectum.) C. 84. quod oppidum Hisp. — facibus succenderit. Galb. 3. succenso templo Jovis O. M. Vit. 15.

*Succensere* i. q. *indignari*, *iratum esse*. c. *dat*. Cal. 3. Vesp. 15.
*succ. aliquid*. succensens curam verrendis viis non adhibitam. Vesp. 5. ne recusanti quidem aut succensuit quicquam sequ. Horat.
sequ. *si*. succensebatque, *si qui* — insererent. Cal. 23.

*Succidere*. ut in provinciis vineta succiderentur. Dom. 7.

*Succingere*. succincti gladiis. C. 84. ferro. A. 32. Vit. 11.
succinctos linteo. Cal. 26. (coll. *Phaedr*. 2, 5, 11.) succinctus poparum habitu. Cal. 32.

*Succlamatio*. inter exsultationes succlamationesque populi. Ner. 24.

*Succollare*. ab his lecticae impositus et — vicissim succollantibus in castra delatus est. Cl. 10. succollatus. Oth. 6.

*Succumbere*. Nolae succubuit. (nostr. *er legte sich*, de *morbo*.) A. 98.
succ. alicui, nostr. *unterliegen*. Cal. 30.

*Succurrere*. c. *dat*. i. q. *subvenire*. tanquam aliter illi non possent, nisi morte, succurrere. Ner. 30.
i. q. *in mentem venire*. succurrit versus ille Homer. T. 21. id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit, neque cuiquam facile succurrat. Tit. 10.

*Succus*. pomum succi vinosioris. A. 77. taxi arboris succus. Cl. 16.

*Sudor*. sudorem frontis brachio detergere. Ner. 24.
*Sudare*. sudabat ad flammam. A. 82.
*Sudarium*. parceret arteriis ac sudarium ad os applicaret. Ner. 25. ligato circum collum sudario. Ner. 51. ante faciem obtento sudario. Ner. 48.

*Sufferre*. colligere semet ac sufferre. Cal. 50. (nostr. *sich fortschleppen*.)

*Suffertus*. aliquid se sufferti tinniturum. Ner. 20. Gr. ὑπόπυκνόν τι h. e. *quod pleno sono aures afficiat*. v. *Turneb*. Advers. 28, 18., Schneid. Lex. Gr. sub voc. πυκνός.

*Sufficere*. quia suffecturus dies non videbatur. C. 84. judicia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur. Vesp. 10.
non sufficientibus duobus (Foris). A. 29. fuit — pietatis exemplo sufficientis. Pers.
suffecerit haec retulisse. Ner. 31. — ut destinata summa sufficeret. A. 42.
sufficere illi debere ux. ornamenta. Ner. 35.
*sufficere alicui rei*. suff. sumtibus. Gr. 23. et simpl. qui non sufficerent sc. *sumtibus*. A. 43. facile omnibus (epulis) sufficiens, vomitandi consuetudine. Vit. 13.
quando universae (Reip.) sufficere solus nemo posset. T. 25. (*Tac*. A. 1, 13. opponit *suffecturos* et *impares*. Id. 3, 32. *corpore validum et bello suffecturum*. De *sumtibus* Id. 3, 72. „quod nemo e familia restaurando (theatro) sufficeret.")
ante ipse scribendis epistolis amicorum sufficiebam; nunc occupatissimus et infirmus sequ. Horat.
quum, urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testam. tabulas. Horat. fin. h. e. *non satis virium haberet*.
*sufficere* act. i. q. *substituere*. in locum demortui suffectus. Cl. 14. Q Maximo suffecto. C. 80.
honore abiit, suffecto alio in locum suum. A. 26.

*Suffigere* al. cruci. C. 74. caput hasta suffixum. Galb. 20.

*Sufflavus* capillus. A. 79. Ner. 51.
*Suffodere.* legenti — et attonito suffodit inguina. Dom. 17.
*Suffragari* i. q. *adjuvare.* socero generoque suffragantibus. C. 22. suffragante fratre. Dom. 2.

*Suffragator.* C. Memmii — etiam suffragator in petitione consulatus fuit. C. 75.

exacta pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat. Vesp. 23.

*Suffragatio.* de Quaestore candidato inter causas suffragationis suae posuit, quod sequ. Cl. 40.

*Suffragium.* ferebat et ipse suffragium in tribubus, ut unus e populo. A. 56. i. q. *edebat.*

ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit. C. 13. h. e. *acceperit.* v. *Ferre.*

tribunatu mil., qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit. C. 5.

reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. C. 80.

ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. C. 41. magistratum populi suffragio cepit. A. 2.

adjutum putant T. Vinii suffragio. Vit. 7. h. e. *suffragatione, commendatione.*

adhibes joci causa magistrum suffragio tuo. Rh. 5. (ex *Cic.* Phil. 2, 17.) nos: *von deiner eignen Wahl.*

genus suffragiorum in municipiis ab Aug. excogitatum. A. 46. v. not.

tentavit Cal., comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Cal. 16. (*die Wahlen.*)

*Suffugere* aliquem. ut consularem satisfacientem sibi — ita suffugerit, ut caderet supinus. T. 27.
*Suggestus* in orchestra. C. 76. i. q. *cubiculum* Ner. 12. v. *Lips.* de Amphith. c. 11., *Bulenger.* de Circo Rom. c. 34., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 51, 4.
*Sui.* similem se semper sui futurum. T. 67.

exspect., quam de adventu *sui* fecerat. C. 30. (Ita cod. Salm. Vulg. *suo.* v. Oudend., et idem ad C. 82., ubi conj. *etiam inferiore sui parte velata*, et ad Cal. 9., ubi mavult: *ex conspectu sui.*) quasi amore sui deperiret. Vesp. 22.

ad exitium sui. A. 94. in admiratione sui. Ner. 52. sine sui appellatione. Cal. 16.

in ultionem sui Reique publ. Ner. 41.

non sine magna sui invidia. Rh. 6. Ita etiam cod. Salm. *certamen gymn. honori sui institutum.* A. 98. vulg. *suo.* cf. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 61, 6. *tui sanctitate*, ubi excitat Paneg. 76, 1. *sub exemplo tui*, et ep. 10, 29. *mei loco*, —

*semet.* C. 89. T. 67. Cal. 15. 50. Cl. 12. 41. ab semet. Gr. 10. *sibimet.* Vesp. 20.

*eum* pro *se.* v. *Is.* et not. ad Cal. 34.

*Suus.* sui cujusque mensis. A. 40. v. not. suo quaeque more. C. 84. v. *Quisque.*

sortiri anno *suo* proconsulatum. Galb. 3.

sexto *suo* consulatu. A. 100. consulatu *suo* nono. Vesp. 24. in secundo *suo* consulatu. Dom. 3. *Suus* est pro genitivo nominis.

non sine magnis *suis* — discriminibus. A. 14. Al. omit-

tunt *suis*. Sed est nostr. *nicht ohne eigne* s. *persönliche Gefahren.*

*sua morte* defungi. C. 89. Gr. ἰδίῳ s. αὐτομάτῳ θανάτῳ, οἰκείᾳ τελευτῇ. *Ovid.* Trist. 1, 2, 53. *fatove suo ferrove cadentem.* *Plin.* ep. 1, 12, 2. opponit, *qui morbo finiuntur*, et *quos arcessita mors aufert.* Sc. *mors sua* est *non aliena*, h. e. *ab alio illata* v. *vi contra fatum properata*, ut *tempus suum*, de quo v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 21, 5.

aquilifero legionis *suae.* A. 10. h. e. *ab ipso conductae.* Casaub. numerum legionis excidisse putat. — exules *sui.* Cal. 24. h. e. *a se in exsilium missi.*

*de suo.* A. 45. i. q. *a se.*

*sui* oppon. *hostibus.* C. 75. suas ratus (naves.) A. 16.

*sui* i. q. *amici*, *comites.* quia sui diffugerant. Cl. 10. Al. *servi.* promtissimis atque etiam instantibus suis. Vesp. 6. quibusdam suorum. C. 86.

i. q. *domestici*, *cognati.* domi et inter suos. A. 61. dimitt. omnem curam suorum. T. 11.

quod superstes omnium suorum exstitisset. T. 62. suis suorumque diebus sollemnibus. Cl. 14.

i. q. *populares.* ut quidam e primor. Gall. confessus sit inter suos. A. 79.

*Sumere. de cibo.* pro potione sumebat perfusum aqua frig. panem etc. A. 77.

ut non temere super coenam praeter Mat. malum, et modicam — potiunculam sumeret. Dom. 21. (nostr. *nehmen, zu sich nehmen.*)

antidotum — ad praecavenda venena sua sumtum. Cal. 23.

*de ornatu et vestitu.* sum. diadema. Cal. 22. anulos ferreos. A. 100. Opp. *deponere.*

sum. virilem togam. A. 8. 94. T. 7. Galb. 4. Vesp. 2. togam simpl. Cal. 10.

Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumserunt. C. 80. (correpta penultima.) —

*sumtam sibi Berenicen* Tit. 7. est ex corruptis verbis superioris commatis: *sunt usi.* v. Oudend.

aurum sumere mutuum. C. 51.

sumto ad reficiendam vocem brevi tempore. Ner. 20. quotidie secretum sibi horarum sumere solebat. Dom. 3.

sume tibi aliquid juris apud me. Horat.

omnium bellorum initium et causam hinc sumsit. A. 10.

supplicium sumere de al. A. 57.

proelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. C. 60. i. q. *incipiebat.* cf. *Tac.* A. 2, 45. l. 13, 34. Hist. 2, 42. *Gell.* 17, 21. „*bellum cum rege Pyrrho sumtum est.*"

*Sumtus* subst. i. q. *impensa.* privato sumtu. C. 24. Cl. 20. communi. A. 60. magno. C. 46. non nimio. A. 74. easque sumtu suo exstruxit. Ner. 16.

neporatus sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit. Cal. 37.

ad relevandos castrenses sumtus. Dom. 12. sufficere sumtibus. Gr. 23.

ut — sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret. A. 40.

adhibitus sumtibus modus. Ner. 16. — v. Salmas. ad *Spartian.* Adrian. 7.

*Sumtuosus.* sumtuosus in libidines. C. 50. i. q. *prodigus*, nostr. *verschwenderisch*.

- i. q. *magno sumtu factus*, nostr. *kostspielig*. portum operis sumtuosissimi fecit. Ner. 9. spectacula magnifica et sumtuosa. Dom. 4.

*Sumtuose.* essedum argent., sumtuose fabricatum. Cl. 16.

*Sumtuaria* lex Caesaris. C. 43. (v. *Gell.* 2, 24. et not. ad l. c.) ab Augusto retractata. A. 34. v. not.

*Summa.* v. *Summus.*

*Summittere*, nostr. *nachschicken*, *heimlich zuschicken*. successores percussoresque summittere exercitus et provincias regentibus. Ner. 43. percussores sibi ex Hispania in Iudaeam summisisse opinatus. Galb. 23. summissis — lictoribus atque militibus, qui sequ. C. 43.

aliis — quo vellent, et quoties vellent, auxilia summittens. C. 28.

unde i. q. *subornare*. summissis consul. viris, qui regio genere ortam pejerarent. Ner. 28. quum summisisset, qui nund. die pauculas uncias venderet. Ner. 32. summissis, qui — inquietarent. Ner. 34. summissis, qui — ad poenam deposcerent. Tit. 6.

i. q. *demittere*. se praesidenti patri ad genua summisit. T. 20.

si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum summitteret. A. 79. (nostr. *niederschlagen*, *senken*, *sinken lassen*.) faciem manu allevans, si quae pudore summitterent. Cal. 36. ut visendam praeberet faciem, neve summitteret. Vit. 17. bos — procidit ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque summisit. Vesp. 5.

*summittere capillum*, *barbam* etc. nostr. *hängen*, *wachsen lassen*.

ut barbam capillumque summiserit. C. 67. barba capilloque summisso. A. 23. summittere comam. Cal. 47. (*Germanorum more*.) ut comam semper in gradus formatam — etiam pone verticem summiserit. Ner. 51.

*summissus.* capillo pone occipitium summissiore. T. 68.

*Summissim.* summissim fabulantes. A. 74. h. e. *leniori pressaque voce*.

*Summonere* i. q. *clam memoriae al. subvenire monendo*. nullo summonente. A. 53.

*Summovere.* c. praep. *a*. donec ambo administratione Reip. decreto Patrum summoverentur. C. 16. (Al. *ab* v. *a ministratione*, unde Oudend. conj. *ab administr.* Utriusque usus c. praep. *a* et c. simplici ablat. exempla v. apud Drakenb. ad *Liv.* 2, 59. §. 3.) eo capite, quo *a* petitione honorum absentes summovebat. C. 28. (H. etiam l. Medic. sec. Vindob. pr. Cort. omittunt praepositionem.)

*c. simpl. ablat.* paene honore summotus est. Cl. 9. ne ob delictum certamine summoveretur. Ner. 24. athletarum spectaculo muliebre secus omne summovit. A. 44. summovere al. Urbe, Italia. A. 45. T. 36. Cal. 16. Cl. 23. Ner. 39. Dom. 10.

*simpl.* adeuntes summoverat. T. 40. quae obviam prodeuntes summoveret. T. 72.

summotis omnibus. Dom. 16. summotis omnibus solus. Vesp. 7. summota turba. Cal. 58. Cl. 22. quum — turbam

summoverent. Cl. 10. Eleus. sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis summoventur. Ner. 34. (ubi *init.* est ablat. absol. pro: *in initiatione*, non regitur a verbo. Vitiosa est lectio *summoverentur*. v. Oudend.)

recenso Senatu et Equite, summotis indignissimis. Vesp. 9. i. q. *ejectis Senatu.*

Germanos ultra Albim fluvium summovit. A. 21. h. e. *recedere coegit*, *repulit.*

*Summus.* summus magistratus. i. q. *consulatus.* C. 19. summis honoribus functos. Cal. 26. i. q. *amplissimis.*

de summa se Rep. acturum. C. 28.

summas sibi partes vindicantem. A. 16.

ut summi Principis spem ostenderet. Vit. 10. h. e. *singularis*, *egregii.*

non sine summa dignatione. C. 4. summa discordia. C. 19. ad summam quondam ubertatem vini. Dom. 7.

summa industriae, nec minore modestiae fama. Tit. 4. De var. lect. v. Oudend.

*Summe* dilectus a Paeto Thr. est. Pers.

*Summa.* summa rerum, quas deinceps gessit. C. 34. proposita vitae ejus velut summa. A. 9. Oppon. *partes.* summam malorum suorum. T. 67. —

matri summam omnium rerum publ. privatarumque permisit. Ner. 9. h. e. *administrationem universi imperii.* delatam sibi summam imperii. Ner. 3. ne de summa imperii sui pop. Rom. periclitetur. T. 21. sibi summam Reip. deferentes. Cal. 1. cui belli summam commiserat. Dom. 6.

summae equestris gradus candidatus. Galb. 14. (Primus Casaub. ex cod. Viterb. edidit *summi.*) h. e. *summi honoris*, *quem Eques nancisci potest*, s. *praefecturae praet.* v. not. —

summa aeris alieni. C. 42. Oppon. *usurae.*

*summa* simpl. *de pecuniae summa.* quam summam repraesentari jussit sequ. A. 101. pro octingent. millium summa. A. 41. diversae fere summae. ibid. nummos non mediocris summae. Cal. 37. quam minima summa. Cal. 47. taxato prius modo summae. Cal. 38. quadragesima summae, de qua litigaretur. Cal. 40. ut destinata summa sufficeret. A. 42. ex qua summa. A. 57. non alio datam summam — absumturos. A. 98. quia notata, non perscripta erat summa. Galb. 5. quemadmodum summam rationibus vellet inferri. Vesp. 22. summa (octo millium nummûm) quoque titulo adscribitur. Ter. 2. ut — certam summam viritim praestaret heres suus. Dom. 9.

summarum acervi. A. 57. decuria jud., quae judicaret de levioribus summis. A. 32. actor summarum. Dom. 11. h. e. *exactor pecuniarum.* v. not.

*ad summam*, nostr. *im Ganzen*, *überhaupt.* ad summam perdidit non multum. A. 71. Gall. *enfin.* ad summam philologus ab semet nominatus. Gr. 10.

*Summatim.* summatim exponere aliquid. C. 44. Gr. ἐν κεφαλαίῳ. commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit. T. 61. h. e. *ut summam rerum narraret*, *non de singulis fusius exponeret.* cf. A. 9. (*Lucret.* 3, 272.)

unde *summatim* est *ad superficiem*, *ut summam modo attingas*, Gr. ἐπιπολῆς, nostr. *oberflächlich.* poeticam summatim attigit. A. 85. (Gloss. *summatim*, κεφαλαιωδῶς, quod valet C. 44. T. 61., συλλήβδην, ἐν κεφαλαίῳ, ἀκροθιγῶς.)

*Supellex.* A. 73. Cal. 39. 55. Ner. 11. v. *Instrumentum.*

pretiosae supellectilis praecupidus. A. 70. adhibendum supellectili modum censuit. T. 34.

Vettium, pignoribus captis et direpta supellectile male mulcatum — conjecit in carcerem. C. 17. (haud dubie *ab apparitoribus et plebe*, quae simul domum irruperat, direpta supellex.)

*Super*, Gr. ὑπέρ, ut *praeter* a *prae* forma compar., descendit a primit. ὑπό, *sub*, ut sit *supera*, Gr. ὑπότερα, ὑπερότερα, ὕπτερα. v. Scheid. ad Sanct. p. 230. Igitur eandem *propinquitatis* habet notionem, addita alia *motus et processionis ad altius vel ulterius.* Prorsus respondet, quod ejusdem originis est, nostrum *über.*

c. *accusat.* nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur (sc. latum clavum.) C. 45. Parth. obsides — super se subsellio secundo collocavit. A. 43. super laureatum currum. A. 94. infuso super altaria mero. ibid. aquila super nomen Agr. ad primam literam sedit. A. 97. convivatus est et super emissarium Fuc. lacus. Cl. 32. quae noctu super dormientem — deciderent. Ner. 34.

Unde *de loco* dicitur, ut sit *prope, ad*, confunditur fere cum *supra.*

supra Confluentes. Cal. 8. Al. *super.* v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 23, 32. §. 2. l. 33, 15. §. 8. et l. 43, 21. §. 6., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 65, 2. cf. infra voc. *Supra.*

*super coenam* i. q. *inter coenam*, sed ita, ut *super* locum sedentium, *inter* tempus respiciat. Nos: *über Tische*, *über Tafel*, Gr. ἐπὶ δείπνῳ, ἐπὶ κύλικι. C. 87. A. 77. T. 56. Cal. 22. Ner. 22. Vit. 12. Vesp. 22. Tit. 8. Dom. 14. 21. super abundantissimam coenam. Ner. 42. cf. *Plin.* ep. 3, 5, 11. et 4, 22, 6.

De *numero* notat *additum plurium numerum*, et est i. q. *plures quam* v. *plus quam*, ut nostr. *über*, h. e. *mehr als.*

erant super mille. A. 35. super triginta ducibus. A. 38. super HS. millies. C. 26. Ner. 30. super quadraginta reos. Cal. 38. super viginti officia — distribuit. Dom. 1. super viginti oppida. Vesp. 4.

unde i. q. *praeter.* super bina sest., quae initio — numeraverat, vicena millia nummûm dedit. C. 38. super templa et aras ludos *quoque* — constituerunt. A. 59. super alias donationes. C. 50. quadrag. sest. super plurimas coronas aureas dedit. Vesp. 19. super festinatas Liviae nuptias objecit *et* sequ. A. 69. super veteres amicos ac familiares. T. 55. exacerbati super memoriam pristinae crudel. *etiam* recenti atrocitate. T. 75. super fausta omina. Cal. 13. super innumeram turbam ceteram. Cal. 26. super sororum incesta. Cal. 36. super victorias opima *quoque* spolia capt. Cl. 1. super veterem segnitiae notam ebrietatis *quoque* sequ. Cl. 5. consulatus super pristinum quatuor gessit. Cl. 14. super quadrig. certamina. Cl. 21. super cetera flagitia atque dedecora — *etiam.* Cl. 26. super ingenuorum paedagogia. Ner. 28. super exercitum veterem. Galb. 10. super ceteras — blanditias. Oth. 7. approbata cito *etiam* morum indole super itineris industriam. A. 8. super fiduciam imperii *etiam* spe sequ. Ner. 31. instigante super animi dolorem etiam magn. aeris alieni. Oth. 5. super urgentem valetudinem — *etiam.* Vesp. 24. super ingenii naturam. Dom. 3. cf. Drakenb. ad *Liv.* 38, 43. §. 1.

ac *super hos.* Cl. 28. Ita etiam *super haec* i. q. *praeterea* de quo v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 74, 4. et Drakenb. l. c.

urgentibus *aliis super alios* nunciis. Ner. 41. (nos: *einer nach dem andern* s. *über den andern*, Gr. ἄλλοι ἐπ᾽ ἄλλοις) *Liv.* 30, 5. fin. *ruentes super alios alii.*

*super* adverbii loco, i. q. *insuper*, Gr. πρὸς δέ, nostr. *überdieſs.*

*superque* Italiae — urbes praec. operibus exornans. C. 28. *superque* oratorum ac poetarum certamina. Dom. 4.

*c. ablat.* de *argumento*, *in quo quis versatur*, Gr. περί, nostr. *über.*

habuit et ipse super ea re concionem. C. 5. nihil super ea re statuere. T. 13. v. *Horat. Turs.* sub v. *super* nr. 8. p. 835.

Sed *super tali consternatione* C. 20. non pertinet ad *referre aut censere*, sed est i. q. *in tali consternatione.*

*Superare.* Pompejum — superavit. A. 16. novissimo proelio fraude superatus est. Oth. 9. superatus. T. 2. innum. adversariorum copias — facile superarunt. C. 68.

*super. al. in comitiis* i. q. *praeferri.* potentissimos duos competitores — superavit. C. 13.

omnino i. q. *superiorem esse*, *ulterius progredi.* nepot. sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit. Cal. 37.

*Superbia.* non superbiâ. Cal. 17. simili superbia — cet. tractavit ordines. Cal. 26.

quorum opera — suo quisque tempore usus est sine superbia. Ter. 2.

*Superbire.* superbientem vig. legionum fiducia. A. 16.

*Supercilia* conjuncta. A. 79.

*Superesse.* i. q. *adhuc adesse, vivere.* quum superessent adhuc, qui spectaverant sequ. Cl. 21. (Ita *Plin.* ep. 2, 1, 9. „quum illi tot amici — *superessent*" h. e. *adhuc essent.*)

i. q. *reliquum esse*, nostr. *übrig bleiben.* transmar. sibi superfuturas provincias. Cal. 51.

subsiciva, quae, divisis — agris, carptim superfuerunt. Dom. 9.

i. q. *abunde et prae aliis alicui esse.* tantum illi — vel ingenii, vel artis, vel fortunae superfuit. Tit. 1. (*Plin.* ep. 1, 10. fin. „si ea, quae mihi denegantur, amicis video *superesse*" et 9, 7, 4. *quae desunt* et *quae supersunt*, opponuntur. *Terent.* Phorm. 2, 1, 10. opp. *quia deſit* et *quia superest.* *Plin.* ep. 2, 19, 3. „quamvis illis maxima ex parte *supersint* eadem illa, quae stantibus sequ.")

*superesse reo* i. q. *adesse*, *causam defendere.* Opp. *deesse.* A. 56. Damnat hunc dicendi modum *Gell.* 1, 22.

*Superfluere.* quoties ex damn. bonis pecunia superflueret. A. 41.

*Supergredi.* flamma supergressa fastigium templi. A. 94.

quasi omne exemplum liber. supergressus. Cal. 46. legit. poenam supergressus. Cl. 14.

*Superinduere.* paenulam obsol. coloris superinduit Ner. 46.

*Superior.* de superioris anni actis. C. 23 *superiora* i. q. *priora tempora.* Cl. 41. Opp. transiit ad *inferiora* tempora. — superiores aedes. Cl. 21.

*Supremus* dies. A. 61. 99. T. 67. amicorum suprema judicia. A. 66. (*letzter Wille.*)

*uperjicere.* superjecto aggere terreno. Cal. 19.

*Superjumentarius.* Cl. 2. h. e. *praefectus jumentariis.* v. Casaub.
*Superne* i. q. *desuper.* complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt. T. 39.
*Superponere.* Pomp. statuam marm. Jano superposuit. A. 31. Male al. *supposuit.*
congestis pilis superposuit altissimam turrim. Cl. 20. villa colli superposita. Galb. 4.
*Superscribere.* multa — superscripta inerant (libellis autographis.) Ner. 52.
*Supersedere.* Eques Rom. elephanto supersedens. Ner. 11. aquila tentorio ejus supersedens. A. 96.
i. q. *omittere*, *negligere.* c. infin. deflectere ad visendum Apin supersedit. A. 93.
quosdam — non modo fovere prolixius, sed spectare omnino — supersedit. Tit. 7.
*Superstare.* superstante Lunensi ara. Ner. 50. statuam rostratae columnae superstantem. Galb. 23.
*Superstes.* quod superstitem Augustum reliquissent. A. 59.
mortem obiit repent., superstitibus liberis. A. 4. diem obiit, utroque liberorum superstite. T. 4. decessit — duobus filiis superstitibus. Vit. 3.
quod superstes omnium suorum exstitisset. T. 62.
*c. dat.* ceteri superstites patri fuerunt. Cal. 7. eum superstitem Neroni fore. Oth. 4.
si superstes parenti exstitisset. Vit. 14. uxori ac filiae superstes fuit. Vesp. 3.
*Superstitio.* qui superstitione ea tenebantur. T. 36. (Praec. *Aegyptii Iudaicique ritus.*)
alia superstitione captus, in qua sola pertinacissime haesit. Ner. 56.
Christiani, genus hom. superstitionis novae ac maleficae. Ner. 16. coll. *Tac.* A. 13, 52. *Plin.* ep. 10, 97.
inter sacrificulos vanae superstitionis. Dom. 1. (*Isidos.*)
*Superstitiose.* Min., quam superstitiose colebat. Dom. 15.
*Supervacuus.* ut et praeclara facta ejus pro supervacuis elevaret. T. 52.
*Supervacaneus.* instituta — perniciosa et supervacanea ostendere. Rh. 1. Opp. *utilia et necessaria.*
*Supervenire, ad alios, qui jam adsunt, venire*, nostr. *dazu kommen.*
Trib. pl., qui pulsi supervenerant. C. 33. superveniente eo. T. 21. supervenit illico quidam Cassius quoque nomine. Cal. 57. supervenientibus ab Urbe nunciis. Galb. 11. supervenerunt et Vindicis literae. Galb. 9. residuis integrisque etiam nunc (copiis), et supervenientibus aliis. Oth. 9. duas aquilas — conflixisse, victaque altera, supervenisse tertiam. Vesp. 5.
*Supervivere.* percussorum — neque triennio quisquam amplius supervixit. C. 89. Gr. ὑπερβιοῦν. *Plin.* ep. 2, 1, 2. „triginta annis gloriae suae supervixit."
*Superum* mare i. q. *Adriaticum.* C. 34. 44. — *Superior* v. suo loco.
*Supinus.* supinum, coelum intuentem, stupidum cubuisse. A. 16. (h. e. *dormientem*, ne quis cum Casaub. *precantem* intelligat. v. *Horat.* Sat. 1, 8, 19. *Juven.* 1, 66.) Ita: supino ac per somnum hianti. Cl. 33.

evenit, ut — caderet supinus. A. 43. ut caderet supinus. T. 27.

plumbeam chartam supinus pectore sustinens. Ner. 20.

advenientem — exercitus libens ac supinis manibus excepit. Vit. 7. (Addit: *velut dono Deûm oblatum*, itaque *veneratione, quae rebus divinis tribui solet.* Ita *Liv.* 26, 9. „*supinas manus ad coelum ac Deos tendentes.*" cf. *Virg.* Aen. 3, 176. 4, 205.)

*Suppetere.* i. q. *superesse*, *adesse.* ut exhaustae Urbi frequentia suppeteret. C. 42. ut perpetuo — sumtus suppeteret. A. 49. quatenus suppeteret facultas. Tit. 8.

irato et verba et sententiae suppetebant. Cal. 53. vox, quae ei jucundior suppetebat. Ner. 33.

*Suppetias* ferre i. q. *auxiliari.* Vesp. 4.

*Supplere.* Senatum. C. 41. amplissimos ordines. Vesp. 9. decurias Equitum. T. 41. admonitus de supplendo numero Batav. Cal. 43.

librum imperfectum. C. 56. Gr. 12.

supplevit non habentibus (censum.) A. 41. multis incend. damna supplevit. Cal. 16.

*Supplementum.* cornei circuli supplemento. A. 80. i. q. *ope.*

*Supplex.* Parthosne an Galbam supplex peteret. Ner. 47. supplicem ad se recepit. C. 63. supplicem, concessa vita — relegavit. A. 16. verba supplicis. Ner. 13.

*Suppliciter.* precari al. A. 13. T. 10. orare. Vesp. 16. efflagitare. Tit. 5.

utriusque aetatem suppliciter Patribus commendavit. Cl. 46.

*Supplicare.* thure ac mero apud aram Dei. A. 35. Minois exemplo, thure quidem ac mero, verum sine tibicine, supplicavit. T. 70. quod — apud Hierosolymam non supplicasset. A. 93. tumulum, circa quem — Gall. civitates publice supplicarent. Cl. 1. quum prius apud superiores aedes supplicasset. Cl. 21. —

rursus supplicantem. Ner. 13. h. e. *ad genua sibi accidentem.*

omnino *precari.* cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more sollemni. A. 56. h. e. *suffragia pop. precabatur.*

*Supplicatio.* Caesar (ob victorias Gall.) et saepius, et plurium, quam quisquam unquam, dierum supplicationes impetravit. C. 25. v. not.

ob recitationem Neronis supplicatio decreta. Ner. 10.

simulacrum Fortunae consecratum menstruis deinceps supplicationibus et pervigilio anniversario coluit. Galb. 4.

*Supplicium*, pr. *poena capitalis*, *quam quis supplex h. e. genibus inclinatis patitur.*

supplicio afficere al. C. 4. A. 17. Cl. 26. Galb. 12. Vit. 10. duci ad suppl. T. 57.

observatum etiam est, ne, quoties introiret Urbem, supplicium de quoquam sumeretur. A. 57.

pronus ad cujusque, et quacunque de causa, necem atque supplicium. Vit. 14.

quendam — supplicio traditum. Vit. 14. capitali supplicio coercere aliquid. Dom. 8.

supplicium capitis. Galb. 12. mortem — leve supplicium putabat. T. 61. antiqui moris supplicium. Cl. 34. neque tormentis neque supplicio cujusquam pepercit. T. 62.

forte accidit, ut quorundam supplicii dies is esset sequ. T. 75. animadversionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime interesse. Cal. 11. justis suppliciis illacrimavit etiam et ingemuit. Vesp. 15. impunitates, supplicia largitus est (libertorum libidine). Cl. 29.

*supplicium* de *levi exsilio.* id supplicii genus placuit. Juven.

*Supponere.* *supposuit* vitiose pro *superposuit* legitur A. 31. Cl. 20. et *supposita* pro *superposita* Galb. 4. v. Oudend. ad sing. l.

i. q. *subjicere*, *substituere adulterinum pro vero.* suppositos —datorum officiorum codicillos. Cl. 29. pro auro et argento stannum et aurichalcum supposuisse ferebatur. Vit. 5.

*Supprimere.* i. q. *abscondere*, *celare.* rapti per agros viatores — ergastulis possessorum supprimebantur. A. 32. quasi exceptos supprimerent. T. 8.

supprimi testamentum h. e. *amovere et dolo retinere*, nostr. *unterdrucken*, *unterschlagen.* Cal. 16. Ner. 34. libri suppressi. Gr. 8.

*Supra* pr. ablativus pro *supera* sc. *parte.* cf. *Super.* supra Scalas anul. A. 72. uxore supra cubante. Cal. 24. Oppon. *infra se.*

supra nubes volitare. C. 81. supra Confluentes. Cal. 8. Al. *super.* v. Oudend.

imagin. militiae genus, quod vocatur *supra numerum.* Cl. 25. candidatos, qui supra numerum essent. Ner. 15. (Consensus librorum Ner. 15. ostendit, vitiose aliquot exhibere loco Cl. 25. *super.*)

supra duo millia. A. 31. supra centum sex. millia. Cal. 14. (Frequentius in hoc genere dicendi *super.* Sed contra libros nihil mutandum. Ceterum vide de confusione horum vocabulorum, quos citavi sub voc. *Super.*)

*Supremus.* v. sub voc. *Superior.*

*Surculus.* trajectos surculos rasit. Ner. 48.

*Surgere.* surgens et ipse cum cetera turba. Cl. 12. cubuisse, nec prius surrexisse sequ. A. 16. arbor, quae — eversa surrexerat, tunc rursus repente corruit. Dom. 15.

quo mollior pilus surgeret. A. 68. i. q. *succresceret.*

*Surripere.* i. q. *furari.* T. 60. Cl. 32. Vit. 5.

dilatum ad finem muneris repente surripuit. Vit. 12. (coll. C. 26. *gladiatores — vi rapiendos reservandosque mandabat.*)

*Suscipere.* De discrimine verb. *susc.* et *recipere* v. *Recipere.*

a Bovillis equ. ordo suscepit (corpus). A. 100. corpus — suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad Urbem devectum. Cl. 1.

suscepto in se damno. Cl. 18. (ut nos: *den Schaden auf sich nehmen.*)

*deposita* legati, *suscepit* Caesaris appellationem. Galb. 11. susc. cognomen. T. 17. susc. consulatum. T. 65. pontificatum. A. 31. censuram. Vesp. 8. praefecturam praet. Tit. 6. honorem praet. urb. Dom. 1. imperium. Ner. 3. Oth. 7. Vesp. 1. Dom. 13.

cognitionem Senatui detulit; nec illo suscipiente sequ. C. 23. ut disciplinam singulorum susciperent. C. 26. curam ordinand. bibl. suscepit. Gr. 21.

quasi — populi legatione suscepta. Vit. 4. suscepta morum correctione. Dom. 8. susc. proelium aut bellum. A. 25. 29. Galb. 10. Vesp. 7. expeditionem. T. 37. Cl. 17. Dom. 6.

peregrinationem. Ner. 19. qui primas partes susceperat. C. 82. suscepit eas partes. Rh. 6.

si qua — labarent, corrigenda suscepit. T. 33.

susceptis fascibus. Ner. 43. provincias validiores — ipse suscepit. A. 47. (sequ. ceteras Proconsulibus sort. permisit.)

quae sola susceperat (opera), imperfecta reliquit. T. 47. ludi pro aeternitate imperii suscepti. Ner. 11.

pervenire ad susceptam stationem (h. e. *animo susc.*) Cl. 38.

susc. liberos. Cl. 21. pr. *in genua susc.*, h. e. *pro suis agnoscere.*

susc. vota. Opp. *solvere.* A. 97. C. 85. T. 38. 54. Cal. 14. Cl. 45.

*Suspectus.* v. *Suspicere.*

*Suspendere.* precantem Senatum — ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens h. e. *incertum dubiumque relinquens.* T. 24. (*Plin.* ep. 2, 20, 3. „nihil nisi ut diu miseram *exspectatione suspendat.*")

*Suspendium.* suspendio vitam finire. A. 65.

*Suspicere.* suspexisse dicitur coelum. Tit. 10.

i. q. *colere*, tanquam *superiorem.* libertorum praecipue suspexit Posiden. Cl. 28.

*Suspectus*, Gr. ὕποπτος, *cui quis non credit*, *a quo timet.*

reges infestos suspectosque. T. 37. suspectum eum Augusto. Cl. 1. suspectos sibi dicens. Ner. 23.

suspectus et in morte matris fuit. Vit. 14. h. e. *quum mater moreretur*, *susp. fuit*, *tanquam causa mortis.* Vitiosa est lectio: *in mortem.* v. Oudend.

suspectus in ea. Gr. 16. (*filia patroni* sc. *stupri.*)

suspectissimum quemque sibi — oppressit. Tit. 6.

in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat. A. 43. h. e. *cujus ruina max. metuebatur.*

annum diemque ultimum vitae jam pridem suspectum habebat, horam etiam, nec non et genus mortis. Dom. 14. tempore suspecti periculi appropinquante. ibid.

praeter saevitiam suspecta in eo etiam luxuria erat. Tit. 7.

*Suspicio.* fuit suspicio sequ. acc. c. inf. Cal. 60. Cl. 1.

venit in suspicionem, conspirasse. C. 9. mandata dedisse. T. 12. (Mox: de qua suspicione certior ab Aug. factus.) sequ. *quasi.* Juvenal.

ne qua suspicio moveretur. C. 31. unde nata suspicio est, *quasi* sequ. Tit. 5. Mox: quam suspicionem auxit.

quo et ipso aucta suspicio est opinantium sequ. T. 23. quam suspicionem confirmavit ipse postea. T. 52. suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit, sequ. acc. c. inf. C. 86.

nihil aliud — devitasse se, quam aemulationis cum Cajo Lucioque suspicionem. T. 11. ne quam suspicionem infirmitatis daret. T. 72. quoniam suspicionem retinentis dabat. Cal. 12. ut gaudentis etiam suspicionem praeberet. Ner. 40. cupiditatis atque avaritiae vix suspicionem ullam — dedit. Dom. 9. ad avertendam suspicionem. Dom. 17. ad avertendas suspiciones. Oth. 3.

meos tam suspicione, quam crimine, judico carere oportere. C. 74.

ob suspicionem urbanae conjurationis. C. 9. nec sine suspicione fraudis. C. 20. non sine veneni suspicione. Cal. 1. sine

probri suspicione. C. 43. ex levi rigoris suspicione. A. 66. sine suspicione ullius vitii. A. 71. ob homicidii suspicionem. Cl. 26.

nulla suspicio, nullus auctor tam levis exstitit, a quo non sequ. Cl. 37.

suspicione minima. Galb. 14. ad omnem majoris tempestatis suspicionem. A. 90.

ex tenuissima suspicione. Dom. 15. ut suspicione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur, tantum afuit, ut sequ. Vesp. 14.

quamvis Porcius suspicionem *de* consuetudine per haec faciat. Ter. 1.

pavidus semper atque anxius minimis etiam suspicionibus praeter modum commovebatur. Dom. 14.

*Suspiciosus.* joci suspiciosi. Dom. 10. h. e. *qui suspicionem movere possunt.*

*Suspicari.* suspicatus gladium occulere. A. 27. insidias quidam suspicati. Oth. 8.

*Sustinere.* plumb. chartam pectore sustinere. Ner. 20. praefecti praet. citharam sustinentes. Ner. 21. (nostr. *halten.*)

i. q. *tenere, tueri.* plerique ludicras partes sustinuerunt. Ner. 11. magistri personam sustinere. Gr. 24.

curam imperii sustinuit. Vit. 2. curam aerarii. Cl. 24. sustinendae dignitatis causa. Vesp. 4. rapinis ac sacrilegiis et onera bellorum civ. et triumphorum ac munerum sustinuit impendia. C. 54. (nos: *Aufwand aushalten.*) —

*sust.* i. q. *alere, vitam tueri.* panis ex herba, quo sustinebantur. C. 68. —

Antonii liberos — et conservavit, et mox pro conditione cujusque sustinuit ac fovit. A. 17. sc. *in Rep., dignitatem eorum tuitus est et auxit.*

*sust. hostem,* Gr. ὑπομένειν, i. q. *non cedere urgenti, impetum ferre.* una sextae leg. cohors quatuor Pomp. legiones per aliquot horas sustinuit. C. 68.

*sustinere* c. infin. i. q. *posse,* nostr. *vermögen, über sich vermögen, ertragen, aushalten können,* Gr. ὑπομένειν.

eos, qui spectare sustinuissent. Cal. 30.

saepius *c. negatione.* Cornelio Phag. nunquam nocere sustinuit. C. 74. (*er vermochte es nicht über sich.*) admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. C. 75. ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit. A. 66. ut ne capitis qu. quisquam reus — mutare vestem aut deprecari sustinuerit. T. 2. Licinium Muc. nunquam, nisi clam et hactenus retaxare sustinuit, ut sequ. Vesp. 13. fratrem — nec occidere, neque seponere, ac ne in minore qu. honore habere sustinuit. Tit. 9.

pontificatum max., quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat. A. 31. h. e. *ausus fuerat.*

(*Plin.* Paneg. 86, 4. „*nec sustinuit* recedentem *non* etiam atque etiam votis, lacrimis *sequi*" h. e. *temperare sibi non potuit, quin — sequeretur.*)

*Sustentare* aliquem salario, cibariis. T. 46. consulares inopes quingenis sestert. annuis sustentavit. Vesp. 17. liberalitate sua, quoad vixerit, sustentatum. Gr. 20. schola se sustentavit. Gr. 15. paucorum Senatorum inopia sustentata. T. 47. (nostr. *unterstützen, erhalten.*)

*ertragen*, *aushalten*. sustentavit tamen aliquamdiu (morbum). T. 72.

*Sutor* veteramentarius. Vit. 2.

*Suus*. v *Sui*.

*Syllaba* producta. Ner. 33. syllabas permutare aut praeterire (contra orthographiam.) A. 88.

*Sylva*. v. *Silva*.

*Symphonia*. inter choros ac symphonias. Cal. 37.

*Syngrapha*, *tabula*, *in qua perscripta est pactio*, *utriusque obsignata paciscentis manu*. Hottom. cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjurandum atque etiam syngrapham exigere. C. 23. Al. *syngraphum*, v. Oudend. et Burm. Cod. Vratislav. B. *singrapha*.

*Synthesina*, *vestis talaris cubitoria*. *Xiphil*. 63, 13. χιτώνιον ἀνθινόν. synthesinam indutus. Ner. 51. Ita omnes MSS. et ed. Rom. Mediol. pr. Ven. pr. aliaeque, quarum recensum v. apud Oudend., qui Sabellicum et Beroaldum intrusisse docet *synthesin*, quod defendit Casaubonus.

## T.

*Tabella*. v. *Tabula*.

*Taberna*. descripsit abundantiam veterum tabernarum sequ. Cl. 40. tabernas effringere et expilare. Ner. 26. Al. *tabernulas*. v. Oudend. dispositae per litora et ripas deversoriae tabernae parabantur. Ner. 27. quod tabernas tres de domo sua circa Forum civitatibus ad stationem locasset. Ner. 37. v. *Statio*.

exercere unguentariam tabernam. A. 4. (Angl. *keep a tavern*.)

*Tabernula* sec. vulg. Ner. 26.

*Tabernaculum*. non egredi tabernaculo. A. 91. Al. *tabernaculum*. v. *Egredi*.

ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent. C. 39.

ut Proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur. A. 36. v. Clav. Cic. sub v. *Vasarium*.

*Tabes*. abhorrentes quosdam cadaverum tabem. Vit. 10.

*Tabidus*. corrupto demum et tabido corpore funeratam. T. 51.

tabidas feras. Cal. 26. h. e. *tabe macilentas*. Vulg. *rabidas*.

*Tabificum* venenum. T. 73.

*Tabula*. tabula aenea in monumento — inventa est, conscripta literis verbisque Graecis. C. 81. indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis sequ. A. 101. aerearum tabularum tria millia, quae simul (cum Capitolio) conflagraverant, restituenda suscepit. Vesp. 8.

conscriptis paratisque jam tabulis (*in lustro*.) A. 97.

coenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus — fistulatis. Ner. 31.

*tabulae* i. q. *picturae*. tabulae operis antiqui. C. 47. tabularum pictarum ornatu. A. 72. tabulae pictae. Ner. 11. aversas tabularum picturas. A. 75. Parrhasii tabula. T. 44.

*tabulae testamenti*. exhibere testamenti tabulas coegit.

Vit. 14. ad obsignandas testamenti tabulas. Horat. adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae, nisi pertusae, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Ner. 17. falsarum tabularum reus. A. 19.

*tabula.* de *edicto Principis tabulae inscripto.* tabulam illico misit, admonens populum sequ. Cl. 21. Oppon. *voci praeconis. Dio:* τὰ πλείω ἐς σανίδας γράφων διεδήλου.

*tabulae debitorum.* disjecta novarum tabularum exspectatione, quae crebro movebatur. C. 42. tabulas veterum aerarii debitorum — exussit. A. 32.

*Tabella.* tabellas duplices veste tectas tenentem. A. 27. h. e. *pugillares.* Vitiose al. *tabulas.*

ex tabella pronunciare. Cl. 15. i. q. *de scripto.*

non tantum duas tabellas, damnatoriam et absolutoriam, simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque sequ. A. 33.

tabellas dotis consignare. Cl. 29.

*tabellae* i. q. *minores picturae.* cubicula — tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit. T. 43. (ubi *tabellae* ad *picturas, sigilla* ad *figuras* pertinent.)

*Tacere.* tacere tantummodo jussit (precantes), voce praeconis. Dom. 13.

*Tacitus.* sedit in subselliis — verum tacitus. A. 56. pugill., quos taciti et ibidem statim legerent. A. 39.

*Taciturnitas.* desideravit — Maecenatis taciturnitatem. A. 66. (*Verschwiegenheit.*)

taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens. Ner. 23. (*Schweigen.* Int. Gall. *s' il en voyoit quelquesuns rougir et garder le silence.*)

*Taeda.* cum stuppa taedaque deprehensos. Ner. 38.

inter altaria et victimas, ardentesque taedas — incessit. Cal. 13.

exagitari se mat. specie, verberibusque Furiarum ac taedis ardentibus. Ner. 34.

*Taedium.* taedio diuturnae valetudinis. A. 28. uxoris. T. 10. Urbis. Cal. 8. vigiliae cubandique taedio. Cal. 50. taedio medendi. Cl. 25. maternae memoriae. Ner. 6.

taedio audiendi laudandique. Ner. 23. taedio praesentium. Vit. 12. pompae. Vesp. 12.

per taedium ac dissensionem diversa censentium. Cl. 16.

taedio profugus. Vit. 12. quum pudore ac taedio secessisset ab Urbe. Gr. 3. donec taedio ad studia se contulit. Gr. 24. angore et taedio periit. Juven.

per istiusmodi indignitates et taedia causa exstitit mortis. Cal. 23. (nostr. *Aerger, Aergernisse, Verdruss.*)

*Talentum.* numeratis quinquaginta talentis. C. 4.

*Talis.* talis ubique plerumque, qualem sequ. Cl. 25.

talis tantaque cum fama in Urbem reversus. Vesp. 8. per haec ac talia. Cl. 10. v. n. in his tot adversis ac talibus. Tit. 8. — talibus quoque se parem gratiam relaturum. C. 72.

*Talus.* talis ludere. A. 83. talis jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem jecerat. A. 71. si vellent inter se inter coenam vel talis, vel par impar ludere. ibid.

*talis etiam oracula nonnunquam consulta.* sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos au-

reos jaceret, evenit, ut summum numerum jacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur hi tali. T. 14.

*Talaris.* cum palla tunicaque talari. Cal. 54. h. e. *ad talos pedum usque demissa.*

*Talitrum* (a voc. *talus*, quod olim non de *pedum* modo, sed etiam *manuum* ossiculis usurpatum, recte statuit *Voss.* in Etymol.) articulis ita firmis, ut — caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. T. 68. h. e *ictu digitorum.*

*Tam.* quod tam exilis, quam sunt animalia. Galb. 3.

tam Senatus, quam populi diurna acta. C. 20.

tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus. C. 24. tam suspicione, quam crimine. C. 74. tam a defunctis, quam a vivis. A. 66.

*non tam* stat. tabularumque pict. ornatu, *quam* xystis et nemoribus. A. 72.

*nec tam* indulgentia ducis, *quam* auctoritate. C. 69.

*nihil tam* efficere concupiscebat, *quam quod* posse effici negaretur. Cal. 37.

*Tanquam.* prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. A. 94. (Gr. ὡς c. genit. partic.) Sic saepe post verba accusandi. v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 9, 33. et 7, 28, 1. Librarii fere substituunt *quod.*

tenetque vicinitatem opinio, tanquam et natus ibi sit. A. 6. (pro accus. c. infin. Ita saepissime *quasi* apud Nostrum, quod vide.)

*Tamen. initio commatis.* tamen Caesare occiso. T. 4. tamen longe majora sequ. Cal. 5. v. Oudend. ad l. c., ubi libr. mutavit *tamen* in *Cajo*, Drakenb. ad *Liv.* 40, 46. §. 10.

*et tamen.* A. 21. 56. Ner. 57. ut tamen. A. 20. quia tamen. A. 67.

post *quamquam.* quamquam plebeja, tamen et ipsa admodum floruit. T. 3. quamquam — tamen et — et. A. 98.

*jam quidem* affectum, *sed tamen* spirantem. T. 21.

*tamen* post pronomen relativum, ubi nunc multi *vero,* sed barbare. quem tamen. A. 24. 27.

i. q. *tandem tamen.* perculsus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit. T. 11. Al. *tandem.* v. Oudend. et de confusione horum vocab. Drakenb. ad *Liv.* 22, 2. §. 10.

*si tamen* i. q. *si modo,* ut nos: *jedoch wenn* pro *wenn anders.* C. 78.

*Tangere.* nihil tangere (in convivio.) A. 76.

tacta de coelo parte muri. A. 94. coll. Cal. 57. Cl. 46. Galb. 1. Dom. 15.

ambitione tactum. T. 21. Sed cod. Salm. *tractum.* v. Oudend.

*Tanquam.* v. sub voc. *Tam.*

*Tantus.* tantis rebus gestis. C. 30.

tantum hominum. C. 39. tantum flammae. A. 94.

*tanto* sequ. *quod.* idque factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod sequ. C. 78.

tanto impensius — quod. Cl. 11. tanto magis, quod. *T.* 40. Galb. 9.

*tanto opere.* v. *Opus.*

*tantum abesse, ut.* v. *Abesse.*

*non tantum — sed et* v. *sed etiam* v. simpl. *sed.* v. *Et* atque *Etiam.*
*nihil tantum*, *quantum.* C. 60.
*tantum ut* ostenderet. A. 43.
*tantum non* Gr. μόνον οὐ v. μόνον οὐχί i. q. *fere*, nostr. *beinahe.*
tantum non adversis tempestatibus. T. 11. tantum non statim a funere. T. 52. tantum non summam malorum suorum professus est. T. 67. tantum non satisfacientis modo. Cl. 38. tantum non in ipso ejus consulatu. Dom. 15. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 23, 1. Gronov. et Drakenb. ad *Liv.* 4, 2. §. 12.
*tantum quod* descriptionem continet *brevissimi temporis.* v. Drakenb. ad *Liv.* 33, 5. § 6., Graec. ad Vesp. 5., qui interpretatur *commodum ante*, *pauxillum ante.* tantum quod pueritiam egresso. A. 03. de navi Alex., quae tantum quod appulerat. A. 98. dentem tantum quod exemtum. Vesp. 5. tantum quod exoriente sole. Ner. 6. h. e. *commodum*, *eo ipso tempore.*
*tantummodo.* tantummodo jussos subscribere. T. 32.
*tantundem.* auctores Bib. fuerunt, tantundem pollicendi. C. 19. tantundem inaurati aeris reposuit. C. 54.
*Tardus.* tardissimo sermone. T 68.
quod quum tardum videretur. Ner. 21.
*tarde.* et raro et tarde scripsit. Pers. quum opinione tardius cederet. Ner. 33.
*Tarditas.* fatigatus tarditate et taedio pompae. Vesp. 12.
*Tardare.* conatus prosilire alio vulnere tardatus est. C. 82.
*Taurus.* taurus, securis ictu consternatus, rupto vinculo essedum ejus invasit. Galb. 18. taurus Pasiphaen iniit. Ner. 12.
Thess. equites, qui feros tauros per spatia Circi agunt sequ. Cl. 21.
*Taxare*, *constituere* s. *aestimare pretium* v. *numerum*, *pondus al. rei.*
Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum mill. summa duodecies HS. taxavit. A. 41. taxato prius modo summae. Cal. 38.
unde *in malam partem* i. q. *notare*, *reprehendere.*
Cassius Parm. non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem sic taxat Augustum. A. 4. quasi scenico exodio — divortium suum cum uxore taxasset. Dom. 10. cf. *Retaxare.* Vesp. 13.
*Taxus.* taxi arboris succus. Cl. 16.
*Tegere.* tabellas dupl. veste tectas tenentem. A. 27.
in Capit. eunti et inde rursus revertenti latus texit. Cl. 24. h. e. *ad sinistram ejus incessit.* v. int. ad *Horat.* Sat. 2, 5, 17. *Lips.* Elect. 2, 2. *Juven.* 3, 131. *latus claudere* dicit. v. Rupert. ad h. l.
*Tegumentum.* purpurea tegumenta (equi.) Cal. 55.
*Tegula.* tegula sub una. Gr. 11. pauperem se et habitare sub tegulis. Gr. 9.
*Telum.* strictorum se lucubrationis suae telum. Cal. 53. Ita *Juven.* 7, 156. *quae veniant diversae forte sagittae.*
*Temere* h. e. *sine ordine et consilio*, unde modo i. q. *temerarie*, modo *forte*, *casu.*
temere adeuntibus. A. 6. h. e. *temerarie*, Opp. *necessario et caste.*

*circumspectissimum et prudent.* Principem, in tanto praesertim negotio, nihil temere fecisse. T. 21. h. e. *sine consilio.*

et illam (Remp.) plurium arbitrio temere committi. A. 28. nos: *auf Gerathewohl.*

pugnantes temere (h. e. *sine justo ordine*) ac sine arte. A. 45.

nomen suum in Bucolicis non temere positum. Gr. 23. h. e. *non casu*, *non sine justa ratione.* Sequ. *sed praesagiente Virgilio*, sequ.

recte enim et non temere feceris. Horat.

unde i. q. *falso*, *injuria* h. e. *sine consilio justaque ratione.*

orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur. C. 55.

quum Caesar pleraque — temere crediderit. C. 56. h. e. *re haud accuratius explorata.*

ut falsum et secretorum temere conscium. T. 14. h. e. *injuria conscium*, *adeoque indignum*, *cui committerentur.*

quasdam insidias temere delatas. Cl. 36. h. e. *falso.* Ita: paucis temere affirmantibus, transactum negotium. Galb. 19. cunctis nec temere opinantibus. Cal. 6.

*non temere* i. q. *non facile*, nostr. *nicht leicht.* A. 53. 66. 73. 77. Cal. 30. T. 73. Cl. 42. Ner. 15. Vesp. 15. Tit. 6. 8. Rh. 1. fin. Plin. Gr. 4. 7. Dom. 21. nec temere. A. 16.

*Temeritas.* i. q. *temeraria audacia*, nostr. *Verwegenheit*, *Unbesonnenheit.*

nihil minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque, convenire arbitrabatur. A. 25. Var. cladem temeritate et negligentia ducis accidisse. T. 18. simili temeritate. Oth. 9.

unde i. q. *vanitas*, nostr. *Ungegründetheit*, *Nichtigkeit*, *Thorheit.*

velut arguens rumorum de se temeritatem. Tit. 5. ad coarguendam temeritatem artis (mathematicorum.) Dom. 15.

*Temperare* i. q. *moderari*, *ad certum modum redigere.*

annonam macelli, Senatus arbitratu, quotannis temperandam. T. 34.

genus eloquendi temperatum. A. 86. i. q. *moderatum*, *neque rusticum*, *neque affectatum.* v. not.

unde: *temperare venenum.* Ner. 2. i. q. *miscere.*

ita posthac rem temperavit, ut sequ. A. 42. i. q. *moderatus est.*

adeoque, ut *moderari*, i. q. *regere.* viden', ut cinaedus orbem digito temperet? A. 68. (ubi lusus in voc. *orbem.* v. not. et *Orbis.*)

*non temperare*, *quin* v. *quo minus* i. q. *non abstinere*, *sibi non moderari.*

non temperavit, quin — jactaret. C. 22. (coll. *Tac.* A. 2, 84. Id. 3, 67. „non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu.") ut non temperaret, quin — laceraret. Dom. 23. ne sedato qu. tumultu temperare potuit, quin sequ. Cl. 41. ne in sacrificio qu. unquam aut itinere ullo temperavit, quin sequ. Vit. 13.

ut ne publ. quidem spectaculis temperaret, *quo minus* sequ. Cal. 54.

*c. dat.* neque verbis adversus Principem; neque factis exstantibus post haec temperavit. Lucan.

v. de hoc genere dicendi Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 86. 3. ubi *nec temperasti tibi* in libris confunditur cum *non imperasti tibi*, de qua permutatione dixit etiam Burm. ad *Quintil.* 10. 1. p. 912.

*Tempestas. Tempestivus.* v. post *Tempus.*

*Templum* Apollinis Actiacum. A. 18. Palatinum. A. 29. v. *Apollo.* Herculis Gaditanum. C. 7. Tiburtinum. A. 72. Jovis Opt. M. Vit. 15. Dom. 8. v. *Jupiter* et *Capitolium.*

ardente templo (Jovis.) Dom. 1. vetus templum Jovis Tarraconense. Galb. 12.

Liberi patris in Thracia. A. 94. Fortunae Praenestinae. T. 63. Fori templa h. e. *ad Forum.* Ner. 13.

Martis. C. 44. Pacis. Vesp. 9. Veneris Erycinae. Cl. 25. Ven. Genetricis. C. 84.

templa Caesar decerni sibi passus est. C. 76.

templa, quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaeque nomine, recepit Aug. Nam in Urbe pertinacissime abstinuit hoc honore. A. 52. v. not. templa et arae a provinciis Aug. constitutae. A. 59 templum Augusti a Tib. susceptum. T. 47. et a Caligula absolutum. Cal. 21. Nolae templum Aug. a Tib. dedicatum. T. 40.

templa decerni sibi prohibuit Tib. T. 26.

templum numini suo proprium Calig. instituit. Cal. 22.

templum D. Claudii in Coelio monte. Vesp. 9. gentis Flaviae. Dom. 1. 5. 15. 17.

Caesarum templa diruenda censuerunt Sen. Cal. 60.

fana templaque Deûm a Caesare expilata. C. 54.

circum templa deductus est. T. 17. circuitis templis. Ner. 19.

lapidata templa, subversae Deûm arae (in publico luctu.) Cal. 5. paene revulsae templi (Capitolini) fores. Cal. 6.

templis compluribus Nero dona detraxit. Ner. 32. dona atque ornam. templorum surripuisse ferebatur. Vit. 5.

cuncta praetoriorum suorum ornamenta operibus ac templis destinavit. Tit. 8. —

*templa pro Curia.* apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur. A. 35.

*Tempus.* brevi tempore. C. 3. ex eo tempore. C. 20. T. 15.

longo tempore. C. 85. medio tempore. C. 75. (nos: *in der Zwischenzeit.*) v. *Medius.*

tempore extremo. C. 45. 60. procedente tempore. A. 2. T. 4. interposito t. T. 9. interjecto t. Rh. 1. exacto t. T. 11. posteri temporis. C. 23.

certo tempore. A. 81. ad certum tempus. A. 41. ad tempus. C. 39.

legitimum tempus. Cl. 21. ante legitimum tempus. Galb. 6. ante tempus. C. 8. 28. A. 26.

*in tempore* Gr. ἐν καιρῷ. Cl. 21.

*ex tempore* Gr. αὐτοσχεδιαστί. Opp. *a cura.* A. 84. 98. T. 70. Gr. 16. 23.

dum veniam ad id tempus, quo sequ. T. 24. ad id temporis ut adesset. Cl. 37.

eodem temporis spatio. C. 26. medio temporis spatio. T. 25. in multo breviore temporis spatio. A. 22. pari temporis spatio. Vesp. 25.

in sequentis diei matutinum tempus. A. 44. in reliquum anni tempus. C. 14. propter anni tempus. A. 100. aestivo tempore. Rh. 1 hiberno. Cl. 18. Galb. 22.

neque loco, neque tempore aequo, sed hieme anni. C. 55. neque diei, neque temporis habita ratione. Vit. 8.

pueritiae, adolescentiae tempus. Cl. 2. Ner. 20. Dom. 1. itineris, proelii. C. 65. secessus. T. 72. balinei. A. 85. suspecti periculi. Dom. 14. proscriptionis. A. 70. transacto trib. potestatis tempore. T. 11. — suo quisque tempore. Ter. 2.

ne tempus qu. concionandi habuisse eum. C. 55. quum non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur. Ner. 8. tempus ad consultandum petere. Vit. 16.

pro necessitate temporis. T. 6. licentia temporis. Cal. 54. licentia Sullani temporis. Gr. 11.

ad securitatem posteri temporis. C. 23.

diversis temporibus ac locis. T. 7. quae diversissimorum temporum sunt. Ner. 23.

quo magis in posterum — temporum ratio congrueret. C. 40. computata ratione temporum. Dom. 4. quum temporum ratio vix congruat. Gr. 7.

definitis — temporibus militiae. A. 49.

de singulis articulis temporum. Cl. 4. ultima vitae suae tempora. Cl. 46. temporum suorum eloquentissimus Galb. 3.

tunc occasione temporum bellantem. C. 35. status temporum. C. 20. Galb. 10.

conditio temporum. C. 16. Cal. 31. 60. Oth. 4. ex conditione tumultuque temporum. Vesp. 10. quies temporum. A. 25. atrocitas temporum. T. 48. Cal. 6.

Cinnanis temporibus. Cal. 60. temporibus Sullanis. Gr. 13.

*tempora capitis.* oculis et temporibus concavis. Cal. 50.

*Temporius* i. q. *celerius, citius.* Oppon. *tardius.* temporius ut discumberet. Ter. 3.

*Tempestas.* cedere adversae tempestati. C. 58. tempestate turbida. Cal. 15.

adversis tempestatibus. T. 11. spurcissimis tempestatibus. C. 60.

quod tempestate serena tonuerat. Tit. 10.

*simpl.* tempestate orta. Oth. 7. repentina tempestate. Dom. 15. ad omnem majoris tempestatis suspicionem. A. 90.

continuae et immodicae tempestates. A. 47. austrinis tempestatibus. A. 81.

classium, quas tempestatibus — amiserat. A. 16. si quid sibi per tempestates accideret. Cal. 23. si cui quid per tempestates accidisset. Cl. 18.

*Tempestivus.* tempestiva convivia. Cal. 45. h. e. *ante justam coenae horam, nonam fere vel decimam, incepta.* Male al. *intempestiva*, quae lectio ex inscitia librariorum omnes fere locos invasit. v. Burm. ad h. l., Lips. exc. ad *Tac.* A. 14, 2., Freinsh. ad *Curt.* 5, 7. et 6, 2., maxime Salmas. ad *Vopisc.* Flor. 6.

*Tempestive.* parum tempestive adeuntes. Cl. 38. quod pater ejus frigidam aegro sibi tempestive dedisset. Cl. 40. utebatur et versibus Gr. tempestive satis. Vesp. 23.

*Tenax.* v. *Tenere.*

*Tendere.* a Gr. τείνειν. dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus. Ner. 39.

a quo sibi quoque insidias tendi videbat. C. 35. (tanquam *retia*, *plagas*. cf. *Sallust*. Cat. 27. *Cic*. Leg. 1, 17, 47.)

*tendere* sc. *tentoria* i. q. *manere*, *castra habere*.

juxta cujus hortos tendebat (cohors.) Galb. 12. legionariorum, qui multifariam diverseque tendebant. Galb. 19. ad praefecturam cohortis, in extrema Aegypti parte tendentis. Juven.

*tendere* sc. *gressum*, *cursum*, *ad aliquem locum*. Brundisium tetendit. C. 34. plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit. C. 85. victorem tendere ultra. Cl. 1. nemine tendente quoquam sequ. T. 12. i. q. *eunte*.

cominus tendens. C. 63. i. q. *ad colloquium occurrens*.

unde: ad poeticam tendentibus. Gr. 11.

attonitis jam omnibus, et, quorsum illa tenderent, reputantibus. C. 28.

*Tensa*, Glossar. ἅρμα θεῶν, *Diomed. deorum vehiculum*. *Ascon*. ad Cic. Verr. 1, 59. „*tensae, sacra vehicula* — *sic dictae, quod ante eas lora tenduntur*.“ Vitiosa igitur scriptura: *thensae*. — tensa et ferculum Circensi pompa (inter divinos Caesaris honores) accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans tensas deduceret. A. 43. ut tensam Jovis O. M. e sacrario in domum Vespasiani, et inde in Circum deduceret. Vesp. 5.

*Tentorium*. A. 96. ut saepe sine tentorio pernoctaret. T. 18.

*Tentare*. v. suo loco.

*Tenebrae*. in tenebris. A. 78. oculi, qui noctu etiam et in tenebris viderent. T. 68.

trahi se ab Oct. uxore in artissimas tenebras. Ner. 46.

*Tener*. tener adhuc necdum matura pueritia. Ner. 7. quumque impubi teneroque adhuc — togam dare destinasset. Cl. 43. tenerosque adhuc ad curam Reip. admovit. A. 64.

*Teneritudo*. pueri primae teneritudinis. T. 44.

*Tenere*. libelli, quos tenebat. C. 64. lib., quos sinistra manu tenebat. C. 81. Sed Cl. 15. lib. quos tenebat *in* manu. De addita praepos. v. Oudend. fulmen tenens, aut fuscinam, aut caduceum. Cal. 52. senem in catino vitreo thus tenentem, et in calice fictili merum. Galb. 18. strictum D. Julii gladium tenens. Vit. 8.

puero acerram tenenti. Galb. 8. gallinam, ramulum lauri rostro tenentem. Galb. 1.

tabellas duplices veste tectas tenentem. A. 27.

lupum se auribus tenere. T. 25.

i. q. *obtinere*, *servare*, nostr. *inne haben*, *behaupten*. Thurinum agrum tenentes. A. 3. teneo te, Africa. C. 59. magnam Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. C. 22. qui Corfinium praesidio tenebat. C. 34.

unde: Rempublicam tenuit. A. 8. i. q. *praefuit summae Reip*. Gr. κατέχειν.

Galba tenente Remp. Tit. 5.

ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. C. 41. principem in civitate locum tenere. A. 51. praecipuum in aula locum tenuit. Vit. 4. principem locum inter grammat. tenuit. Gr. 23. summum inter amicos locum tenuit. Oth. 2. non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Horat.

neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit. A. 13.

tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint. Tit. 7. v. Graev. ad h. l.

accusatori, qui causam non teneret. Dom. 9. i. q. *causa excideret, litem perderet.* —

matrimonia tenere. Cal. 25. Praeced. *contrahere,* oppon. *dimittere.*

equidem memoria teneo sequ. acc. c. inf. Rh. 2.

elegantem etc. rationem dicendi tenere. C. 55.

eum vitae ordinem tenuit, ut. T. 18. ordinem vitae fere hunc tenuit. Vesp. 21.

cognoscendi morem eum tenuit, ut. Vesp. 15. obstinatissime tenuit, ne. Tit. 8.

tenet vicinitatem opinio, tanquam sequ. A. 6.

*teneri.* teneri castra ab Othone. Galb. 19. vi se et necessitate teneri. Cl. 10.

teneri studio al. rei v. hominis. A. 89. Dom. 8. 19. Cal. 55. superstitione. T. 36. voluptate. A. 45.

quo vitio minime tenebatur. Horat. quum et Agrippinae consuetudine teneretur. T. 7. necessitudines, quarum desiderio teneretur. T. 11.

unde i. q. *obnoxium esse rei, obstringi al. re,* nostr. *gehalten, verbunden* v. *gebunden, unterworfen seyn.*

teneri lege. A. 53. i. q. *poenae lege constitutae obnoxium esse.* ut — legibus judiciariis aeque tenerentur. A. 56. i. q. *obstringerentur.* ut lege majestatis facta dictaque omnia — tenerentur. Ner. 32. quo minus — SCTo tenerentur. T. 35.

qui minore culpa tenerentur. Cal. 16. caedis crimine teneri. Cl. 25.

non teneri ea (poena legis theatralis.) A. 40.

ut tenerentur publico. Cal. 40. i. q. *obligarentur, vectigal aerario pendere cogerentur.*

qui sacramento non teneretur. C. 42.

*Tenax.* pecuniae parcus ac tenax. T. 46. quo tenaciores eorum (armorum) in proelio essent. C. 67.

*tenaces morbi.* variis et tenacibus morbis conflictatus est. Cl. 2.

*Tenor.* neque in clementiae, neque in abstinentiae tenore permansit. Dom. 10.

*Tensa.* v. *Tendere.*

*Tentare* haud dubie deducendum a *tendere,* τείνειν, ut διατείνεσθαι est *omni studio s. virium intentione aliquid agere.* v. Lex. Xenoph. sub h. v.

i. q. *periculum facere rei, experiri, conari aliquid.*

sequ. *ut.* tentavit per partem Tribunorum, ut sequ. C. 11. sequ. *infin.* A. 21. T. 2. 6. 54. 68. Cal. 16. Cl. 36. Ner. 2. 34. Oth. 8. Dom. 12.

*tentare aliquid,* nostr. *versuchen.* acumen stili tentare. Rh. 5. i. q. *probare,* Gr. ἀποπειρᾶσθαι. v. Oudend. ad h. l., Burm. ad *Petron.* c. 70.

seras conditiones pacis tentantem. A. 17. *simpl.* seu forte, seu tentandi gratia. A. 6. coll. T. 53.

i. q. *conari, agere.* C. Marcello eadem tentante. C. 29. nec tamen quicquam ante tentavit sequ. Vesp. 6 Galbam tentantem res novas. Galb. 4.

*tentare aliquem* i. q. *experiri, periculum facere commovendi aliquem ad aliquid.*

Tribunos Centurionesque pract. de fugae societate tentavit. Ner. 47. quae tentare singulorum animos ad novas res viderentur. T. 12.

*tentare* i. q. *tangendo probare aliquid* s. *tractando explorare*, unde orta opinio Vossii in Etymol. aliorumque, qui verbum a *tenere* deduxerunt.

tentata acie (pugionum.) Ner. 49. cf. Rh. 5. v. supra. *Tac.* H. 2, 49. *pertentare pugiones.*

tentatas ab eo (medico) venas. T. 72. v. Burm. ad *Phaedr.* 3, 10, 26. et ad *Quinctil.* Inst. 11, 3. p. 1018.

unde i. q. *aggredi*, *petere* al., periculo quasi facto successus.

hic omnibus insidiis tentatus. Cal. 10. quum ter veneno tentasset. Ner. 34. v. Oudend. ad Cal. 50., ubi conj. *potione tentatus* pro: *potionatus*.

et *de morbo*. praecordiorum inflatione tentabatur — gravedine. A. 81. tentatus in Campania motiunculis levibus. Vesp. 24.

unde *tentare* sc. *bello* i. q. *aggredi*. neque tentatam ulli post D. Julium (Britanniam.) Cl. 17. Oudend. comparat *Caes.* B. C. 3, 40. *Vell.* 2, 113. *Ovid.* ep. ex P. 7, 121.

*Tentorium.* v. *Tendere.*

*Tenuis.* ex tenuissima suspicione. Dom. 15. i. q. *levissima.*

i. q. *pauper*, ut nostr. *gering*. *tenuioribus* oppon. *locupletiores*. C. 68. tenuissimo cuique et ignoto. T. 11. h. e. *vilissimae conditionis*. tenuem adhuc et obaeratum. C. 46.

Ita *tenuioribus* saepe *principes* opponuntur. v. Görenz. ad Cic. Leg. 3, 13, 30. „*qui tenuioris ordinis essent*;" et *locupletes*, ut *Cic.* Off. 2, 18, 8. „*locupletari tenuiores*." c. 20, 7. „*at vero ille tenuis*" sequ. c. 24, 6. „et *neque tenuiores propter humilitatem* circumveniantur, *neque locupletibus* — obsit invidia."

*Tenus*, a τένω, τείνω, unde *tendo*, ut recte Scheid. ad Sanct. p. 234.

Aethiopia tenus. C. 52. Arimino tenus. A. 30. Antio tenus. T. 38. Ostia tenus. Ner. 16. — Cantabrico tenus bello, nec ultra. A. 85.

titulo tenus. C. 76. Cl. 25. Dom. 1. 13. *eatenus.* T. 33. *hactenus.* v. sub v. *Hic.* *quatenus.* v. suo loco.

*Ter* et vicies. A. 43. De praecedente *quater* v. not.

*Terni.* quibus terni pluresve liberi essent. C. 20. bini ternive. C. 80. in ternos novissimos menses. C. 76. aureos ternos h. e. *tres in pensione quarta*, *ut terni fuerant in prioribus tribus stipendiis*. ternis millibus nummûm. C. 54.

coenam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis praebebat. A. 74. Al. *trinis*. v. Oudend., qui ab antiquis *trinos* existimat dictos de *tribus*, *ordine et spatio loci temporisve*, contra *ternos* de *tribus simul vel triplicibus*.

Ita Ner. 1. haud dubie cum cod. Salm. scribendum: *per trinas personas*. Vulg. *ternas*. et similiter Ner. 56. *trinis in die sacrificiis*. A. 45. *per trina theatra*. cf. quos citavit Oudend. ad A. 74., J. Fr. Gronov. ad *Liv.* 22, 12., Burm. ad *Ovid.* Metam. 10, 22., et de *tergeminis* atque *trigeminis* Duker. ad *Flor.* 1, 3, 3., Drakenb. ad *Liv.* 6, 7., Arntzen. ad *Aur. Vict.* de vir. illustr. c. 4.

*Terebrare* malum digito. T. 68.

*Teres*, teretibus membris. C. 45.

*Tergum.* quicquid a tergo fieret. Dom. 14. quod is a tergo insulae — erepsisset ad se. T. 60.

*terga.* religatis post terga manibus. Vit. 17.

*Tergiversari.* partim tergiversantibus, partim aperte detrectantibus. Ner. 47.

*Terminare.* manumittendi modum terminavit A. 40. h. e. *terminum constituit.*

*Terra.* paene ut radiis prius, quam terra, contingeretur. Ner. 6.

terra, quae omnium parens haberetur. C. 7. Terra mater. T. 75.

arbitrium orbis terrarum. C. 7. imperium orbis terrae. C. 61. dominum terrarum orbi natum. A. 94. omnia se a terris tunc numina declinarunt. A. 70.

quod depictum orbem terrae in membrana — circumferret. Dom. 10.

per omnem terrarum et coeli ambitum. A. 94. — in terras praecipitatum. Cal. 57. —

demissos ad terram ramos. A. 92. corvos — afflixit et ad terram dedit. A. 96. —

terra marique pace parta. A. 22. terra marive ingrediente se long. profectionem. A. 92. biremibus Pomp. terram legentibus. A. 16.

quoties terra in Urbe movisset. Cl. 22. terrae motus. A. 47. T. 8. 48. 74. Ner. 20. tremor terrae. Ner. 48. Galb. 18. hiatus terrae. Cal. 51.

*terrae* i. q. *regiones.* in quascunque terras. C. 66.

*Terrestre* iter oppon. *maritimo.* Cal. 47.

*Terrere.* terrebatur ad hoc evid. portentis. Ner. 46. etiam citra bellum posse terreri. Cl. 35. territus ostento. T. 72. majestate Praen. sortium. T. 63. minis al. ac violentia. Ner. 34.

*Territare.* ut Germ. et Brit. alicujus immensi operis fama territaret. Cal. 19.

*Terror.* summas sibi partes terrore ac minis vindicantem. A. 16. creditorum turbam non nisi terrore calumniae amovit. Vit. 7.

vultum — ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Cal. 50. nullam noctem sine aliquo terrore transactam. Cal. 59.

*Terribilis.* terribilis cunctis et invisus. Dom. 12. quum exspectatio adventus Jubae terribilis esset. C. 66.

*Tertius.* Tertia deducta est. C. 50. (lusus in verbo, quod vel *tertiam partem*, vel *Tertiae* nomen significat.) — tertius decimus. A. 26. tertia decima legio. Oth. 10.

*Tessera* i. q. *signum, quo quid significatur et agnoscitur*, Gr. σύνθημα, σύμβολον.

data tessera sc. *militari*, et per libellum quidem. Recte Casaub. monet, h. l. non de *signo mil.* cogitandum, sed de *praecepto ducis.*

*tesserae* saepissime *tabulae, quibus ostensis frumentum, nummos, vel quicquid inscriptum erat, accipiebant. Linea dives* dicitur *Martial.* ᷉, 78.

tesserae frumentariae. Ner. 11. ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit sequ. A. 40. — tesseras nummarias duplicavit. A. 41.

omne genus rerum missilia sparsit — quinquagenas tesse-

ras in singulos cuneos equ. ac senat. ordinis pronunciavit. Dom. 4.

*Tessellata* pavimenta h. e. *ex tesseris* s. *calculis quadratis composita*, quibus *musivi operis* nomen datum. v. Salmas. Exerc. Plin. p. 1214. Distinguuntur a *sectilibus*. C. 46. (cf. *Lucil.* apud *Cic.* Orat. 3, 43. „*ut tesserulae omnes endo pavimento atque emblemate vermiculato.*")

*Testae* inter plausuum genera a Nerone reperta. Ner. 20.

*Testes*, ὀρχίδες. exsectis testibus. Ner. 28.

*Testis.* in P. Clodium testis citatus. C. 74. testem se in judiciis et interrogari, et refelli. A. 56. decreta accusatoribus praecipua praemia, nonnunquam et testibus. T. 61. levibus utrimque argumentis et testibus. Galb. 7.

excusans quidam testem, e provincia ab eo vocatum. Cl. 15.

ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus. Cal. 15.

*femin.* inducta teste in Senatu. Cl. 40.

*Testimonium.* implorato Ciceronis testimonio. C. 17. militem Graece testimonium interrogatum nisi Latine respondere vetuit. T. 71. quum scorta merit. citari adversus se et audiri pro testimonio videret. Cl. 15. amitam Lepidam ream testimonio coram afflixit. Ner. 7. quum judicio frequenti testimonium diceret. Gr. 9.

unde i. q. *judicium*, *existimatio de al.* ut neque testimonium, neque praemia ampliora ulli perciperent. Galb. 6. insigni testimonio pietatis atque indolis. Cal. 12. h. e. *judicio Tiberii de ejus pietate* sequ.

i. q. *documentum.* quanta fortitudine dimicarint, testimonio est, quod sequ. C. 68.

*Testificari.* civem Rom. se testificanti. Galb. 9.

in testificanda sollicitudine et cura de incolumitate ejus. Cal. 14.

testificari de al. re. Vesp. 16.

*Testari.* quum quid per jocum testandi gratia signarent. C. 20.

ut quidam monumentis suis testati sunt. C. 54. (nostr. *versichern*, *bezeugen.*)

quam voluntatem — quodam etiam edicto his verbis testatus est. A. 28. multis cum lacrimis eadem illa, verum e libello, testatus est. Vit. 15.

*sequ. acc. c. infin.* ne stultitiam qu. suam reticuit, simulatamque a se — quibusdam oratiunculis testatus est. Cl. 38. nihil magis pro concione testatus est, quam — se habiturum. Oth. 6.

consortem successoremque testari perseveravit. Tit. 9. i. q. *profiteri.*

*Testatores*, qui faciunt testamentum. Ner. 17.

*Testamentum* Caesaris. C. 83. A. 7. Antonii. A. 17. Augusti. 101. T. 23. Tiberii. T. 76. Cal. 14. 16. Liviae. T. 51. Cal. 16. (ubi *Julia Augusta* dicitur). Galb. 5. Claudii. Cl. 44. Caepionis. Dom. 9.

ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit. A. 66. quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset. A. 101.

testamenta primipilarium, qui — neque illum (Tiberium),

neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit. Cal. 38. ut ingratorum in Principem testamenta ad fiscum pertinerent. Ner. 32. suppressum testamentum amitae a Nerone. Ner. 34.

proclamantem: *heres meus es*, exhibere *testamenti tabulas* coegit, utque legit, *coheredem sibi* libertum ejus *scriptum* sequ. Vit. 14. qui testamento alterum nepotem suum — coheredem ei dederat. Cal. 14.

*testam. conscripsit.*, ac signis omnium magistratuum *obsignavit.* Cl. 44.

quum non sufficeret ad obsignandas *testamenti tabulas.* Horat.

Caesaris cognomen assumsit testamento majoris avunculi. A. 7. (in familiam nomenque adoptatus. C. 83.) a M. Gallio Sen. testamento adoptatus. T. 6. testamento semper in bona et nomen ascitum. Galb. 17.

de inhibenda testamentorum licentia. A. 55. h. e. *conviciorum, quae testatores saepe erga Principes effundere solebant in testamentis.* v. not.

nonnulli patrum fam. testamento caverunt, ut sequ. A. 59. — (coll. Dom. 9.)

quum de *falso testamento* ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur sequ. A. 33. cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signaverat. Cl. 9.

a Ner. cautum, ut in testamentis primae duae cerae, testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis (h. e. testibus, qui signaturi essent) ostenderentur; ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Ner. 17.

relictum se participem imperii, sed fraudem testamento adhibitam. Dom. 2.

*Tetraones*, τετράωνες, inter hostias Caligulae. Cal. 22. cf. *Plin.* 10, 22.

*Textrinum*, *ars texendi.* textrinum didicit. Gr. 23. Apud *Cicer.* Verr. 4, 26. et 46.

*textrinum* est *officina textoria.* v. Oudend. ad l. n. Sed eodem modo *scriptum* legimus pro *munere scribae* et similia.

*Thalamegus* navis i. q. *cubiculo instructa.* C. 52. *Seneca* de benef. c. 7. *navem cubiculatam* dicit.

*Theatrum* summae magnitudinis, Tarpejo monti accubans, destinavit Caesar. C. 44. an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur. C. 80.

theatrum Pompeji. A. 31. T. 47. Cal. 21. Cl. 11. Ner. 46. Marcelli. A. 29. 43. scena Marcelliani theatri. Vesp. 19. Corn. Balbi. A. 29.

legatam in opus novi theatri pecuniam. T. 31.

concusso repente motu terrae theatro. Ner. 20.

per trina theatra virgis caesum. A. 45.

*Theatralis* poena. A. 40. h. e. constituta *lege Julia theatrali.* cf. *Plin.* 33, 2. licentia theatralis. Dom. 8.

*Thecae* calamariae aut graphiariae. Cl. 35.

*Thema* i. q. *sidus natalicium*, *genitura*, *genesis.* A. 94.

*Thensa.* v. *Tensa* sub voc. *Tendere.*

*Thermae.* fabricavit et deceres Liburnicas — magna thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate. Cal. 37. thermae Neronis. Ner. 12. (*Eutrop.* 7, 9.)

thermae Titi. Tit. 7.

*Thesaurus.* thesauros antiquissimae gazae. Ner. 31.

*Thorax* M. Alexandri. Cal. 52. subucula et thorace laneo — muniebatur. A. 81.
*Thronus*. auratos thronos. A. 70. sec. vulg. Sed leg. *toros*. v. Oudend. et infra voc. *Torus*.
*Thus*. supplicare thure ac mero. A. 35. thure ac vino. T. 70.
*Thyrsus* lactuculae. A. 77.
*Tiara*. precanti (Armeniae regi), tiara deducta, diadema imposuit. Ner. 13.
*Tibia*. magno tibiarum et scabellorum crepitu. Cal. 54. (per zeugma; nam *crepitus* pr. ad *scabella* tantum pertinet.)
*Tibicen*. T. 44. 70. tibicines in funere. C. 84.
*Tibialia* h. e. *fasciae, quibus tibiae involvebantur*. A. 82. v. Casaub. ad h. l.
*Tigris*. tigrim in scena publicavit h. e. populo ostendit Augustus. A. 43.
*Timere*. quem maxime casum timens. T. 25. quod non ferrum potius timeret. Dom. 14. sane legem Juliam timeo. Ner. 33.
*Timidus*. nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Cl. 35.
*Timiditas*. A. 67. Cal. 45.
*Tingere*. cor tinctum veneno. Cal. 1.
*Tinnire*. Gr. ἠχεῖν. aliquid se sufferti tinniturum. Ner. 20.
*Tintinnabulum*. tintinnabulis fastigium aedis (Jovis Tonantis) redimiit, quod ea fere januis dependebant. A. 91.
*Tiro, juvenis, qui, toga virili sumta, accedit ad Rempublicam*. deductus in Forum tiro. Ner. 7. i. q. *sumta toga virili, militiae recens ascriptus*. in castris, tiro etiam tum. T. 42. conscripta ex Italicis senum pedum tironibus nova legione. Ner. 19. fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit. Vit. 14.
unde *tiro* omnino, *qui discit aliquam artem*. tirones gladiatorum. C. 26.
*Tirunculus* miles. Ner. 21.
*Tirocinium, dies sumtae togae virilis, quo tirones fiebant in Republica*.
ut Cajum et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu, *suo* quemque *tirocinio deduceret in Forum*. A. 26. diem utriusque *tirocinii*, congiario plebi dato, celebravit. T. 54. barbam posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Cal. 10.
*Titubantia* linguae. Cl. 30. oris. Vit. 6.
*Titulus*. i. q. *inscriptio* e. g. *operis, statuae, picturae*.
opera cujusque, manentibus titulis, restituit. A. 31. statuas virorum illustr. ita subvertit atque disjecit, ut restitui salvis titulis non potuerint. Cal. 34. plurima opera restituit — sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Dom. 5.
exstat talis scriptura in titulis operum. Cl. 41. statuarum tituli. Galb. 2.
e basi statuae triumph. titulus excussus vi procellae. Dom. 15. sicut apparet et statuarum et imaginum ejus multitudine, ac titulis per utramque provinciam. Tit. 4. h. e. *operum inscriptionibus, in quibus ejus elogia*. eradendos ubique titulos. Dom. 23. alterius collo et ascopera deligata, simulque titulus: ego quid potui sequ. Ner. 45. h. e. *tabella cum inscriptione*. —
*inscriptio libri, carminis* etc. libri. A. 85. duo libelli, di-

verso titulo; alteri gladius, alteri pugio index erat. Cal. 49. in plerisque indicibus et titulis. Gr. 6. libello, cui est titulus Indignatio. Gr. 11. carmen lyr., cujus est titulus: Conquestio sequ. T. 70.

*tabulae inscriptae, quae triumphali pompa praeferebantur.* Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum sequ. C. 37.

praeeunte pompa ceterarum (coronarum) cum titulis, ubi, et quos — vicisset. Ner. 25.

Ita *tabulae cum inscriptionibus* s. *titulis* appendebantur *reis* v. praeferebantur, *ad causam poenae indicandam.* canibus objecit, cum hoc titulo sequ. Dom. 10. carnifici confestim tradidit — praecedente titulo, qui causam poenae indicaret. Cal. 32. cf. *Elogium.*

*familiae venali, ad indicandas singulorum virtutes et artes.* quum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse. Gr. 4.

*victimis votisque.* ut ab heredibus suis praelato victimae titulo in Capit. ducerentur, votumque pro se solveretur: *quod* sequ. (quae verba tituli sunt.) A. 59. qui capita sua titulo proposito voverent. Cal. 14.

*tituli* i. q. *lemmata, inscriptiones munerum,* quales sunt *Martial.* l. 14. et 15. munera dividebat — titulis obscuris et ambiguis. A. 75.

Unde *titulus* omnino i. q. *nomen, alicui rei v. homini impositum, in utramque partem, ad honorem vel ignominiam.*

actum in Senatu, ut titulis suis, quasi Augusti, ita et Liviae filius, adjiceretur. T. 50. i. q. *appellationibus, cognominibus, quae in operibus, statuis, literis, orationibus ei darentur.*

manente officii titulo. T. 63. h. e. *nomine honorifico sine vera potestate.*

tertium et quartum consul. titulo tenus gessit. C. 76. milit. genus, quo absentes et titulo tenus fungerentur. Cl. 25. honorem praet. urbanae cum cons. potestate suscepit titulo tenus. Dom. 1. Sequ. *nam jurisdictionem ad collegam proximum transtulit.* omnes (consulatus) paene titulo tenus gessit. Dom. 13.

quum, decretis sibi a Sen. ornamentis triumph., leviorem majestati principali titulum arbitraretur. Cl. 17. i. q. *minus honorificam appellationem.*

plurimae factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. A. 32. i. q. *sub nomine coll. novi.*

*Toga.* detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestavit assidue. Vit. 2.

hieme quaternis cum pingui toga tunicis — muniebatur. A. 82.

ut — vix pauci complexu togaque objecta protexerint. C. 14.

convenisse signum, ut togam de humero dejiceret. C. 9. h. e. *de sinistro humero detraheret.* genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. A. 52.

toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. C. 82.

ut, calcata lacinia togae, praeceps per gradus iret. Cal. 35.

togis (usus est) neque restrictis, neque fusis. A. 73. (C. 45. *fluxiore cinctura*, et *male praecinctus puer.*)

*togam virilem sumere.* A. 8. (ubi de *anno* vide, quae dixi in nota.) 94. T. 7. Galb. 4. Vesp. 2. uno atque eodem die togam sumsit, barbamque posuit. Cal. 10.

die virilis togae. A. 66. Cl. 2. Cal. 15. togam dare impubi teneroque adhuc. Cl. 43.

liberis Senatorum — protinus vir. togam, latum clavum induere, et Curiae interesse permisit. A. 38. Inepta est lectio; *virili togae.* Asyndeton ostendit, statim post vir. togam, sumto lato clavo, Curiae interfuisse.

renuenti — ab utroque humero togam apprehendit. C. 82. ut descendentem e tribunali — et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso, detinerent. Cl. 15. —

puero — bullam et praetextam togam imposuere. Rh. 1. (*ut ingenuum fingerent.*) —

togae ac pallia inter munuscula Augusti. A. 98.

purpurea amictus toga Graecanica. Dom. 4. (ubi omnino de *veste* intelligendum videtur, Graeco more facta. Al. *Germanica.* v. not.)

nec prius usum togae recuperavit, quam sequ. Galb. 11. (quum *paludatus* iter ingressus esset.)

*Togatus* i. q. *toga indutus, habitu Romano.* togatumne an palliatum dicere causam oporteret. Cl. 15. h. e. *Romano habitu, an Graeco, ut peregrinitatis reum.*

*togati* cum illustrioribus provinciarum. C. 48. Distingu. *sagati palliative.*

positis lacernis togatum consistere. A. 40. gens togata. ibid. (e *Virg.* Aen. 1, 282.)

sicut erat togatus. Cl. 34.

reges saepe regnis relictis, non Romae modo, sed provincias peragranti, quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium praestiterunt. A. 60. (h. e. *tanquam civis Romani ei subjecti;* civitate enim erant ornati. cf. *Eutrop.* 7, 5.) quosdam Senatores summis honoribus functos, ad essedum sibi currere per aliquot passuum millia, et coenanti modo ad pluteum, modo ad pedes stare, succinctos linteo, passus est. Cal. 26. (h. e. *habitu Romano, eoque ad ministeria servilia graviore, ministrare.*)

*togata* sc. *fabula, in qua histriones Romanum habitum gestant.*

Afranii togata, quae Incendium inscribitur. Ner. 11. fecit et novum genus togatarum, inscripsitque trabeatas. Gr. 21. v. *Bulenger.* de theatro 1, 6.

*Togatarius, actor fabularum togatarum.* Stephanionem togatarium. A. 45. Al. *togatarum* sc. *actorem.*

*Tolerare* famem et ceteras necessitates. C. 68. frigora, aestus. A. 81. id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans. C. 17.

*Tollere* i. q. *suscipere.* sublato ex ea filia Druso. T. 7. sublato filio Nerone ex Agrippina. Ner. 5. sublata filia. Tit. 4. cf. *Ferre.*

cachinnum sustulit. A. 98. (ut nos: *ein Gelächter erheben.*)

i. q. *auferre.* tollere denarios (in lusu aleae. Opp. *in medium conferre.*) A. 71.

unde sensu duplici *augendi* et *e medio tollendi* A. 12. or-

nandum tollendumque. coll. Ner. 39. sustulit hic matrem (Nero interfecit), sustulit ille patrem (Aeneas humeris suscepit.)

i. q. *abrogare*, *amovere*. sportulas publicas sustulit. Dom. 7. sublatam Tribunorum intercessionem. C. 31. i. q. *contemtam*, *ut nullam*.

Tribunos aerarios sustulit. C. 41. (Nos eodem modo: *etwas aufheben*.)

*Tomentum*. ut tomentum e culcita tentaverit mandere. T. 54.

*Tonare*. quod tempestate serena tonuerat. Tit. 10. sub terris tonuisse putes. Lucan.

*Tonans*. v. *Jupiter* in primo indice.

*Tonitru*. tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat. A. 90. tonitrua praeter modum expavescebat. T. 69. ad minima tonitrua et fulgura sequ. Cal. 51.

*Tondere*. tondere pecus, non deglubere. T. 32.

tondere barbam. A. 79. sc. *forfice*. Distingu. *radere*, quod fiebat *novacula*. v. ad C. 45. ubi: ut non solum *tonderetur* diligenter *ac raderetur*, sed etiam *velleretur*. concubinas tondere ad virilem modum. Ner. 44.

*Tonsor*. ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret. A. 79.

apud amitam Lepidam nutritus est, sub duobus paedagogis, saltatore atque tonsore. Ner. 6.

*Tophinus*, ex lapide topho. Cl. 21. v. *Plin*. 17, 4.

*Toreumata*. C. 47. i. q. *vasa sculpturis exornata*.

*Tormentum* v. post verbum *Torquere*.

*Torpere*. digitus torpens contractusque frigore. A. 80.

*Torquere*. raptum e tribunali servilem in modum torsit. A. 27. ut — torqueri sine mora jusserit. T. 62.

hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. A. 40. v. not.

*Tortor*, cognomen Apollinis ob Marsyae supplicium. A. 70.

*Torques*. torques inter dona militaria. A. 25. C. Nonium — aureo torque donavit. A. 43. Al. *aurea*, ad qu. l. v. Oudend. de duplici genere vocis.

*Tormentum*. cui tormentis expressa confessio est. T. 19. incertis quaestionibus atque tormentis. Dom. 8. res per tormenta quaesita est. T. 58. neque tormentis neque supplicio cujusquam pepercit. T. 62. post longa et exquisita tormenta. ibid. fidicularum simul urinaeque (sc. retentae) tormento. ibid. quod excruciata gravissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Cal. 16. tormenta quaestionum — repraesentabat. Cl. 34. cf. *Quaestio*.

*Torus*. ne toro qu. cubuisse ajunt, nisi humili et modice instrato. A. 73.

toro residens. Cal. 50. in cubiculum vocavit, assidere in toro juxta coegit. Dom. 11.

fugit et auratos Juppiter ipse toros. A. 70. Ita legendum, quum plures codd. exhibeant *thoros*, et *throni* non Latinitatis sint hujus aevi. v. Oudend.

*Totidem*. C. 38. 56. A. 99. haud ultra verba, et quidem totidem fere atque eadem. Vesp. 14.

*Totus*. totum se ad quietem contulit. T. 15.

per totos dies. T. 62. toto die. Tit. 8. Al. *tota*. per totum diem. T. 21.

De dativo *toto* v. Oudend. ad Ner. 12. (ubi plerique libri: *toto certamini*) et ad *Caes.* B. Gall. 7, 66. et *Lucan.* 2, 383.
*Toxicum*, venenum, de quo v. *Plin.* 16, 10. — Burro, remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Ner. 35.
toxico, incertum, pultine addito — an immisso per clysterem. Cl. 44.
*Trabeatus*, *trabea* h. e. *veste*, *cui trabes* s. *virgae purpurae intextae*, *indutus*.
ut Equites Rom. — trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum. Dom. 14. v. Lips. ad *Tac.* A. 3, 2., *Ruben.* de lato clavo 1, 5., *Ferrar.* de re vestiar. P. 1. l. 2, 6.
*trabeatae* sc. fabulae, novum genus togatarum. Gr. 21.
*Tractare.* v. *Trahere.*
*Tradere* s. *Transdere.* eique Jovem flagellum tradidisse. A. 94.
magistr. ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit. A. 28.
libellum tradentem adversarium suum. Cl. 37.
jussas Tribunis tradere arma. Vit. 10.
classem M. Antonio tradidit. Ner. 3.
traderet tandem sc. *agonem*, cui impar esset, vel, ut aliis placet, *cirrum*, quoniam cirratus prodierat. Ner. 45. Haec optima videtur lectio. Al. *raderet*, et *traheret*, ubi antea legunt: *currus appositus est.* v. not.
qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet. Cal. 39.
fatigatus Tiberio tradidit perlegenda (volumina.) A. 85. perlegendum librum Druso filio tradidit. T. 23.
alterum damnandum Senatui tradidit. A. 66. servum carnifici confestim tradidit. Cal. 32. quendam supplicio traditum. Vit. 14. quibusdam custodiae traditis. T. 61.
Senecae in disciplinam traditus. Ner. 7. et *simpl.* ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur. Gr. 4.
vitia quasi tradita et ingenita. Ner. 1. h. e. *a majoribus quasi hereditate in se translata.* more tradito. A. 61.
unde i. q. *docere.* ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet. Gr. 7.
i. q. *narrare*, *scriptis tradere posteris.*
ut facta quaeque posteris tradantur. Cal. 16.
quem quidem nonnulli Graecorum similem quoque Caesari — tradiderunt. C. 52. tradiderunt quidam. C. 82. Q. Tubero tradit. C. 83. exstiterunt, qui traderent. A. 15. Jun. Saturninus hoc amplius tradit. A. 27. nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse sequ. T. 21.
fuisse traditur excelsa statura. C. 45. traditur — retulisse aurum. T. 5.
*Traditio* coram pugillarium. A. 39. Ita *Cic.* Leg. 1, 15, 42. *obtemperatio scriptis legibus*, ubi v. Görenz. cf. Heusing. ad *Vechner.* Hellenolex. p. 264.
*Traducere* s. *Transducere.* carpentum, quo in pompa traduceretur. Cal. 15.
traductos per Amphitheatri arenam. Tit. 8.
Sed, ubi est *ducere in adversam partem*, nostr. *überführen*, praeferenda videtur scriptura *transducere.* Ita: transductis ad se jam pluribus. C. 14. P. Clodium, jam pridem a Patribus ad plebem *transire* nitentem, eodem die horaque nona *trans-*

*duxit.* C. 20. (Ita cod. Salm. aliique, quos memorat Oudend. Vulg. *traduxit.*)

ea gens — mox a Serv. Tullio in patricias transducta. A. 2. Eodem modo scribendum puto A. 21. Ubios et Syg. *transduxit* in Galliam, et Cal. 12. ad pontificatum *transductus* est. Ceterum discrimen, quod significationis diversitas suadet, haud accurate servasse antiquos scriptores ipsos, patet ex perpetua varietate in libris. cf. Drakenb. ad *Liv.* 42, 22. §. 6.

*Tragicus.* tragicum illud. Cal. 30. h. e. *versum illum e poeta tragico.*

*Tragoedus.* tragoedo pronuncianti concinere. Cal. 54. Neoptolemus tragoedus. Cal. 57.

*Tragoedia* Caesaris adolescentuli Oedipus. C. 56. Aug. tragoediam (Ajacem) magno impetu exorsus, non succedente stilo, abolevit. A. 85.

Nero tragoedias cantavit personatus. Ner. 21. (Sequuntur tituli fabularum.) pantomimus Mnester tragoediam saltavit sequ. Cal. 57.

*Trahere.* bis senis equis — trahentibus (currum.) A. 94.

trahi crinibus. Ner. 41. — unco trahi. T. 61. Ner. 24. Vit. 17. seminudus in Forum tractus est. Vit. 17. corpus occisi in Tiberim trahere. C. 82. trahi se ab Oct. in artissimas tenebras. Ner. 46. tractum (sc. ab equis) prasinum agitatorem. Ner. 22.

paludamentum mordicus trahens. C. 64. — piscatores trahentes rete. Rh. 1.

i. q. *haurire, desumere.* veteres controversiae ex historiis trahebantur. Rh. 1.

genus trahere ex al. stirpe. T. 3. cognomen Galbae cur aut unde traxerit. Galb. 3. —

sorte tracta. T. 14.

quod ad se quisque spem traheret. A. 94. i. q. *ad se referret.* id de Imper. Rom. praedictum Iudaei ad se trahentes. Vesp. 4. ut in contumeliam suam traheret, si sequ. Dom. 18. —

ambitione tractum. T. 21. (Ita omnes codd. *Tactum* Casaub. primus dedit. v. Graev. et Oudend. ad h. l.)

trahere bellum i. q. *extendere,* nostr. *in die Länge ziehen.* A. 16. Oth. 9.

unde *trahi* i. q. *diutius detineri.* querentes, trahi se a Caesare. T. 31.

*Tractare.* tractans lanuginem ejus. Ner. 34. i. q. *mulcens.*

i. q. *in manibus habere, versare.* quos quoque tempore tractaret auctores. T. 56.

unde *agere cum aliquo*, Gr. μεταχειρίζεσθαι, nostr. *behandeln.* amicos tanta semper facilitate tractavit. C. 72. militem tractabat pari severitate atque indulgentia. C. 65. ita socios tractavit, ut sequ. A. 3. non pro spe meritorum tractari. A. 13. populum tanta comitate tractavit. Tit. 8.

*tractare de al. re* i. q. *agere, colloqui.* cum quibus de negotiis ad frequentem Sen. referendis ante tractaret. A. 35. — quin de conditionibus continuo tractaret. Cl. 26. —

Sed Dom. 10. *quasi — divortium suum cum uxore tractasset* inepta est lectio pro *taxasset.*

*Tractabilis*, *cum quo agi potest, qui agi secum patitur,*

nostr. *der sich behandeln läſst*, Gall. *traitable.* Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem. A. 65.

*Trajicere* s. *Transjicere. transit.* trajecto exercitu. C. 33. trajecto in Siciliam exercitu. A. 16. quadrag. millia dediticiorum trajecit in Galliam. T. 9. paucos de custodia Germanos trajici jussit. Cal. 45.

Inde *flumen, mare ipsum trajici* dicitur. in trajiciendo Rubicone flumine. C. 81.

freto classe trajecto. T. 2. trajecti et quasi domiti Oceani insigne. Cl. 17.

si flumina morarentur, nando trajiciens. C. 57. trajecturus Rhenum. T. 18.

*intransit.* quum per angustias Hellesponti vectoria navicula trajiceret. C. 63.

trajicere ex Sicilia apparantem. A. 47. Mox; nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit, mox Neapolim trajecit. A. 98. trajecit in Achajam. T. 4. quum — trajecisset Samum. T. 12. huc dum hibernis jam mensibus trajicit. C. 4. quum deinde paucos post dies in proximas Camp. insulas trajecisset. Cal. 14.

i. q. *perfodere*, *perforare*, *transfigere.* ter lino per foramina trajecto. Ner. 17.

divulsa sentibus paenula, trajectos surculos rasit. Ner. 48. h. e., ut multi interpretantur, *per paenulam trajectos*, *qui inhaeserant paenulae.* Sed facilior ratio videtur, qua *trajectos* intelligimus *trans viam jactos* h. e. *viae injacentes.* cf. *Radere.*

brachium arreptum graphio trajecit. C. 82. ex adverso trajecisse pectus. Cal. 58. uno se trajecit ictu. Oth. 11.

*Trajectus* substant. in trajectu. A. 17.

*Tralaticius.* v. *Translaticius* sub v. *Transferre.*

*Trames.* per angustissimos tramites. C. 31. per devios tramites. A. 16.

*Tranquillus.* vultu erat adeo tranquillo serenoque. A. 79.

tranquillissime senuit. A. 2.

*Trans.* Germ., qui trans Rhenum incolunt. C. 25. occuli trans Rhenum jussit. Cal. 45. agrum trans Anienem accepit. T. 1. quod paucos milites trans ripam venatum misisset. T. 19. quum trans Rhenum — iter essedo faceret. Cal. 51. quum se trans Tiberim contulisset. Dom. 1.

Scheid. ad Sanct. p. 228. *trans* contractum putat ex *tranos*, ut e voc. *γένος* factum *gens*, e *μένος mens* etc., et radicem esse *τράω*, *τραίνω*, patet.

*Transcurrere.* quum profugisset ab Urbe, transcucurrissetque Campaniam. Cal. 24. Ita cod. Salm. Vulg. *transcurrissetque.* v. reliqua composita verbi *Currere.*

*Transcursus.* consternatus transcursu fulguris. A. 90.

*Transducere.* v. *Traducere.*

*Transferre.* quum inde lectica transferretur. Tit. 10. gibberosos se de sole in umbram transferre. Gr. 9. per manus ac super capita hom. translatus est. Cal. 51. Pomp. statuam marm. Jano superposuit, translatam e Curia. A. 31.

ad transferendos matris fratrisque cineres. Cal. 15. simul. Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat. Cal. 57. placuerat per classiarios arma transferri, remittique navibus. Oth. 8. v. not. palmam in compluvium Deorum Penatium transtulit. A. 92.

migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii. C. 79.

sedem ac domicilium imperii taedio Urbis transferre eo destinasse. Cal. 8. sacra Eleusinia transferre ex Attica Romam conatus est. Cl 25.

cujus ex oratione ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. C. 55. Ita Ner. 52. translati versus i. q. *aliunde petiti.*

*transferre aliquem ex uno loco in alium*, i. q. *mittere, alium locum assignare.*

ex insula in continentem transtulit eam. A. 65. Batonem Ravennam transtulit. T. 8. permutare hiberna Legionum, et Germanicas transferre in Orientem. Vesp. 6.

in Germaniam missus est; inde in Britanniam translatus. Vesp. 4. —

nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert, sed *ibidem statim* subjicit. A. 87.

ad avertendum transferendumque periculum (sc. in alium.) Cl. 29.

ut invidiam aliqua cavillatione dilueret transferretque ad sales. Vesp. 23.

legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre. T. 31.

provincias Ach. et Maced., quas Tib. ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Cl. 25. jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit. Ner. 2. ut ab aerario causae ad Forum ac recuperatores transferrentur. Ner. 17.

qua curationem eam in alium transferebat. C. 15. jurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Dom. 1.

appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam. A. 100.

an Asiat. oratorum — verb. volubilitas in nostrum sermonem transferenda. A. 86.

*Translaticius*, publicum et translaticium jus. A. 10. h. e. *a majoribus translatum edictis et formulis*, inde i. q. *ordinarium, commune, usitatum.* cf. Ernest. in Clav. Cicer. sub h. v., et interpr. ad *Plin.* ep. 9, 37, 1. *translaticia haec et quasi publica officia.*

*translaticiae postulationes* Ner. 7. oppon. *maximis;* sunt igitur *leves, vulgares, ex notissimo jure repetitae.*

*translaticium funus* Ner. 33. i. q. *vulgare, non insigne.*

*Translatio.* per domicilii translationem. Ner. 9.

*Transfigere.* transfixus femore et humero. C. 68.

*Transfigurare.* puerum Sporum — etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus. Ner. 28. Asturconem posteriore corporis parte in simiae speciem transfiguratum. Ner. 46. aede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata. Cal. 22.

*Transfretare.* quam primum transfretaturi. C. 34.

*Transfugere.* Ner. 3.

*Transfugae* barbari. Cal. 47. ob non redditos transfugas. Cl. 17.

*Transgredi.* transgressus Euphratem. Cal. 14.

*de trajectu maritimo.* in Macedoniam transgressus. C. 35. v. *Gell.* 10, 26. —

in lectum inde transgressus. A. 78.

aquila eum saepius *circumvolavit*, *transgressaque* in vicinam aedem sequ. A. 97.

*Transigere*. cf. *Agere. de tempore.* adolescentiam — per haec fere transegit. T. 7.

per haec ac talia maxima aetatis parte transacta. Cl. 10. transacto tribun. potestatis tempore T. 11. vixdum mense transacto. Vit. 8. nullam noctem sine aliquo terrore transactam. Cal. 59. sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit. Cal. 12.

*de negotio* i. q. *ad finem agere, perficere, absolvere.*

Philippense bellum duplici proelio transegit. A. 13. sine bello rem transigi posse. Oth. 10.

potestate transacta. A. 40. coll. T. 11. ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse. A. 99. transacta raptim consultatione. Ner. 41. multa joco transigebat. Vesp. 22.

transactum negotium, oppressos, qui tumultuarentur. Galb. 19. i. q. *confectum.*

velut transacto jam periculo. Dom. 16. h. e. *periculi tempore.*

*se transigere ferro* i. q. *trajicere.* T. 45.

*Transilire* pro *Transsilire.* transiluit in navem. C. 68. Ita cod. Salm. et Vindob. sec. Vulgo: *transilivit.* v. *Desilire.*

*Transire.* quod si ponticulum transierimus. C. 31.

*de navigatione.* cf. *Transgredi.* ab Rhodo transiit in Asiam. C. 4. ab Alexandria in Syriam, et inde Pontum transiit. C. 35.

transiit in cit. Galliam. C. 30. residuam stirpem ex Sabinis transisse Romam. Vit. 1. Cumas transiit. Gr. 8. Romam. Gr. 9. transiit in Palatium cum tota schola. Gr. 17.

a balineis in theatrum transiit. Ner. 20. a secreto in balineum tricliniumque transibat. Vesp. 21. per angiportum in balineas transeuntem. Galb. 10.

sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. C. 39. transiit e loco suo, atque in ea parte consedit sequ. A. 43. huc transibat, aut in alicujus libertorum suburbanum. A. 72. in crypta, per quam transeundum erat. Cal. 58.

i. q. *praeterire trans al. locum*, nostr. *vorbeigehen.* praeter pedes suos transeuntes. Cal. 36. transeunte eo. Cal. 50.

transeuntem. Ner. 39. viatores ne per Italiae oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent. Cl. 25. (*durchreisen.*)

*transire ab una parte ad aliam.* Ita *de militibus* nostr. *übergehen.*

potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. C. 75. transituras ad Antonium copias. Dom. 6. transiit ad Augustum. Ner. 3. — *de philosopho.* transiit ad Q. Sextii philosophi sectam. Gr. 18.

de *mutato ordine.* jam pridem a Patribus ad plebem transire nitentem. C. 20.

*de discessione Senatorum.* transeuntem eum in alteram partem. T. 31.

*de mutato negotio v. officio.* quosdam e grammatici statim ludo transisse in Forum h. e. *ad causas agendas.* Gr. 4.

ut non temere quis tam adverso rumore — transierit ad principatum. Tit. 6.

transiit ad curam novi belli. T. 16. et: ut *cura* aera-

rii a Quaestoribus urb. ad praetorios Praetoresve transiret. A. 36.

ad pilam folliculumque transiit (ab exercitationibus camp.) A. 83.

*Transitus.* in transitu Alpium. C. 56. A. 79.

*Transitorius.* domus, quam primo *transitoriam*, mox *auream* nominavit. Ner. 31.

*Translatio* et *Translaticius.* v. *Transferre.*

*Transmarinus.* transmarinae provinciae. Cal. 51. h. e. *Graecae* et *Asiaticae.* Ita coloniae transmarinae. C. 42. exercitus transmarini. Vit. 15.

*Transmigrare.* e Carinis ac Pomp. domo Esquilias in hortos Maecen. transmigravit. T. 15.

*Transmittere.* commeatum omnem non ante transmisit, quam sequ. T. 18.

intrans. ut *trajicere.* a Brundisio Dyrrhachium — hieme transmisit. C. 58. inde transmisit. Cl. 17. —

super templum D. Aug. ponte transmisso. Cal. 22.

i. q. *praetermittere*, nostr. *übergehen*, *hingehen lassen.* quae ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. Cal. 10.

ne M. quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit. Cl. 11.

qui se — omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat. Vesp. 15.

*Transnominare.* Sept. mensem et Oct. ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit. Dom. 13. mox Pansam se transnominavit. Gr. 18.

*Transportare.* Agrippam in insulam transportavit. A. 65. cf. *Transferre.*

*Transvehere.* neque in Brit. transvexit (exercitum), nisi sequ. C. 58.

*in transvehendo* (gerund. pass., ut *ad gestandum* Galb. 8. v. *Gestare.* Ita frequens Nostro partic. pass. *praetervehens.*) nostr. *im Vorbeireiten.* A. 38.

*Transvectio* Equitum *in recognitione.* A. 38. (v. *Ovid.* Trist. 2, 90 et 542.) cf. *Rosin.* Ant. Rom. 4, 11.

*Transversa* charta scriptae epistolae. C. 56.

*Tremor* terrae. Ner. 48. Galb. 18.

*Tremulum* caput. Cl. 30.

*Trepidus.* obnoxium et trepidum egit. T. 12. tristis ac trepidus. Cl. 10. foedum in modum trepidus. Cl. 36. trepidum eum interdicta aula sequ. Vesp. 14.

adeo plerumque trepidos (milites in fuga.) C. 62.

*Trepide.* quam trepide anxieque certaverit. Ner. 23.

*Trepidatio.* reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit. Ner. 34. inter proximos versanti et trepidatione detecto. T. 19.

*Trepidanter* effatus sequ. Ner. 49.

*Tribuere.* cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit. C. 52. praetoriis viris consularia ornamenta tribuit. C. 76. ambobus communem sepulturae honorem tribuit. A. 17. tr. coronas. A. 25. dona milit. ibid. etiam defunctae honores maximos tribuit. A. 6 .

non debere talia praemia tribui, nisi sequ. T. 54. latum

clavum etiam libertini filio tribuit. Cl. 24. loca Equiti secreta a ceteris tribuit. Ner. 11.

si quid praeterea desiderarent, promittens se tributurum. Tit. 9.

*Tributum.* quod civitates Hisp. Galliarumque gravioribus tributis punisset. Galb. 12.

auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse. Vesp. 16. qui imposita genti tributa non pependissent. Dom. 12.

nullo rerum aut hom. genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Cal. 40.

*Tributarius* Gallus quidam. A. 40. Sequ. *immunitatem obtulit*, et: se facilius passurum, *fisco* detrahi aliquid.

*Tribules.* v. *Tribus.*

*Tribunal.* cum subselliis tribunalia. C. 84.

Praetorem raptum e tribunali. A. 27. tribunal Praetoris in theatro. A. 44. (ad *podium.* v. *Lips.* de amphith. c. 11.) coll. Cl. 21. „ludos — e tribunali posito in orchestra commisit."

pro tribunali. v. *Pro.*

descendentem e tribunali. Cl. 15. deserto tribunali, ascendit ad sacerdotes. Cl. 33.

positum in Septis tribunal, Senatu adstante, conscendit. T. 17.

*Tribus.* in *comitiis centuriatis.* ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit. C. 13. v. not. ad hoc caput. Ita: edebat (candidatos) per libellos, circum *tribus* missos. C. 41. in campo, *per comitia tribus ad suffragia vocantem.* C. 80. Salinator universas *tribus* in censura notavit levitatis nomine, quod, quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, *Consulem iterum Censoremque fecissent.* T. 3. v. quae Ursinus ex Ant. Augustino ad *Liv.* 1, 43. §. 12.

*ferebat et ipse suffragium in tribubus*, ut unus e populo. A. 56.

*tribus* saepe pro *infima plebe.* v. Duker. ad *Flor.* 2, 6, 25. cf. *Liv.* 9, 46. fin. Ita A. 57. legavit populo Romano — *tribubus* h. e. *plebi.* A. 101.

*tribus urbanas* ad sacramentum citavit. Ner. 44. i. q. *infimam plebem.* v. n.

*Tribules*, qui ejusdem sunt tribus. A. 40.

*Tribunus plebis.* tentavit per partem Tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia *plebiscito* daretur. C. 11. (Ita *lege Vatinia* postea Galliam Cisalpinam cum Illyrico accepit. C. 23.)

per intercessores Tribunos (summa ope restitit.) C. 29.

egit cum Tribunis pl., id potius ad populum ferrent sequ. C. 26.

C. Curio, violentissimus Tribunorum. C. 29.

bello vindicaturus, si quid de Tribunis pl., intercedentibus pro se, gravius a Senatu constitutum esset. C. 30. quum, sublatam Tribunorum intercessionem, ipsosque Urbe cessisse, nunciatum est. C. 31. adhibitis Tribunis pl., qui pulsi supervenerant. C. 33.

Tribuni pl. a Caesare potestate privati. C. 79. Aquila Tr. pl. C. 78.

Aug. in locum Tribuni pl. candidatum se ostendit, quamquam patricius, *necdum Senator.* A. 10. v. not.

Claudii nonnulli in altercatione et jurgio Tribunos pl. pulsaverunt. T. 2.

Claudia Vestalis fratrem injussu populi triumphantem in Capit. prosecuta, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset. T. 2.

accitus et ipse per Tribunos pl. in Curiam. Cl. 10. Tribunis pl. adeuntibus se pro tribunali. Cl. 12.

*Tribunus militum.* proavus Augusti secundo Pun. bello stipendia in Sicilia Tribunus mil. fecit. A. 2. stipendia prima exped. Cant. Tribunus mil. fecit. T. 9. Tribunus mil. et in Germania et in Brit. meruit. Tit. 4. bello Philipp. Tribunus mil. meruit. Horat. Ita etiam Vesp. 2. legendum: *Tribunus mil.* in Thracia meruit. Al. *tribunatum* v. *tribunatu.*

Suetonius Lenis, pater auctoris, *Tribunus angusticlavius* tertiae decimae legionis. Oth. 10. coll. A. 38. Tribunus *laticlavius.* Dom. 10.

hunc (Agrippam) Tribunus mil. custos appositus occidit. T. 22. fratrem Tiber., repente immisso Tribuno mil., interemit. Cal. 23.

Tribuni mil. Praefectique a Tib. non mutati. T. 41.

Cassius Chaerea, Tribunus cohortis praetoriae. Cal. 56.

excubitori Tribuno, signum de more poscenti. Cl. 42. coll. Cal. 56. Ner. 9.

ut sibi in Curiam Praefectum praet. Tribunosque mil. secum inducere liceret, precario exegit. Cl. 12. v. not.

Tribuni ac Centuriones pauci e conjuratorum in Cajum numero a Claudio interemti. Cl. 11.

Africanae confectae a turma equitum praetor., ducibus Tribunis ipsoque Praefecto. Cl. 21.

vectigalia — per Centuriones Tribunosque praetor. exercuit. Cal. 40.

Tribunos Centurionesque praetorii de fugae societate tentavit. Ner. 47.

Tribunorum nonnulli a praetorianis occisi. Oth. 8.

quicquid praetorianarum cohortium fuit, uno exauctoravit edicto, jussas Tribunis tradere arma. Vit. 10.

*Tribuni aerarii*, tertium judicum genus e plebe, a Caesare sublati. C. 41.

*Tribunatus.* L. Saturnini seditiosus tribunatus. C. 12.

*tribunatu militum*, qui primus Romam reverso *per suffragia populi* honor obtigit. C. 5. ubi v. not. — De loco Vesp. 2., ubi legendum: *Tribunus mil.* v. supra. —

liberis Senat. militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed et praefecturas alarum dedit. A. 38. v. not. equestres (h. e. Equitum Rom.) militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. Cl. 25.

*Tribunicius. potestas tribunicia.* auctores restituendae tribun. potestatis, cujus vim Sulla deminuerat, enixissime juvit. C. 5. cf. *Vell.* 2, 30. et quos in nota citavi. —

*tribunic. potestatem* Augustus *perpetuam* recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. A. 27. v. *Tac.* A. 1, 9. et 3, 56. et not. ad l. c.

Collegae prius Agrippa, et iterum Tiberius, de quo v. T. 9. „Consul iterum etiam tribunic. potestatem in quinquennium accepit.“ et c. 11. „transacto tribun. potestatis tempore.“

Mox c. 16. data rursus potestas tribun. in quinquennium. jure tribun. potestatis coacto Senatu. T. 23. v. not.

Vespas. ne tribun. quidem potestatem et Patris patr. appellationem nisi sero recepit. Vesp. 12. collega Tito. Tit. 6.

*subsellia tribunicia.* C. 78.

*comitiis tribuniciis*, si deessent *candidati Senatores* (v. ad A. 10.), *ex Equitibus Rom.* creavit, ita ut potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. A. 40.

*Tribus.* v. supra. *Tributum, Tributarius* v. post verb. *Tribuere.*

*Triclinium.* convivatus assidue per provincias duobus tricliniis, uno, quo sagati palliative, altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent. C. 48.

qui (opsonia vetita) jam apposita e triclinio auferrent. C. 43. —

i. q. *coenaculum.* feminam consul. e triclinio viri coram in cubiculum abductam. A. 69.

tumulum quum e triclinio animadvertisset. A. 98. instans in medio triclinio. T. 72. ad calfaciendum triclinium. T. 74. prospexit e triclinio ardentem rogum. Cal. 23. egressus triclinio. Cal. 36. quum post epulas triclinio digrederetur. Ner. 43.

circuito demum triclinio. Cl. 8. nec temere unquam triclinio abscessit. Cl. 33. i. q. *de coena.* quum in triclinio decubuit. Cl. 39. inferri in triclinium imperavit (venenum). Ner. 33. perruperunt in triclinium usque. Oth. 8. bos arator, decusso jugo, triclinium irrupit. Vesp. 5. a secreto in balineum tricliniumque transibat. Vesp. 21. serius tandem ingressum triclinium. Ter. 3. flagrante triclinio ex conceptu camini. Vit. 8.

deceres Liburnicae, magna therm. et portic. et tricliniorum laxitate. Cal. 37.

i. q. *epulae ipsae.* curare eum ludis Martial. triclinium sacerdotum. Cl. 4.

*Triduum.* C. 23. 39. A. 22. Tit. 8.

*Triennium.* C. 42. 89. A. 34. T. 15. 16. 51. Cal. 7. 59.

*Triens.* heres ex triente. A. 101.

*Trierarchae.* Ner. 34.

*Trifariam.* epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat. Vit. 13.

*Trimestris.* Q. Maximo suffecto trimenstrique Consule. C. 80. *Trimenstri* cod. Salm. et Medic. omnes, et vitiose omitti *n* existimat Oudend. cf. *Semestris.*

*Trimulus* h. e. *puer trium annorum.* Ner. 6.

*Trini.* v. *Terni.*

*Triremis.* triremi usque ad proximos Naumachiae hortos subvectus est. T. 72.

praecepit etiam, triremes — magna ex parte itinere terrestri Romam devehi. Cal. 47.

*in navali proelio spectaculi causa edito.* C. 39. Cl. 21.

*Tristis.* non oportere quemquam a sermone Principis tristem discedere. Tit. 8.

tristis ac trepidus. Cl. 10.

i. q. *acerbus, severus.* tristior et paedagogi vultus. Ner. 37.

nunquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronunciavit. Dom. 11.

tristia exta. C. 77. i. q. *adversa, rem tristem significantia.*

quaedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt. Tit. 8. i. q. *calamitates*.

*Tristitia* judicum. Ner. 23. i. q. *acerbitas*.

*Triticum*. residuum cibariorum tritici modium. Galb. 7.

*Trivium*. canis extrarius e trivio manum hum. intulit. Vesp. 5.

*Triviales* ludii. A. 74. trivialia verba. Rh. 6.

*Triumphus*. ad triumphum simul consulatumque decessit. C. 18. coactus est, triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere. ibid.

Gallias potissimum elegit, cujus emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum. C. 22. v. n.

triumphi Caesaris Gallicus, Alexandrinus, Ponticus, Africanus, Hispaniensis. C. 37. Gallici triumphi die. ibid. Pontico triumpho. ibid. per Gall. triumphum. C. 51.

Gallico triumpho. C. 49. ex instrumento triumphorum. C. 84. triumpho Caesaris Africano. A. 8.

Cleopatrae, quam servatam triumpho magno opere cupiebat. A. 17.

Augusti curules triumphi tres, Dalmaticus, Actiacus, Alexandrinus. A. 22. Alex. triumpho. A. 41. Actiaco triumpho. T. 6.

sanxit, ut de bellis triumphisque hic (in aede Martis Ult.) consuleretur Senatus — huc, qui victores redissent, insignia triumphorum inferrent. A. 29.

super triginta ducibus *justos triumphos* decr. A. 38. v. *Ornam. triumphalia*.

gens Claudia triumphos septem adepta. T. 1. Livia familia triumphis tribus honorata. T. 3. Domitii functi triumpho duplici. Ner. 1.

triumphus Tiberio decretus, quem distulit, moesta civitate clade Variana. T. 17. a Germ. in Urbem reversus, triumphum, quem distulerat, egit. T. 20.

Calig. conversus ad curam triumphi. Cal. 47. querens — fraudatum se justo triumpho. Cal. 48. triumphum apparare. Cal. 47. omisso vel dilato triumpho. Cal. 49.

quum vellet, justi triumphi decus unde acquireret. Cl. 17. Britannico triumpho. Cl. 28.

quasi inter sollemnia triumphi. Ner. 2. milites se triumphi ejus. Ner. 25.

Vespasiani triumphus de Judaeis. Vesp. 8. triumphi die. Vesp. 12. qui triumphum — tam inepte senex concupisset. ibid.

triumphum utriusque (Vespasiani et Titi) Iudaicum equo albo comitatus est. Dom. 2. duo triumphi Domitiani de Cattis Dacisque. Dom. 6. 13.

Janos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum — exstruxit. Dom. 13.

*Triumphare*. Claudia virgo Vest. fratrem, injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capit. prosecuta. T. 2.

triumphanti Caesari et subsellia tribun. praetervehenti unus e collegio Pontius Aquila non assurrexit. C. 78.

triumphaturi Caesares. Galb. 1, fuitque mos triumphantibus sequ. ibid.

per medias civitates ritu triumphantium vectus est. Vit. 10.

Germanicus, hoste devicto, triumphavit. Cal. 1. Claud. triumphavit maximo apparatu. Cl. 17. Titus triumphavit cum patre. Tit. 6.

*Triumphalis* simpl. v. *vir triumphalis* i. q. *qui triumphum egit.* C. 4. A. 30. Ner. 30. triumphali patre. Cl. 26. Tauri bis Consulis ac triumphalis. Ner. 35. oravit causas etiam triumphalis. Cal. 3. h. e. *etiam post triumphum.* Inepta est lectio: *triumphales.*

solos triumphales — nunquam donis (militaribus) impertiendos putavit, quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea, quibus vellent. A. 25.

*triumphali effigie* statuas ducum Aug. in utraque Fori sui porticu dedicavit. A. 31. triumphalem ornatum Calig. assidue gestavit. Cal. 52.

*ornamenta triumphalia.* v. *Ornamentum.*

*Triumvir.* Luc. Antonium, Triumviri (Marci) fratrem. A. 9. T. 4. quum *Triumvirum* legeret M. Lepidum. A. 54. (distinguitur a M. Lepido filio. Injuria mutaverunt in: *vir virum.* v. not.)

contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis. A. 96. quum exitu anni discordia inter Triumviros exorta esset. T. 4.

*Triumviratus.* De triumviratu Caesaris, Pompeji et Crassi v. not. ad C. 19. fin.

triumviratum Reip. constituendae per decem annos administravit. A. 27.

*triumviratus legendi Senatus*, et alter *recognoscendi turmas Equitum* inter nova officia ab Aug. excogitata. A. 37.

*Trojae* lusus. v. ind. prim.

*Tropaeum.* tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, restituit Caesar. C. 11.

Druso Senatus marmor. arcum cum tropaeis via Appia decrevit. Cl. 1.

sculptura gemmae Victoriam cum tropaeo exprimente. Galb. 10.

truncatis arboribus et in modum tropaeorum adornatis. Cal. 45.

unde omnino *lignum*, *quo quid suspenditur.* tropaeum cum veste, in qua fuerat occisus. C. 84.

*Truncus* de *corpore mutilato.* Galb. 20.

*Truncare* arbores. Cal. 45.

*Trux.* ingenio truci. Ner. 2.

*Trucidare.* C. 9. 80. T. 3. Cal. 29. Galb. 23.

*Tuba.* rapta ab uno (aeneatorum) tuba. C. 32. tuba signo dato. Ner. 19.

*Tuberes* oblatos. Dom. 16. Cod. Salm. *tubures.* Ita et Mss. *Martial.* 13, 42.

*Tueri.* i. q. *servare, defendere ab injuria.*

de tuendo ampliandoque imperio. C. 44. tuendi sui causa. A. 32. negantem, ultra se tueri eum posse. Dom. 15.

ut illas (regiones Urbis) annui magistratus sortito tuerentur. A. 30. h. e. *sartas servarent.* tuendae pacis a grassaturis etc. curam habuit. T. 37.

infirmitatem magna cura tuebatur. A. 82. i. q. *caute curabat.* valetudine prosperrima usus est, quamvis ad tuendam eam sequ. Vesp. 20.

tueri acta alicujus. A. 10. ut auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret. T. 10.

unde i. q. *sustentare*, *alere*. ut perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos (milites) prosequendosque (praemiis) suppeteret. A. 49. cf. *Tutela*.

adeoque *administrare*, *praeesse al. rei*. partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit. T. 25. minus idoneus ad tuendam scholam. Gr. 8.

*Tutari*. coloniam, quam — adversus Aequiculos tutandam olim depoposcissent. Vit. 1.

i. q. *obtinere*, *servare*, nostr. *behaupten*, *sich in etwas erhalten*. corroboratis his et secundum locum facile tutantibus. T. 11. Al. *curantibus*.

*Tutus*. tutam Urbem — etiam in posterum praestitit. A. 29.

provincias, quas annuis magistr. imperiis regi, nec facile nec tutum erat. A. 47.

cui nihil tuti usquam esset. Cl. 36.

non temere quicquam, nisi *ex tuto* ausurus. T. 73.

*Tuto*. Vesp. 4.

*Tutela* i. q. *defensio*, *praesidium*. ad tutelam ripae Rheni fluminis. A. 25. ad tutelam superi et inferi maris. A. 94.

i. q. *cura*, *administratio*. tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. A. 94. Remp. in tutelam ejus ac velut in gremium deventuram. Vesp. 5.

max. de *cura*, *quam praestant patroni clientibus*. quod in tutela Claudiorum erant. T. 6. quod alias: *in clientela*, passive.

vel, *quam tutores praestant pupillis*. post tutelam receptam. Cl. 2. h. e. *postquam desiit sub tutore esse*, *jam sui juris*. Ita *Cic*. Orat. 1, 39. *in tutelam suam venire*.

i. q. *sustentatio*. quum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. C. 68. (cf. A. 49. *Macrob*. Saturn. 2, 2. Similiter *Plin*. ep. 3, 19, 2. „unam villam colere et ornare, alteram tantum *tueri*,“ et 2, 17, 4. „villa, *non sumtuosa tutela*.“)

*Tutor*. participem atque etiam tutorem imperii agere. Tit. 6. —

compluribus praetextatis, tutorem a se poscentibus. A. 94.

plerosque percussorum in tutoribus filii, si quis sibi nasceretur, nominavit. C. 83. C Toranium tutorem suum. A. 27. sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur. Cl. 23. tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce affecit. Galb. 9.

*Tum*. v. *Tunc*.

*Tumere*. tumentibus oculis (sc. lacrimis.) T. 7.

*Tumores* crebri et subiti in facie. T. 68.

*Tumultus*. tumultus, rerum nov. initia, conjurationes distingu. A. 19. (ubi a minori ad majus procedit auctor, a *tumultibus* h. e. *seditionibus* turbae v. militum, incertis vel obscuris auctoribus, ad rerum nov. initia etc.)

per tumultum successor ei nominatus. C. 34. h. e. *inter turbas domesticas*, *sine comitiis v. suffragiis*. excubias per Urbem indixit, ne quis tumultus exsisteret. A. 23. (*Auflauf*, *Aufstand*.)

initio civilis tumultus. C. 38. (*bürgerl. Unruhen*.) quo ma-

teriam tumultus post se subduceret. T. 22. ex conditione tumultuque temporum. Vesp. 10.

si tumultus in graviore annona metueretur. A. 25.

populares tumultus et ortos grav. coercuit, et, ne orirentur, sedulo cavit. T. 37. diffidens tumultumque metuens. T. 65. ad primum tumultum lecticarii — in auxilium accucurrerunt. Cal. 58. tumultu inter moras exorto. Oth. 11. ad primum tumultum proclamasse eum sequ. Galb. 20. primo tumultu. Ner. 49.

omnino *concursus hominum.* an jam de se tumultus foris esset. A. 99. elisi per eum tumultum sequ. Cal. 26.

unde *de proelio.* in pugnae tumultu. A. 11. (*Schlachtgetümmel.*)

*strepitus hominum per multas inconditasque voces.* hanc legem prae tumultu recusantium perferre non potuit. A. 34. ut unus in tumultu proclamaret. T. 24.

ne sedato quidem tumultu (cachinnantium.) Cl. 41.

*bellum repentino concursu excitatum*, nostr. *Volksaufstand.* provinciam, et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. Galb. 7.

*Tumultuari.* tumultuantes milites. C. 69. Cal. 9. 51. oppressos, qui tumultuarentur. Galb. 19.

*bellum movere*, nostr. *aufstehen.* Britanniam tunc tumultuantem. Cl. 17. tumultuari Gallias comperit (*in Aufstand seyn.*) Galb. 9.

i. q. *strepitum movere*, nostr. *lärmen.* Equiti Rom. tumultuanti (in spectaculis.) Cal. 55.

*Tumultuarius* i. q. *subitarius, rapide factus.* tumultuario rogo semiambustum. Cal. 59.

*Tumultuosus.* interpellatus tumultuosioribus literis. Ner. 40. h. e. *quae seditiones et turbas nunciarent, et urgentes quidem et proximas.*

*Tumultuose.* multitudinem confluentem operamque sibi — tumultuosius pollicentem. C. 16. provinciae — tumultuosius inter se agebant. Vesp. 8.

sibi post prandium quam tumultuosissime, adesse hostem, nunciari. Cal. 45. h. e. *cum maxima trepidatione, quasi urgente periculo.*

*Tumulus.* juxta Juliae tumulum. C. 84. Mutin. acie interemtorum civium tumulo publice exstructo. A. 12. ambobus communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit. A. 17. Masgabae, ante annum defuncti, tumulum. A. 98. qui — vernis aestivisque floribus tumulum ejus ornarent. Ner. 57. juxta Maecenatis tumulum. Horat.

exercitus honorarium ei tumulum excitavit. Cl. 1. h. e. κενοτάφιον.

*Tunc* et *Tum* quoniam fere in libris confunduntur, uno et eodem capite de utroque agere placuit.

*tum* continuans narrationem i. q. *praeterea.* tum reorum aut obaeratorum sequ. C. 27. Cod. Salm. *tam*, nescio an vitiose, Copes. *jam.*

*tum — tum. tum* breviter et presse, *tum* latius et uberius. Rh. 1. Mox: *tum* utilia et necessaria, *tum* perniciosa et supervacua. *tum* Lucios, *tum* Cneos. Ner. 1.

*quum — tum.* v. *Quum.* — *tum maxime.* C. 65. T. 14. v. infra.

*jam tum.* A. 100. Ita cod. Salm. et Med. tert. Reliqui *jam tunc.* v. proxime *Tunc.*

*tunc* de *certo tempore* dicitur, et est *eo ipso tempore, eo momento*, de quo sermo. clarissimo tunc dicendi magistro. C. 4. tunc occasione temp. bellantem. C. 35. ardente tunc in Africa bello. C. 70. tunc etiam. A. 16. *tunc adhuc* Consules. A. 17. ignota scilicet *tunc adhuc* Caes. potestate. T. 14. ne admissum qu. tunc quemquam Senat. A. 35. nam tunc Agr. alteram Marcellarum habebat. A. 63. summa tunc in civitate penuria ac fames. A. 70. omnia se a terris tunc numina declinarunt. ibid. tunc potentissimi. Vit. 7.

tunc plane perterritus. C. 14. (nostr. *da, jetzt aber.*)

obsides, tunc primum missos. A. 43. tunc primum repertum. Ner. 17.

et tunc quidem — ceterum. Vesp. 6.

jam tunc. A. 89. Cal. 25. Ner. 7. et sec. plerosque A. 100.

etiam tunc. A. 98. ubi tamen libri: *etiam tum* v. *et tum.*

tunc maxime. T. 14. sec. quosdam. Medicei: *tum maxime*, cod. Salm. *cum maxime.*

tunc autem. T. 10. enimvero tunc. T. 12. tunc demum. Cl. 5. ne tunc quidem. Cal. 3. 11. Galb. 17. sed ut tunc quoque sequ. Ner. 26.

*olim — tunc.* hostem *olim* ejus, *et tunc* exsulantem. A. 54. producti *olim, tunc quoque* prod. Cl. 21. *et tunc* in Africa, *et olim* in Germania. Galb. 8.

*et tunc* gravidam, *et ante jam* apud se filium enixam. T. 4. *tunc — mox et.* Cal. 12.

*et tunc statim, et postea saepius.* A. 94. — *semper alias — tunc.* T. 18.

ante omnia — deinde — ac — *tunc.* Ner. 32. h. e. *illo tempore. Tunc* habent Salm. Medic. sec. tert., Vindob. uterque, Cort. Exc. Cuj. Voss. v. Oudend.

*Tunica.* sumenti vir. togam tunica lati clavi, resuta ex utraque parte, ad pedes decidit. A. 94. v. not.

vestimenta mutanti tunica ardere visa est. T. 14.

hieme *quaternis* cum pingui toga *tunicis* — muniebatur. A. 82. inter togam *tunicasque.* Vit. 2.

cum palla *tunicaque talari* prosiluit. Cal. 54.

*Tunicatus, mera tunica indutus, sine toga vel sago.*

ut stare per totum diem juberet ante praetorium (Centuriones), interdum tunicatos discinctosque. A. 24. h. e. *sine sagis.* Nos: *im Unterkleid.*

reliquias legerunt primores equ. ordinis, tunicati et discincti. A. 100. h. e. *sine togis.*

ut erat nudo pede atque tunicatus. Ner. 48.

retiarii tunicati. Cal. 30.

*Turba, multitudo hominum, vilioris fere conditionis.*

quidam e turba. C. 79. circumstantium turba. C. 84. concursu et indignatione turbae militaris. A. 14. admissa turba paganorum. A. 27. visa quondam pro concione pullatorum turba. A. 40. in turba vexatus. A. 53. (*im Gedräng.*) impulsu turbae. Galb. 18.

tumulum magna turba multisque luminibus frequentari. A. 98. quo minor turba Romae foret. T. 2. prae turba occur-

rentium prosequentiumve. Cal. 4. concursu irrumpentis in Curiam turbae. Cal. 14. Equites Rom., matronae, super innumeram turbam ceteram. Cal. 26. infensus turbae. Cal. 30. (Oppon. *Senatores* et *ordo equester.*) surgens et ipse cum cetera turba. Cl. 12. summota per conscios Centurionis turba. Cal. 58. miserante obvia turba. Cl. 10. detentus quondam medio Foro a turba. Cl. 18. deficiente militum ac familiarum turba. ibid. summota operariorum servorumque turba. Cl. 22. dimota paganorum turba. Galb. 19. turba militum — prosequente. Ner. 2.

cum Mazacum turba atque cursorum. Ner. 30. e media salutantium turba. Galb. 17.

unde omnino de *multitudine vili et incondita.* Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba. A. 35.

*turbae*, nostr. *Unruhen.* in levioribus turbis. C. 20. turbarum metu. T. 4.

*Turbare.* turbare omnia ac permiscere voluisse. C. 30. ubi turbari rursus cuncta sensit. Tit. 5.

turbatus religione simul atque periculo. Ner. 19. turbatus nunciis de seditione militum. A. 17.

fastos correxit — adeo turbatos sequ. C. 40.

turbatiore coelo. T. 69. turbatius mare. Cal. 23.

*Turbidus.* tempestate turbida. Cal. 15.

*Turbulentus.* turbulentissimae leges. C. 16.

*Turdus.* T. 42.

*Turma.* Trojam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum. C. 39.

turmae Equitum. A. 37. 38. — turma equitum praetorianorum. Cl. 21.

*Turpis.* ira turpior. Cl. 30. turpissimae sordes. Vesp. 19. quia mutare turpe erat. C. 14.

*Turpitudo.* turpitudinem et impudentiam. A. 42.

*Turris.* turris Phari terrae motu Capreis concidit. T. 74.

in altissima turri repertus est. A. 94. altissimam turrem excitavit. Cal. 46. Vindob. pr. *turrim*, ut Cl. 20. ubi omnes praeter unum Copes. „superposuit altissimam *turrim* in exemplum Alexandrinae Phari."

e *turre* Maecenatiana. Ner. 38. Sed multi *turri*, ut A. 94.

*Tussis.* propter assiduam et ingravescentem tussim. Cal. 23.

*Tutari*, *Tutela*, *Tutor*, *Tutus* v. sub *Tueri.*

*Tute.* quid ille tibi, et quid illi tute dederis. C. 49. Ita cod. Salm. et reliqui optimae notae. Vulg. *tu.* v. Oudend.

*Tympanizare*, de Gallo matris Deûm tympanizante. A. 68.

*Tyrannus.* T. 75. *Tyrannicidae.* T. 4. Lucan.

*Tyro*, *Tyrunculus*, *Tyrocinium* v. *Tiro* etc.

## U.

*Uber.* quum a nutricis ubere auferretur. T. 6.

*Uber* adject. uberi vinearum proventu. Cl. 16. uberrimum congiarium. C. 27. quarum virt. fructum uberrimum tulit. Cal. 4.

latius et uberius explicare. Rh. 1. Oppon. *breviter et presse.*

*Ubertas.* ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam. Dom. 7.

*Ubertim* flere. C. 81. Tit. 10.

*Ubi.* ubi esse Vitellium sciret. Vit. 17. ubinam Imperator esset, requirentes. Oth. 8.

*Ubique.* non ubique ac semper. C. 65. Illud de *loco*, hoc de *tempore.* ubique plerumque. Cl. 25. Illud *de rebus* i. q. *in omni re v. loco*, hoc *de tempore.* Al. *utique.* v. Oudend.

semper et ubique. A. 90.

quicquid ubique. A. 49. Ner. 43.

*Ulcisci.* simpl. in ulciscendo natura lenissimus. C. 74. ad cavendum ulciscendumque compelli. Cl. 57. quamvis interdum ulciscendi causa non deesset. Tit. 9.

*c. acc.* ad ulciscendam necem matris et fratrum. Cal. 12.

paratus et ulcisci (occisum eum.) Dom. 23.

i. q. *punire*, ut Gr. τιμωρεῖν. quoties hostem vel insidiatorem ultus esset. Cl. 42. Ita A. 21. cum cod. Salm. aliisque legendum: neque — rebellantes *graviore unquam ultus est poena* sequ. Vulg. *multatus est*, quod Burm. et Ernest. defendunt. Oudend. conj. *graviore re unquam ultus est, quam* sequ.

*Ultio.* in ultionem domini. T. 25. mand. domesticis ultionem, si quid sibi accideret. Cal. 3. extrema obtestatione ultionem mandantis. Vesp. 6.

Senatum epistola in ultionem sui Reique publ. adhortatus est. Ner. 41.

in ultionem ignominiae. Oth. 9.

quasi occasione ultionis oblata. A. 16. ut tandem ultionis occasio data est. Oth. 4.

bello Philipp. pro ultione paterna suscepto. A. 29.

*Ullus.* quod displicuisset ulli e tribus. C. 19. ulla in re. A. 10. hereditatem aut legata ulla. T. 15. ex ulla parte. ibid. ullo alio bello. A. 16. non ullum ins. honorem. T. 50.

neque in ullos leniorem, quam qui sequ. Ner. 39. nec ulli perisse nisi in proelio reper. C. 75.

*Ultra*, pr. ablat. *ultera* ab ant. *uls*, *ulterus*, unde *ulterior*, *ultimus.*

*de loco.* Germanos ultra Albim fluvium summovit. A. 21.

*de tempore.* ultra certos annos. Tit. 8. periculum, quod non ultra Mart. Idus proferretur. C. 81. stren. commercium ne ultra Kal. Jan. exerceretur. T. 34.

producebat somnum ultra primam saepe lucem. A. 78.

*de quavis re, cujus fines exceduntur.*

ultra praescriptum. C. 28. ann. habit. Romae *usque ad* bina millia nummûm, in Italia *non ultra* quingenos Sestertios remisit. C. 38.

laboris ultra fidem patiens erat. C. 57. (Cl. 29. *illud omnem fidem excesserit.*) haud ultra verba excanduit. Vesp. 14.

*vi adverbii*, nostr. *weiter*, *darüber hinaus*, *ferner.*

desinant quidam, quaerere ultra aut opinari. C. 66.

nec quicquam ultra de paternis Aug. majoribus reperi. A. 2. nec quicquam ultra, aut statim aut postea, inquisivit. A. 51.

neque ultra perferre posset. T. 10. ultra non tulit. T. 34. negantem, ultra se tueri eum posse. Dom. 15.

Cantabrico *tenus* bello, *nec ultra*, exposuit. A. 85.

prius quam ultra progrederetur. Cl. 44. *ne tunc qu. ultra*

progressus, *quam ut* sequ. Cal. 3. *non ultrà quam* compedibus coercuit. A. 67. conjurationes *non ultra* arguit, *quam ut* sequ. C. 75

*Ulterior* Hispania. C. 7. 18. 56.

*Ultimus.* ultimo proelio. C. 36.

versus aliqui demti sunt *ultimo libri.* Pers.

ad ultimum vitae finem. A. 58. docuit ad ultimam aetatem. Gr. 3.

ultimae sortis homines. A. 19. i. q. *infimae conditionis.*

ultima poena. C. 14. i. q. *supplicium*, Gr. τὰ ἔσχατα.

*ultimo* adverb. Ner. 32.

*Ultro.* Acute Gesner. in Thes. propriam vim hujus partic. in eo esse dicit, ut *initium aliquod actionis* significet *ab eo, unde non exspectabatur*, adeoque *ultro facere* dicatur, qui non rogatus, non invitatus, non laesus, ipse velut *ultima origo* sit actionis; *ultro fieri*, ubi nihil praecesserit eorum, quae alias soleant. Mihi etiam persuasum, derivandam vocem ab ant. *uls*, et cognatam cum *ultra*, quod patet ex dictione: *ultro citroque.* Est igitur ablat. masc. vocis *ulterus*, ut *ultra* femin., et modo *ab ultimo fine* h. e. *sponte, ex integra alicujus voluntate* significat, modo *ad ulterius* h. e. *insuper.* Multo magis te impedias adoptata sententia *Becmanni* de orig. Lat. L. p. 479., qui *ultro* putat esse i. q. *vultro* a verbo *volo*, *vultum* v. *vultrum*, *velle.* —

per hunc pontem *ultro citro* commeavit. Cal. 19. Ita cod. Salm. et optimi quique. v. Oudend. ad h. l. et Drakenb. ad *Liv.* 9, 45. §. 2. Vulg. *ultro citroque.* —

i. q. *sponte*, ubi ostendit, *occupasse aliquem aliquid*, *nihil praegressum* etc.

cui prov. Hisp. *ultro* extra ordinem data sit. C. 9. h. e. *non petenti.* multitudinem, *sponte et ultro* confluentem. C. 16. (ex more Suetonii, quo auget vocabula. *Sponte* est *proprio consilio*, et *ultro* i. q. *non vocatam.* Poterat una voce defungi.) qui tunc ultro inopinatus advenerat. Oth. 4. quaedam se de conjur. ultro ad eum detulisse. C. 17. h. e. *non rogatum.* gentibus ultro lacessitis. C. 24. h. e. *non prius lacessitus.*

ultro ad deditionem hortatus. C. 63. i. q. *ipse prius.* poenam in se ultro depoposcerunt. C. 68. ut quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti. C. 70. h. e. *propria voluntate*, *injussu.* C. Calvo *ultro ac prior* scripsit. C. 73. h. e. *proprio motu adeoque prior.* cf. *sponte et ultro* C. 16. ut non — quidvis discriminis *ultro* ei vel solae subirent. Oth 9.

ad amicitiam — ultro per legatos petendam. A. 21. (Sed A. 17. haud necessaria conjectura Oudend. *ultroque morienti* v. *mortuae* pro *viditque mort.* v. n.)

neque negavit quicquam petentibus, et ut, quae vellent, peterent, ultro adhortatus est. Tit. 8. (*Plin.* Paneg. 25, 1. „*tantum non ultro clientibus salutatis.*")

i. q. *invicem*, *contra*, *insuper*, *etiam*, pr. *ulterius*, nostr. *überdieſs*, *sogar*, *im Gegentheil auch.* v. supra.

ut ad genua ultro sibi accideret. C. 20. (*daſs er nun sogar.*)

exoratus et in contubernium ultro invitatus. Cal. 22. i. q. *atque etiam invicem.*

nihil cuiquam poscenti negavit, atque etiam *ultro* ignominiosis notas etc. demsit. Vit. 8. coll. Tit. 8. sed neque im-

petravit, *ultroque etiam* admonitus est sequ. T. 11. ne vicinus et praevalens hostis instaret ultro cedentibus. T. 16. (ubi *ultro* pertinet ad *instaret*, atque est *vicissim*. v. n.) quosdam — irrisit ultro. Vesp. 12. h. e. *etiam irrisit*, *tantum afuit*, *ut laudaret*, *ut etiam irrideret.*

fratris filiam adhuc virginem oblatam in matrim. sibi quum — recusasset, non multo post alii collocatam corrupit ultro. Dom. 22. i. q. *etiam corrupit, eo progressus est, ut etiam corrumperet.*

cf. *Plin.* Paneg. 6, 4. „*immo ultro* dantem obligasti," ubi v. Gesner. et Schwarz. in Observat. p. 496. v. Oudend. ad T. 11., Drakenb. ad *Liv.* 3, 11. §. 13. et l. 40, 12. §. 4., Duker. ad l. 21, 28. §. 4.

*Umbo.* umbone obvios agens. C. 68.

*Umbra.* hortorum custodes umbris inquietatos. Cal. 59.

*Una.* sedentem una. C. 14. fuitque una secreto per totum diem. T. 21. una decubuit. Cl. 33. vixitque una familiarissime. Gr. 16. quos una habitantes. Galb. 14.

*Uncia* panis. A. 76. pauculae unciae Tyrii coloris. Ner. 32.

tres uncias, quae ponderi deerant. Galb. 12.

*Uncus.* unco trahi. T. 61. Ner. 24. Vit. 17. quum ei carnifex laqueos et uncos ostentaret. T. 54. uncum et Gemonias cadaveri minari. T. 75.

*Unde. de loco.* unde dimissus. Ner. 2.

*de causa.* C. 45. 54. A. 16. Dom. 13. T. 45.

unde acquireret. Cl. 17. Gronov. conj. *unde unde acquirere.* Sed v. not.

*Undique.* undique se strictis pug. peti. C. 82. multiplici undique familia comparata. C. 10. quo facilius undique Urbs adiretur. A. 30. quae sibi undique conquirerentur. A. 71. quos undique conquirebat. A. 83. exemplaribus undique petitis. Dom. 20. varia undique convicia. T. 66.

*Ungere* s. *Unguere.* priusquam ungi inciperem. A. 76. ungebatur saepius. A. 82.

*Unguentum.* adolescentulum fragrantem unguento. Vesp. 8. ut calidis frigidisque unguentis lavaretur. Cal. 37. coenationes laqueatae tabulis fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Ner. 31.

*Unguentatus.* C. 67.

*Unguentaria* taberna. A. 4.

*Ungula.* equus pedibus prope hum. et in modum digitorum ungulis fissis. C. 61.

*Unicus.* v. *Unus.*

*Unio.* ex aure matris detractum unionem. Vit. 7.

unionum conchae. Ner. 31. (*Perlmuscheln.*)

*Unquam.* neque tamen unquam. A. 49. nec unquam nisi. A. 74. nec unquam non adhaerentes. Galb. 14.

quisquam unquam. v. *Quisquam.* quicquid unquam. T. 11. Cal. 15. nihil unquam. T. 48.

*Unus.* ut unus e populo. A. 56. ut unus e consiliariis. Cl. 12. unum e familiaribus suis. Dom. 11. Vitiose al. *virum.* v. Oudend.

ex dilectis unum. A. 98. uno ex his. T. 51. unum ex nomencul. suis. Cl. 34. unus ex litigatoribus. Cl. 37.

*unus* i. q. *solus.* unus ex eo tempore omnia in Rep. administravit. C. 20.

unum ex omnibus Caesarem. C. 53. unique omnino M. Alexandro. A. 94. v. Oudend. exped. unam omnino suscepit. Cl. 17. unum omnino signum. A. 99. unum omnino e reorum numero. A. 56.

uni spem succ. incumbere. T. 15. h. e. *ei uni.* quo se cuncti pro salute unius astrixerant. C. 84. unus homo sequ. T. 21. contentus se uno. T. 18.

unum hoc tantummodo, neque praeterea quicquam. T. 11. quod uno parvoque litore adiretur. T. 40.

una voce occurrens. A. 15. una voce — circumegit. C. 70. uno modo gemitu — edito. C. 82.

uno demum navigio aegerrime effugit. A. 16.

quasi conspiratis, *idemque et unum* sentientibus. Ner. 43. consilia dispersim antea habita — *in unum* omnes contulerunt. C. 80.

ratio docendi *nec una omnibus*, *nec singulis eadem* semper fuit. Rh. 1.

*unus*, *alter*, *tertius* et *unus et alter.* v. *Alter.* — *partim*, *partim*, *uno* vero. Ner. 47. quorum *uni* — *alium* Cal. 27.

*unus idemque.* uno atque eodem die. Cal. 10. 25. Gr. 9.

*Unusquisque.* unumquemque Equitum. A. 39. conscriptas ab unoquoque sententias. Ner. 15. unoquoque hinc inde instante. Ner. 49. unumquodque (praenomen.) Ner. 1.

*Unetvicesimo* aetatis anno Cal. 10. recte emendavit Oudend. pro *undevicesimo* v. *inde vicesimo.* v. *not.*

*Unicus.* ut unicum populi Rom. praesidium. T. 21. i. q. *solum.*

unde i. q. *singularis*, *praecipuus.* assertores unicos dignitatis ac potentiae patriciorum. T. 2. unicum Imperatorem praedicantes. Oth. 12. unicum magistrum, summum grammaticum, optimum poetam. Gr. 11.

reorum — subsidium unicum ac promtissimum erat. C. 27. parentis affectum unicum praestitit. Tit. 8. Lips. corr. *unici.* Sed v. Oudend.

*Unice* diligere al. A. 62. Ner. 35. mirari al. Pers.

*Universus.* univ. Senatus. C. 14. univ. Respublica. T. 25. Opp. *partes tueri* (in Rep.), universi ordines. Galb. 16. universi milites. C. 68.

universum genus sequ. A. 45.

singulis universisque. Galb. 10. et singulis et universis. T. 29. vobis universis. Ter. 2. ab universis conclamatum est. C. 80.

et universis civibus saepe, et plerumque etiam singulis. T. 29.

*Urbs*, urbem Nicopolin condidit. A. 18. Asiae et Graeciae potentissimas urbes. C. 28.

in Gallia urbes diruit. C. 54. urbium quasdam foederatas — alias. A. 47.

reges singuli in suo quisque regno Caesareas urbes condiderunt. A. 60.

a propinquarum urbium plebe. Cal. 43. urbes Iudaeae validissimae. Tit. 4.

stagnum circumseptum aedificiis ad urbium speciem. Ner. 31.

*Urbs*, τὸ ἄστυ, *Roma* κατ' ἐξοχήν. C. 31. 35. 42. 44. 52. 56. 70. 79. 84. A. 7. 8. 22. 27. 29. 30. 32. 33. 37. 41. 42. 43.

45. 46. 49. 52. 53. (ubi scripsi *Urbe oppidove ullo*, ut *Roma* intelligatur, non quaevis *urbs*, suae provinciae caput.) 57. 72. 89. 100. T. 20. 30. 42. 72. Cal. 8. 16. 23. Cl. 18. 23. 24. Ner. 4. 16. 27. 38. 57. Vit. 1. Vesp. 8. Tit. 8. Dom. 1. Ter. 4. Gr. 2. 3.

*Urbanus.* urbana conjuratio. C. 9. h. e. *in Urbe Roma.*

urbani litigatores. A. 33. — Quaestores urbani. A. 36.

res urbanae. A. 46.

*urbani* simpl. *incolae Urbis.* C. 51. adolescentes urbani. Rh. 1.

*urbani* i. q. *homines jocosi, dicaces.* C. 20. Vesp. 20. v. *Quinctil.* 6, 3, 102. sequ.

*Urbicus.* res urbicae. Ner. 23. annona urbica. A. 18.

urbici negotiatores. C. 49. magistratus urbici. A. 46.

*Urere.* urebant insuper anxiam mentem — convicia. T. 66.

*Urgere.* nisi quos gravior criminum — vis urgeret. C. 27.

urgentibus nunciis. C. 35. Ner. 41.

urgenti terra marique hosti. Vit. 15. sane urgente discrimine. Tit. 6.

urgente vi valetudinis. Horat. fin. super urgentem valetudinem. Vesp. 24.

quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis. Oth. 9.

*Urina.* dolore vesicae, calculis demum per urinam ejectis, levabatur. A. 80.

fidicularum simul urinaeque tormento. T. 62.

hanc (Deam Syr.) mox ita sprevit, ut urina contaminaret. Ner. 56.

urinae vectigal commentus Vespas. 23.

*Urna.* cineres per semet in urnas condidit. Cal. 15. (Ind. Bernecc. foedum in modum *in urinas* condit.)

sorticula in urnam cum ceteris demissa. Ner. 21.

*Ursa* coelestis. A. 80.

*Usquam.* quoties quid spect. usquam publice ederetur. A. 44.

viventium cuiquam usquam. Cal. 34.

asyl., quae usquam erant. T. 37. ne cujus — memoria aut vestigium exstaret usquam. Ner. 24.

cui nihil tuti usquam esset. Cl. 36.

*Usque.* a Palatio Esquilias usque. Ner. 31. a Nola Bovillas usque. A. 100. a Massilia Gesoriacum usque. Cl. 17. Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquilejam usque. A. 20. Misenum usque. T. 72.

*ex* consulatu ipsius primo *usque ad* initium civ. belli. C. 85. (Ita plures codd. A. 100. „omne tempus *a* primo die natali *usque ad* exitum ejus." Reliqui omittunt *usque*. v. Oudend.) usque ad devictum Antonium — usque ad cladem Var. A. 49. a juventa usque ad supremum vitae diem. A. 61. —

usque ad bina millia nummûm remisit. C. 38. (*bis auf.*)

quem *ad* consulatum *usque* — quem *ad* praefecturam Aeg. provexerat. A. 66. ad praeturam usque. Rh. 1.

usque ad Augusti patrem. A. 2. usque ad id tempus. Vesp. 8.

vesperam usque. Cl. 34.

exstantibus rigentibusque oculis *usque ad* horrorem formidinemque visentium. Ner. 49. (v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg.

30, 2.) ad simultatem usque processit. T. 51. usque ad ineptias atque derisum. T. 70. in furorem usque praecipites. Cal. 9. usque ad defectionem. Vesp. 24. ad extemporalitatem usque. Tit. 2.

*a* Parthia *usque* fretoque Hispanico. Vit. 13.

*usque in* Capitolium. T. 2. *in* Forum *usque*. Galb. 19. *ad* Forum usque et Curiam. Cal. 44. usque ad rogum. T. 32.

*usque in* Idus Majas. T. 26. usque in Idus Jan. Cal. 17. ubi tamen cod. Salm. aliique omittunt *in*. v. Oudend. Mox: usque in septimum Idus easdem.

*usque adhuc* h. e. *ad hoc usque tempus*. Dom. 18. Rh. 1.

*usque eo*. sequ. *ut*. T. 34. (Al. *adeo*.) Cal. 38. Ner. 6. Galb. 22. sequ. *quoad*. T. 14. (Al. *quoadusque*, quod vocabulum exhibent etiam libri C. 14.) sequ. *donec*. T. 63. (ubi cod. Salm., unus Torr. et Exc. Voss. habent *usque eo*, vulg. *usque adeo*.)

*usque adeo*. sequ. *ut*. C. 67. T. 41. 52. Oth. 10. Dom. 9. sequ. *quoad* Gr. 22.

*usque adeone* mori miserum est? Ner. 47.

*usque quaque* i. q. *ubique*. A. 86. T. 6. 70. Cl. 13. Ner. 56. Dom 12. Rh. 6.

*Usus*, *Usura*, *Usurpare*. v. *Uti*.

*Ut conditionem*, *statum* indicat, ut Gr. ὡς, vel *qui vere est*, vel *cogitatur*, vel *ut efficiatur et esse incipiat*, *voluntate alicujus agitur*. Itaque modo conditionem describit veram vel cogitatam, modo comparationi inservit, quod pertinet ad prius genus cogitatae conditionis, modo consilium alicujus exprimit, vel causam, qua quid efficitur, unde consequitur, quod effectum quis voluit.

*ut* ubi *conditionem* significat, fere est i. q. *tanquam*.

Horati Fl., ut mei, memor esto. Horat., ubi *ut* vulgo deest, et injuria proscribitur a Graevio.

*ut si quis unquam*. Tit. 7. v. *Si quis* sub voc. *Aliquis*.

id consilium ut praeceps immaturumque omisit. A. 8. ut maledictum. A. 53. *ut* peritissimum rei mil. *utque* unicum pop. Rom. praesidium. T. 21. Male al. *atque*. v. Burm. ipse potissimum delectus est, *ut et* industriae expertae, *nec* metuendus. Vesp. 4. ut effeminatum insectatus est. A. 68. notatus est et ut — praecupidus. A. 70. quibus — ut et sibi et Reip. necessariis, acquieverunt. Tit. 7. ut usu capta. Dom. 9. Male Burm. conj. *utut*. ut dirum — ut laetum. A. 92. *ut* Sej. clientes, *ut* — delatores. Cal. 30. illos, ut sapientes et doctos viros. Ner. 23. al. — ut autem homo sequ. Vit. 13. —

ut fama est. T. 5. ut puto. Vesp. 23. h. e. *ni fallor*. v. Duker. Sed cod. Salm. *vae*, *puto*, quod recepimus.

*ita ut* v. *ut* simpl. i. q. *ut forte*, Gr. ὡς ἔτυχε. ita ut vestitus calciatusque erat. A. 78. sicut erant, loricatos — adhortatus est. Cal. 45. sicut erat togatus. Cl. 34. (Praeter necessitatem correxerunt: *togatum*. Promiscuum enim est, ad verbum regens referas, ut Cal. 45., an verbo *esse* jungas.) ut erat nudo pede atque tunicatus. Ner. 48. sicut erant cruenti. Oth. 8. raptus, ita ut erat, in veste domestica. Vit. 8. relictus ita uti erat. Galb. 20. ita ut rapuerat. Galb. 1. ut exaestuarat, afflatus aura. T. 72.

*ut — ita* in comparatione duarum rerum. ut non nimio sumtu, ita summa comitate. A. 74. Ceterum cf. *Ita*. —

uti ei e Rep. fideque sua videretur. Rh. 1.

*ut quisque* canem aut senionem miserat. A. 71. (de re facta, ut conditione.) Nos eodem modo: *so wie.* Alibi, si de re saepius sed vario neque definito tempore facta sermo, sequitur conjunct. imperf., ut Gr. optativus aoristi.

*ut quisque deferretur*, inauditum capite puniebat. Vit. 14. *ut quidque factum foret.* T. 65. (nostr. *je nachdem*, pro varia conditione.) v. quae diximus de voc. *Quoties* et similibus. cf. *Quisque.*

*ut qui* subjunctum causam significat v. descriptionem conditionis, ut sit i. q. *quum ille*, nostr. *als welcher* pro *da er.*

ut qui nunquam — sustinuerit. A. 66. ut qui — abstulerit. C. 54. ut qui — contulerit. A. 30. (Ita codd. Salm. et Medicei. Vulg. *utpote qui.* v. Oudend.) ut qui — videre visus sit. Cal. 50. ut qui — semper ascripserit. Galb. 2. ut qui — obligarit — descenderit. Vesp. 4. ut qui cantaret et psalleret. Tit. 3. ut qui — sit solitus. Ner. 33.

ut quam sensisset sequ. T. 7. ut quas — prostraverit. Cal. 24. ut in quibus porticus breves essent. A. 72.

*ut* in narratione saepissime pro *quum*, ut nostr. *wie* v. *so wie* pro *da*, *als.* Sed pr. est *descriptio conditionis*, ex qua aliud quid venit, et comparat id, quod praecessit, cum eo, quod insecutum est. Contra *quum* in narratione causam fere indicat, quae rem effecit, quamobrem fere conjunctivus sequitur.

ut comperit. C. 16. T. 54. ut cognovit. A. 12. Galb. 11. ut animadvertit. C. 82. T. 50. al.

ut occisum deprehendit. C. 35. ut demum — palam factum est. Cal. 6. quod ut adeptus est. C. 26. ut is obiit. A. 65. ut moveri coepit. T. 75. ut Romam rediit. Cal. 2. ut — reperit. Cal. 51. ut spes fefellit. Ner. 32. ut — ventum est. Ner. 48.

utque campos — adiit. Vit. 10. (cf. Drakenb. ad *Liv.* 21, 29. §. 5. et l. 23, 17. §. 10. Gronov. ad l. 35, 23. §. 3.) *ut tandem* annona convaluit. A. 42. *ut tandem* — cognovit. T. 62. *confestim ut.* A. 10. *ut primum* i. q. *simulac.* A. 8. Ner. 22. Galb. 12. Vesp. 4.

Sed, ubi est in oratione subjuncta s. obliqua, ex hujus ratione additur conjunctivus. *vulgata res est*, P. Nigidium, *ut* horam quoque partus *acceperit*, *affirmasse.* A. 94. ideoque, *ut* imperium *inierit* — recusasse. T. 67. Praec. *existimant quidam.* Male igitur Oudend. ad A. 94., cum utroque modo jungi, universe pronunciat, et comparat locum T. 65. *ut quidque factum foret*, qui huc nullo modo pertinet; neque Drakenborchium ad *Liv.* 35, 23, 3. offendere debebat conjunctivus in lectione: *ut in Aetolium venisset Antiochus*, quum praecedat: *inter quae allatum erat.* —

*ut* c. conjunctivo, ubi *consilium* v. *effectum* v. *conditionem positam alicujus voluntate* indicat, ut *post verba hortandi*, *precandi*, *jubendi*, v. post *accidit*, similia. v. singula verba hujus generis.

Eodem redeunt exempla, ubi *ut* subjungit comma, pro *adeo ut*, v. *ita ut.*

*ut quidem* — uni respondisse dicatur. A. 13

*ut tamen* quibusdam — aut interveniret, aut non longe abesset. A. 20 ut non temere — sumeret. Dom. 21. — *sed ut*

sciret. A. 42. *sed ut* celeriter ad officium redierint. C. 69. *sed ut* — expergisceretur. A. 78.

*non tamen ut* aut loqueretur expedite, aut — auderet. A. 89. *sed non ut* caperetur ejus ingenio. Pers. *verum ut ne* quem amplius posthac discipulum reciperet. Gr. 17.

*nec ut* postea comissaretur. Dom. 21.

Ita *nisi ut.* neque coenavit una, *nisi ut* — assiderent, neque iter fecit, *nisi ut* — anteirent sequ. A. 64. aviae Ant. secretum petenti denegavit, *nisi ut* interveniret Macro. Cal. 23.

Ita *ut non* post negationem. Est enim *conditionis* v. *effectus* enarratio.

simultates *nullas tam* graves excepit unquam, *ut non* — deponeret. C. 73. *nunquam* — commendavit, *ut non* adjiceret. A. 56. *nulli* delegavit officium, *ut non* adjiceret. Ner. 32. *ne victis quidem adeo* afflictis, *ut non* — subirent. Oth. 9.

Similiter *ut non* poni solet omnibus locis, ubi vis est in negatione.

*ut* Dec. Silanum — *non* piguerit. C. 14. Ita loco Dom. 21. supra citato junge: *non temere*, et Oth. 9. *non subirent.*

Eadem vis negationis est in dictione *ut ne. ut ne cui* describere liceret. Cal. 41. curaret — *ut* Romae *ne* essent. Rh. 1. et *ut ne* quo, nisi ipso herede, moreretur. T. 49.

*quam ut.* v. *Quam.*

*ut* repetitum. *utque non solum* vox, *sed ut et* spiritus deficeret, optavit. T. 23. v. Burm. ad T. 21., ubi tamen alia vis in voc. *ut.* v. supra.

compulit, *ut* peterent — *et ut* sequ. C. 24. observavit sedulo, *ut* — *utque.* Cl. 22. sanxit, *ut* — *utque.* Cl. 23. cautum, *ut* — *ac ne* — *item ut* — *utque* — *et ut.* Ner. 17.

retulit ad Senatum, *ut* — *et ne* sequ. C. 28. Senatum literis deprecatus est, *ne* — *aut ut.* C. 29. *ne* quid — demeret, *utque* sequ. T. 42.

*ut* omissum. egit cum Trib. pl. — id potius ad populum ferrent. C. 26.

cunctantem pueris tradidit; verbenatum — per vicos agerent. Cal. 27. Sine librorum auctoritate addiderunt *qui.* v. Oudend.

*Utcunque.* vel utcunque meritae. T. 11. v. *Vel.* — *Utpote* qui. A. 30. Mel. *ut qui.* v. supra.

*Utique.* v. suo loco.

*Uter.* in utro vellent ordine. A. 40. uter illi major videretur. Cal. 33.

utrum, an. Gr. 14.

cunctati, *utrumne* — *an.* C. 80. (De partic. enclit. *ne* post *utrum* v. Görenz. ad *Cic.* Acad. 2, 22. §. 71.)

*utrum* omissum ante *an.* nunc coepi, an abhinc annos novem. A. 69.

ante *nec ne.* posse eum gerere honores arbitremur, nec ne. Cl. 4.

*Uterque.* plura ipse — quam uterque in omnibus. C. 13.

ex utroque ferro. Cl. 34. h. e. *e ferro utriusque gladiatoris.*

*perfecitque utrumque.* C. 24. quae verba spuria videntur. Notabiles tamen lectiones codicum Vratislaviensium, quorum unus: *perfecitque utrimque ut in quinquennium imperium sibi* sequ., alter: *perfecitque per utrumque*, quod affine conjecturae Casauboni: *fecitque per utrumque.*

*utraque* Claudia (gentis ejusdem fuit) *et quae — et quae.* T. 2. causatus in utroque, quod hic — ille. Cal. 23.

utroque liberorum superstite. T. 4. uterque nostrûm. Cl. 4. utrumque vestrûm. Cal. 32. orbatus utroque filio, quorum Germanicus — Drusus sequ. T. 39.

causatus in utroque, quod hic — ille. Cal. 23.

*utrumque* post *duo nomina generis feminini. irae atque iracundiae* conscius sibi, *utrumque* excusavit edicto. Cl. 38. v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv.* 44, 36. §. 2. Cod. Salm. tamen et tres Medicei, Vindob. sec. al. *utramque.*

*uterque ordo*, *senatorius et equester.* v. *Ordo.*

*utraque origo*, *utrumque genus* h. e. *paternum et maternum.* de ejus (amitae) ac patris sui utraque origine sic refert. C. 6. Sequ. *maternum genus*, *paternum.* ex hac stirpe Tib. Caesar genus trahit, et quidem utrumque, paternum — maternum. T. 3.

*uterque sexus.* A. 31. 100. T. 43. Ner. 11. Vit. 10.

*utraque lingua* h. e. *Graeca et Latina.* A. 89. uterque sermo. Cl. 42.

unde *artes liberales utriusque generis.* T. 70. h. e. *Graeci et Latini sermonis* (Al. *oratoriam et poeticam* intelligunt). in utroque eloquentiae doctrinaeque genere. Cal. 3.

*in utramque partem* opinari de aliquo. Cl. 4. *bonam et adversam.*

ab utroque humero. C. 82. — *utrique* plur. conjugibus ac liberis utrorumque. Cal. 17. quae utraque. Cl. 21. utrique. Vesp. 25. inter utrasque partes. C. 75.

*Utrimque.* deustis utrimque lateribus. Dom. 5.

dubia utrimque argumentorum fide. Cl. 15. levibus utrimque argumentis et testibus. Galb. 7.

*Utrobique.* A. 17.

*Uter* subst. nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus. C. 57. De re v. not.

*Utricularius.* ἀσκαύλης. Ner. 54.

*Uterus.* utero Atiae jubar solis exortum. A. 94.

*Uti.* medicamento. Cal. 23. galbeo, remediis. Galb. 3. quoties — marinis Albulisque calidis utendum esset. A. 82. si modo uti licuerit. Dom. 16.

utebatur equo insigni. C. 61. usum ferunt lato clavo sequ. C. 45. uti veste, togis, clavo, calciamentis. A. 73. vestitu calciatuque, habitu. Cal. 52. ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu et sermone uterentur. A. 98. sermone Graeco — non tamen usquequaque usus est. T. 71. quod sibi verbo peregrino utendum esset. ibid. ut noto civilique et proprio sermone utatur. Gr. 10. hoc enim et verbo uti solebat. A. 99. utebatur et versibus Graecis tempestive satis. Vesp. 23.

in diplomatibus — signandis initio Sphinge usus est sequ. A. 50.

quidnam ageret, et quo artificio uteretur. Gr. 9.

quod valetudine minus prospera uteretur. C. 86. valetudine prosperrima usus est. Vesp. 20.

nunquam se prosperiore alea usum. Cal. 41.

locum castrorum, quibus fuerat usus. A. 18.

hospitio patris ejus uti perseveravit. C. 73.

ad scen. et glad. operas etiam Equitibus Rom. aliquando

usus est. A. 43. si grassatorum et sic. ope in tuenda sua dignitate usus esset. C. 72.

ut — se nec alio interprete uteretur. T. 18. ne ejus consiliis, quibus tamen interdum et egere et uti solebat, regi videretur. T. 50.

magistro dicendi usus Apollodoro Perg. A. 89. quibus (amicis) etiam post eum Principes — acquieverunt, praecipueque sunt usi. Tit. 7. De corruptela loci v. Burm. et Oudend.

quibus pro spongiis dicebatur uti. Vesp. 16.

usum occasione rapiendae dominationis. C. 30. (*benutzen.*)

*Usus* substant. lecticarum usum, item conchyl. vestis, et margaritarum — ademit. C. 43. probrosis feminis lecticae usum ademit. Dom. 8. relegatae usum vini — ademit. A. 65. manente anulorum aur. usu. Galb. 10.

assiduo et vehementi strigilis usu. A. 80. commentus novum balinearum usum. Cal. 37. creberrimo frigidae aquae usu. Vesp. 24.

nec prius usum togae recuperavit sequ. Galb. 11. fascium usu prohibitum. T. 4.

vestem, quam — ad praesentem usum induerant. C. 84. cultellos sibi — in usum fieri. Cl. 34.

silvas et ambulat. in usum populi jam tum publicarat. A. 100. quaedam ad usum communis vitae instituta. Rh. 1.

usum ejus (pecuniae) gratuitum iis — ad certum tempus indulsit. A. 41.

vasa aurea assiduissimi usus. A. 71. scyphos gratissimi usus. Ner. 47.

*in usu habere al.* ut nullum argenteum vas in usu haberet. Dom. 1.

i. q. *consuetudo, commercium*, nostr. *Umgang*, *Verkehr*, ut *uti aliquo homine* est i. q. *conversari cum aliquo.* assiduo inter utrasque partes usu atque commercio. C. 75. quibusdam non modo studendi solatium ademtum, sed etiam sermonis et colloquii usus. T. 61. (v. quae de dictione: *in usu habere aliquid* et *aliquem* Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 88, 3.)

unde etiam *de concubitu.* quod repetisse usum prioris mariti — videbatur. Cal. 25.

i. q. *mos, consuetudo utendi aliqua re*, ut nostr. *Gebrauch.* multa in communi rerum usu novavit. Dom. 7.

ut in usu quoque promiscuo essent (literae recens inventae.) Cl. 41.

Grammatica Romae ne in usu qu. olim, nedum in honore ullo erat. Gr. 1.

*usus alic. hominis* i. q. *experientia*, *qua utilis est*, *valde in al. re versatus.*

uterque Eques Rom., multique ac varii et in doctrina et in Rep. usus. Gr. 2. (*Caes.* B. C. 2, 34. „quod *magnum habere usum in re militari* sciebat.")

*Usucapta* dicuntur, quae ob certi temporis possessionem in alicujus dominium venerunt. Usucapionis tempus in fundis biennio, in ceteris rebus anno definitum erat. v. *Heinecc.* Ant. R. 2, 6.

subsiciva, quae, divisis per veteranos agris, carptim superfuerunt, veteribus possessoribus, ut usucapta, concessit. Dom. 9. v. n.

*Usitatus.* spectacula non usitata modo, sed et commenticia. Cl. 21.

*Utilis.* utilia et necessaria oppon. perniciosis et supervacaneis. Rh. 1.

paulatim et ipsa utilis honestaque apparuit. ibid.

*Utilitas.* utilitates publicae. T. 33.

*Usura.* si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset. C. 42. Opp. *summa aeris alieni.* quod pecunias *levioribus usuris* mutuati, *graviore fenore* collocassent. A. 39.

*Usurpare* i. q. *uti, in frequenti usu habere,* nostr. *Gebrauch von etwas machen.*

ex omnibus — honoribus non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laur. coronae perpetuo gestandae. C. 45.

mutua cum Graeculis officia usurpans. T. 11.

loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse. T. 10.

Gabinio Sec. — cognomen Chaucium usurpare concessit. Cl. 24.

ne praenomina qu. ulla, praeterquam Cnei et Lucii, usurparunt. Ner. 1.

Lucium (praenomen) mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit. Galb. 4.

*de sermone.* quotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum sequ. A. 87.

Inde *usum alic. rei nullo jure invadere.*

peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina. Cl. 25. Mox: civitatem Rom. usurpantes. negabat, jure civitatem Rom. usurpare eos sequ. Cal. 38. v. Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 82, 3.

*Utinam.* C. 80. Cal. 30. Ter. 5. utinam hactenus. Dom. 16.

*Utique.* *utique postquam* i. q. *praesertim postquam.* T. 47. Ner. 28. v. ad T. 47.

*utique si.* Cal. 53. cf. *Liv.* 45, 23. (*Plin.* 5, 7, 2. *utique quod.*) —

ut nemini dubium esset, eo die utique affuturum. Ner. 22.

illum quidem nullo modo, ceterum Titum — utique imperaturum. Tit. 2.

nec utique de causa militari. Ner. 15.

Sed Cl. 24. non est legendum: *utique nunc* v. *utique tunc praetura functi*, sed: *uti nunc*, ut est in cod. Memm. et Medic. sec. v. Oudend.

*Uva.* cum paucis acinis uvae duracinae. A. 76.

*Uxor.* uxor mea est. A. 69. noli uxorem meam premere. Cal. 25.

abduxit et in modum justae uxoris propalam habuit. Cal. 24. Caenidem — revocavit in contubernium, habuitque etiam Imperator paene justae uxoris loco. Vesp. 3. puerum Sporum — celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit. Ner. 28. — *uxorem ducere, reducere, repudiare* etc. v. verba singula. —

legem, quam Caesar ferre jussisset, — uti uxores liberorum quaerendorum causa, quas et quot vellet (*Caesar*, non omnes *vellent*, v. not.) ducere liceret. C. 52. —

ne legatorum qu. cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. A. 24.

accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. T. 61.

uxoris moechus coeperat esse suae. Oth. 3.

regulos quosdam uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Cal. 5.

*Uxorius.* quam enixam uxorio nomine dignatus est. Cal. 25. sufficere ille debere uxoria ornamenta. Ner. 35.

## V.

*Vacare*, *vacuum esse.* ut primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. A. 44.

*vacare alicui rei pr. ab aliis negotiis ita vacuum esse, ut hinc dare te possis*, adeoque omnino *operam dare*, *se dare.* studiis vacavit. A. 8. rudi civitate, necdum magno opere liber. disciplinis vacante. Gr. 1. quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret. A. 45. quasi manumissioni vacaturus. Galb. 10. gestationi et inde quieti vacabat. Vesp. 21.

*c. ablat. solutum, privatum esse al. re.* sic vita vacat. Ter. 4.

*Vacatio.* ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset. A. 32. (*a judicandi munere.*) qui dissimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, responderat. Cl. 15.

vacatione triennii data. A. 34. (*a matrimonio post mortem uxoris.*)

vacationem legis Pap. Popp. (civi dedit.) Cl. 19. h. e. *civem a praeceptis legis Pap. Popp. liberavit, necessitate uxorem ducendi solvit.*

*Vacuus.* ut in testam. primae duae cerae — vacuae signaturis ostenderentur. Ner. 17.

vacuas areas occupare et aedificare. Vesp. 8.

*in vacuum.* Cl. 9. h. e. *in residuam, nondum solutam aeris alieni partem.* De variis interpretationibus v. not.

*Vacerrosus.* pro cerrito vacerrosum Aug. dicere solitus. A. 87. (*a vacerra* h. e. *stipite.*)

*Vacillatio.* non sine foeda vacillatione. Cl. 21.

*Vadimonium.* occurrere ad vadimonium. Cal. 39. i. q. *comparere in judicio.*

*Vadum.* navem — obhaerentem Tiberino vado extraxit. T. 2.

*Vae*, puto, Deus fio. Vesp. 23. v. n.

*Vagitus.* T. 6.

*Vagus.* per longissimas porticus vagus. Cal. 50. equorum greges, quos — vagos ac sine custode dimiserat. C. 81.

praetor. cohortes, vagae ante id tempus et per hospitia dispersae. T. 37. Oppon. *castra constituit, quibus continerentur.*

incertum diu et quasi vagum imperium — *firmavit* tandem gens Claudia. Vesp. 1.

*Vagari.* circum vicos vagabatur. Ner. 26. vagari noctibus solitus. Oth. 2. passim vagantibus. Ner. 16.

*Valere.* si parum corpore valeret. A. 33. coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat. A. 80.

quantum — amore et gratia valuerit. Cal. 9. cujus et vi

vae gratia plurimum valuit. Galb. 5. tantum potentia valuit sequ. Oth. 2.

*valere* simpl. nihil interest, valeam ipse nec ne, si tu non valebis. T. 21.

vale. A. 99. T. 21. *valebis*, mea Agr., et dabis operam, ut *valens* pervenias ad Germanicum tuum. Cal. 8. Deos obsecro, ut te nobis conservent, et valere nunc et semper patiantur. T. 21. ita valeas, uti tu sequ. A. 69.

*valere dicere*. discedens eodem modo sedentibus valere dicebat. A. 53. singulos valere dicentes. T. 72. ut — mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent. Galb. 4. (*Valere* locis A. 53 et T. 72. libri optimi omnes pro vulg. *valedic*. v. Graev., Gronov. et Oudend. ad A. 53. Utrumque autem *valere* et *vale* pro substantivo dicere soliti Romani, ut patet e *vale dicto*. *Ovid*. Trist. 1, 3, 55. et *accipere et reddere vale*. Trist. 1, 8, 26.)

*valere c. infin.* nostr. *vermögen*, *im Stande seyn*. ut neque calcium perpeti, neque libellos evolvere — valeret. Galb. 21. neque ex eo infamiam — discutere valuit. C. 79. ut aegre — evadere in Palatium valuerit. Cl. 18.

nec durare valuit, quin sequ. Cl. 26.

Ceterum, quum *valere* de iis tantum dicatur, *qui agendi v. praestandi aliquid facultatem habent*, loco Cal. 34. leg. *ut restitui salvis titulis non potuerint* (*statuae*), nullo modo *valuerint*. v. Burm. et Oudend. ad h. l.

*valere*, ut Gr. δύνασθαι, i. q. *significare*, id valet gallin. rostrum. Vit. 18.

*Valens* i. q. *incolumis*. Cal. 8. nostr. *wohl*, *gesund*.

i. q. *robustus*. decem valentissimis sen. ordinis amicis sellam suam circumstantibus. A. 35.

*Validus*. sinistra manu agiliore ac validiore. T. 68. Nemor. regi — validiorem adversarium subornavit. Cal. 35. — valida fama percrebruit. C. 79.

provinciae validiores. A. 47. validissimae gentes. Vesp. 4. urbes validissimae. Tit. 4.

*Valetudo* pr. *conditio corporis* κοινῶς, unde addita voce definitur. Ita

valet. prospera. C. 45. Ner. 51. prosperrima. T. 68. Vesp. 20. valetudine sicut olim gravi, ita Princeps perprospera usus est. Cl. 31. valet. minus prospera. C. 86. infirma. C. 81. ut in valet. adversam incidit. Cal. 14.

quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem hieme experiretur. A. 72.

si per valetudinem tuam fieri possit. Horat. integra aetate ac valetudine. T. 10.

Saepe simpliciter de *adversa valetudine* s. *morbo*. simulavit valetudinem. T. 25.

correpto subita valetudine. C. 72. correptus valetudine. A. 43. correptum gravi valet. Dom. 2. ultima valetudine. C. 87. vixdum firmus a gravi valet. A. 8. causam valetudinis contraxit. A. 97. aggravata valetudine. A. 98. taedio diuturnae valetudinis. A. 28. in diuturna valetudine, Galb. 3. per occasionem valetudinis mortisque. A. 67. propter valetudinem. A. 91. ad primam famam valetudinis. Cal. 6. uni valetudinem excusanti. Cal. 27. Antic. quam valetudinis causa petierat. Cal. 29. ob hanc eandem valet. Cl. 2. ex valetudine

amisit (sponsam.) Cl. 26. propter subitam valetudinem. Ner. 5. quum subita ei valetudo, neque adeo gravis, incidisset. Galb. 7. per causam valetudinis. Vesp. 1. propter nervorum valetudinem. Vesp. 7. super urgentem valetudinem. Vesp. 24. orantes opem valetudini. Vesp. 7. medendae valetudini leniendisque morbis. Tit. 8. valetudine longa. Dom. 18. per omne valetudinis tempus. Gr. 2. urgente vi valetudinis. Horat.

valetudo mentis. C. 49. (*Geistesschwäche.*)

valetudo ei neque corporis neque animi constitit. Cal. 50. mentis valetudinem et ipse senserat. ibid. coll. c. 51.

*valetudines* i. q. *morbi.* graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est. A. 81. jussi sunt omnes aegri — per valetudinum genera disponi. T. 11.

anniversariae valetudines ac tempore certo recurrentes. A. 81.

*Validus.* v. supra.

*Vallum.* intra vallum. C. 68. receptus intra vallum. Cl. 10.

*Vallares* coronae. A. 25.

*Vanus.* inter sacrificulos vanae superstitionis. Dom. 1. Al. *variae*, de qua confusione v. Oudend.

vana, minus vana somnia. A. 91.

*Vanitas.* pari vanitate atque insolentia. Vit. 10.

*Vapide* se habere Aug. dixit pro *male* se hab. A. 87. (a *vapore* h. e. *morbo ardentiori.*)

*Varius.* spectacula varii generis. C. 39. coll. Cal. 18. varia agitavit. Ner. 47. exhaustos caede varia. Vesp. 9. reconciliationibus variis. A. 17. admonitione, sed varia. A. 39. varioque et animo et eventu. Cl. 16.

eruditione varia. A. 89. varia undique convicia. T. 66.

Principem — praestitit, etsi varium diu. T. 33. circa administr. imperii aliquamdiu se varium praestitit. Dom. 3. — rura arvis atque vinetis varia. Ner. 31.

*Varie.* assidue varieque inquietatus. Cl. 9. reliqua legata varie dedit. A. 101. multa varie molientem. T. 3. varie et inaequabiliter provinciam rexit. Galb. 9. varie ac severe coercuit. Dom. 9.

*Varietas.* spectaculorum. A. 43.

magna vitium et pomif. arborum varietate. Cal. 37.

caput varietate capilli subrutilum et incanum. Dom. 20.

notabili varietate, *modo* continuantes — modo alternantes. Ner. 1.

mira varietate animi fuit. Cl. 15.

*Variare.* reliquos consulatus inter annua spatia variavit. Ner. 14.

nisi aliquanto prius de familiae conditione variatum esset. Vit. 1. i. q. *varie traditum, expositum.*

*intrans.* morbo variante. A. 98.

*Vas.* argenteum. Dom. 1. vasa aurea. A. 71. Corinthia. A. 70. Corinthiorum vasorum pretia. T. 34. effossa sunt sacrato loco vasa operis antiqui. Vesp. 7.

ut vitem satis constet trecenta sexag. quinque vasa edidisse. Gr. 23.

*Vasculum.* quod aliquantum vasculorum operis antiqui — reperiebant. C. 81.

*Vastare* regiones. C. 4.

*Vastus.* vastissimis specubus. Ner. 31.

*Vates.* tenellorum nutricula vatum. Gr. 16.
*Vaticinari.* Vit. 14. Vesp. 5.
*Vaticinatio.* Galb. 9. vaticinationes. C. 59.
*Vectigal.* in locatione novorum vectigalium. C. 20. v. n. monetae publicisque vectigalibus peculiares servos praeposuit. C. 76. Italiam — operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit. A. 46. Sinuessanos Formianosque, quorum publica vectigalia interverterat. Vit. 7. de vectigalibus ac monopoliis sequ. T. 30.
jus metallorum ac vectigalium. T. 49. vectigalia etc. donare. Galb. 15.
aerarium militare cum vectigalibus novis instituit. A. 49.
varium vectigalium genus a Calig. excogitatum. Cal. 38. vectigalia nova atque inaudita primum per publicanos, deinde — per Centur. Tribunosque praetor. exercuit. Cal. 40. ejusmodi vectigalibus indictis neque propositis. Cal. 41.
graviora vectigalia aut abolevit, aut minuit. Ner. 10.
Vesp. etiam urinae vectigal commentus. Vesp. 23.
non contentus, omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse. Vesp. 16.
genit. *vectigaliorum.* quantum pecuniae in aerario et fiscis et vectigaliorum residuis. A. 101. fructum omnem vectigaliorum. Cal. 16. Ita Vindob. pr. etiam T. 49. *jus vectigaliorum.* v. Oudend. ad h. l. Idem liber Cal. 38. tantum *vectig.* dubia scriptura.
*Vectigalis.* agrum Camp., ad subsidia Reip. vectigalem relictum. C. 20.
*Vegeti* oculi. C. 45.
*Vehemens.* acer, vehemens. Galb. 9.
vehementi strigilis usu. A. 80. maledictum vehemens. Ter. 2. vehementi Circio. Cl. 16.
*Vehementer.* vehem. satiras componere studuit. Pers. — dum verrucam vehementius scalpit. Dom. 16.
vehementer adjutus. Ner. 57.
*Vehi.* quum Marcellus dexteriore (equo) veheretur. T. 6. ut octophoro veheretur. Cal. 43.
lectica, qua vehebatur. T. 60. lectica per publicum simul vectus est. Ner. 9.
quoties lectica cum matre veheretur. Ner. 28. per medias civit. ritu triumphantium vectus est. Vit. 10.
lectica vectum. Ner. 28. in exped. et agmine equo rarius, lectica assidue vectus est. Dom. 19. elephanto per provinciam vectus est. Ner. 2. Vulg. *invectus.* v. Oudend.
ejus (Liburn.), *in qua* vehebatur. A. 17.
jus lectica per Urbem *vehendi.* Cl. 28. (passive. Ita *equo vehentem. Gell.* 5, 6. cf. *Praetervehi* et *Transvehi.*)
*Vector.* vectores nautaeque de navi Alex. A. 98. (*Vectores sunt, qui trajiciuntur a nautis,* nos: *Passagiers.*) navis sine gubernatore, sine nauta ac vectore ullo. Galb. 10. Sed Tit. 4. *rector equi,* non *vector.* v. *Rector.*
*Vectoria* navicula. C. 63. πορθμεῖον. Male vulg. *victor navicula.*
*Vehiculum.* Aug. ad proferendos nuncios juvenes primo modicis intervallis per milit. vias, dehinc vehicula disposuit. A. 49. (De *cursu vehiculario* v. Salmas. ad *Spartian. Adr.* 7.)

non ante transmisit (commeatum,) quam — explorasset vehiculorum onera. T. 18.

vehiculis comprehensis, commeatibus — dispositis. T. 38. curam habuit deligendi vehicula portandis scen. organis. Ner 44. comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. Cal. 39.

ut vehiculo anteirent. A. 64. reprenso ac retento vehiculo. Cal. 9. ut vehiculo ad Forum usque et Curiam pertenderent. Cal 44.

ut secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret. Galb. 8.

*Vectari.* nihil aliud quam vectabatur et deambulabat. A. 83. — *Vectatio.* assidua equi vectatione post cibum. Cal. 3.

*Vel* a *velle*, ut nostr. *wohl* a verbo *wollen*, quod etiam in compluribus provinciis pronunciatio, et Angl. *well* ostendit, pr. est i. q. *si vis*, de quo v. sub *velle*, nostr.: *wenn du willst*, *wenn man will*, unde *oder auch*, *oder auch wohl.* Itaque disjungit, sed non definite, ut particula *aut*, sed, arbitrio quasi relicto, et ut demere, quod additur, vel plura etiam adjicere, audienti permittatur. Exempla sunt:

vel invitatos, vel sponte ad se commeantes. C. 27. quos gravior criminum, *vel* inopiae luxuriae*ve* vis urgeret. ibid.

singulorum facta, vel Cassii Scaevae, vel C. Acilii, ne de pluribus referam. C. 68.

in Sacra via, vel in aditu theatri. C. 80. ab auctu, *vel* ab avium gestu gustu*ve*. A. 7.

die vir. togae vel nuptiarum. A. 66. (ubi nota discrimen praecedentis *aut* — *aut.*)

si vellent — vel talis, vel par impar ludere. A. 71. sortiri vel micare. A. 13.

vel serio vel joco. A. 53. (*möchte es im Ernst oder im Scherz seyn.*) coll. remisse quid vel serio agentem. Cl. 30. vel in sermone, vel tacitus. A. 79.

vel stanti, vel sedenti, ac praecipue quiescenti. ibid.

populum Rom. vel dicam hom. genus. Cal. 13. vel, ut Graece dicam. Cl. 39. ubi Vindob. pr. *vel Gr. dicam*, omisso *ut*.

poenitentia vel metu. C. 9. impunitate vel mora. A. 32.

vel contemtu — vel ne sequ. Ner. 39.

*vel etiam.* in eadem, vel etiam in majore gratia habuit. Dom. 11.

vel consulto, vel etiam memoria lapsus. C. 56. vel etiam ambitione tractum. T. 21.

Et quoniam arbitrariam neque distinctam continet comparationem, qua semper judicium tertio relinquitur, factum, ut *vel* diceretur pro *fere*, *etiam*, ut nostr. *wohl* (e. g. *wohl der gröſste Mann* al.) pr. *si vis* v. *si quis ita vult*, *si placet.* Patet, prorsus alienam esse ellipsin, utcunque eam excogitaveris, quam statuunt Sanctius Minerv. p. 857. sequ. et 994. ed. Scheid., et Perizon. ad Sanct. p. 678. et 857.

Ita Suetonio est frequentissimum.

cujus vel praecipua opera. C. 21. quem vel praecipuum adjutorem speraverat. A. 10. opera, ex quibus vel praecipua. A. 29. coll. Cl. 20.

vel praecipuam calumniandi materiam. A. 32. vel praecipuo studio. Dom. 19.

univ. ordinibus offensis vel praecipua flagr. invidia apud milites. Galb. 16.

vel praecipue. Ner. 22. sed vel praecipue. Vit. 13.

inter cetera crimina vel maxime. A. 51. quibus vel maxime acquiescebat. T. 56. vel maxime tremulum. Cl. 30. vel maxime fovit. Vesp. 18.

vel utcunque meritae. T. 11. (nos: *wie wohl immer sie es verdient hätte.*) v. Oudend.

post cujus interitum vel saevissimus exstitit. T. 61. et in exercendis quidem delictis vel immodicus. Galb. 9. ex omnibus — vel maleficentissimos. Galb. 15.

compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus. Galb. 1. Male al. omitt. *v. l.*

si non reperiretur (vox), vel pluribus — rem enunciandam. T. 71. vicissem vel quinquag. millia. A. 71.

vel hoc disticho apparet. C. 51. vel solae. Oth. 9. vel uno exsistente, qui diceret. Dom. 12. jussit, vel continuo ponerent. Vesp. 23. (*wohl sogleich.*)

negotiationes vel privato pudendas. Vesp. 16.

quacunque vel noctis hora. T. 18. (*wohl auch, wohl selbst.*)

exquisiturum vel fidiculis. Cal. 33.

ni flexisset — vel Aegypti praefecturam concedi sibi oraret. Ner. 47.

ut custodiretur interim vel in carcere. Vit. 17.

ac se vel in Tiberim projicerent. Vesp. 19.

*Velut.* velut gravius — exceptam. C. 14. propos. vitae ejus velut summa. A. 9. velut exemplaria. T. 61.

velut ad exemplar. A. 31. maculam, velut depicti draconis. A. 94. velut aedituum. A. 5.

velut iterum illudens. T. 2. veluti incumbens. T. 25. vultu veluti nitentis. Vesp. 20. velut impar dolori. T. 23.

velut — vindicantem. T. 50.

*Velle.* quo vellent, aut quoties vellent. C. 28. quas et quot vellet. C. 52. quibus quisque vellet itineribus. C. 84.

si vellent — ludere. A. 71. visitare se velle. T. 11. nec velle edere perseverabat. A. 94.

ne quis — monstrare velit. C. 80. ut tandem mutuo erga se animo vellet esse. Tit. 9. — vellem tam formosus esse. Dom. 20.

si Dii volent. Cal. 8. si voles. Cl. 4.

quum — vellet, unde acquireret. Cl. 17. v. not. — se copiam volentibus facturum. Ner. 21. (*auf ihren Wunsch.*)

mori volentibus. T. 61. mori volo. Ner. 34.

velim, hoc mihi probes. A. 51. vis dicam. T. 59. vis — audiamus. Dom. 11. qui vellem — deligeret sibi al. Cl. 4.

*sequ. acc. c. infin.* Agrippae se nepotem neque credi, neque dici volebat. Cal. 23. existimari volebat. A. 79. ne quem alium sibi succedere vellet. A. 94. volebat accipi. T. 59.

*si vis* i. q. *etiam, vel etiam, porro,* Gr. εἰ δὲ βούλει, Gall. *si vous voulez.* et Marium, si vis, aspice. T. 59. h. e. *vel etiam Marium aspice.* v. Burm. ad h. l. (cf. *Platon.* Menon p. 11. ed. Buttmann. et censor. in Ephem. liter. Jen. 1816. No. 225.)

ut quidam dicunt — ut alii volunt. Pers.

*Voluntas.* voluntate ipsius. C. 75. ex voluntate matris. Ner. 6.

ad praetextum mutatae voluntatis. A. 12. (*Gesinnung.*)
quos metus magis quam voluntas contineret. A. 15.
dubium, eventu meliore an voluntate; quam voluntatem quum prae se identidem ferret. A. 28. et voluntate dispari, et existimatione. Vit. 5.
augendi prop. imperii neque voluntate ulla, neque spe motus unquam. Ner. 18.
i. q. *benivolentia.* ad retinendam Pomp. necessitudinem ac voluntatem. C. 27. ad promerendam omnium voluntatem. Tit. 7.
*de praescriptis testamento* (*letzter Wille.*) obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. T. 51. irrita Tiberii voluntate. Cal. 14.
*Voluntarius* mos voluntaria. T. 54. 66. Cal. 26. Ner. 34. nox volunt. A. 13.
*voluntarii* sc. milites. Vit. 15.
*Vellere.* ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam. C. 45. (*evulsis pilis per volsellam*, v. *Gell.* 7, 12. *Martial* 8, 47.) vulso corpore. Oth. 12.
*vellere aliquem* sensu obscoeno. Galb. 22.
*Velox.* velocissimum venenum. Ner. 33.
*Velocissime.* notis quoque excipere velocissime solitum. T. 3.
*Velocitas.* ad exprimendam festinatae rei velocitatem. A. 87. Mox vulg. *velocius*, *quam* sequ. Sed libri: *celerius.* v. Oudend.
*Velum.* vela in Circo. Cal. 26. Liburnicae versicoloribus velis. Cal. 37.
praetenta foribus vela. Cl. 10. (*for. cubiculi. Lamprid.* Heliog. 14. *velum cubiculare* dicit, *quod in introitu erat cubiculi.*)
*Velare.* inferiore corporis parte velata. C. 82. velato capite. Vit. 2. (*in adoratione.*)
ad velandam ignominiam. T. 12.
*Vena.* existimans tentatas ab eo venas. T. 72. venas sibi incidere. Cal. 38. Vit. 2. venas mortis gratia incidere. Ner. 37. brachia ad secandas venas medico praebuit. Lucan.
*Venalis*, *Venalicius*, *Vendere* etc. v. *Venire.*
*Venari.* regum regem exercitatione venandi abstinuisse (in luctu.) Cal. 5
quod paucos milites — trans ripam venatum misisset. T. 19.
*Venatio* i. q. *bestiarum pugna* v. *hominum cum bestiis.* v. quos citavi ad C. 10. edere venationem. C. 10. 39. A. 43. Ner. 4. 7. Dom. 4. 12.
edidit et Circenses — interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojae decursione. Cal. 18. coll. Cl. 21.
curator munerum ac venationum. Cal. 27.
*Venatorius* culter. A. 19. Cl. 13.
*Vendere*, *Venditare.* v. *Venire.*
*Venenum.* C. 20. 74. A. 11. T. 49. 62. 73. Cal. 1. 3. 12. 23. Cl. 1. 44. Ner. 2. 33. 34. 35. 36. 43. 47. Galb. 9. Vit. 6. 14. Gr. 3.
Psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent. A. 17.
veneni se crimine arcessi. T. 53.
venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellavit. Cal. 55.
venena. Cal. 23. 29. 49. inter alia venena. Cal. 55.
*Venenatus*, multis venenatas macteas misit. Cal. 38.

*Venenarius.* a quadam Locusta, venenariorum inclita. Ner. 33. Ita cod. Cort. et margo Vindob. sec., atque edidi post Ernestium. Vulg. *venenariorum indice*, quod intelligunt de veneficii damnata, quae indicio consciorum mortem evaserit. Oudend. et Wolf. maluere: *venenariarum inclita.* Ceterum v. Oudend.

*Veneficium.* causam veneficii dicere. A. 56. veneficiis impugnari. Cal. 3.

*Venerari.* in appellandis venerandisque et singulis et universis. T. 29. eosdem — voce ac manu veneratus est. Cl. 12.

corpus M. Alexandri — corona aur. imposita ac floribus aspersis veneratus est. A. 18.

ad veneranda legionum signa. Vit. 2.

*Venerabundus.* adiitque venerabundus. Cal. 15.

*Venereus.* in silvis ac nemoribus passim Venereos locos commentus est. T. 43.

res Venereae. Horat.

*Venetus.* factio veneta. Vit. 14. v. *Factio.* Ita *factionis venetae* legendum Vit. 7. pro *suae.* v. Oudend.

*Venia*, i. q. *condonatio culpae, remissio poenae.* veniam impetrare. C. 1. 75. Vesp. 1. Horat.

orare veniam. A. 15. venia et incolumitate donatos. A. 51. deprecantibus veniam dedit. T. 36. Ostiensibus — veniam dedit. Cl. 38. quasi venia data. Cl. 21. (*de remissione pugnae naumachiariorum.*) veniam praeteritorum precari. Ner. 47. scribas quaest., negotiantes — contra Clodiam legem, venia in praeteritum donavit. Dom. 9.

i. q. *concessio alicujus rei.* v. ad T. 10.

spectaculo aberat, petita venia. A. 45. (Nos eodem modo: *um Erlaubniſs, um Verzeihung, um Entschuldigung bitten*, promiscue dicimus.)

ut prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. T. 71.

neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico — veniam dedit. T. 10. i. q. *precibus eorum cessit, ut obediret, impetrari a se passus est.*

dandam ceteris veniam talium conjugiorum. Cl. 26.

edictum, quo veniam daret — emittendi. Cl. 32.

quo majore venia meditaretur citharoedicam artem. Ner. 40. h. e. *cum majore excusatione.*

*Venire* h. e. *venum ire.* hos (delatores) partim subjici ac venire imperavit. Tit. 8.

tres mullos triginta millibus nummûm venisse. T. 34. h. e. *venditos.*

*venire* et *proponi* sibi respondent. Ner. 16.

*Venalis.* essedum venale ad Sigillaria. Cl. 16. opera pistoria proponi venalia. T. 34. poemata venalia proponi. Lucan.

quum familia alicujus venalis produceretur. Gr. 4. grex venalium. Rh. 1.

*venalis pependisse* dicitur Cl. 9., *cujus bona proscripta ut venalia.*

*Venalicius.* venalicii Rh. 1. sunt i. q. *mangones, qui servos vendunt*, unde venaliciae familiae A. 42. i. q. *servi venales*, Dion. τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια.

*Vendere* h. e. *venum dare.* Cl. 38. Ner. 32. Vit. 11. opuscu-

lum sedecim millibus nummûm cuidam vendere. Gr. 8. — *Venumdare* captivos. A. 21.
*Venditare.* A. 75. Catonis Tusculanum tota creditor Urbe venditabat. Gr. 11.
reliquias omnium spectaculorum subjecit et venditavit. Cal. 39.
candidatis honores, reis absolutiones venditare. Vesp. 16.
*Venire.* veni, vidi, vici. C. 37. veni, pater, veni. Tit. 5. venit io sequ. Galb. 13. v n.
veniam, inquit, veniam, et hic mecum. Cal. 49.
quum Gades venisset. C. 7. quum Ostiam venissent. Rh. 1.
venturum in alic. Gallicani hominis potestatem. Vit. 18. venerunt in manus meas et elegi. Horat.
quod filiam suam Bajas salutatum venisset. A. 64. venientem eum, ut se audiret. T. 32. ad respond. pedibus venire. A. 39.
in auxilium se venisse. Ner. 49. ad regnum quisquis venit ab exsilio. T. 59.
venit in suspicionem conspirasse. C. 9. coll. T. 12. in invidiam venerant, quasi. T. 8.
in spem imperii venit. Vesp. 5. — venisse quidam eas (Idus), sed non praeterisse. C. 81.
funera in rationem Libit. venerunt. Ner. 39.
*pass. imperson.* Romam venitur. Rh. 1. quoniam ad haec ventum est. A. 94. ut ad deverticulum ventum est. Ner. 48. quum ad manus ventum esset. Ner. 26. ad controversias ventum est. Rh. 1.
*Venter* obesus. Vit. 17. obesitas ventris. Dom. 18. ventre projecto. Ner. 51. ventre paulo projectiore. Tit. 3.
ventre modo Britannici moto. Ner. 33. ventrem exonerare. Vesp. 20. flatus, crepitus ventris. Cl. 32. Luc.
*Ventriculus.* Horat.
*Ventus.* quocunque vento. C. 66. ventis adversantibus. Plin.
*Ventilare.* ventilante aliquo, cubabat. A. 82.
*Venustus.* vultu pulcro magis, quam venusto. Ner. 51. forma venustissima (Augusti.) A. 79.
nudi sunt, recti et venusti (commentarii, cum corpore comparati.) C. 56.
*Venustas.* pronunciasse dicitur — non sine venustate. C. 55.
*Vepres.* Ner. 48. lectica vepribus impedita. T. 60.
*Ver.* per omne ver. A. 91. initio veris. A. 81.
*Vernus.* vernis floribus et aestivis. A. 31. Ner. 57.
*Verbena.* verbenas coronasque et panificia — Basilides libertus obtulisse ei visus est. Vesp. 7.
*Verbenatus.* verbenatum infulatumque per vicos agerent. Cal. 27. sc. *ut hostiam.* Ita restituit *Turneb.* Advers. 22, 30. Vulg. *verberatum.* v. Oudend.
*Verbera.* convicianti oculum per Centurionem verberibus excussit. T. 53.
verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem sequ. Vit. 10.
*Verberare.* flagellis verber. aliquem. A. 45. stratum humi paene ad necem verberavit. T. 60. mulierem sua manu verberavit. Ner. 33. catenis verberatum. Cal. 27. quo firme verberaturi insisterent. Cal. 26. —
capulum gladii crebro verberans. Cal. 49.

*Verbum.* conscripta literis verbisque Graecis. C. 81. verbo Hispanico. A. 82.

verbum peregrinum. T. 71. per ambitum verborum. ibid. hoc enim et verbo uti solebat. A. 99. ut ipsius verbo utar. Cal. 29

reconditorum verborum foetores. A. 86. antiqua verba. Gr. 10.

praepositiones verbis addere. A. 86. (Male Graev. et Gronov. *urbibus.*) sensu grammat. — non dividit verba, sed ibidem statim subjicit. A. 87.

sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset. C. 56.

trium verborum praetulit titulum. C. 37. his verbis. A. 28.

*ad verbum.* C. 30. 55. A. 89. nostr. *Wort für Wort.*

*verba* oppon. *sententiis.* C. 55. A. 86. irato et verba et sententiae suppetebant. Cal. 53. ut ne praetextatis qu. verbis abstineret. Vesp. 22. trivialibus verbis. Rh. 6. verba mutare. T. 27. (*Ausdrücke.*)

quum *verbis*, tum *rebus* immodicus. Dom. 12. haud ultra verba excanduit, et quidem totidem fere atque eadem. Vesp. 14. his ipsis totidemque verbis. Oth. 11.

amplissimis verbis collaudatum. C. 16. coll. Oth. 1. citra honorem verborum. A. 66.

ne verbo qu. cuiquam prosequentium reddito. T. 10.

ne verbo qu. insectatus. T. 32.

immanissima *facta* augebat atrocitate *verborum.* Cal. 29.

non sine verborum contumelia. A. 13. omnibus *rerum verborumque* contumeliis. Ner. 33. inter magna *rerum verborumque* ludibria. Vit. 17. neque *verbis* adversus Principem, neque *factis* exstantibus post haec temperavit. Lucan.

crimen etiam paucorum simpliciumque verborum. T. 61. gravissimis *verborum ac rerum* acerbitatibus. Cal. 2.

verbum M. Catonis est. C. 53. i. q. *dictum, vox.*

verba facere. A. 54. Cl. 40. Ner. 7. quod verba facta sunt sequ. Rh. 1.

alio verba pronunciante. Ner. 25. quibus perpauca a se verba addidit. C. 84.

in al. verba jurare. Galb. 11. 16. Oth. 8. Vit. 15.

*Verbosus.* T. Livium ut verbosum in historia carpebat Calig. 34.

*Vereri.* reprehensionem verens. Cl. 24. quod portitores verebantur. Rh. 1.

veritis Patribus, ne sequ. C. 22. an vereris, ne sequ. Horat.

*Verecundia* oris. Dom. 18. fuit verecundiae virginalis. Pers.

quosdam ad excusandi se verecundiam compulit. A. 35. quia possunt videri vel necessitate expressa (SCTa), vel verecundia. A. 57. nec nisi verecundia destitit. Ner. 18.

*Veretra,* τὰ αἰδοῖα. T. 62.

*Vergere.* vergente jam die. Oth. 7.

*Veritas.* v. *Verus.*

*Verna* mulieris. Gr. 23.

*Vernaculi* i. q. *scurrae, qui dicteriis praetextatis et trivialibus, qualia sunt vernarum, risum captant.* Vit. 14. v. *Martial.* 1, 42, 1. et 10, 3, 1.

*Vero.* v. *Verum.*
*Verrere* vias. Cal. 43. Vesp. 5.
*Verruca*, exulceratam in fronte verrucam. Dom. 16.
*Versare*, *Versus*, *Versiculus.* v. infra post *Vertere.*
*Vertere.* in templo, in quod castrorum suorum locum vertit. A. 96.
verso ad melius omine. C. 59. rem in jocum vertit. A. 67. coll. Vit. 10.
*vertere aliquid in aliam linguam.* Latine formabat, vertendumque alii dabat. A. 89.
*verti* medium. propere versus ad pontes. Cal. 51. ad poenitentiam versi. Cal. 9.
*vertere* intrans. si Resp. in meliorem statum vertisset. A. 23.
ut sibi ac populo Rom. bene res verteret. Ner. 37.
amatorio medicamento, sed quod in furorem verterit. Cal. 50.
non toto vertente anno. Cal. 37.
v. *Vechner.* Hellenolex. p. 63., Schwarz. ad *Plin.* Paneg. 90, 3.
*Versare.* nummulario, non ex fide versanti pecunias. Galb. 9.
*versari*, Gr. *ἀναστρέφεσθαι.* ut natanti sibi inter femina versarentur. T. 44.
cui inter proximos versanti. T. 19. initio circa scenam versatus est. Gr. 18.
*Versatiles* tabulae. Ner. 31.
*Versus* i. q. *linea*, Gr. *στίχος*, nostr. *Zeile.* nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert. A. 87. v. Schaefer. ad *Plin.* ep. 3, 5, 12.
*linea ad carminis rhythmum composita.* C. 20. 49. A. 68. 70. 99. T. 21. 53. Cl. 1. 42. Ner. 46. 52. Vesp. 23. Galb. 13. Ter. 2. Juven. Pers. liber scriptus hexametris versibus. A. 85. versus Homerici. T. 21. Cl. 42. Virgilii. Cal. 45.
*Versiculus.* C. 73. T. 59. Cal. 8. 27. Gr. 11. 14. 16.
*Versicolor* i. q. *varii coloris.* versicoloribus velis. Cal. 37.
*Vertex.* Aetnaei verticis fumo ac murmure. Cal. 51.
deficientem capillum revocare a vertice. C. 45. comam pone verticem summittere. Ner. 51.
simulacro ejus in vertice additur stella. C. 88.
*Verum* et *Vero* ad unum genus pertinent; descendit enim utrumque voc. ab adject. *verus*, unde *vero* pr. i. q. *sane*, *ἀληθῶς*, dein omnino adversativam vim obtinet.
*vero.* id vero Caesar sequ. C. 17. — Tiberium adolesc. ego vero sequ. Cl. 4.
ad minima tonitrua — *ad vero* majora. Cal. 51. Medic. tert. *at vero majore*, unde Heins. emend. *at vero ad majora*, quod placet Oudendorpio.
*verum.* C. 15. 78. A. 4. 16. 56. 82. T. 26. Ner. 4. 6. 32. al.
*non modo, verum et.* A. 94. Ner. 38. Dom. 4. *non solum, verum et.* Vit. 5. *non solum, verum etiam.* Cl. 17.
*nec solum, verum etiam.* Vit. 15.
*verum* post *quidem.* T. 70. Cl. 11. Oth. 9. Dom. 10. —
aliquando usus est; verum prius, quam sequ. A. 43. sedit in subselliis — verum tacitus. A. 56. revocatus est, verum sub conditione sequ. T. 13.

multa et immania, verum non abhorrentia a sua natura. Ner. 43.

imperaturum eum, verum in senecta. Galb. 4. brevi — verum jam Imperatore. Vesp. 5.

eadem illa, verum e libello testatus est. Vit. 15.

cavillatus est, verum majestate salva, nec minus aequitate. Tit. 8.

imminere ambobus periculum, verum quandoque, et ab alio. Tit. 9.

grandibus oculis, verum acie hebetiore. Dom. 18. cf. Oudend. ad Cl. 30., ubi conjicit *verum stanti* pro *vel stanti*.

exemplar epistolae, verae, sive falsae. Vesp. 6. praesentem conditionem verae origini anteposuit. Gr. 21.

*Verus*. ut tandem pop. Rom. verum Caesarem habeat. Cl. 43. in verum nepotem proniori. Cal. 19.

vera plane certaque esse. T. 59. verum referre alicui. T. 57. nec abhorret a vero. T. 62. — *Vere*. verene an falso. Galb. 12. vere magnificos. Ner. 30.

*Veritas*. non abhorret a veritate. Cal. 12. ex veritate ac re. Rh. 1.

difficili conjectura veritatis. Galb. 7.

*Vesci*. vescebatur et ante coenam. A. 76. initium vescendi primus fecit. Dom. 4.

Equiti Rom., contra se hilarius avidiusque vescenti. Cal. 18. qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Cl. 32.

*Vesica*. A. 80.

*Vespera*. vesperam usque. Cl. 34. a mane usque ad vesperam. Cal. 18.

*vespera* aut noctu. A. 53. Ita codd. Salm., Medicei aliique. Vulg. *vespere*. v. Oudend. ad l. c., et ad *Caes*. B. Gall. 2, 33. B. Civ. 1, 20.

prima vespera. T. 74.

*vespere*. jam vespere. Vit. 8.

*vesperi*. jam vesperi. Cal. 6. Ner. 8. vesperi. Vesp. 2. mane — vesperi. Galb. 4.

*Vespillones*. cadaver ejus, populari sandapila per vespillones exportatum. Dom. 17.

*Vestales*. v. ind. prim.

*Vester*. ego vester sum, et vos mei. Galb. 20.

*Vestibulum*. v. de hac voce *Gell*. 16, 5., *Vitruv*. 6, 8. — Schwarz. ad *Plin*. Paneg. 52, 2. primis Rom. temporibus *atrium* et *vestibulum* idem fuisse putat, et crescente demum luxu *vestibulum* eos appellasse *aream, inter domum et viam interjectam*. cf. *Vossius* in Etymolog. sub h. v.

vestib. domus. A. 100. T. 26. vestib. domus aureae. Ner. 31. stetit in vestibulo aedium. Cal. 42. in media parte vestibuli Palatinae domus. Vesp. 25. (*Gell*. 4, 1. „in vestibulo aedium Palatinarum.")

aede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata. Cal. 22.

*Vestigium*. in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus. Gr. 20.

ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, invehi. Vesp. 1. ne cujus — memoria aut vestigium exstaret usquam. Ner. 24.

i. q. *sedes*, *locus*. mansura in vestigio suo fundamenta Reip., quae jecero. A. 28.
*e vestigio* i. q. *statim*, *extemplo*. C. 4.

*Vestis*. muliebri veste. C. 6. veste purpurea. C. 49. *in* veste purpurea. Ner. 25.
usus conchyliatae vestis. C. 43. *in* veste palmata. Cl. 17. *in* lintea religiosaque veste. Oth. 12. ita ut erat, *in* veste domestica. Vit. 8.
cum veste, *in qua* fuerat occisus. C. 84.
capillamento celatus et veste longa. Cal. 11.
veste non temere alia quam domestica usus est. sequ. A. 73. amiciebatur (simulacrum) quotidie veste, quali ipse uteretur. Cal. 22.
flens, ac veste a pectore discissa. C. 33. veste discissa, capite converberato. Ner. 42. veste discissa, seminudus in Forum tractus est. Vit. 17. mutare vestem. T. 2.
veste detracta, subjectaque militum pedibus. Cal. 26. vestem, quam ex instrumento triumphorum ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam injecere flammae. C. 84. — pars vestis et capilli. T. 6.
omni ornatu orationis tanquam veste detracta. C. 56.
veste deposita. Cl. 16. detractam illico non veste modo, sed et bonis exuit. Ner. 32.
posita veste. Galb. 3. strata sub pedibus veste. Ner. 48.
nullam vestem bis induit. Ner. 30.
maculis vestis proditum. Ner. 28.
*vestis* inter munera Saturnalibus divisa. A. 75. inter missilia. Ner. 11.
insigne vestis. A. 35. (Senatorum.)
religiosas vestes cum instrumento omni comburere. T. 36.
officinas promercalium vestium exercere. Gr. 23.
*Vestire*. ita ut vestitus calciatusque erat. A. 78. sicut vestitus advenerat. Cl. 9.
*Vestitus*. habitum vestitumque pristinum reducere studuit. A. 40. cf. *Habitus*.
vestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, semper usus est. Cal. 52. quod erat contemtiore vestitu. Ter. 2.
*Vestimentum*. vestimenta mutare. T. 14. 58.

*Vetare*. vetare aut intercedere (de Trib. pl.) T. 4.
*sequ. acc. c. inf.* C. 47. A. 31. 64. 65. T. 63. 71. Cal. 23. 26. 34. 49. Cl. 11. 23. 25. al.
quamquam vetaretur. Ner. 22.
vetiti quadrigariorum lusus. Ner. 16. vetita purpura cultam. Ner. 34.
opsonia contra vetitum. C. 43. contra vetitum cocta vendentes. Cl. 38.

*Vetus* familia. A. 2. opinio. A. 6. imag. ejus aer. veterem. A. 7. Apoll. vetus templum. A. 18. veterrima ilex. A. 92. vetus pallium. Ner. 48.
veteres immunitates. T. 49. veteres aerarii debitores. A. 32. veteres codicilli. T. 51. vetus epistola. Cl. 25. veteres amici. T. 55. veterem inimicum. C. 19. exprobr. sibi veterem secessum. T. 56. veterem partium fortunam. T. 57. poenit. veterum delictorum. Cl. 25. revocatus a vetere exsilio. Cal. 28. consulatus octo veteri addidit. Vesp. 8.

veteres joci. Dom. 10. veteres controversiae. Rh. 1.
comoedia vetus. A. 89. veteres oratores. Ner. 52. veteres auctores. T. 70. (*qui ante Alexandrum M. vixerunt Graeci.*)
instrum. veteris aulae. Cal. 39.
Rostra vetera. A. 100. distingu. a *Rostris Juliis.* vetus Urbs. Ner. 16.
*Vetulus* hircus. T. 45.
*Veteramentarius* sutor. Vit. 2.
*Veterani.* C. 29. A. 10. 12. 13. 15. 57. T. 48. Ner. 9. 32. Dom. 9. veteranum ac tironem militem. Galb. 6.
veteranorum militum legionarii. C. 84. veteranae legiones. C. 38.
*Vetustus.* vetustissima navis. C. 66. sepulcra vetustissima. C. 81. instrumentum imp. vetustissimum. Vesp. 8.
*Vetustas.* fossas oblimatas longa vetustate. A. 18. aedes sacr. vetustate collapsas. A. 30. coll. Cl. 25. vetustas familiae. Vesp. 1.
*Vexare.* clientelas diu vexanti. Cal. 3. Leg. *divexanti.*
puer comitiali morbo vexatus. Cal. 50. in turba quondam sponsaliorum die vexatus. A. 55. h. e. *pulsus tractusque, ita ut male se haberet.* v. *Gell.* 2, 6.
*Vexatio.* ad vexationem vitandam. T. 61.
*Vexillum.* inter signa militaria atque vexilla. Ner. 13. inter signa atque vexilla. Vit. 11. nomen ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Vesp. 6.
sub priore vexillo habuit (libertinum militem.) A. 25. h. e. *in priore acie.*
praefixo in biremis puppe vexillo. Cal. 15.
M. Agrippam in Sicilia post nav. victoriam caeruleo vexillo donavit. A. 25.
*Vexillatio* Germanicianorum. Galb. 20. i. q. *turma militum sub uno vexillo.*
*Via* Appia. Cal. 19. Cl. 1. Ner. 5. Ter. 5. Pers. Aurelia. Galb. 20. Campana. A. 94. Flaminia. A. 30. 100. Latina. Dom. 17. Salaria. Vesp. 12. inter Salariam et Nomentanam viam. Ner. 48. Vitellia ab Janiculo ad mare usque. Vit. 1. Sacra. C. 46. 80. Vit. 17.
viam munire Caesar destinaverat a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque. C. 44. cura viarum (inter nova officia ab Aug. excogitata.) A. 37.
munitio viae. T. 31. ad metalla, munitiones viarum, ad bestias condemnare. Cal. 27.
stratura viarum, Quaestorum officium. Cl. 24. v. not.
militares viae. A. 49. ut — a propinquarum urbium plebe verri sibi vias et conspergi propter pulverem exigeret. Cal. 43. succensens curam verrendis viis non adhibitam. Vesp. 5.
exploratorem viae, primarum cohortium Centurionem. T. 60.
ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent. C. 39. (ubi *vici* sunt in Urbe, *viae* ad Urbem.) circa viarum popinas. Vit. 13.
per infestas hostibus vias. A. 8.
longissimas vias incredibili celeritate confecit. C. 57. ingressos viam. Vit. 9. tota via. Cl. 36. quum luminibus exstinctis decessisset via. C. 31.
alicui decedere via. T. 31. Ner. 4.

i. q. *modus*, *ratio*. alium alia via militem demerebatur. Oth. 4.

*Viator*, *qui in via est*, *iter faciens*. A. 32. T. 8. 64. Cl. 25. Ner. 48. Vit. 7.

i. q. *apparitor magistratus*. T. 2. 11.

*Viaticum*. satis constat, exituro viaticum defuisse. Vit. 7. i. q. *peculium militum*. C. 68. v. not.

*Vicatim*. v. *Vicus*.

*Vicem*, *Vice*, *Vices*. qui *suam vicem* praesidendo *fungerentur*. A. 45. praesedit nonnunquam spect. *in Caji vicem*. Cl. 7.

unde *invicem* i. q. *mutuo*, nostr. *gegenseitig*. C. 11. A. 10. 63. 66. T. 28. 43. 76. Cal. 22.

*per vices*. A. 32. T. 14. Cl. 42. Ner. 15. Vesp. 8.

proximo collusori demandata vice sua. Cal. 41. milites vice ministrorum fungerentur. Cl. 35. qui excubias circa cubiculum suum vice militum agerent. Galb. 10. orationesque in Sen. recitaret etiam Quaestoris vice. Tit. 6.

quae perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Ner. 31. h. e. *modo mundi*, *ut mundus*.

*vicibus* i. q. *per vices*, nostr. *abwechselnd*. Cal. 22.

*de conditione*, *in qua quis versatur*. vicem suam conquestus est. A. 66. se quoque vicem eorum dolere. T. 52.

*Vicissim*. i. q. *alternis*. singulas infra se vicissim collocabat. Cal. 24.

ab his — vicissim succollantibus in castra delatus est. Cl. 10. reliquos nonnisi vicissim, tum Lucios, tum Cneos. Ner. 1. Oppon. *ex ordine*.

*Vicinus*, *Vicinia*. v. *Vicus*.

*Victima*. A. 59. Cal. 6. 13. 14. 32. Ner. 25. Galb. 18.

*Victor*, *Victoria*. v. *Vincere*. — *Victus*. v. *Vivere*.

*Vicus*, *series domuum in Urbe*. ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent. C. 39.

spatium Urbis in regiones vicosque divisit. A. 30. v. n. vicorum magistri. T. 76. [coll. A. 30. et not. ad h. l. plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit. Cl. 18.

pugiles catervarii oppidani, inter angustias vicorum pugnantes. A. 45.

dum per vicos deportaretur. A. 78. membra hominis tracta per vicos. Cal. 28.

circum vicos vagabatur. Ner. 26. offensus angustiis flexurisque vicorum. Ner. 38.

vicus Octavius in celeberrima parte oppidi Velitrorum. A. 1.

*in provincia* i. q. *locus e pluribus villis constans*, nostr. *Flecken*.

vicus Ambiatinus supra Confluentes. Cal. 8. in viae Appiae vico. Ner. 5. vico modico, cui nomen est Phalacrine. Vesp. 2. circumlatus per celeberrimos vicos (in provincia Germania.) Vit. 8.

*Vicatim*. C. 41. A. 40. 43. 57. Cal. 35.

*Vicinus* pr. *qui in eodem vico habitat*, unde *proximus finibus*.

cuidam de parte finium cum vicino litiganti. Oth. 4.

imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. A. 3. h. e. *propinquam provinciam administrantem*. — in vicina regione. A. 21. vicina Urbi oracula. T. 63.

*Vicinia.* magistri e plebe cujusque viciniae lecti. A. 30. Cod. Salm. *e cujusque vicinia electi*, al. *vicina electi*. v. Burm. et Oudend.

*vicinia* i. q. *vicini*, ut nos: *Nachbarschaft*. viciniae silentium per milites indicere solebat. Cal. 55. Ita etiam *Vicinitas*. A. 6.

*Videre.* sinistro (oculo) minus vidit. A. 79. i. q. *hebetiore fuit.* oculis, qui — noctu etiam et in tenebris viderent. T. 68.

extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire. C. 33.

viditque mortuum. A. 17. v. n. (cf. *Spartian.* Adr. 5. „digressus est *ad inspiciendas reliquias* Trajani.")

viden', ut — temperat. A. 68.

e quibus plerosque — reos omnium criminum vidimus. Dom. 8. superst. duobus filiis, quos — editos Consules vidit. Vit. 3.

viso genere panis. C. 68. visa pullatorum turba. A. 40. nec nisi viso (sc. eo) destiterunt. Oth. 8. hoc viso. Oth. 10.

semel omnino visam. T. 7. semel omnino eam vidit. T. 51. (ut nos *sehen* pro *besuchen.*)

*de somnio.* insequenti nocte videre visus est sequ. A. 94. coll. T. 74. Cal. 50. Ner. 46. v. *Videri.* somnia plurima — videbat. A. 91.

visus nunquam est. Ter. 4. i. q. *non apparuit amplius*, οὐδαμῶς ἐφάνη.

*Videri.* quod praepinguis fuerit visus. Galb. 3. quod non absimilis magistro videbatur. Dom. 10.

ad suadenda, quae viderentur. Cl. 10. uti ei e Rep. fideque sua videretur. Rh. 1.

id factum ejus tanto intolerabilius est visum. C. 78. commodius id visum est. A. 49. id satis visum. Oth. 3. quia possunt videri expressa. A. 57. cur sibi visum esset — praeficere. Dom. 4.

*de somnio.* visus erat per quietem — intulisse. C. 7. ipse sibi visus est per quietem — volitare. C. 81. (Sequ. *Calpurnia imaginata est.*) ferunt, Senecam proxima nocte visum sibi per quietem C. Caesari praecipere. Ner. 7. coll. A. 94. Cal. 50. v. supra.

*de spectro diurno.* verbenas etc. Basilides libertus obtulisse ei visus est. Vesp. 7. vestimenta mutanti tunica ardere visa est. T. 14. —

unum hoc, — in quo exercuisse jus tribun. pot. visus sit. T. 11.

visus est peridoneus praeceptor. Gr. 11. quod videaris familiaris nobis esse. Horat.

*Visus* subst. pro dicto accepit, quod visu suspicabatur. C. 33.

quum jam non gressu modo deficeretur, sed et visu. Gr. 3. visus nocturnus. A. 91.

*Visere.* hodieque sub aqua visuntur hi tali. T. 14.

ut visendam praeberet faciem. Vit. 17. usque ad horrorem visentium. Ner. 49.

ad visendum Apin. A. 93. ad visendum nemus flumenque Clitumni. Cal. 43.

ad visendum interfectae cadaver. Ner. 34. quicquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Ner. 38.

privignum Cajum quum visendi gratia trajecisset Samum. T. 12.

*Visitare.* aegrum. Cl. 35. coll. T. 11. Ner. 34.

*Viduatus.* Agrippinae viduatae morte Domitii. Galb. 5.

*Vigere.* Terpnum citharoedum, vigentem tunc praeter alios. Ner. 20.

*Vigor.* oculos habuit claros — quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris. A. 79.

*Vigiles* adversus incendia Aug. commentus est. A. 30.

*Vigilia*, *das Wachen.* matutina vigilia offendebatur. A. 78. vigiliae cubandique taedio. Cal. 50.

*pars noctis trium horarum; singulae enim noctes divisae in quaternas vigilias.* secunda vigilia. Cal. 54. h. e. *circa mediam noctem.*

*Vigilare.* vigilando restituit rem. T. 21. i. q. *providendo.* — nec in tenebris vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. A. 78. De reliquis locis v. *Evigilare.*

*Vigintiviri.* inter Vigintiviros agrum Camp. plebi Julia lege divisit. A. 4.

*Vilis.* vilissimos senioque confectos. Cal. 26.

consilio et arbitrio vilissimi cujusque histrionum et aurigarum. Vit. 12.

*vilius* aedes conducere. T. 35. h. e. *leviore pretio.*

*Vilitas* i. q. *leve pretium*, *Wohlfeilheit.* C. 50. v. interpr. ad *Plin.* ep. 4, 6.

*Villa.* C. 46. A. 6. 74. T. 65. 73. Galb. 1. 4. Vesp. 2. Ner. 48. Tit. 11. Gr. 11.

ad exstruendas villas. C. 81. in exstructionibus praetoriorum atque villarum. Cal. 37.

*Villicus.* Cl. 38.

*Vincere.* Parthos nisi a rege non posse vinci. C. 79. bis classe victus. A. 70. victis partibus. Horat. aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. A. 70. nostr. *gewinnen*, unde A. 71. „*vicissem vel quinquaginta millia.*"

*vincere* i. q. *precibus impetrare*, ut *expugnare* sim. C. 1. v. Casaub. ad h. l.

*Victor.* proelium ingressus victor rediit. A. 1. ut solus victor tres exercitus occuparet. A. 11. Vulg. *victores.* v. not. regnum Aeg. victor Cleopatrae — permisit. C. 35.

ut in navi victor pernoctaverit. A. 17. utriusque simulacrum aeneum victor posuit. A. 96. victorem tendere ultra. Cl. 1.

qui victores redissent. A. 29.

quoniam — dimitti deberet victor exercitus. C. 28.

*victor in certamine gladiatorio*, *musico* etc. nec dimisit, nisi victorem. Cal. 27. bis victorem. Cal. 35. omnes victores interemit. Cal. 30. victorem se ipse pronunciabat. Ner. 24. praemio, quod victor auferret. Gr. 17. quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse. Cal. 20. more victorum cum palma discucurrit. Cal. 32.

*Victrix.* victa altera (aquila) supervenisse tertiam — ac victricem abegisse. Vesp. 5.

sacratae olim victricium legionum arae. T. 14.

*Victoria.* nihil se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. C. 60.

victoria belli civilis. C. 75. Dom. 10. Hispaniensis. C. 38.

Actiaca. A. 18. Actiacas Siculasque victorias. Cal. 23. Vindelica victoria Tiberii Drusique. Horat.

Betriacensis victoria. Vit. 10. vict. ejus Germanica. Vesp. 2. post magnam pugnam atque victoriam. C. 67. in Sicilia post navalem victoriam. A. 25. post victoriam. Dom. 1. confecta victoria. A. 17. de futura victoria nunciavit. A. 96. omen victoriae. A. 94. in indicium victoriae. Cal. 45.

victoriae fiducia. Vesp. 8. nec successum victoriae moderatus est. A. 13.

plurimum ad victoriam contulit. T. 4. participes victoriae. Vesp. 8. participes victoriarum suarum. A. 25. quia hoc (mense) sibi — insignes victoriae obtigissent. A. 31.

ludos victoriae Caesaris Aug. edidit. A. 10. partae victoriae ludis. Ner. 54.

gloriosissimas Germanici victorias Tiberius ceu damnosas Reip. increpat. T. 52.

*Victoria* Dea. v. ind. prim.

*Vincire.* aliquem compedibus. C. 48. vinciri catenis. Ner. 21. vinctus unquam tortusve quis. A. 40

*Vinculum.* hominem duci in vincula juss. C. 79. partem majorem plebei ac Decuriones in perpetua vincula conjecit. T. 37. quum conjiceretur in vincula. Vesp. 5.

dum vincula minatur. T. 57. Drusum, quem vinculis adhuc Romae continebat, solvi praeceperat. T. 65. non multo ante vinculis exsolutus, in quae — conjectus fuerat. Ner. 19. conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam. Ner. 36. —

taurus — rupto vinculo essedum ejus invasit. Galb. 18.

*Vindemiae.* v. *Vinum.*

*Vindex.* M. Brutum, legum ac libertatis auctorem et vindicem. Rh. 6.

jurgia cum servis plerique simulantes crebro vindicem poscebant. Ner. 45. h. e. *auxilium alterius cujusdam invocabant*, alludentes ad nomen Vindicis. v. n.

*Vindicare* i. q. *arrogare aliquid tanquam suum.* summas sibi partes terrore ac minis vindicantem. A. 16. velut partes sibi aequas potentiae vindicantem. T. 50. quasi — Orientis regnum sibi vindicare tentasset. Tit. 5. Parthi quoque Armeniam vindicanti facile cesserunt. A. 21. qui primus hoc cognomen sibi vindicavit. Gr. 10.

i. q. *ulcisci*, *punire*, pr. *exigere jus al. rei.* bello vindicaturus, si quid sequ. C. 30.

vindicare cladem. C. 67. inhibere maluit, quam vindicare. C. 75.

fore, ut — necaretur, magnisque mox Ital. cladibus vindicaretur. C. 81.

necem avunculi vindicare. A. 10.

*Vinum* Raeticum. A. 77. querentem de inopia et caritate vini populum. A. 42.

ad summam ubertatem vini. Dom. 7.

vini parcissimus. C. 53. A. 77. propter nimiam vini aviditatem. T. 42. ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. ibid. fastidit vinum. T. 59.

tabern., unde solitus esset vinum olim et ipse petere. Cl. 40.

relegatae usum vini ademit. A. 65. vino abstinere. Ner. 51.

thure ac vino supplicare. T. 70.
*Vinosus.* acidum pomum succi vinosioris. A. 77.
*Vinolentia.* Vit. 17.
*Vinea.* Cl. 16. Dom. 7. 14. *Vinetum.* Ner. 31. Dom. 7.
*Vindemiae.* vindemiarum feriae. C. 40.
*Vitis.* vitem manu ejus institutam. Gr. 23. magna etiam vitium et pomiferarum arborum varietate. Cal. 37.

*Violare* i. q. *vim inferre.* eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant. C. 89. —
si violandum est jus, regnandi gratia violandum est. C. 30.
*Violentus.* violentissimum Tribunorum. C. 29. violentiorem praesidem nacta. C. 35.
adversus plebem violenti et contumaces. T. 2.
*Violenter.* in cives Rom. violentius quaedam ausis. T. 37. egit (praefecturam praet.) aliquanto incivilius et violentius. Tit. 6.
de eadem re, sed violentius, apud se per epistolam conquerenti. A. 51.
*Violentia.* Cal. 26. minis ejus ac violentia territus. Ner. 34.

*Vipera.* viperae morsus. Cl. 16.

*Vir* oppon. *mulieri* v. *feminae.* viris feminisque pecuniosioribus. A. 25. virorumque ac feminarum. Ner. 29. nec virorum modo pugnas, sed et feminarum. Dom. 4.
primores viri ac feminae. Dom. 8. viris — feminis. Vesp. 19.
omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem. C. 52.
ego tamen vir sum. Vesp. 13. (Oppon. *homini impudico et quasi mulieri.*)
*vir* i. q. *maritus.* e triclinio viri. A. 69. majoris filiae virum. Cl. 29. virum ejus. Ner. 35.
matrem jam ex alio viro. Cal. 25. patre ac viro orbatam. Dom. 22.
*vir* addi solet adjectivis, quibus nunc fere pro substantivis utuntur.
amicissimi et ornatissimi viri. C. 1. illos ut sapientes et doctos viros. Ner. 23.
duorum doctissimorum et sanctissimorum virorum. Pers. quod appellasset eos sanctissimos viros. Dom. 10. vir nobilis. T. 25. Vit. 14. nobilissimus vir. Cal. 12.
familia clara insignibus viris. T. 3. clari viri. Cal. 3. clarissimi viri. Gr. 3.
quosdam claros ex utroque ordine viros. Galb. 14. viri illustres. Cal. 34. Rh. 1.
principes viri. A. 29. Cl. 35. Gr. 9. primores viri. C. 16. coll. Dom. 8. militares viri. Cl. 28. Ita *viri consulares, quaestorii, praetorii, triumphales* etc., ubi tamen voc. *vir* saepius omittitur. v. singula voc.
vir fortissime. T. 21. fortissimum virum praedicantes. Oth. 12.
vir neque satis constans et ingenio truci. Ner. 2. vir, quo meliores sequ. Oth. 1.
vir innocens et industrius. Vit. 2.
Sen. lectio, qua *vir virum* legit. A. 35 ! m introserunt A. 54. ubi tamen stare debet codd. lectio *Triumvirum.* v. not.

*Virilis* toga. v. *Toga*. vestitus, habitus virilis. Cal. 52. Opp. *muliebris*.

*Viritim*. C. 26. 38. 83. A. 41. T. 20. 76. Cal. 18. 46. Ner. 10. Oth. 4. Dom. 9.

*Virtus*, ut Gr. ἀνδρεία, pr. *sentiendi agendique ratio, quae virum ostendit*. Nam antiquis summa laus, *virum esse et virum se praestare*.

in bellica virtute honoranda. A. 38. qua virtutis moderationisque fama. A. 21. nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam. Cl. 25.

inde omnino Gr. ἀρετή, nostr. *Vorzug*, *Tugend*, (quae cognata sunt vocabula, ut nostr. *ziehen*, Angl. *take*.) *Auszeichnung*.

comica virtus. Ter. 5. v. *Vis*. — omnes corporis animique virtutes. Cal. 3. donec virtutes quoque in vitia deflexit. Dom. 3. vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes. T. 21. quarum virtutum fructum uberrimum tulit. Cal. 4. laudes virtutum ejus. Cal. 16. virtutes ac merita oppon. *vitiis* et *delictis*. A. 66. neque vitio ullo reperto, et contra virtutibus summis. Tit. 7.

ita degenerasse a suorum *virtutibus*, ut tamen *vitia* cujusque — retulerit. Ner. 1.

*Virga*. virgis caedere al. A. 45. Ner. 49. Dom. 8.

*Virgulta*. C. 84.

*Virgo*. dimisit intactam adhuc et virginem. A. 62. virginem adhuc repudiavit. Cl. 26.

Drusillam vitiasse virginem creditur. Cal. 24.

virgo honesta. Galb. 9. ingenua. T. 2.

qui matresfam. et adultas aetate virgines denudarent atque perspicerent. A. 69.

ad vitiandas virgines promtior. A. 71. ejulatus vim patientium virginum. Ner. 29.

more tradito nefas virgines strangulari. T. 61.

in stadio cursu certabant etiam virgines. Dom. 4.

*virgo Vestalis*. v. *Vestales* in ind. primo.

*Virginalis* verecundia. Pers.

*Viridis*. viride oleum. C. 53. Oppon. *conditum*. fici virides. A. 76.

arbor — prostrata insequ. die viridior ac firmior resurrexit. Vesp. 5.

*Viridarium*. T. 60.

*Virtus*. v. *Vir*.

*Virus*. Psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent. A. 17. (*virus* pr. *succus letalis animalis*, Gloss. Gr. ἰὸς ἐχίδνης καὶ ζώου ἀλόγου, *venenum* sanguis etiam infectus, vel aliud medicamentum letale, vulneri infusum, quale fuit, quod Cal. 55. commemoratur.)

*Vis*. vi tempestatis. C. 25. sine ulla vi tempestatis. Vesp. 5. vi procellae. Dom. 15.

vi pulveris ac favillae oppressus est. Plin.

ingravescente vi morbi. T. 73. urgente vi valetudinis. Horat.

vi ac per arma. C. 16. *vi* opp. *legibus*. A. 10. vi rapiendos. C. 26. vi se et necessitate teneri. Cl. 10. exturbatus inde subita vi et incerta. A. 6. reges — comminationibus magis et

querelis, quam vi repressit. T. 57. vi coactus. Oth. 7. Sabinum — vi subita in Capit. compulit. Vit. 15. ad vim conversus est. Oth. 5. —

dictaturam magna vi offerente populo. A. 52. summa vi Germanicum ad capessendam Remp. perurgebant. T. 25.

per vim. T. 2. 37. 63.

ista quidem vis est. C. 82. si qua vis fieret. Cal. 48. vetuit, vim cuiquam fieri. Oth. 11.

M. Coelius in oratione, quam pro se de vi habuit. Rh. 2. cf. Clav. Cicer. sub v. *Vis*.

vim inferre alicui. Cl. 37. (de *nece.*) virgini. Ner. 28. (de *stupro.*) cf. *Inferre*.

monitus est, ut vim multitudinis caveret. T. 72. vim vitae suae attulisse eum. Vesp. 6.

mori volentibus vis adhibita vivendi. T. 61. —

quum *vim legis* eludi sentiret. A. 34. *vis et species dominationis*. T. 24.

*tribun. pot.*, *cujus vim* Sulla deminuerat. C. 5. omnem *vim dominationis* tam licenter exercuit sequ. Dom. 1. abolevit et *vim* moremque *asylorum*. T. 37. Vulg. *jus*. —

lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis. Ter. 5. Gr. δύναμις, δεινότης, ut nostr. *Kraft*. Jure Wolf. monuit, voc. *vis* minime jungendum sequenti: *comica*, quum *comica virtus* h. e. *praestantia artis comicae* intelligi debeat. cf. de hac significatione voc. *vis* Heusing. et Schaefer. ad *Plin.* ep. 1, 2, 2. —

quos gravior criminum, vel inopiae luxuriaeve vis urgeret. C. 27.

*vires* corporis, ῥώμη, nostr. *Kräfte*. deficientibus viribus. T. 73.

milites neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus. C. 65. ubi de *animi viribus* intelligendum, ῥώμη, ἀνδρεία.

pensitatis suis et inimicorum viribus. C. 30. sc. *quibus ad bellum valerent*, nostr. *Streitkräfte, Macht*. Ita Gr. δυνάμεις.

*Viscus*. viscus et farra, paene rapta e foco. Vit. 13.

*viscera*. membra et artus et viscera hominis. Cal. 28.

ni te visceribus meis plus jam diligo. Horat.

*Visceratio*, διανομὴ κρέως. C. 38.

*Visere*, *Visitare*. v. *Videre*.

*Vita*. v. *Vivere*.

*Vitare*. vitato assiduitatis fastidio. T. 10. vitans praeternavigantium officia. T. 12. invidiam in praesentia vitans. T. 22. congressum ejus assiduum vitavit. T. 50.

vitatis sententiarum ineptiis. A. 86. quasi deprehensum crimen volunt. morte vitasset. Ner. 34.

quamvis id genus avium duram et asperam frondem maxime vitet. A. 94.

*Vitis*. v. *Vinum*.

*Vitium*. corporis vitia. Vit. 17. vitium corporis posita veste detexit. Galb. 3.

ob vitium vomicae. Rh. 6.

naturae vitia esse, non animi. T. 68. naturae illa vitia, non aetatis esse. Ner. 26.

cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profu-

dit. T. 42. diversissima in eodem vitia. Cal. 51. Oppos. *virtutibus*. T. 21. A. 66. Ner. 1. Tit. 7. Dom. 3.

plerosque dissimulare vitium et callide obtegere. Ner. 29. paulatim invalescentibus vitiis. Ner. 27. alterius vitiis infensus. T. 52. quo vitio minime tenebatur. Horat. sine suspicione ullius vitii. A. 71.

vitio Pontificum. C. 40. i. q. *culpa*.

*Vitiosus*. cacozelos et antiquarios, ut diverso genere vitiosos sequ. A. 86.

*Vitiare*. destillationibus jocinore vitiato. A. 81. quum creberrimo frigidae aquae usu etiam intestina vitiasset. Vesp. 24.

vitiare virginem i. q. *corrumpere*. A. 71. T. 61. Cal. 24.

*Vitricus*. A. 8. T. 7. 10. 46. Ner. 6.

*Vitulus*. ut semper et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio (contra fulgura.) A. 90. cf. *Plin*. 2, 55.

*Vituperare*. vel laudabat palam, vel vituperabat. Cal. 36. Rh. 1. Ner. 34.

*Vituperatio*. ne odio qu., nedum vituperatione publica caruit. Tit. 1.

*Vivere*. nostri conjugii memor vive, ac vale. A. 99. centum solos dies posthac victurum. A. 97. clamitantem se vivere. Cal. 58. vis adhibita vivendi. T. 61. cur Paconius maj. reus tam diu viveret. ibid. quod vivere perseverarent. Cal. 38.

vivat sane. Galb. 4.

vixit una familiarissime. Gr. 16.

vixit *annis* undetr. Cal. 59.

qui improfessi Judaicam viverent vitam. Dom. 12.

audisse se ex defuncto, quum viveret. Dom. 12.

viventium cuiquam. Cal. 34. vivente matre. T. 51. edicta, quasi viventis. Ner. 57.

*Vivus*. quum praec. officia vivae praestitisset, etiam defunctae sequ. A. 61. et vivae gratia, et mortuae testamento. Galb. 5.

imitans facta ac dicta vivi. Vesp. 19. mortuo — quantas ne vivo quidem unquam atque praesenti. Tit. 11. cognomen Aug. ab vivo recusatum. Cl. 11. Ita Lips. ad *Tac*. A. 1, 8. emend. pro *ab avia*. qui summum imp. vivus amitteret. Ner. 42. se vivum sub terram iturum. Ner. 48.

vivo Lepido. A. 31. vivo etiam tum Tito. Dom. 22. vivo se. Vit. 3. — citare ut vivos perseveravit. Cal. 26.

bona vivorum ac mortuorum usquequaque — corripiebantur. Dom. 12.

*Vita*. vitae periculum. Cl. 9. Ner. 26. discrimen vitae. T. 6. Cal. 4. finis vitae. C. 87. A. 66. exitus vitae. Cl. 43. Ner. 54. adjiciamus vitae et hanc noctem. Oth. 11. annum diemque ultimum vitae. Dom. 14. ultima vitae suae tempora. Cl. 46.

summa, partes vitae ejus. A. 8. in ceteris partibus vitae. A. 71. omni parte vitae. Ner. 5.

fastidium vitae. T. 49. ad despiciendam vitam. Oth. 10. spe longioris vitae. T. 62. vitae renunciare. Galb. 11. vim vitae suae afferre. Vesp. 6. suspendio vitam finire. A. 65.

pro vita rogantes. A. 13. concessa vita. A. 16. concessam sibi sub conditione vitam — recusarunt. C. 68.

Augusti tredecim libri de vita sua. A. 85. commentarius Tiberii de vita sua. T. 61. Claudii octo volumina de vita sua. Cl. 41. vitae memoriam prosa oratione composuit Drusus. Cl. 1.

i. q. *vivendi ratio*. interiorem ac familiarem ejus vitam. A. 61. genus vitae. T. 11. ordo vitae. T. 18. Vesp. 21. ex natura et priore vita sua. Vit. 10. et praesentis et posterae vitae castitate. A. 71. remissioris vitae erat. T. 52. ad opprobrium vitae. C. 59. rationem vitae reddere. A. 39.

vitam otiosam in privata re agere. Cl. 35. Iud. vitam vivere. Dom 12.

ad usum communis vitae instituta. Rh. 1.

*Victus*. diurnum victum quaerere. Ner. 36. qui de solo victu cogitarent. Vit. 7.

*Vix*. vix tandem. T. 65. vix et cunctanter. A. 94. sero ac vix. Cl. 35.

ut jam vix ullus esset, qui non sequ. Oth. 4.

vixdum. A. 8. (ubi al. male *vix tum*. v. Oudend. ad h. l., Drakenb. ad *Liv*. 32, 28. §. 4.) 62. T. 44. Oth. 1. Vit. 8. Tit. 6.

vix ut — nedum. T. 44.

*Vocare, Vociferari*. v. *Vox*.

*Volare*. quum altissime volasset. A. 94. Lege: *evolasset*.

*Volitare* supra nubes. C. 81.

*Volucres* varii generis. C. 81. jam istam volucrum fore potestatem. A. 13.

*Voluntas*. v. *Velle*.

*Voluptas*. canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur. Cal. 54.

ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur. A. 32.

*voluptates*. ne convivia quidem ac ceteras voluptates. A. 72. novum officium instituit a voluptatibus. T. 42.

*Volvere*. quicquid cogitaret volveretque animo. Vesp. 5.

*Volutare*. super immensos aur. acervos — toto corpore aliquamdiu volutatus est. Cal. 42.

*Volumen*. cum tribus signatis aeque voluminibus. A. 101. de tribus voluminibus uno sequ. ibid. quae volumina. A. 85.

prioris materiae duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Cl. 41. i. q. *libros*. Naevii Pun. bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum, divisit in septem libros. Gr. 2. composuit variae eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis. Gr. 6.

circuitus voluminis tui. Horat.

*Volubilitas* verborum. A. 86.

*Vomere*. sanguinem vomit. Cal. 57. De corruptela loci v. Oudend.

*Vomitus*. clystere vomituque purgari. Ner. 20.

*Vomitare*. vomitandi consuetudine. Vit. 13.

*Vomica*. A. 65. Rh. 6.

*Vovere*. aedem Martis — voverat. A. 29. vovit et magnos ludos Iovi O. M., *si* sequ. A. 23.

palam voverat, *si* — permansisset, proditurum se sequ. Ner. 54. Deorum aedes, a regibus, ac deinde Pun. et Gall. bellis votae dedicataeque. Ner. 38.

non defuerunt, qui capita sua titulo proposito voverent. Cal. 14.

*Votum.* neque votum sibi neque animum deesse, confodiendi eum. A. 51. (*Wunsch.*)

quamvis nunc tuum consilium sit et votum, celeriter reverti me. Ner. 23.

compos factus votorum meorum. A. 58. fecit ipse se compotem voti. A. 28. populum Rom. voti compotem fecit. Cal. 13.

*Gelübde.* vota suscipere, C. 85. A. 97. T. 38. 54. Cal. 14. Cl. 25.

nuncupare vota. A. 97. nuncupatio votorum. Ner. 46.

solvere votum pro aliquo. A. 59. vota reddere. Cal. 6. votum exigere ab al. Cal. 27.

ex voto. A. 57.

*Votivi* Circenses. A. 43.

*Vox.* ut non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit. T. 23. uno gemitu sine voce edito. C. 82. sine voce jacuit. Ner. 42.

pronunciasse dicitur voce acuta. C. 55. quam maxima voce. Cal. 49. clara voce. Ner. 39.

vocem augere. Cl. 33. i. q. *clarius loqui,* nostr. *die Stimme erheben* s. *erhöhen.*

pronunciatio et vox. Cal. 53.

sua voce. Cl. 16. sua ipse voce. Ner. 24.

vocis immensae. A. 43. exiguae vocis et fuscae. Ner. 20. conservandae vocis causae vel augendae. Ner. 20. 25. collaudans vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu praedulcem. Cal. 33. laudanti vocem suam. Dom. 10. flagitantibus cunctis coelestem vocem. Ner. 21. aemulatione vocis, quae illi jucundior suppetebat. Ner. 38. —

ut aureos voce digitisque numeraret. Cl. 21. voce ac manu venerari al. Cl. 12.

i. q. *acclamatione.* et voce et gestu. Tit. 8. spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt. Galb. 13. gratulantium voces atque undique concinentium. Cal. 6. nimias laudantium voces. Rh. 6.

vox praeconis. Cl. 21. (*Ausruf.*) voce praeconis. A. 84. T. 11. Ner. 34. Dom. 13.

exaudita vox est, nomine eum ciens. Ner. 46.

i. q. *dictum,* ut saepius *verbum,* e. g. C. 53. *verbum M. Catonis est.*

una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat. C. 70. una voce occurrens, moriendum esse. A. 15. populum severissima coercuit voce. A. 42. in hac voce defecit. A. 100. Ner. 49. quasi vox Augusti per cubicularios excepta sit sequ. T. 21.

praemissa voce: hoc age. Cal. 58. litigatori Graec. vox in altercatione excidit. Cl. 15. post hanc vocem. Cl. 21. Graeca insuper voce prosecutus. Cl. 43. Domitii patris vox — negantis. Ner. 6.

illa vox ejus celeberrima. Ner. 40. detestabili voce. Vit. 10. voce gravissima increpuit sequ. Vesp. 8. merito laudatam vocem edidit. Tit. 8. ferebatur vox ejus. Dom. 9. hujus et illa vox est. Vit. 2.

i. q. *verbum* sensu grammaticorum. commutandam censuit

vocem, et pro peregrina nostratem requirendam. T. 71. exoletae et reconditae voces. A. 86.

unde *voces* de *oratione, Ausdruck, Sprache.* sedatis vocibus effers (Menandrum.) Ter. 5.

Latina voce i. q. *lingua Lat.* Ter. 5.

*Vocare.* ministros vocare. Dom. 17.

ipsum candidatum ad se vocavit. Vesp. 23.

i. q. *invitare.* vocatum ad coenam. Tit. 6. et simpl. etiam vocare desiit. T. 55. h. e. *ad coenam invitare.* quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas. Cal. 36. Unde: coenaturum apud Caesarem, vocatu ipsius. Cal. 39. (*auf seine eigne Einladung.*) —

vocatas ad concionem (legiones.) Cal. 48. vocata concione. Vit. 15.

tribus ad suffragia vocantem. C. 80.

Catulum de refectione Capit. ad disquisitionem populi vocavit. C. 15. C. Caesarem ad disquisitionem Senatus vocavit. Ner. 2.

servis ad pileum frustra vocatis. T. 4.

*vocare* i. q. *appellare.* A. 70. quae ducenariorum vocaretur. A. 32. pro Nerone Mero vocabatur. T. 42. al.

*Vocatores* Cal. 39. *servi Caesaris, qui ad coenam invitant convivas.* v. *Plin.* H. N. 35, 10. *Senec.* de ira 3, 37. cf. supra *Vocare.*

*Vociferari.* vociferans, Qu. Vare, legiones redde. A. 23.

stupratum a se — etiam vociferatus est. Cal. 36. nihil habere se, vociferatus est, quare eos demereatur. Cl. 40.

c. accus. i. q. *cum clamore nominare.* aliis incendiarium et patinarium vociferantibus. Vit. 17.

*Vociferatio.* lacrimis et vociferatione miseratus est conditionem suam. Cl. 36.

*Vocabulum* Gallicum. C. 24.

*Vulgus.* persuasione vulgi. C. 88. quos Orcinos vulgus vocabat. A. 35. pariter cum vulgo. Cl. 21. qui quoquo modo animum vulgi moverent. Ner. 55. sic vulgo favorabilis. Cal. 4.

adjuvante vulgi preces etiam statione militum. Ner. 21.

*neutr. indecl.* epistolam in vulgus edere. A. 51. ut emanaret in vulgus. Ner. 6.

quod ante paucos dies exierat in vulgus. Galb. 20.

*Vulgo.* resque vulgo improbabatur. C. 11. (*allgemein.*) palamque jam et vulgo. T. 43.

ut vulgo mox ferrentur hi versus. C. 20. quumque vulgo fore praedicarent, ut sequ. C. 30. illa vulgo canebantur. C. 80. scripta famosa vulgoque edita. Dom. 8.

quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur. A. 70. vulgo putatur. Ner. 36. quod sane etiam vulgo existimabatur. T. 7. scio, vulgo persuasum. T. 21. quae vulgo notuerunt. Ner. 42.

*Vulgaris.* cibus. A. 76. (*gemein.*)

scripsit et variis nec vulgaribus metris. Gr. 23. h. e. *vulgo notis, usitatis.*

elegi vulgares. Horat. nostr. *gemein, schlecht.*

inter longos ac vulgares sermones. Gr. 24. i. q. *haud ornatos.*

mulier vulgaris. Vit. 2. h. e. *quae vulgo corpus prostituebat.* Ita Dom. 22. legendum puto: *inter vulgarissimas mere-*

*trices*, non *vulgatissimas. Ovid.* Fast. 4, 805. *vulgares puellae.* Ceterum alii *mulierem ex infima plebe* intelligunt.

*Vulgare* i. q. *in vulgus edere, cum vulgo communicare, vulgi usui tradere aliquid.* ut thema suum vulgaverit. A. 94. (*bekannt machen.*) ne vulgaret injuriam. T. 62. (Ita cod. Salm. aliique. v. Oudend. Al. *divulgaret.*)

et proferret ultro, atque vulgaret. T. 66.

unde *vulgari, bekannt werden.* caede vulgata. Cal. 60.

occisum Antonium, adeo vulgatum est sequ. Dom. 6. i. q. *rumore in vulgus exiit.*

epigramma vulgatum est. A. 70. h. e. *in vulgus exiit, in ore vulgi esse coepit.*

statim certe vulgatus est versus. Cl. 1. multa Graece Latineque proscripta aut vulgata sunt. Ner. 39. (hoc *ore*, ut illud *scripto.*) vulgato nomine. T. 43. Leg. *vulgo.*

vulgatissimum illud (carmen.) C. 49. nota ac vulgata res est. A. 94.

(inter vulgatissimas meretrices. Dom. 22. Lege: *vulgarissimas.* v. *Vulgaris.*)

i. q. *edere.* vulgandos curasse (libros) nomine auctoris. Gr. 8.

i. q. *cum vulgo communicare*, Gr. κοινοῦν, nostr. *gemein machen*, i. q. *herabwürdigen.*

civitatis Rom. vulgari honorem. A. 40.

*Vulnus.* ad primum statim vulnus. Dom. 17. alio vulnere tardatus est. C. 82.

quasi venenum vulneri indidisset. A. 11.

nec in tot vulneribus — letale ullum repertum est, nisi quod sequ. C. 82.

vulnera excipere. A. 20.

ceteri vulneribus triginta confecerunt. Cal. 58. vulneribus septem contrucidarunt. Dom. 17.

colligatis vulneribus. T. 61.

verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem repraesentantes. Vit. 10. —

cognoscite Reip. vulnera. Rh. 5.

*Vulnerare.* C. 82. T. 68. Galb. 18. partim se domi vulneraverunt. T. 61.

*Vulpes.* vulpem pilum mutare, non mores. Vesp. 16.

*Vultur.* ei augurium capienti duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt. A. 95.

*Vultus.* minus familiari vultu respicere al. C. 78. manu vultuque significans. A. 34. manu vultuque indecoras adulationes repressit. A. 53.

si quis sibi acrius contuenti — vultum summitteret. A. 79.

vultu erat — adeo tranquillo serenoque sequ. A. 79. adducto fere vultu. T. 68.

vultum natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat. Cal. 50.

tristior et paedagogi vultus. Ner. 37.

vultu pulcro magis, quam venusto. Ner. 51. vultu veluti nitentis. Vesp. 20.

vultu modesto ruborisque pleno. Dom. 18. animum meum probastis et vultum. ibid.

# X.

*Xystus.* xystis et nemoribus excoluit (praetoria sua.) A. 72.
*Xystici, athletae, qui hiberno tempore in xystis pugnant.* A. 45. Galb. 15. v. *Panvin.* de ludis Circ. p. 301.

# Z.

*Z.* pro *z* duplex *a* posuit Aug., quoties per notas scripsit. A. 88. Sed haec est Casauboni mutatio, ultimam literam desiderantis, et cum omnibus Mss. et edd. antiquioribus scribendum: *pro x*, quoniam literae Graecae y et z ante Augusti tempora in usu non fuerunt. v. Oudend.
*Zona.* zona se aureorum plena circumdedit. Vit. 16.

# COROLLARIUM

*de genere dicendi Suetonii, et de singularibus, quae in ejus scriptis occurrunt, formis grammaticis.*

Mirati saepe sumus, qui in interpretandis auctoribus antiquis versarentur, in judicio de virtutibus eorum vitiisve ferendo, et in examinandis singulis locis, concepta aliqua de sermonis elegantia orationisque venustate opinione, vel cupidiori scriptoris, quem prae reliquis adamassent, studio impeditos praecipitem sententiam pronunciare, quam ad quaestionis diligentioris severitatem descendere maluisse. Quod enim iis accidere solet, qui suam provinciam, suam urbem, suam uxorem, vel si quid aliud amore amplexi sunt, unice laudant, ut virtutes nimis augeant, ad vitia connivere vel coecutire etiam videantur, justam autem et exactam cum aliis comparationem instituere obliviscantur, id doctissimi viri in hoc genere fere sunt experti. Modo enim nihil non laudabile in scriptore inveniunt, cui operam suam forte addixerunt, modo ad aliud exemplar, quod ipsis maxime placet, eum exigunt, ita ut e. g. Suetonium non Suetonium, sed Ciceronem esse velint, vel Tacitum, de ingenio autem hominis, de consilio, quod in scribendo sibi proposuit, de aetate, qua scripsit, et de reliqua rerum et temporis conditione, qua tamen singuli diversissime afficiuntur, accuratius quaerere plerumque neglexerunt. Nobis autem de sermone unius scriptoris eodem modo statuendum videtur, quo de provinciae alicujus praestantia judicant, qui sine ira et studio id faciunt. Sicut enim a communis patriae, ad quam plures provinciae pertinent, ingenio, quod quidem natura et variis deinceps eventis effictum est, ad partes transeundum, ita ut videas, qua coeli locive natura singulae gaudeant, quibus fatis, quibus artibus ita neque aliter constitutae et excultae sint, qui labor, quod consilium publice privatimque iis potissimum datum, et quomodo in illo versentur, ad hoc procedant, quo denique felicitatis flore vel calamitatum discriminibus modo augeantur, modo decrescant; ita a cognitione linguae universae ad unum aliquem auctorem descendere interpretem oportet, qui neque praeceps, neque inconsultum judicium de eo ferre cupit. Quod quum ita nobis videretur, faciendum putavimus, ut indici Latinitatis Suetonianae disputationem de genere ejus dicendi universam, et singillatim de formis, quae grammaticos offendunt, secundum elementorum ordinem quaedam adjiceremus. §. 1.

Primum autem id tenendum, ut linguae, sicut gentibus et singulorum hominum aetatibus, sua tempora cum diversis virtutibus vitiisque relinquamus, in qua re diverso modo errasse mihi videntur Gronovius, qui formas antiquissimae Latinitatis §. 2.

nostro scriptori obtrudere saepe voluit, et Ernestius, qui Ciceronis, tanquam paedagogi, auctoritate eum exagitat atque condemnat. Quamvis enim cultam magis et puram, et, ut ipsius Ciceronis voce utar, nudam linguam priori aetate fuisse consentiam, non prorsus tamen et ubique injucundus ornatus est, qui serius accessit, neque inutilis ambitus linguae ex quotidiano Graeci sermonis usu accrevit, cum libertatis denique fine multa obsolescere coeperunt, quae pristini usus fuerant, multa cum nova rerum forma et nomina et dictiones increbrescere; id quod recentioribus linguis haud secus accidisse, facile intellexerit, qui Gallorum sermonem, quo Ludovico XIV. rege, et quo ejectis regibus usi sunt, vel nostrum, qualis Friderici II. Borussi aetate fuit, et qui nunc regnat, comparare instituerit. Itaque cum historia cujusque gentis etiam linguae cognitio conjungenda, et quomodo hoc maxime tempore homines Romae vel alio loco locuti fuerint, quaerendum, neque statim de ferrea aetate clamandum, si quid diversum a pristina ratione et immutatum obvenerit.

§. 3. Deinde genus historiae respiciendum, in quo Suetonius versatus est, neque ullo modo cum Tacito vel alio historico primi ordinis hunc auctorem comparandum censemus, ut iniquo judicio de ingenio viri et scriptis abstineamus. Non minus inter utrumque discrimen, quam inter ipsam historiam artificiose contextam, et partes historiae, curiose ad institutionem magis et cognitionis diligentiam, quam legendi voluptatem propositas, non minus, inquam, discrimen, quam inter egregiam corporis humani formam, qualem in statua vel tabula effictam admiramur, et membra, ut a homine perito ad disciplinae usum delineantur. Itaque haud inepte Suetonius, praemissa ubique stricta rerum gestarum narratione, ad ea transire solet, quae ingenium, mores publicam privatamque vitam eorum ostendunt, quos describendos sumserat, inque eo argumento per genera et species ita procedit, ut vivam temporum imaginem oculis quasi perspicias, et, quicquid legum, morum, institutorum novus rerum ordo invexerat, ex hac narratione, tanquam optimo fonte, haurire possis. Videmus autem, non abripi eum admiratione, vel odio excitari, neque magis animos legentium affici ejus oratione vel inflammari, sed lentum et circumspectum auctorem ita sequimur, ut de pulpito docenti nonnunquam assidere et audire eum nobis videamur. Idque gravissimum est in disputatione de genere ejus dicendi, ut, grammaticum eum esse, nunquam obliviscamur, non jejunum tamen atque aridum, sed hominem Romanum, qui suam se rem agere, ubi de Romanis rebus scribat, neque in aliena prorsus materia versari, acrius subinde sentiat.

§. 4. Grammaticum autem s. hominem literatum, ut omni oratione, ita eo maxime se ostendit, quod in fontibus historiae suae memorandis et comparandis diligentissimus est. Hausit autem e plurimis, sed diversi generis. Modo enim auctores excitat, quorum scripta in manibus hominum tunc erant, ut *Tanusium Geminum* C. 9., *M. Actorium Nasonem* eod. cap., *Asinium Pollionem* C. 30. 55. 56., *Aquilium Nigrum* A. 11., *Cordum Cremutium* A. 35., *Cornelium Nepotem* A. 77., *Senecam* T. 73., *Cn. Lentulum Gaetulicum* et *Plinium Secundum* Cal. 8., *Ciceronis* scripta passim (v. ind. prim.), edicta *Bibuli* C. 9., orationes *Curionis* C. 9. 49. 52., et *Dolabellae* C. 49., *Julium Marathum*,

Augusti libertum, A. 94., quem memoriam Augusti scripsisse dicit A. 79., *Drusum* A. 94., *Claudii* Imperatoris libros Cl. 2. et 21., epistolas, quarum collectiones editae fuerant, vel autographas, virorum illustrium, ut *M. Antonii* A. 2. 4. 10. 16. 63. 68. 69. 70., *Augusti* A. 71. 76. 86. 87. 88. 92. T. 21. Cal. 8. Cl. 4. Horat., *Cassii Parmensis* A. 4., et ubi nomina auctorum non addidit, varias complurium narrationes ad judicium proponit, ut A. 15. 16. T. 5. 67. Cl. 44. Galb. 20. Vit. 1. et 2. Vesp. 1. et 16.; modo ad acta publica Senatus populique provocat, ut T. 5. Cal. 8. et 25., cujus instrumenti, ut autographorum, copiam ei faciebat magistri epistolarum officium, quod Hadrianus Imperator ei demandaverat; nunc, quae vulgo de hac vel illa re existimata et jactata fuerint, memorat; nunc etiam avi sui (Cal. 19.) et patris (Oth. 10.) narrationem non praetermittit, vel, quae ipse suis oculis viderat, Dom. 12.; quae omnia uti locupletem materiam scriptori suppeditarunt, ita vero historico non minorem messem largiuntur, quam commentarii Gallorum, quos *memoires* appellare solent, haud satis adhuc ad historiae usum collecti et perlustrati, iis, qui in recentiorum temporum descriptione versantur. Fieri tamen non potuit, quin ex tam multiplici copia varium subinde colorem ipse traheret, ut qui in colligendis magis et digerendis iis laboraret, quae data sibi videret, quam suo ingenio justam historiam componeret. Itaque surgit nonnunquam et extollitur oratione, ubi in prisco et digno vetere Republica argumento Romano sensu affectum animum prodit, ut C. 76. init. Cal. 60., subinde ex fonte uberius vel parcius haurit, et plerumque inter vulgarem superstitionem et religionis publicae contemtum more illius aevi fluctuat.

Ceterum, quoniam ad hunc locum ventum est, non alienum videtur, observare morem scriptoris, quo temporibus verborum, ut cum grammaticis loquar, uti solet. Frequentissimum autem ei est *praesens*, ubi fontes suos memorat, quod usitatum est praesentes auctores inspicientibus atque comparantibus, et voce vel scripto de iis disserentibus. Addere juvat exempla, ex quibus cognoscere rem liceat. §. 5.

C. 9. *idem Curio, sed et M. Actorius Naso auctores sunt.* C. 30. *alii dicunt.* Mox: *quod probabilius facit Asinius Pollio — referens*, deinde: *quidam putant.* A. 15. *scribunt quidam.* c. 16. *alii criminantur.* c. 77. *Corn. Nepos tradit.* c. 94. *auctor est Jul. Marathus;* mox: *in Asclep. libris lego.* Cal. 8. *Cn. Lentulus — scribit — addit* sequ. et per totum deinceps caput. A. 2. *M. Antonius — exprobrat.* c. 4. *idem Antonius objicit; Cassius Parmensis quadam epistola sic taxat Augustum.* c. 7. *a M. Antonio in epistolis saepe Thurinus appellatur, et ipse — rescribit.* c. 62. *ut scribit.* c. 63. *M. Antonius scribit.* c. 69. *scribit etiam* (M. Anton.) *ad ipsum hoc.* c. 70. *non Antonii modo epistolae exprobrant,* sequ. c. 71. *autographa quadam epistola ait — et rursus aliis literis — scribit ad filiam.* c. 76. *verba ipsius ex epistolis sunt — et iterum — et rursus.* c. 86. *M. Antonium increpat — addit haec.* c. 87. *literae ipsius autographae ostentant* (in quo toto capite praesentia *vult, hortatur, ponit, non dividit verba — circumducitque.* Ita etiam c. 88. inde a verbis: *ac videtur* sequ. Nam in proximis servandum putavi *custodiit*, quamquam cod. Memm. *custodit*, quia universe illud comma praepositum, sequentia exempli causa ex autographis subjuncta sunt. v. not.) c. 92. *ut ad Ti-*

*berium scribit.* T. 5. *ut plures tradunt — nec tamen desunt, qui scribant.* T. 67. *existimant quidam* sequ. *quod sane et ex oratione ejus colligi potest, vel quum ait — et rursus inquit.* Cal. 23. *ut quidam putant.* Cl. 2. *ipse quodam libello conqueritur.* Cl. 21. *quamvis ipse, in historiis suis prodat.* Cl. 44. *quidam tradunt — alii — multi — nonnulli.* Galb. 20. *sunt, qui tradant — plures autem prodiderunt.* Vit. 1. *exstat Q. Eulogii ad Q. Vitellium libellus, quo continetur* sequ. c. 2. *contra plures prodiderunt.* Vesp. 16. *quidam tradunt — sunt contra, qui opinentur — quod et verisimilius videtur,* coll. c. 1. *non negaverim, jactatum a quibusdam — ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, inveni.*

§. 6. Ejusdem autem est generis, quod omnis oratio Suetonii *perfecto* tempore procedit, unde statim cognoscas, non vivam narrationem eum exhibere, sed ex monumentis simpliciter, quae facta sint, referre, ita ut brevitatem magis cum diligentia conjunctam, quam uberiorem ornatum curet. Idque monuisse sufficit, quum duarum triumve paginarum lectio rem comprobet. Gravius autem est, neque mediocris ad crisin momenti, quod inde secutum est, ut subjuncta etiam commata *perfecto conjunctivi* annecteret. Quod enim Celeb. Wolfius ad C. 6. monet, rationem ejus rei ex vulgaribus praeceptis de consecutione temporum reddi non posse, sed sensum quendam grammaticum, nihil mutandum esse, docere; id ostendit, acutissimum virum statim perspexisse, Suetonium aliter scribere non potuisse, quamvis altius in rem inquirere supersederit. Ex iis, quae antea disputavimus, causam etiam elucere putamus. Nam, qui narrando vivam rerum gestarum imaginem proponit, inque media re simul cum lectoribus versatur, *imperfectum* adhibeat necesse est, ex ipsa historiae natura. Contra, qui veluti magistri personam gerit, docens, rem omnino accidisse, ubi eventum rei addit, non potest, quin eadem simplicitate et quasi tranquillitate formis utatur, quae *tempus* modo, non momenta temporis significent. Ita historicus nostra lingua dicat: *daher kam es, daſs das Heer geschlagen wurde;* contra, si quis, quid omnino factum, exponat: *daher ist es gekommen, daſs das Heer geschlagen worden ist.* Eandem varietatem narrandi quotidie in circulis nostris regnare videmus, dum alii imperfecto, alii perfecto, quod compositum dicimus, rem reddunt, ita ut ingenium etiam narrantium sensumque, quo affici rebus soleant, interdum ex diverso narrandi more cognoscere possis. Multa in Gallica praesertim lingua nondum satis ad veritatem exposita a grammaticis, quae quidem ad hanc rem pertineant, quum ex comparatione usus, qui illi genti nostraeque et Anglicae in narrando, sive ore, sive scripto, esse soleat, plurima ad disciplinam grammaticam haud inutilia, ad judicium de diversa populorum natura satis jucunda ex hac materia depromere liceat. Nobis quidem operae pretium facturus videtur, si quis simplicitatem Hebraicam, quae in narratione obtinet, ex dignitate et gravitate Orientis profectam, cum multiplici Graecae gentis varietate, acuminis aeque ac fervidioris ingenii documento, atque eodem modo, quid recentioribus linguis proprium, ex praestantissimis omnium historicis contulerit. Ceterum, ut ad Suetonium nostrum redeamus, hujus etiam rei exempla addere, supervacuum existimamus, ut quae per totum librum continuentur, audaciori autem critico satis materiae in refingendo textu

relictum, si quis mutata ad grammaticorum regulam tempora in Suetonianum morem restituere velit.

§. 7. Notabilis etiam modestia auctoris, qua Atticam urbanitatem imitatus, suum judicium de aliqua re conjunctivo modo efferre solet, quod uti ad dinoscendum scriptoris ingenium pertinet, ita hanc etiam ob causam nobis hoc loco observatur, quod variae corruptelae librariorum originem dedit. Ita C. 63. *non minora illa constantiae ejus, immo majora etiam, indicia fuerint.* Al. *fuerunt.* A. 7. *satis certa probatione tradiderim.* A. 16. *unde praebitam Antonio materiam putem.* A. 73. *quorum pleraque vix privatae elegantiae sint* (cui nollem in nota praelatam lectionem codd. Vindob. *sunt*). Cal. 8. *nec Plinii opinionem — adjuverit.* c. 26. *leve ac frigidum sit his addere.* c. 51. *non immerito mentis valetudini attribuerim* sequ. c. 60. *conditionem temporum illorum etiam per haec existimare quivis possit.* Cl. 29. *nam illud omnem fidem excesserit.* Ner. 13. *non immerito — retulerim.* c. 30. *quod vix credibile videatur.* c. 31. *suffecerit haec retulisse.* c. 39. *mirum et vel praecipue notabile inter haec fuerit.* Galb. 20. *illud mirum admodum fuerit.* Oth. 12. *per quae factum putem.* Gr. 4. *non enim fastidio putem.* Vesp. 1. *non negaverim.* Gr. 7. *quod equidem non temere crediderim.* Rh. 1. *non alienum fuerit.* A. 76. *ne haec quidem omiserim.* Unde salva etiam lectio T. 69. *quod fulmine afflari negetur id genus frondis*, sc. ex opinione aliorum, quam neque confirmare, neque refellere audet scriptor. Ceterum de hac re ita sentio, quamvis alii quoque ita scripserint, neminem adeo usu illud frequentasse, ut vel elegantiam in eo dicendi genere quaesivisse, vel modestiam judicii affectasse, vel etiam eo pudore fuisse videatur, qui mores magis atque animum, quam ingenii acumen commendet. Summa enim laus est, ab omni arrogantia alienum, tamen constare sibi judicio, et, re bene explorata, de veritate haud cunctanter pronunciare.

§. 8. Sed maximas difficultates nec exiguos errores peperit in interpretatione Suetonii, quod plerique ad rationem, qua argumentum suum constituit et in partes deinceps perlustrandas divisit, attendere neglexerunt. In nulla enim re magis grammaticum deprehendes, quam in illa partitione, quam modo disertis verbis indicat, ut C. 44. fin., A. 9. et 61., modo ita inserit narrationi, ut in hoc artificio ipse placere sibi videatur. Maximi autem momenti hanc rem esse ad sensum recte explicandum, ad disjungenda, quibus ille delectatur, opposita, et ad sectiones libri, quae inepte saepe a librariis et editoribus factae sunt, diligentius adornandas, vindicandam denique lectionis veritatem, et in notis passim demonstravimus, et hoc loco exemplis nonnullis ostendemus. Incipit auctor C. 55. *eloquentia militarique arte* sequ. Librarii, qui, de eloquentia proxime sermonem esse, viderant, militarem artem ferre non potuerunt. Itaque corruptelis scatet ille locus. Quod si illi animadvertissent, auctorem duplex argumentum proponere, et divisione capitum, quam serior aetas ob facilitatem lectionis adjecit, minus impediti seriem narrationis essent persecuti, facile invenissent, c. 55. et 56. de *eloquentia* Caesaris, sed inde a c. 57. de *re* s. *arte militari* exponi. Similiter Cl. 13. *et a singulis, et per factionem, et denique civili bello infestatum Claudium* dicit, deinde *singulos* memorat, hominem de plebe et duo equestris ordinis, *alterum* ad fores theatri, *alterum* apud Martis aedem insidiatos, mox *factionem* s. conspirationem Asinii Galli et Statilii Corvini, *bellum*

denique *civile* Camilli Scriboniani. Capitis 22. ejusdem vitae exordium hoc est: *Quaedam circa cerimonias, civilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit.* En materiam satis multiplicem, quam rhetorum more, ὡς ἐν ἀνακεφαλαιώσει, conjunxit. Inde deducit filum, et c. 22. *de cerimoniis*, c. 23. et 24. *de civili more*, c. 25. *de re militari*, mox *de reliquorum ordinum statu*, maxime de conditione servorum et libertinorum, et de jure civitatis Romanae, post res domesticas *de provinciis exterisque* ita deinceps disserit, ut *correcta* alia, alia *ex antiquitate revocata*, multa etiam *recens instituta*, ostendat. Unum exemplum his adjiciam ex Ner. c. 26., ubi *petulantiam*, *libidinem*, *luxuriam*, *avaritiam*, *crudelitatem*, tanquam simulacrum vitiorum, quod Nero exhibuit, proponit, singula continuis capitibus describit, *petulantiam* c. 26., *luxuriam* c. 27. 30. et 31. simul cum *libidine* c. 28. et 29., *avaritiam* c. 32., *crudelitatem* c. 33. et sequentibus.

§. 9. Eundem morem observat etiam in brevioribus sententiis singulisque commatibus, in quibus plerumque duobus vocabulis conjunctis duo alia ita respondent, ut priori in protasi prius in apodosi, alteri alterum congruat; quem scribendi modum παραλληλισμὸν Suetonii dicere quis possit. Exempla rem illustrabunt. A. 32. *ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius dies — actui rerum accommodavit.* Patet, *impunitatem* ad *maleficium*, *moram* ad *negotium* referendam. c. 34. *quumque etiam immaturitate sponsarum, et matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi sentiret; tempus sponsas habendi coartavit, divortiis modum imposuit;* ubi, quis non videt, priorem partem apodoseos: *tempus sponsas habendi coartavit*, pertinere ad *immaturitatem sponsarum*, alteram: *divortiis modum imposuit*, ad *matrimoniorum crebram mutationem.* c. 35. *quo autem lecti probatique et religiosius et minore molestia senat. munera fungerentur, sanxit, ut priusquam consideret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur* (hoc, ut *religiosius* munere fungerentur,); *et ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur* sequ., quibus fecit, ut *minore molestia* officio praeessent. c. 40. *sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum*, addit: *civitatem Rom. parcissime dedit* (idque *ob peregrinum sanguinum*), *et manumittendi modum terminavit* (ob *sangu. servilem.*) Eodem modo Caes. 27. *libertos insuper servulos cujusque, prout domino patronove gratus quis esset*, sc. *liberti patronis*, *servuli dominis.* coll. A. 67. *patronus dominusque — multos libertorum* sequ., mox *de servis* exponit. Sed quo magis appareat, justam auctoris interpretationem hac observatione egregie adjuvari, haud abuti patientia lectoris mihi videor tribus additis locis, qui inepta etiam judicia experti sunt, quamvis nulla difficultate impediti.

Primus est A. 46. *Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis suboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat; at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis dividebat.* Junge: *necubi honestorum deficeret copia, equ. militiam — ordinabat;* et, *ne multitudinis soboles alicubi deficeret, iis — dividebat*, ubi ad indicandam alteram apodoseos partem *at* praefixum, de quo vide, quae dixi in indice.

Alter est facilior ex A. 49. *definitis pro gradu cujusque et temporibus militiae, et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent.* Definivit *tempora militiae*, ne *aetate*, et *commoda missionum*, ne *inopia* ad res novas sollicitari possent.

Sed tertium misere vexâverunt. Est is T. 34. *Corinth. vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos xxx. millibus nummûm venisse, graviter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit, annonamque macelli Senatus arbitratu quotannis temperandam.* Qui videt, ad *Corinth. vasorum pretia* spectare legem *de supellectilis modo*, et ad *tres mullos* nimio pretio venditos alteram *de temperanda annona macelli*, ridebit conjecturas hominum doctorum, qui nescio quae vasa mullis substituere voluerunt, ut Corinthiis conveniment.

Tria denique vocabula tribus opponuntur Cl. 16. *quibuscunque coelibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus*, ubi, quae sibi respondeant, monere non attinet.

Possem addere silvam locorum, quibus duo vel tres homines nominantur diversam ob rem, quae subjunctis commatibus ostenditur, qualis est Cl. 38. *item scribam quaestorium, itemque praetura functum Senatorem, quod ille — hic* sequ. Sed nimis diu in hoc argumento sum versatus, multa etiam ex annotationibus non potui, quin repeterem, quum ex tali demum locorum comparatione res plane demonstrari posset, ut jam ad aliam rem transire verecundia non minus, quam libri finibus jubeat.

Ex quo a viris doctis quaestio de ordine, quo Romani verba posuerunt, acrius agitari coepta est, miratus sum, neminem, quod sciam, monuisse de more Suetonii aliorumque scriptorum, qui ad artis formam et secundum rerum genera et species de aliquo argumento exposuerunt, primo vocabulo materiam indicandi idque quasi pro inscriptione praeponendi. Nostro quidem haec res adeo est familiaris, ut in describendis ejus libris capitum indicibus sive argumentis, quae vocant, prorsus abstinere queas, modo attenderis ad primam loci cujusque vocem, quae significare solet, de qua re deinceps exponatur. Licet paucis exemplis defungi. C. 60. *proelia.* c. 65. *militem.* c. 67. *delicta.* c. 69. *seditionem.* c. 71. *studium et fides erga clientes.* c. 72. *amicos.* c. 73. *simultates.* c. 75. *moderationem clementiamque.* A. 19. *tumultus* sequ. c. 20. *externa bella.* c. 23. *graves ignominias cladesque.* c. 26. *magistratus atque honores.* c. 27. *triumviratum.* c. 29. *Urbem* (ubi v. not. de nova capitis divisione.) c. 32. *pleraque pessimi exempli* c. 34. *leges.* c. 35. *Senatorum affluentem numerum.* c. 41. *liberalitatem.* c. 47. *provincias.* c. 51. *clementiae civilitatisque* sequ. c. 52. *templa.* c. 53. *domini appellationem.* c. 58. *Patris patr. cognomen.* c. 62. *sponsam.* c 64. *nepotes.* c. 66. *amicitias.* c. 73. *instrumenti ejus.* c. 75. *festos et sollemnes dies.* c. 76. *cibi.* c. 77. *vini quoque.* c. 79. *forma.* c. 80. *corpore.* c. 81. *graves et periculosas valetudines.* c. 83. *exercitationes camp.* c. 84. *eloquentiam studiaque liberalia.* c. 86. *genus eloquendi.* c. 87. *quotidiano sermone.* c. 88. *orthographiam.* c. 91. *somnia.* c. 92. *auspicia et omina.* Ita etiam genitivi. c. 43. *spectaculorum.* c. 47. *urbium.* c. 48. *regnorum.* c. 93. *peregrinarum cerimoniarum.* Caes. 89. *percussorum.* T. 52. *filiorum* etc. §. 10.

§. 11. Quae hactenus a nobis disputata sunt, satis comprobare videntur, omne dicendi genus Suetonii ad rhetorum et grammaticorum scholas esse revocandum. Nescio an ex iisdem petiverit interpretationes, quas singulis vocabulis et sententiis addit. Dixi in indice sub voce *Esse* de formula *hoc est* v. *id est*, quae ubique glossematis suspicionem movet. Sunt tamen plurimi loci, ubi librariorum eruditionem superat, quod additum legitur, ut acute monuit Ernest. ad A. 88., et loco citato, in rhetoricis maxime grammaticisque scriptis tam crebra esse ejusmodi additamenta, ostendi, ut vix nimis circumspecti in judicio de iis ferendo esse possimus. Sed eadem est ratio in geminatione vocabulorum, nostro usitata. Nunquam enim posuit nomen vel verbum, quin aliud adjiceret, quo prius augeretur vel explicaretur, quod est eorum, qui de lingua et potestate singularum vocum quaerere consueverunt, quamvis ab elegantia sermonis sit alienum. Significavi rem in indice sub particula *Et*, sed satius duxi, maximam partem locorum in unum conferre, de quibus quum uberius exponendum sit, universa *pleonasmi* appellatione disputationem complexus sum, non quo justam exactamque illam putem, sed ut esset, ubi ex instituto cognosci de re possit. Itaque ad illum locum, paulo inferius reperiendum, lectorem ablegamus.

§. 12. Quod ad singula vocabula attinet, quae ab auctore nostro vel frequentius usurpata, vel recens formata et ad analogiam similium composita, novo etiam more reliquis juncta sunt, non opus est, ut hoc loco longiores simus, quum in hac re totus index Latinitatis versetur. Quo autem facilius, quae grammatici notatu digna vel etiam reprehendenda existiment, inveniri et ad disciplinae usum converti possent, elementorum ordine subjicienda illa putavimus.

---

*Ablativus.* quum *jure dicundo* conventus circumiret. C. 7. Talis ablativus etiam est Cl. 15. quum decurias *rerum actu* expungeret, h. e. *in jurisdictione,* quam praecessit dilectus judicum a Claudio institutus. Ceterum facilior esset lectio: *rerum actui.* v. not.

*ablativus duplex in una sententia:* ut tandem *veneno* interemtum *fraude* Livillae uxoris atque Sejani cognovit. T. 62. v. Burm. ad h. l., et ad *Ovid.* Metam. 13, 216., *Calpurn.* Ecl. 1, 56.

*ablativi* nominum, omissa praepositione *in.* v. *In.*

*ablativi consequentiae pro accusativo objecti. Cajum et Lucium* — amisit ambos, *Cajo* in Lycia, *Lucio* Massiliae *defunctis.* A. 65.

*ablativus absolutus. absentibus,* secundum praesentes facillime dabat. Cl. 15. Male correxerunt Gronovii: *de absentibus* v. *ab absentibus.* Est: *quum quidam abessent. Tac.* A. 1, 29. *orantibus.* Alia autem res est, ubi subjectum ex proximis potest repeti, ut locis ab Oudend. collatis Ner. 23. *atque, ut auderet. hortantibus* sc. *judicibus;* praecedit enim: *judices reverentissime alloquebatur* et Cl. 26. *non repertis, qui sequerentur exemplum,* ubi subjectum est in *qui sequerentur.* Ita Vesp. 5.

*coenante;* sed paulo ante: *prandente eo.* Caes. 4. *Dolabellam repet. postulavit, absolutoque* sc. *Dolabella.*

*ablat. absolutus pro nominativo subjecti.* iterum *censente* obtinere non potuit. T. 31. v. infra *Anacoluthon.*

*Accusativus* Graeco more verbo junctus. *dextrum genu lapide ictus — et crus et utrumque brachium* ruina pontis *consauciatus.* A. 20. —

hirsutus *cetera.* Cal. 50. τὰ λοιπά. Idem accusat. absolutus est in formis: alia *id genus.* A. 75. alia *hoc genus.* Gr. 4. atque *id genus* numero. Cl. 34. quinque millia *omne genus* ferarum. Tit. 7. *omne genus rerum* missilia. Dom. 4. v. *Genus* in ind. Latin.

*accusativus absolute praemissus. dona militaria,* aliquanto facilius phaleras et torques — quam vallares et murales coronas dabat. A. 25. h. e. *quod ad dona mil. attinet,* quae sunt genus, ut *phalerae, torques, coronae* species. Ortus hic dicendi modus ex more, primo vocabulo argumentum indicandi, de quo proxime dicendum. v. supra §. 10. Ejusdem generis sunt genitivi absoluti, Suetonio frequentes.

*accusativus cum infinitivo in subjuncto commate per pron. relativum.* Britanniam petisse spe margaritarum, *quarum* amplitudinem *conferentem* interdum sua manu *exegisse* pondus. C. 47.

M. Antonius, agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit; *quae scire C. Matium et C. Oppium, reliquosque Caesaris amicos.* C. 51.

Ita veriorem lectionem puto A. 63. *quo tempore* sibi quoque invicem filiam regis in matrim. *petisse.* Sed cod. Salm. *petisset,* atque nimia hujus libri auctoritas, quam ut censere contra illam liceat.

Ita etiam post *cur. cur enim sibi non licere, dicens.* Cal. 34.

*et in duplici sententia in unam contracta.* quis esset, et *ubi esse Vitellium sciret.* Vit. 17. pro: et *num sciret, ubi esset Vitellius.*

v. de hac re Hoogev. ad Viger. p. 38. ed. Hermann.

*Adjectivum* neutro genere post substantivum femin.

*cujus rei,* ne quis *fabulosum* aut *commenticium* putet. C. 81. ut in membranis superscriptum, vulg. *fabulosam* aut *commenticiam.* Probant emendationem Casaub. et Burm., quibus accessit Ruhukenius. v. exempla a Burmanno collata, Duker. et Drakenb. ad *Liv.* 1, 3. *quis enim rem tam veterem pro certo affirmet,* ubi al. *pro certa.* Audacius tamen foret, sine libris illud recipere, ut etiam judicavit Drakenb. ad *Liv.* 39, 49., non ausus edere: *vix pro comperto tantam rem habiturus.* Nam de re dubitari non potest, sed de singulis locis librorum auctoritate statuendum. Conferatur etiam locus A. 51. „*nonnulla* etiam *ex antiquis cerimoniis* paulatim *abolita* restituit.“ Ne corrigas: *nonnullas — abolitas.* Neutrum plus comprehendit, quam genus nominis, ut nostr. *manches in den alten Gebräuchen.* Ita etiam Graeci. v. Hoogev. ad Viger. p. 63., cum quo cave ellipsin ad subsidium voces. —

Eodem modo *neutrum subjungitur duobus femininis. irae atque iracundiae* conscius sibi *utrumque* excusavit edicto. Cl. 38. Al. *utramque.* Sed v. Burm. et Oudend., Drakenb. ad *Liv.* 2, 5, 4., l. 4, 54, 4. et l. 44, 36, 2. —

*Neutrum plur.* saepe *pro singulari,* more Atticorum. v. *Hic.* —

*Adjectivum junctum priori substantivo e pluribus.* C. 75. itaque et *detectas conjurationes conventusque nocturnos* non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi *notas.* Al. *nota.* Sed recte monuit Oudend., *conventus nocturnos* esse quasi consequens, et comprehendi in *conjurationibus.*

*legata, vel partes hereditatum,* a quibuscunque parentibus *relicta* sibi. A. 66. Sed h. l., ut supra, neutrum partic. utrumque substantivum complectitur.

Ita quoque T. 49. plurimis -- *veteres immunitates, et jus metallorum ac vectigalium adempta,* ubi tamen notabilis lectio Vindob. sec. *ademtas.* —

*Neutrum post duo masc.* Cl. 11. *divinos honores* et *currum eleph. decernenda* curavit.

Contra masculinum, ut potius genus, adjectivo jungitur locis: *populum Rom.,* vel dicam *hominum genus,* voti *compotem* fecit. Cal. 13. *virorum ac feminarum* ad stipitem *deligatorum.* Ner. 29.

v. Oudend. ad C. 75., et ad *Caes.* B. C. 2, 7. et 28. B. Afric. 26., et quos citavit.

*Duo adjectiva uni nomini juncta,* ubi alterum subjecto inhaeret, s. una cum substantivo efficit demum subjectum pleno sensu. v. Oudend. ad Ner. 37. *in vetere gentili stemmate,* ubi *gentile stemma* pr. unum est substantivum, quod in duo vocabula dispescit linguae Latinae necessitas.

*Anacoluthon. iterum censente* — obtinere *non potuit.* T. 31. Auctor, quoniam ante scripserat: *negante eo* — *Praetor design. impetravit,* sequens colon eodem modo exorsus est ablativo *censente,* sed per errorem idem subjectum addidit, quod est in participio, qualia excidunt scribentibus, ut *Justino* 11, 7. *quaerentibus* — *jubentur.* Egregius est excursus de anacoluthis, *Gernhardi* ad edit. Ciceronis de officiis, atque hic sine dubio ille vir doctus Saxo, quem, nominis oblitus, dicit auctor animadversionis ad *Quinctil.* 12, 6, 2., quae legitur in Wolfii Analectis Vol. I. p. 251., nisi *Aug. Matthiae* dissertationem de anacoluthis in Cicerone significavit. Ceterum v., quos interpretes laudaverunt ad Tib. l. c.

Mutatae verborum structurae aliud exemplum est apud Nostrum Claud. 4. „nec dubium est, *quid* post haec Augustus *constituerit, et reliquerit eum* nullo — honore impertitum," cui loco, dici non potest, quam misere mederi voluerint librarii et interpretes. Negligentius scripsit auctor. v. etiam, quae ad Gr. 11. Oudend. notavit de loco *Cic.* de Divin. 1, 57

*Asyndeton.* populi Rom. *sexum, aetatem, ordinem omnem.* Cal. 4. *honores, exercitus, impunitates, supplicia.* Cl. 29. *vectigalia, immunitates, poenas innocentium, impunitates noxiorum.* Galb. 15

Patet, augeri et incitari vim et fervorem narrationis omissa copula.

Itaque salvus etiam videtur locus A. 38. *protinus virilem togam, latum clavum induere, et Curiae interesse permisit.* v not. Nam quibus semel placuit aliquod dicendi genus, inepte saepe usurpant, maxime grammatici, et ab eo vitio Suetonius non est alienus.

*Conjunctivus modus* in sententia cum dubitatione enunciata. v supra §. 7.

*Consecutio temporum.* De *perfecto conjunctivi,* quo uti solet Suetonius pro imperfecto, v. supra §. 6.

Desperatus est locus C. 22. *Gallias potissimum elegit, cujus emol. et opport. idonea sit materia triumphorum.* Quoties ad illum redeo, magis de emendationis successu dubito. Non ferendum esse *sit*, praeter regulam vulgarem, docet locus assimilis Claud. 17. „*quum — arbitraretur*, *velletque*, justi triumphi decus *unde acquireret*, *Britanniam potissimum elegit.*" Legendum *sibi esset*, vel *fieret* (aliquot enim codd. dant *fit*) v. *exsisteret*.

Sed injuria Ernestius reprehendit imperfectum: *si quid sibi accideret*, locis Cal. 3. et 23. Scribendum censet *accidisset*. At plurimae sunt sententiae, quae duplicem rationem admittunt. Meam auctori obtrudere, arrogantiae est. Ita Cal. 3. refertur: *si quid sibi acc.*, ad *cogitationem Germanici*, et Cal. 23. ad *spem Silani*, et est: *si forte*, nostr. *wenn ihm etwa* s. *im Fall, daſs ihm ein Unglück widerfahren sollte*, non ad eventum et ea, quae post eventum facienda erant. Ita C. 86. *si quid sibi eveniret.* T. 65. *si res posceret.* Oth. 6. *si quaereretur.* De loco Cal. 29. *cui tam diu non prodesset elleborum* vide, quae notavi ad Cal. 3.

*Dativus personae*, ad quam refertur aliqua actio, ut honoris, ministerii causa etc.

ad cyathum et vinum *Nicomedi* stetisse. C. 49. ante pedes *ei* stabat puerulus. Dom. 4. Ita etiam T. 7. cod. Memm. et Copes. „ne unquam in conspectum *ei* posthac veniret," vulg. *ejus*. Cl. 32. Medic. pr. tert. Polit. Vindob. sec. Cort. *adhibebat et liberos suos* — more veteri ad fulcra lectorum *sedentes vescenti*; vulg. *qui — sedentes vescerentur.* v. Oudend. ad utrumque locum, et ad Ner. 1. ubi conj. *aerique assimilem ei pilum redd.*, ut C. 75. ad munus *populo* comparatas.

Ita etiam *dativus rei*. orantes opem *valetudini* Vesp. 7. Vulg. *valetudinis*. v. eund. Oudend., Drakenb. ad Livium passim (v. ind. hujus edit.), et de eodem Graecorum usu Matthiae Gr. Gr. §. 388.

Ejusdem generis sunt dativi: vehicula *portandis scenicis organis*. Ner. 44. aquam simul ac ligna conferri, *curando* mox *cadaveri*. Ner. 49. et frequentissimi illi: Decemviri *legibus scribendis*, Centumviri *litibus judicandis*, Vigintiviri *agris dividundis* etc.

Ita *muneri* accipere al. Ner. 56. Galb. 10., *muneri* offerre Ner. 46., *muneri* dare Gr. 21.

*dativus pro ablativo cum praepositione*, more Graeco. v. ind. Latin. sub praep. *A*.

*Ellipsis* verborum *non solum* ante *sed et*. v. Oudend. ad T. 59. Cf., quae diximus in ind. Lat. sub v. *Et* atque *Etiam*.

*Enallage* generis. *omni ornatu orationis tanquam veste detracta*. C. 56. ex *Cic.* Brut. 75. cf. Goerenz. ad *Cic.* Leg. 1, 7, 23. „ut jam *universus hic mundus una civitas* sit communis deorum atque hominum *existimanda*." De diverso modo, quo Romani scriptores adjectiva et participia nominibus jungunt, diximus supra sub v. *Adjectivum*.

*Genitivus* partitivus initio sententiae. *regnorum*. A. 48. Male al. *regna*.

Ita c. 47. *urbium* quaedam. c. 93. *peregrinarum cerimoniarum*, sicut veteres — coluit, ita ceteras contemtui habuit. T. 52. *filiorum* neque naturalem — neque adoptivum sequ. Cl. 28.

*libertorum* praecipue suspexit Posiden. *Cic.* de Orat. 1, 51. sed *causarum — partim — partim* cet. De causa hujus structurae verborum dixi supra §. 10. —

repulsis *Tribunorum, qui* inhibere tentabant. Oth. 8.

*Gerundium passivi. in transvehendo.* A. 38. *ad gestandum.* Galb. 8. v. ind. Latin. sub v. *Gestare* et infra *Participium.* cf. *Sanct.* Min. p. 562. sequ. ed. Scheid.

*gerundium c. accus. nominis* pro part. fut. pass. *ad ducendum eam uxorem.* Cl. 26. Ita *Caes.* B. C. 1, 34. *ad occupandum Massiliam.*

*gerund. verbi activi c. genit. nominis. diripiendique pomorum et opsoniorum rerumque missilium.* A. 98. v. *Gell.* 16, 8. et Gronov. ad h. l., *Sanct.* Minerv. p. 565. sequ.

*Imperfectum.* si quid sibi eveniret sim. v. supra *Consec. temporum.*

*Indicativus* ante *nisi c. conjunct.*, ut Graec. aorist. cum particula ἂν ante εἰ μή. Nos: *er that dieſs wohl, wenn nicht jenes gewesen wäre.*

*paene* Aethiopia tenus Aegyptum *penetravit, nisi* exercitus sequi *recusasset.* C. 52. (καὶ διέβη ἂν — εἰ μή) neque in Brit. *transvexit, nisi* ante per se portus etc. *explorasset.* C. 58.

servi — transeuntem *paene interemerunt, nisi expressa* cruciatu confessio *esset.* Galb. 10. ac, *nisi* princeps gregis algere se *diceret,* redire ac repraesentare spectaculum *voluit.* Cal. 58. v. not. ad C. 52. et Cal. 58.

Ejusdem generis sunt loci, ubi indicativus in participium est mutatus, ut T. 17. *nemine dubitante,* quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, *nisi debellatum prius Illyricum esset,* h. e., resoluta sententia, *et juncturi se credebantur, nisi* etc.

Oth. 10. *nec concursurum* cum Galba *fuisse, nisi confideret* sequ. h. e. *neque concurrebat* s. *neque concursurus fuit, nisi* etc.

*indicativus in oratione obliqua.* referens, *Caesarem* in consulatu *confirmasse* regnum, de quo Aedilis *cogitarat.* C. 9. affirmavitque, *non daturum se,* quamvis dare *destinarat.* A. 42. In talibus sententiis suam auctor adjungit ei, quam ab alio editam referre coeperat, eoque crebrior hic transitus, quo magis singuli scriptores vel aetas Graecos sunt imitati, apud quos ob ingenii fervorem res in regulam fere abiit.

*Infinitivus cum relat. qui* in subjuncta sententia. v. *Accus. c. infin.*

*infin. act.* post *jubere,* omisso pronomine. C. 52. v. n., et quos citavi, Drakenb. ad *Liv.* 27, 24. §. 3., Ernest. ad *Tac.* Hist. 1, 38. Ita *Virgil.* Aen. 5, 385. *ducere dona jube.*

*Modus* varius. Galb. 10. auctor singulis universisque *conspirandi* simul, et *ut — juvarent.* v. Oudend. ad h. l. et *Caes.* B. Gall. 2, 5., Drakenb. ad *Liv.* 39, 14. §. 1.

*Negatio* duplex. v. Oudend. ad T. 26., ubi codd. Salm., uterque Vindob. Cuj. „*ne* Aug. *quidem* nomen — *nullis,* nisi ad reges ac dyn. epistolis addidit." (vulg. *ullis.*) et T. 45. ubi sunt, qui legant: *nec quicquam* amplius pati *recusantem,* eund. ad *Caes.* B. Gall. 5, 23. et Afric. 26., Drakenb. ad *Liv.* 43, 13. §. 1.

*Neutrum adject.* v. *Adjectivum.*

*Numerus* mutatus. *libertino milite* bis usus est; *eosque* sequ. A. 25. Haud singularis res in collectivis. Ceterum v. Oudend. ad l. c. et *Caes.* B. Gall. 2, 11., Drakenb. ad *Liv.* 30, 42. §. 6.

Per synesin numeri mutatio etiam C. 22. *Gallias* potissi-

mum elegit, *cujus* sequ. quod *Galliae* una provincia. *Galliam* temere intruserunt alii. v. not.

*Participium imperfecti* pro partic. aoristi Graecorum.

Cicerone deplorante. C. 20. admonens. C. 65. satisfacientem. C. 73. respondente eo. Cal. 28. pernegantibus cunctis. Ner. 35. respondente nullo. Ner. 47. offerente Phaonte. Ner. 48. Tiberio revocante. Galb. 5. cohortantibus. Galb. 10. supervenientibus. Galb. 11. admonente dispensatore. Vesp. 22.

*Participium praesentis passivi.* simul gestanti. Dom. 11. praetervehens. C. 57. 78. A. 93. 98. Ner. 34. v. sub sing. voc. ind. Latin. et supra *Gerundium.* Ita *Plin.* H. N. 2, 47. *perferens*, φερόμενος. Inepte interpretantur, qui: *praetervehens* dicunt i. q. *praetervectus*, quod vim habet longe diversam.

*Pleonasmus.* Postquam Hermann. ad Viger. append. c. 3. et singulari disputatione in Museo a Wolfio edito acutissime de pleonasmo exposuit, et justis finibus, quae ad rudem indigestamque molem accreverant, circumscripsit, singularem huic rei locum a me datum mirari quis possit. Sed quum viderem, rationem scribendi Suetonii facilius perspici non posse, quam collatis et in unum coactis, quae ad unum genus pertineant, et propriae quaestioni subjectis, praeterea Herm. ipse eum pleonasmum agnoscat, qui in explicatione versetur, re diligentius considerata, omnes huic capiti veniam daturos existimo. Quae enim exempla afferenda duxi, omnia ad uberiorem explicationem rei enunciatae per aliud verbum vel etiam aliam sententiam copula adjunctam pertinent, in qua re maxime grammaticum agnosci et in sua quasi arena deprehendi, supra §. 11. demonstravimus. Ad facilitatem autem cognitionis secundum partes orationis, quas dicunt, juncta ab auctore vocabula disposuimus. In plerisque auctam additamento vim sententiae, vel interpretationem priori accessisse, et primo aspectu apparet, et passim in ipso indice monuimus. Sed ita assuevit scriptor rei, ut praeter necessitatem etiam et inepte augeat subinde voces, in quibus distinguendis si quis laborare velit, argutari eum saepius et operam perdere oporteat. Ceterum haud inutilis exercitatio ingeniorum, maxime juvenilium, ab iis instituetur, qui, propositis ejusmodi exemplis, et mandato extricandi, quod inter singulas voces inveniri possit, discriminis labore, acumen eorum et sollertiam explorare voluerint.

*Duo substantiva juncta.*

assiduo inter utrasque partes *usu atque commercio.* C. 75.

*sermonis et colloquii* usus. T. 61. v. *Sermo.*

trium legionum *curam et imperium* Rufioni — demandavit. C. 76.

*ministerio et opera* Cn. Pisonis. Cal. 2.

nec aliter universos, quam *membra partesque* imperii, curae habuit. A. 48.

De loco Cal. 28. *membra et artus et viscera hominis* v. quae dixi sub voc. *Artus.*

ut *maledictum et opprobrium.* A. 53.

summa tunc in civitate *penuria ac fames.* A. 70.

in *altercatione et jurgio.* T. 2.

quamvis minimum *Fortunae casibusque* permitteret. T. 19. (ubi *casus* ut consequens adduntur *Fortunae*, ut causae. v.

quae exposui sub v. *Fortuna*. Nihil agunt, qui corrigere locum malunt. v. Burm. et Oudend.)

*metu et angore*. T. 49. (cf. *pavidus atque anxius*. Dom. 14. *trepide anxieque*. Ner. 23.)

*bile et stomacho*. T. 59.

*astu ac dolo*. T. 65.

in testif. *sollicitudine et cura*. Cal. 14.

ad retinendum ergo ceterorum *studium ac favorem*. Vit. 15.

*auctoritas dignitasque* formae. Cl. 30.

quantum posset *praedae et manubiarum*. Ner. 38. ad *manubias et rapinas*. Vesp. 16.

*Duo adjectiva v. participia juncta.*

*nutantes ac dubias* civitates. C. 4. (ubi, ut in pluribus, manifesta interpretatio prioris vocabuli per alterum.)

quamquam *invalidus atque aeger*. A. 13. *aegra et affecta mancipia*. Cl. 25. *aegros et invalidos*. Galb. 20.

*salvum et incolumem*. Ner. 34. *incolumis* ac *sine injuria*. A. 14.

*concordi et consentiente* collega. C. 19. (Illud de *animo*, hoc de *administratione Reip.*, adeoque antecedens et consequens.)

*interiorem ac familiarem* ejus vitam. A. 61. (ubi res vere diversae, et prius de *interiore* vita agit Suetonius, h. e. *domestica*, deinde de *familiari* cum amicis. Sed addidi exemplum ad exigendum judicium.)

dimisit *intactam adhuc et virginem*. A. 62.

*liquido ac puro* sereno. A. 95.

nam et *confiscatam* semper *repositamque* habuerat. A. 101.

*deditus et intentus*. T. 62. *addictus et deditus*. Cal. 55. v. *Deditus*.

*deserta desolataque* reliquis subsidiis aula. Cal. 12.

*insciens* plerumque *et ignarus*. Cl. 29. *prudens ac sciens*. Ner. 2.

*pavidus* semper atque *anxius*. Dom. 14. v. *Pavidus*.

*elatus inflatusque*. Ner. 37.

*novi et ignoti* generis. Ner. 41. *inaudita et incognita*. Ner. 42. (coll. A. 43. *invisitatum dignumque cognitu*.)

*novo nec antea cuiquam tributo* genere honoris. T. 9.

*nota ac vulgata* res est. A. 94.

*vera* plane *certaque* esse. T. 59.

*certum statumque* vectigal. Cal. 40. v. *Status*.

cui quum se *gratum et acceptum* in modum amici videret. Gr. 21.

*inops atque egens*. Gr. 8.

*proprio suo ac peculiari* Deo. A. 5.

*sui arbitrii contentusque se uno*. T. 18.

*Duo adverbia juncta.*

*sponte et ultro*. C. 16. v. *Ultro*.

*vix et cunctanter*. A. 94.

*palam et vulgo*. T. 43.

*festinanter et rapide*. Cal. 42. Oppon. *segniter et delicate*.

*trepide anxieque*. Ner. 23.

Referre huc possis: *quodammodo pro parte aliqua*. A. 46. Sed v. not.

*simulac primum*. C. 30. Ner. 43. v. Oudend. ad C. 30.

*Duo verba juncta.*

*circumegit et flexit*. C. 70.

*hortatur et monet.* A. 3.

*dilexitque et probavit* unice. A. 62. (cf. *gratus et acceptus.* Gr. 21.)

et *conservavit*, et mox — *sustinuit ac fovit.* A. 17. (ubi progressio in singulis verbis, ut in his exemplis fere omnibus.)

*auxit intenditque* saevitiam. T. 62. (illud de *multitudine*, hoc de *gravitate* facinorum. Est igitur discrimen, ut dicunt, *quantitatis* et *qualitatis.*)

Notabilis locus T. 2., ubi verba similia particula disjunctiva *aut* junguntur: *vetare aut intercedere.* Malim *et* ex more scriptoris. Nam in antecedentibus: *mutare vestem aut deprecari* verum est discrimen. —

Ceterum huc etiam pertinet usus, quo verbis compositis, in quibus vis praepositionis consuetudine periit, additur adverbium, ut *rursus* verbis *recidere*, *recipere*, *redigere*, *referre*, *repetere*, *reponere*, *revocare*. v. quae dixi sub voce *Rursus*, maxime, de propria vi, quae praepositioni in hoc etiam dicendi genere restat.

Similia sunt: *iterum ac saepius recoctum.* Ner. 33. (nos: *noch einmal und mehrmals aufkochen.*)

*adjecit insuper.* C. 10. (*uberdieſs hinzufügen.*) *ante praesensit.* A. 96. v. *Ante.*

Plura exempla ex aliis scriptoribus collegit Gross. ad *Cebet.* c. 19. Graeca addere, quae sunt plurima, longius foret. v. Hermann. ad Viger. p. 886.

Unum dedisse, suffecerit, ex *Homer.* Il. 16, 188. ἐξάγαγε πρὸ φόωςδε, nos: *herausgeführt vor an das Licht*, ubi progressio partus non minore veritate, quam simplicitate describitur. —

Restat, ut de pleonasmo dicam, *quo eadem sententia affirmative et negative enunciatur.* Ita Suetonius:

*tener adhuc, necdum matura pueritia.* Ner. 7.

*maritum adhuc, necdum coelibem.* Galb. 5.

*soli huic nec ulli praeterea.* Gr. 24.

*unum hoc tantummodo, neque praeterea quicquam.* T. 11.

*gratis et sine mercede ulla.* Gr. 13.

*durante adhuc* — memoria, *necdum omnino abolita.* Gr. 24.

*familiariter adhuc, necdum plane inimicus aut hostis.* A. 69.

*reticere nec velle edere.* A. 94. (ubi quis non meminerit Homerici: ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Ita vergens linguae aetas ad infantiam redit, ut senes puerilia tractant, quod moneo, quum nostrates, etiam principes poetae, ut Schillerus, ad nauseam usque illud imitati fuerint, immemores, se non decere, quod Homerum.)

*non distulit*, quin *e vestigio* sequ. C. 4. ubi v. Oudend., cujus, ne ipsi exemplis obruamus lectorem, notam addimus: „Jungere auctor amat bina idem fere significantia. v. ad c. 40. et omnino Burm. ad A. 10., me ad C. 66. *in vicem mutuam.* T. 68. *paene prope.* Galb. 10. *repente ex inopinato.*“ —

Denique placent scriptori nostro *opposita particula* „*immo*“ *juncta.*

*non minora, immo majora etiam* sequ. C. 63.

*nec eo minus, immo vel magis.* Rh. 5.

*nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem.* A. 65. cf. *Immo.*

Quae omnia, ut finem imponamus disputationi nostrae, uti nemo elegantiae cuidam vel ornatui orationis tribuerit,

sed singulari auctoris ingenio, qui probavit, quae reprehendenda et vitanda erant, ita ad linguae cognitionem et exigendum de virtutibus vitiisque cujusque aetatis et scriptoris judicium haud inutilia fore existimamus, maxime si quis non in Latinis substiterit, sed eodem modo seriores Graecos cum antiquis, et nostrates justa diligentia cum iis comparaverit, quos imitandos vel superandos sibi sumserunt.

*Praepositio* eadem repetita. v. Burm. ad C. 35., Oudend. ad C. 80., et ind. singulis locis.

*Pronomen additum participio. confusum eum* somnio. C. 8. Jure illud contra Burmannum defendit Oudend. collatis locis: *prospicientem eum.* C. 30. *defendenti ei.* C. 49. (ubi Mss. habent *ei*). *laetum eum* ac fidentem. A. 65. *dimissam eam.* T. 49.

*transeuntem eum.* Ner. 39. *destituto ei* (sed in paucissimis libris.) Ner. 40.

*occisum eum.* Dom. 23. Eadem nota inducendum negat *ei* loco A. 58. *detulerunt ei*, ubi ultro insiticium opinatur, ut C. 80. *non esse Consulem eum.* Cod. Salm. et tres Medic. *eum consulem*, ed. utraque Rom. omittit pronomen.

*Omissum pronomen*, supplendum ex superioribus.

neque ut repudiaret sc. *illam.* C. 1. absolutoque sc. *eo.* C. 4. data M. Varroni cura comparandarum et digerendarum sc. *earum.* C. 44.

Pronomen *eum* pro *se.* v. not. ad Cal. 34. et supra indicem sub h. v.

*Singularis* nominum collectivorum. v. *Eques*, *Miles* etc.

*Synesis. Gallias* pot. elegit, *cujus* sequ. C. 22. v. supra *Numerus.*

*Zeugma.* v. supra *Adjectivum*, et *Syllepsis.*

Unius verbi duplici nomini juncti exemplum est A. 32. ne quod *maleficium negotiumve* impunitate vel mora *elaberetur.* Proprie *elabi* pertinet tantum ad *maleficium.*

Unum nomen diversa structura duobus verbis additur Cal. 10. elicientium cogentiumque se ad querelas h. e. *elic. querelas et cogentium se ad querelas.*

Eadem brevitate duae sententiae in unam coguntur Vit. 17. *ubi esse Vitellium sciret.* v. supra de Accus. c. infinitivo.

# INDEX III.

## GRAECORUM, QUAE IN SUETONIO LEGUNTUR.

Ἀβλεψία. Suetonius ipse vertit voce: *inconsiderantia*. Cl. 39.
Ἀγαθός. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Dom. 12. ex *Homer*. Il. 2, 204.
Ἄγαμος. A. 65. Resp. ἄγονος.
Ἄγε ἔγειρε σεαυτόν. Ner. 49.
Ἄγημα. Lutatium Daphnidem, quem Lenaeus Melissus per cavillationem nominis Πανὸς ἄγημα dicit. Gr. 3. Quum in libris, ut fere Graeca, misere corrupta sint verba in *panosagasema* et similia, larga interpretibus exstitit hallucinandi materia. Salmas. Exerc. Plin. p. 30. *pecus*, vel etiam *asinum*, Arcadiae, Pani sacrae, peculiare animal, esse putat Πανὸς ἀγάπημα. Alia commenta v. apud Burm. In nomine Daphnidis subsistendum existimo, qui Panis fuit discipulus. v. Serv. ad *Virg*. Ecl. 5, 20., et cum Bipontinis legendum ἀγάπημα, vel, quod conjeci, ἄγασμα.
Ἄγονος. A. 65.
Ἀδιατρεψία, *immobilitas animi*, ut *Lactant*. 6, 17. pr. *impudentia*, qua quis oculos non avertit a foedo spectaculo, et sine verecundia gravissima facinora perpetrat. Cal. 29. In codd. additum glossema: *hoc est inverecundiam*, quod in ora Casaub. ed. vir doctus mutavit *inconniventiam*, utrumque haud inepte, quamvis verbis non optimae notae.
Ἀκροάσεις plurimas fecit Crates Mallotes. Gr. 2.
Αἰγίδα Πολιούχου. Vit. 13. Abest αἰγίδα ab omnibus Mss. Sed cum Gujeto malim *clipeum* delere, quam αἰγίδα, quod Graeca plerumque omittuntur in libris, vel vertuntur, et Vitellius duo Graeca vocabula adhibuisse videtur, sine dubio locum poetae respiciens nobis ignotum.
Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι. A. 65. ex *Homer*. Il. 3, 40.
Αἴθεσθαι. ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο. T. 21. ex *Homer*. Il. 10, 246.
Ἀλκμαίων μητροκτόνος. Ner. 39.
Ἅλωσις Ilii, carmen, ut puto, ipsius Neronis. Ner. 38. v. not. Reimar. ad *Xiphil*. 62, 29.
Ἀμείνων. A. 25.
Ἀναείρειν. ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ, ex *Homer*. Il. 23, 724., ubi verba sunt Ajacis ad Ulyssem in lucta. Haec in ore fuisse Caligulae, narrant *Seneca* de ira 1. fin. et *Dio* 59, 28., unde *Victor*. Castig. in Cic. ep. ad Att. 16, 6. et *Turneb*. Advers. 22, 31. et 27, 20. restituenda censuerunt loco Cal. 22., probante corrupta etiam lectione codd. Mediceorum et Salm., quam exhibuit Oudend. Reliqui, qui lacunam explent, αἶαν Δαναῶν πέρω σε, v. περῶ σε, v. εἰς γαῖαν sequ. Ajacis (Αἴαντος) nomen vitium peperisse, mirum in modum continuatum, ostendit nota marg. in cod. Periz. *Ajax Danaorum ferio te*.
Ἀνασκευαί. Rh. 1. v. Θέσεις.
Ἀνθυπερηφανεῖν, vicissim superbire. neque si tu superbus

amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque ἀνθυπερηφανοῦμεν. Augusti verba in vita Horatii.

Ἄνωγα. θανεῖν μ᾽ ἤνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ. Ner. 46. coll. *Xiph l.* 63, 28. qui: οἰκτρῶς θανεῖν sequ., omissa voce μήτηρ. In Vindob. sec. abest πατήρ.

Ἀξιοθρίαμβευτος. procerissimum quemque, et, ut ipse dicebat, ἀξιοθρίαμβευτον. Cal. 47.

Ἀποθνήσκειν. ἐκὰν ἀποθάνῃς. Vesp. 23.

Ἀποκτείνειν. ἰδίαν μητέρ᾽ ἀπέκτεινεν. Ner. 39. v. Νεόνυμφος.

Ἀπολέσθαι. A. 65.

Ἀπραγόπολιν vicinam Capreis insulam Augustus appellavit. A. 98.

Ἀρκεῖ. ut cuidam Graece inscriptum sit: Ἀρκεῖ. Dom. 13. Ita *Turneb.* Adv. 5, 10. et 22, 16. emendavit. Cod. Salm. *inscr. sit arci.* Al. *arcui*, *arti*, et inepta addunt. Vox Graeca Latine scripta peperit errores. Burm. cum aliis servavit *arcui* praeter ἀρκεῖ. Sed hoc ipsum ortum ex vitio.

Ἄρτιος. si est ἄρτιος, et, ut ita dicam, ὁλόκληρος. Cl. 4.

Ἀρτιότης. εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα. ibid.

Ἀρχή. καὶ σύ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. Galb. 4.

Ἀσαφῶς. qui tam ἀσαφῶς loquatur. Cl. 4.

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ᾽ ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης. A. 25. ex *Euripid.* Phoeniss. 612.

Ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖς σπουδαίοις λίαν. Cl. 4.

Αὖθις ἐξαρχῆς. Vesp. 23.

Αὐλός. τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς. Oth. 7. cf. *Xiphil.* 64, 7. qui: τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; ὥστε δὲ τοῦτο δημῶδες ἐς παροιμίαν φέρον ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ προςφόρου σφίσι ποιούντων. *Cic.* ad Att. 2, 16. duo integros senarios exhibet. Libri ἀσύλοις corrupte, unde etiam in edd. *asilis* et *asylis*.

Βάλλειν. ἵππων μ᾽ ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. Ner. 49. ex *Homer.* Il. 10, 535.

Βιβάς. μακρὰ βιβάς. Vesp. 23. ex *Homer.* Il. 7, 213.

Βλάπτειν. sin autem ἡλαττῶσθαι sentimus eum, καὶ βεβλάφθαι. Cl. 4. Verba sunt Augusti, quem Graeculum magis existimes, Latine balbutientem, quam Principem Romanorum. Ita miscet sermonem, ut hodie nostrates, qui neutram linguam bene edocti tali inscitia nobilitatem prae se ferunt.

Βραδέως. σπεῦδε βραδέως. A. 25.

Γαῖα. ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. Ner. 38. v. not.

τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει. Ner. 40. cf. *Xiphil.* 63, 27. Mss. Salm. et Turnebi (v. Advers. 24, 6. et 27, 18.) al. ἡμᾶς διατρέψει vitiose, quod ipsum, τρέφει legendum, ostendit, ut reliquae corruptelae, de quibus v. Oudend. Senarium ita restituit Erasmus: τὸ τεχνίον γε πᾶσα γαῖα διατρέφει. —

De corrupta lectione Cal. 22. εἰς γαῖαν v. εἰς αἶαν sequ. v. Ἀναείρειν.

Γαμεῖν. μὴ καὶ σὺ γαμήσει θέλεις; Dom. 10.

Γέρων. Cl. 15. Γεροντικῶς. inter coenam lusimus γεροντικῶς. A. 71. h. e. *simpliciter et oblectamenti causa, non cupiditate lucri, ut faciunt senes otio redditi.* Casaub.

Γραμματικοί. ceterum proprie sic (literatos) appellandos *poetarum interpretes*, qui a Graecis γραμματικοὶ nominentur. Gr. 4.

Δολιχόσκιον ἔγχος. Vesp. 23.

Δυςφημία nominis. A. 92. (de malo omine in voce *Nonis*, quae legi potest: *non is.*)
Δωδεκάθεος coena Augusti, sic dicta a duodecim Diis majoribus. A. 70.
Ἐγείρειν. ἄγε ἔγειρε σεαυτόν. Ner. 49.
Ἔγχος de *natura* s. *membro*. Vesp. 23.
Ἔθειν. εἰωθόσιν. Cl. 4.
Εἰς, *quod attinet ad.* εἰς τὴν τοῦ σώματος, καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα. Cl. 4.
Εἰςορῶ. A. 98.
Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Cal. 22. ex *Homer.* Il. 2, 204.
Ἑκατηβελέτης, Phoebi epitheton, quo ad Parthum alluditur. Ner. 39.
Ἐλαττοῦν. sin autem ἠλαττῶσθαι sentimus eum h. e. *inferiorem, destitutum viribus.* Cl. 4. Vulg. ἐλαττοῦσθαι, et in edd. etiam ἐλαττῶσθαι.
Ἔμβλημα, sigillum vasi artificiose insertum. T. 71.
Ἔμεναι. A. 65.
Ἔμπεδον. ὅτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν. Galb. 20.
Ἐπαμύνεσθαι. ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι. Cl. 42. ex *Homer.* Od. 16, 72. et 21, 133. Vulg. ἀπαμ.
Ἐπανάστασις. liber, cui index erat μωρῶν ἐπανάστασις. Cl. 38.
Ἐπισπένδειν. ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ. Dom. 14.
Ἔσται πάντα καλῶς. Dom. 23.
Ἕσπεσθαι. τούτου δ' ἑσπομένοιο. T. 21.
Εὐγένεια. ἡ της ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. Cl. 4.
Εὐθανασία. quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur. A. 99.
Εὐτακτῶ h. e. *contineo me a Venere*, unde vox sonora. Dom. 10. Latine scriptum effecit ineptum: *heu taceo.* v. not.
Εὐτυχεῖν. τοῖς εὐτυχοῦσι. Cl. 1.
Ἔχειν. εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς. A. 99.
Ζῆν. ἐμοῦ ζῶντος. Ner. 38.
Ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. Cal. 22. v. Ἀναείρειν.
Θέλειν. μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις; Dom. 10.
Θεολογουμένων liber Asclepiadis Mendetis. A. 94. h. e. *de rebus divinis,* auspiciis scilicet, ominibus et omnino divinatione.
Θέσεις, *sententiae v. narrationes ad disputandum propositae.* Rh. 1. ubi ἀνασκευαί sunt *argumenta, quibus firmatur fides rei et defenditur,* κατασκευαί, *quibus fides demitur et destruitur.* v. Schneideri Lex. in sub v Ἀνασκευάζω.
Θιγγάνειν. λάλει καὶ μὴ θίγγανε. Cl. 40. *loquere, sed verberibus parce,* ut *Turn b.* Advers. 27, 19. vertit. Alii in inepta omnia abeunt. v. interpr.
Θνήσκειν. θανεῖν. Ner. 46. ἐμοῦ θανόντος. Ner. 38.
Θρασὺς στρατηλάτης A. 25. Opp. ἀσφαλής.
Θύειν. Καίσαρι θυομένῳ. Dom. 14.
Ἰᾶσθαι. ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται Cl. 43. Ita *Victor.* Var. Lect. 24, 14. restituit. Vulg. ὁ ἔρως δ' ἐπείγεται, cod. Salm. ὁ τρώσας πείσεται, Gronov. emendavit: ὁ τρώσας ἀκέσεται, Oudend. ὁ τρώσας ἰάσεται sine καί.
Ἴδιος. ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτεινεν. Ner. 39.
Ἵππων μ' ὠκυπόδων sequ. Ner. 49. (Il. 10, 535.)
Καί, *etiam.* καὶ σύ, τέκνον. C. 82. Al. καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σύ

τέκνον, al. εἷς, vel omittunt verbum. καὶ σύ, τέκνον, sequ. Galb. 3. καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός. Cl. 15. *etiam tu*, ut senex ille in fabula. καὶ σὺ sequ. Dom. 10.
Ita etiam Cl. 1. καὶ τρίμ. παιδία.
κἀγώ. οἷος κἀγώ. Dom. 18. — κἂν pro καὶ ἐάν. Dom. 14.
Καλός. οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. Dom. 18.
Καρποφορεῖν. ὅμως ἔτι καρποφορήσω. Dom. 14.
Καρχηδονιακῶν libri VIII. a Claudio scripti. Cl. 43.
Κήρυλος. Vesp. 23.
Κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος. Vesp. 23. ex *Homer.* Il. 7, 213.
Κρότος. τῷ παιγνίῳ δότε κρότον. A. 99. *plaudite.*
Κτιστής. quasi conditorem insulae κτιστὴν vocare consuerat. A. 98. Mox: κτιστοῦ δὲ τύμβον sequ.
Κτύπος, sonitus. Ner. 49. Κτυπεῖν. πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. A. 99.
Λάλει sequ. Cl. 40. cf. Θιγγάνειν.
Λάχης. ὦ Λάχης, Λάχης sequ. Vesp. 23. v. not.
Λίαν. ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖς σπουδαίοις λίαν. Cl. 4. Codd. Salm. et Med. omittunt λίαν, alii ναμην, ναλα, ναμ, unde Oudend. conj. ναὶ μήν, vel ναὶ δή, aut ναὶ ναί, abjecto λίαν.
Μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. v. Αὐλός. — μακρὰ βιβάς. Vesp. 23.
Μένος. ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν. Galb. 20. *robur virile. Homer.* Il. 5, 254.
Μετεώρως. diligentius et minus μετεώρως. Cl. 4. h. e. *minus incerto et suspenso animo*, qualis est eorum, qui sui sibi non conscii sunt, unde Μετεωρία Cl. 39. a Nostro vertitur *oblivio*, nostr. *Vergessenheit*, *Geistesabwesenheit.*
Μητροκτόνος. Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. Ner. 39.
Μιγνύναι. γαῖα μιχθήτω πυρί. Ner. 38.
Μοῦσα. ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. T. 21. De var. lect. v. not.
Μυκτηρίζειν, irridere, suspenso naso contemtui habere. τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰώθασιν. Cl. 4.
Μυροβρεχεῖς cincinni Maecenatis. A. 86.
Μωρός. Cl. 16. 38. unde *morari* Ner. 33.
Νεόνυμφος. νεόνυμφον (recens nuptam) Νέρων ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτεινεν. Ner. 39. Melius: νεόνυμφος ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτεινεν Νέρων. v. not.
Νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις. Ner. 49.
Νοεῖν. ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι. T. 21. Il. 10, 247.
Νόμος, *carmen certis numeris finitum.* Ner. 19. v. Schneid. Lex. Gr. sub h. v.
Νοστεῖν. ἄμφω νοστήσαιμεν. T. 21. Il. 10, 247.
Ὀβελίζειν, signo, ὀβελῷ apposito, suppositicium judicare al. Gr. 1.
Ὀγκώδης, *crassi obesique corporis.* quum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui. Horat.
Ὁδοιπορικῶν liber a Persio scriptus. Pers.
Οἶδα. ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι. T. 21. Wolf. περίοιδε.
Οἷος. οὐχ ὁρᾷς, οἷος κἀγώ sequ. Dom. 18.
Ὁλόκληρος. si est ἄρτιος, et, ut ita dicam, ὁλόκληρος. Cl. 4. Antonia *non absolutum a natura, sed tantum inchoatum* dicebat. c. 3.
Ὅμως, *tamen.* κἂν — ὅμως. Dom. 14.

Ὁρᾶν. ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον. A. 98. οὐχ ὁράας. Dom. 18.
Ὀρέστης. Ner. 39.
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι. Dom. 14.
Οὔατα. Ner. 49.
Ὀφείλειν. αἴθ' ὄφελον sequ. o utinam. A. 65.
Παίγνιον, *fabula*. A. 99. τῷ παιγνίῳ δότε κρότον sequ. de *mimo vitae*.
Παιδίον. τρίμηνα παιδία. Cl. 1.
Παρατρώγειν, *rodere*, *gustare de al. re.* καὶ σύ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ, h. e. *ad breve tempus attinges imperium*. Al. παραγεύσῃ ex interpretatione, quae exstat apud *Dionem* 57, 19., unde *Xiphil.* 64, 1. sumsit, et Zonaras.
Παρεμβεβλημένοι versus, *insiticii*, qui non sunt τοῦ ποιητοῦ. Gr. 14.
Πᾶς. εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς. A. 99. πάντες ὑμεῖς. ibid. πᾶσα γαῖα. Ner. 40. *quaevis terra.*
Πηλός, *lutum*. πηλὸν αἵματι πεφυρμένον Tiberium appellavit Theodorus Gadarcus ob naturam lentam simul et saevam. T. 57.
Ποιητής. ὁ ποιητής, Homerus κατ' ἐξοχήν. Gr. 14.
Πολιούχου *Minervae clipeum* patinam dictitabat Vitellius. Vit. 13. Malim Πολυούχου. Libri: τοναυχου, τονανυτον, τοπαρχου, τοπαρφου, ed. Rom. pr. πολιχοίου, sec. τοπαρφου πολιουχου, mera vitia ex Graecorum ignorantia.
Πολυκοιρανίη. Dom. 12.
Πρέπειν. οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει. Ner. 49.
Προϋποκεῖσθαι. μὴ προϋποκείμενον ἡμῖν Cl. 4. h. e. *quum non constitutum, exploratum nobis sit.* Al. προϋποκειμένου. Nominativum absolutum dedit etiam Oudend.
Πῦρ. γαῖα μιχθήτω πυρί. Ner. 38.
Πυροῦν. τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον. A. 98.
Ῥαθυμία. τοσαύτην ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων. T. 21. Memm. ἀπροθυμίαν.
Ῥίζα. κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν. Dom. 14.
Σαφῶς dicere. Cl. 4.
Σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν. Cl. 4.
Σπεῦδε βραδέως. A. 25.
Σπουδαῖος. ἐν τοῖς σπουδαίοις h. e. *in rebus gravioribus.* Cl. 4.
Στρατεύεσθαι. τῶν στρατευομένων. T. 21.
Στρατηγεῖν c. dat., *praeesse*, *administrare al. auspiciis et commodo alicujus*, s. *ita ut cures rem alterius.* T. 21.
Στρατηλάτης. A. 25.
Σύγγαμος. Ner. 46.
Συνθέσεις a Graecis vocatae, quas rhetores *controversias* postea dixerunt. Rh. 1.
Τέκνον. C. 82. Galb. 3. blanda appellatione, ut: *mi fili*, *adolescentule*. Ceterum v. not. ad C. 82.
Τελωνεῖν i. q. τελώνην *esse*, *vectigalia exigere*. καλῶς τελωνήσαντι. Vesp. 1.
Τεχνίον. τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει. Ner. 40. v. Γαῖα.
Τεχνόφυον. erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas et τεχνόφυον vocabat. A. 72.
Τί γάρ μοι sequ. Oth. 7. v. Αὐλός.
Τιμᾶν. φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον. A. 98.

Τιτρώσκειν. ὁ τρώσας sequ. Cl. 43. v. Ἰᾶσθαι.
Τοιοῦτος. τὰ τοιαυτα σκώπτειν sequ. Cl. 4. ἐν τοῖς τοιαύτοις. Ner. 48. *in tali rerum conditione.*
Τοσοῦτος. τοσαύτην ῥαθυμίαν. T. 21.
Τρίμηνος. τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. Cl. 1.
Τύμβος A. 9ν.
Τυῤῥηνικῶν libros xx. scripsit Claudius. Cl. 43.
Ὑγιαίνειν. ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ. Ner. 39.
Φαγεῖν κῆν με Φάγῃς sequ. Dom. 14.
Φάος. Φάεσσι. A. 98.
Φύρειν. πηλὸν αἵματι πεΦυρμένον. T. 57. Al. πεΦυραμένον et συμπεΦυρμένον.
Χαλεπαίνειν. ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Cl. 42. ex *Homer.* Od. 16, 72. et 21, 133.
Χαρά. μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. A. 99.

# EMENDANDA.

## Vol. I.

Praef. p. XI. lin. 4. ante finem *ob* leg. *ab*.
Pag. 44. not. lin. 5. *Comota* leg. *Comata*.
— 70. not. lin. 17. *ac* leg. *et*.
— 90. lin. 7. *illum*, *et illum*. Del. comma.
— 98. — 4. *oppositâ* leg. *apposita*.
— 119. — 5. *ortaionis* leg. *orationis*.
— 163. — 4. *quae apud Sen. proposuerat*, *agere differret*. Leg. *proposuerat agere*, *differret*.
— 182. — 8. *exstabant* leg. *exstabat*.
— 245. — 6. *hic verbis* leg. *his verbis*.
— 286. — 8. *transiis* leg. *transiit*.
— 288. not. lin. 2. *Liv*. 47, 26. leg. *Liv*. 26, 47.
— 312. lin. 11. *quod habeo* leg. *quid habeo*.
Ibid. — 18. Del. commata post *suis* et *titulo*.
— 343. — 1. *jecinore* leg. *jocinore*.
— 348. — 8. *exsoletas* leg. *exoletas*.
— 352. — 14. *urbis mag*. leg. *Urbis*.
— 368. — 9. *obsoniorum* leg. *opsoniorum*.
— 397. — 15. *jactu ab eo* leg. *jacti*.
— 417. — 6. *hoc praetextu* leg. *praetexto*.
— 424. — 7. *obsonia* leg. *opsonia*.
Ibid. — 10. Del. comma post *commercium*.
— 448. — 4. *un* leg. *ut*.
— 453. — 4. *perculit*. *Inter quos*, leg. *perculit*, *inter quos*.
— 502. — 2. *clypeus* leg. *clipeus*.
— 532. — 15. *Pudicitiao* leg. *Pudicitiae*.
— 535. — 18. *balnearum* leg. *balinearum*.
— 543. — 17. *rescidit* leg. *recidit*.
— 554. — 6. *leniter* leg. *leviter*.

## Vol. II.

Pag. 36. not. lin. 7. *magistro* leg. *magistros*.
— 61. lin. 4. *faustisque omnibus* leg. *ominibus*.
— 70. — 13. *circa bellum* leg. *citra b*.
— 76. not. lin. 7. *tribus* leg. *tribuo*.
— 160. lin. 2. *sequenti die* leg. *insequenti*.
— 161. not. lin. 17. *Malem* leg. *Malim*.
— 178. lin. 4. *nutrici* leg. *nutriri*.
— 179. — 3. *adscripserit* leg. *ascripserit*.
— 211. — 2. *calceum* leg. *calcium*.
— 234. — 10. *hoc bello* leg. *huic b*.
— 251. — 6. *ingressus* leg. *ingressos*.
— 257. — 5. *clypeum* leg. *clipeum*.
— 292. — 8. *oportore* leg. *oportere*.

Pag. 333. lin. 8. *ad lychnos* leg. *ad lychnuchos.*
— 336. — 4. *inierat* leg. *inerat.*
— 337. — 2. *obsonio* leg. *opsonio.*
— 346. — 10. *juvenis* leg. *juvencis.*
— 355. — ult. *Capitoline* leg. *Capitolino.*
— 366. — 3. οὐκ leg. οὐχ.
— 369. — 5. *clypeosque* leg. *clipeosque.*
— 379. not. lin. 3. *ceterum* leg. *certum.*
— 406. lin. 21. *supplici* leg. *supplicii.*
Ibid. lin. 22. *dilecto* leg. *delicto.*

---

## Vol. III.

Pag. 5. lin. 33. *Theogeno* leg. *Theogene.*
— 16. — 15. *perpetuu* leg. *perpetuum.*
— 19. — 7. ante fin. *leve exsilio* leg. *levi.*
— 66. — 22. *Capitolio* leg. *Capitolia.*
— 67. — 8. ante fin. *secutu* leg. *secutus.*
— 93. — 20. *Absolutaria* leg. *Absolutoria.*
— 157. — 13. *inenuitatem* leg. *ingenuitatem.*
— 229. — 26. *in diligentis conditionibus* leg. *in conditionibus deligendis.*
— 235. — 5. *verum* leg. *rerum.*
— 245. — 17. *priclitatum* leg. *periclitatum.*
— 316. — 33. *Sent. Herc.* leg. *Scut. Herc.*
— 480. — 8. ante fin. *cohibende* leg. *cohibente.*
— 484. — 33. *Locrica* leg. *Lorica.*
— 505. — 7. *libertas metu* leg. *liberatus metu.*
— 522. — 19. *Municeps sunt* leg. *Municipes sunt.*
— 570. — 8. *Parricidia* leg. *Parricida.*
Ibid. — 20. *insutus* leg. *insutos.*
Pag. 624. — 15. *judex privati* leg. *judices privati.*
— 677. — ult. *pervulsus* leg. *perculsus.*
— 757. — ult. *veneri* leg. *veneni.*
— 774. — 33. *civis* leg. *cives.*
— 789. — 13. ante fin. *sapis* leg. *sagis.*
— 802. — 11. *hinc* leg. *huic.*
— 813. — 12. et 13. subjiciendae voci *Verus.*

---

855

A E

um in tab

f
s
l
6
b
e
t
u
l

i
i
I

# STEMMA CAESARUM;

ad illustrandum Suetonium in tabulam relatum.

---

*C. Julius Caesar*,

filius C. Julii Caesaris, qui praetura perfunctus Pisae obiit A. U. 670. (*Plin.* H. N. 7. 54.) ex Aurelia, natus Id. Quinct. A. U. 654. Consul I. A. U. 695. Proconsul Galliarum usque ad A. 706. quo bellum civile movit. Ex Hispania redux Dictator et Consul alterum A. 706., devicto Pompejo dictaturam et consulatus conjunxit et fere continuavit usque ad A. 710. quo Id. Martiis interfectus est. — Uxores

1. *Cornelia*, Cinnae filia C. 1. ex qua

   *Julia* C. 1. desponsata Servilio Caepioni, quo repudiato collocata Cn. Pompejo M. C. 21. obiit A. 700. C. 26. et intra breve etiam tempus filius vel filia ex Pompejo. v. ad C. 26.

2. *Pompeja*, filia Q. Pompeji Rufi C. 6. ob adulterium cum P. Clodio dimissa. C. 6. 74.
3. *Calpurnia*, filia L. Pisonis C. 21. 81.

*C. Octavius*,

Macedoniae praefectus A. U. 695. ante petitionem consulatus obiit. A. 4. Uxores

1. *Ancharia*, ex qua

   *Octavia major.* Huic *Plutarch.* Anton. 31. falso tribuit, quae ad sororem Augusti uterinam pertinent. Secutus eum cum aliis Lipsius. v. ad A. 61.

2. *Atia*, filia M. Atii Balbi et Juliae, sororis Caesaris, ex qua

*Octavia minor*, mortua A. U. 743. v. ad A. 61. — et — *C. Octavius* post Caesaris adoptionem *C. Julius Caesar Octavianus*. ex A. U. 727. *AVGVSTVS*. A. 8. v. infra *Augustus*.*

Octavia minor: Mariti

1. *C. Marcellus*, Consul A. U. 704. frater patruelis M. Marcelli Consulis A. 703. ex quo
   - *M. Marcellus*, Uxor Julia, Augusti filia. Obiit A. U. 731. v. ad A. 63.
   - *Marcella major.* Mariti 1. *M. Vipsanius Agrippa.* De liberis inde natis A. 63. nihil constat. 2. *Julus Antonius*, Triumviri filius, ab Aug. interemtus. v. ad A. 17. et 63.
   - *Marcella minor.* De hac nihil compertum.
2. *M. Antonius* Triumvir, ex quo
   - *Antonia major* nupta L. Domitio Aënobarbo, avo Neronis. Ner. 5. [*Tac.* A. 4, 44. et 12, 64. *minorem* Antoniam Domitio jungit. v. Lips. ad *Tac.* 12, 64. Nos Suetonium sequimur].
     - *Cn. Domitius Aënobarbus* pater Neronis. Ner. 5. Uxor Agrippina, filia Germanici, ex qua

       *L. Domitius Aënobarbus* post adoptionem Claudii vitrici *Claudius NERO.* natus A. U. 790. adoptatus A. 803. imperium capessivit A. 807. periit A. 821. Uxores
       1. *Octavia*, filia Claudii.
       2. *Poppaea Sabina*, ex qua filia *Claudia Augusta* infans obiit. Ner. 35.
       3. *Statilia Messalina.*
     - *Domitia Lepida.* Ner. 5. 6. afflicta testimonio Neronis vivo adhuc Claudio. Ner. 7. Tac. 12, 65. Mariti
       1. *M. Valerius Messala Barbatus.* v. Lips. ad *Tac.* 11, 37., ex quo

          *Valeria Messalina* uxor Claudii. v. *Claudius.*
       2. *Appius Junius Silanus.* v. *Dion.* 60, 14.
     - *Domitia.* a Nerone post parricidium matris interfecta. Ner. 34. *Tac.* 13, 19.
   - *Antonia minor* nupta Druso, fratri Tiberii. v. *Drusus.*

---

* *AVGVSTVS.* natus A. U. 691. mortuus 767. Uxores

1. *Claudia* s. *Clodia* Fulviae ex P. Clodio filia, quam intactam dimisit. A. 62.
2. *Scribonia*, soror Scribonii Libonis, soceri Sext. Pompeji, cum qua divortium fecit. A. 62. Ex ea nata est

   *Julia* ob flagitia a patre relegata A. U. 752. in insulam Pandateriam, mox Rhegium translata, in exsilio obiit A. U. 767. v. ad A. 65. et T. 50. Mariti ei fuere
   1. *M. Marcellus.* v. supra.
   2. *M. Vipsanius Agrippa*, ex quo
      - *Cajus Caesar* adoptatus ab Augusto et Asiae praefectus in Lycia morbo obiit. A. 65. Uxor *Livilla*, Drusi filia.
      - *Lucius Caesar* adoptatus ab Augusto in itinere ad Hispanienses exercitus Massiliae obiit. A. 65.
      - *Agrippa juvenis Postumus* adoptatus ab Augusto A. 65. T. 15. mox relegatus ibid. a Tiberio interfectus T. 22.
      - *Julia* nupta L. Paulo, Censoris filio. A. 64. relegata ab Augusto A. 65. obiit in exsilio A. U. 781. *Tac.* A. 4, 71. E Paulo liberi ei fuere
        - *M. Aemilius Lepidus* maritus Drusillae, sororis Caligulae, a Caligula ob conjurationem interfectus. Cal. 24. 36.
        - *Aemilia Lepida* sponsa Claudii. Cl. 26. mox nupta *Appio Junio Silano* (Cl. 29. 37.) v. ad Cl. 4., Lips. ad *Tac.* 13, 1., ex quo
          - *M. Silanus*, Tac. 13, 1. abnepos Augusti.
          - *L. Silanus*, cui desponsata Octavia Claudii filia, interfectus a Claudio. Cl. 27. 29. *Tac.* 12, 4 8.
          - *Junia Calvina*, Vitellii nurus. *Tac.* 12, 4. 8. Vesp. 23. v. a.
      - *Agrippina* nupta Germanico. v. *Germanicus.* a Tiberio Pandateriam relegata et afflicta A. U. 786. T. 53.
   3. *Tiberius* de quo suo loco vide.
3. *Livia Drusilla* ex Augusto nihil liberorum tulit praeter infantem, quem immaturum edidit. A. 63. Sed ex priore marito *Tiberio Claudio Nerone* filii ei fuere *TIBERIVS* et *Drusus.* v. infra *Livia.**

---

* *Livia Drusilla*, postea *Livia Augusta* v. *Julia Augusta.* v. ind. Mariti

1. *Tiberius Claudius Nero* A. 62. T. 4. ex quo filii
2. *Augustus.* v. suo loco.

*TIBERIVS Nero* natus A. U. 712. adoptatus ab Augusto A. 757. Imperator A. 767. mortuus A. 790. — Uxores

1. *Agrippina* filia Agrippae ex Caecilia Attici. T. 7. quam invitus dimisit ad nuptias Juliae coactus. Ex quo filius

   *Drusus*, cui uxor *Livilla*, Drusi filia, Sejani et uxoris fraude interemtus T. 62. Ex ea liberi
   - *Tiberius* a Caligula adoptatus Cal. 15. et interfectus Cal. 23.
   - *Julia* nupta 1. *Neroni*, filio Germanici, *Tac.* A. 3, 29. 2. *Rubellio Blando*, Equ. R. *Tac.* A. 6, 27. Messalinae fraude a Claudio interfecta. v. ad Cl. 29.
2. *Julia Augusti* ex qua filius natus infans obiit. T. 7.

*Drusus Nero* in castris aestivis obiit A. U. 745. Cl. 1. Uxor *Antonia minor*, ex qua liberi

- *Germanicus*, natus A. U. 739. mortuus A. 772. Cal. 2. — Uxor *Agrippina*, M. Agrippae et Juliae filia. Cal. 7. ex qua
  - a) *Nero* fame necatus a Tiberio. T. 54. Uxor *Julia*, filia Drusi, fil. Tib., et Livillae.
  - b) *Drusus* a Tiberio necatus. T. 54. Uxor *Aemilia Lepida.* *Tac.* A. 6, 40.
  - c) *C. Caesar CALIGVLA* natus A. U. 765. Imperator A. 790. occisus A. 794. Uxores
    1. *Junia Claudilla* filia M. Silani.
    2. *Livia Orestilla*, Cn. Pisoni ademta.
    3. *Lollia Paulina*, C. Memmio consulari abducta.
    4. *Caesonia*, ex qua

       *Julia Drusilla* parieti illisa post patris matrisque necem. Cal. 59.
  - d) *Agrippina* nupta 1. *Cn. Domitio*, ex quo *Nero.* v. supra. 2. *Crispo Passieno.* Ner. 6. 3. *Claudio* Imperatori.
  - e) *Drusilla* nupta 1. *L. Cassio* Longino. Cal. 24. 57. 2. *M. Aemilio Lepido.* Cal. 24. 36. Obiit A. 791. Cal. 24.
  - f) *Livilla*, saepe etiam *Livia* et *Julia* v. ind. nupta *M. Vinicio.* *Tac.* 6, 15. a Messalina oppressa. Cl. 29. ubi *Julia* dicitur.
- *Livilla* s. *Livia*, saepe etiam gentili nomine *Julia.* v. ind. Mariti 1. *Cajus Caesar*, 2. *Drusus*, nepos Augusti. Tiberii filius, quem vide s. l.
- *CLAVDIVS* natus A. U. 744. Imperator 794. veneno necatus A. U. 807. Sponsae *Aemilia Lepida* et *Livia Medullina.* — Uxores
  1. *Plautia Urgulanilla*, ex qua
     - *Drusus* impubis obiit Cl. 27.
     - *Claudia* a patre abjecta Cl. 27.
  2. *Aelia Petina*, ex qua

     *Antonia*, collocata 1. *Cn. Pompejo Magno.* 2. *Fausto Sullae.*
  3. *Valeria Messalina*, ex qua
     - *Octavia* desponsata *L. Silano*, nupta *Neroni*, a quo interemta est. Ner. 7. 35.
     - *Britannicus* a Nerone veneno necatus. Ner. 33.
  4. *Agrippina*, Germanici filia, de qua suo loco vide.

BINDING SECT. NOV 2 1964

LL
S9449B
Suetonius Tranquillus, Caius
Opera; ed. by Baumgarten-Crusius. vol.3
22455

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 13 28 05 05 006 5